

Prim i voluminis emptio ad illam totius operis obligat.

Concilium Tridentinum.

DIARIORUM, ACTORUM, EPISTULARUM,
TRACTATUUM

NOVA COLLECTIO.

EDIDIT

SOCIETAS GOERRESIANA
PROMOVENDIS INTER GERMANOS CATHOLICOS LITTERARUM STUDIIS.

TOMUS PRIMUS:
diariorum pars prima.

/

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER,
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MCM I.
VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAЕ.

CONCILIUM TRIDENTINUM .

TOMUS PRIMUS.

C o n c i l i i T r i d e n t i n i D I A R I O R U M

P A R S P R I M A :

H E R C U L I S S E V E R O L I C O M M E N T A R I U S .

A N G E L I M A S S A R E L L I D I A R I A I — I V .

C O L L E G I T E D I D I T I L L U S T R A V I T

S E B A S T I A N U S M E R K L E .

C U M T A B U L A P H O T O T Y P I C A C I V I T A T I S T R I D E N T I N A E S A E C U L O X V I .

A '

F R I B U R G I B R I S G O V I A E .

I
S U . M P T I B U S H E R D E R ,

T Y P O G R A P H I E D I T O R I S P O N T I F I C I I .

M C M I .

V I N D O B O N A E , A R G E N T O R A T I , M O N A C H I I , S . L U D O V I C I A M E R I C A E .

.....

■ m w ■-----ramra-----> .-----

C A R O L I I O S E P H I D E H E F E L E

M E M O R I A E

S A C R U M .

P R A E F A T I O .

CUM Romae aliquando historiae ecclesiasticae auctori cuidam Germano a multis laudatissimo dixissem de consilio universa Tridentinae synodi monumenta edendi, Quid novi, inquit, elicitori estis? an Sarpium vultis confutare? Partimque contemnentis, partim miserentis vultum prae se ferebat. His auditis ac visis facere non potui quin tacitus apud me cogitarem Christi de ligno viridi et arido verba. Nam quaestionem illam esse hominis in hac saltem materia parum eruditi, multoque minus, quam illi videretur, facetam, ex hoc ipso volumine facile cognoscet, quicumque non in solis rerum adumbrationibus vult acquiescere, sed innumerabilium controversiarum, quae adhuc sunt de variis concilii rebus, solutionem studet invenire.

Sed de necessitate colligendi monumenta concilii et de ratione codicum edendorum a me adhibita cum in prolegomenis fusius sit agendum, hic alia quaedam volui praemittere. ■

A diariis ordimur, non modo quia prima omnium haec pars incepta est eo iam tempore, quo nec de collectione Doellingeriana nec de actorum editione Theineriana repetendis constabat, sed etiam quia optimus rerum in concilio gestarum eis praebetur conspectus. Quae uno volumine modicae formae comprehensum iri tunc sperabam; mox duos, nunc tres in tomos ea dividere necessitas coegit.

Et primi quidem huius voluminis impressio variis casibus, maxime quia interim in hanc historiae ecclesiasticae cathedram sum vocatus, *haesit et in quartum vestigia retulit annum*, quod considerare velim eos, qui de libro iudicabunt. Tanto enim temporis spatio fieri non potuit quin editoris de hac vel illa quaestione sententia mutaretur, quoniam *dies diem docet* cum in aliis rebus, tum maxime in documentis publicandis, quibus iterum ac saepius examinatis nova semper animadvertis. Quare nunquam, ubi necessarium videbatur, priores sententias corrigere erubui, neque in fine correctionum additamentorumque tabulas adiungere ignominiae duxi, omnes eos hoc mihi condonatu-
ros

esse fretus, qui similibus unquam in laboribus sunt versati. Nihilominus omnes errores expunxisse minime mihi videor, sed gratissimo animo emendationes excipiam, quas alii ex suorum studiorum finibus afferent.

Secundum volumen diariorum, ni fallor, absoluto primo *actorum* tomo per Stephanum Ehses iam in prelum dato proponam, tertium spatio non magno interposito, cum textus omnes sint collecti. Interim Godofredus Buschbell epistularum conciliarium editionem incipiet. Actorum synodi Bononiensis volumen a me collectum suo loco inseretur.

Monumentorum concilii Tridentini editio haec fieri non potuit sine archivi secreti Vaticani thesauris, quos LEONIS XIII PONTIFICIS MAXIMI liberalitas per totum orbem litterarium summis celebrata laudibus est largita. Cuius liberalitatis executores humanissimos semper expertus sum viros doctissimos HENRICUM DENIFLE Q. PR. et Petrum WENZEL, tabularii custodes, atque FRANCISCUM EHRLICH s. J., bibliothecae Vaticanae praefectum. Praeter hos et omnes, qui tabulariis bibliothecisve a me visitatis praesunt, plurimum debeo Santi Pieralisio, Barberinorum bibliothecario, et CAROLO GIULIANO, Tridentinae bibliothecae directori, qui insuper diarii Massarelliani primi locos dubios — dubia autem oriuntur, etiam si ipse diligentissime codices contuleris — cum exemplari Tridentino conferebat. Optime autem de hoc tomo meritus est Stephanus Ehses, qui instituto historico Goerresiano praeest et infinita patientia non modo in numeros locos dubios denuo in codicibus examinavit — nam folio 34 (p. 272) impresso Roma discessi —, sed etiam creberrimis interrogationibus humanissime semper respondit. Et Ioannes Petrus Kirschi, Friburgi Helvetorum professor, ac Bruno Albers o. s. b. aliqua quae ex codicibus transcripserant mihi condonarunt. THEODORUS deinde DE SICKEL, cum per aliquod tempus in tabulario Vaticano in eadem mensa mecum laboraret, non raro quae ipse de codicibus observasset mecum communicabat, ac praeterea operibus de concilio editis plurimum mihi profuit.

Societas Goerresiana per quattuor fere annos stipendiis me iuvit itinerumque per Italiam et Hispaniam et ad varias Galliae, Germaniae, Austriae, Hungariae bibliothecas pro opibus suis liberalissime sumptus suppeditavit. Denique ANTONIO DE WAAL Campi Sancti Teutonicorum in Urbe rectori, qui diu hospitem ac benignum erga me se praebuit, ut gratissimi animi testimonium dedi laboribus pro eius collegio per difficillimas tempestates libenter susceptis, ita hic denuo et ipsi et omnibus antea nominatis perhibeo.

Caeterum quantum debeam eis, quorum quondam Tubingae scholas adii, et maxime FRANCISCO XAVERIO DE FUNK, qui egregia semper benevolentia me est prosecutus, libenter etiam hoc loco profiteor. Memoriae autem celeberrimi historiae conciliorum scriptoris, a quo episcopo sacris sum initiatus, qui paterna clementia litterarum alumnos fovebat, hoc volumen sacrum esse volui.

WIRCEBURGI, mense Decembri MCM.

Sebastianus Merkle.

LEO PP. XIII.

DILECTI FILII, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

mediocri animi oblectatione iam pridem accepimus ab electa doctorum hominum catholicorum manu Societatis, cui a Josepho Goerres viro eximio nomen, in Germania vestra initia posita esse, hoc proposito ut optimis quibusque artibus et disciplinis provehendis, una dempta theologia, communibus studiis operam darent. Huiusmodi consilium ideo praesertim comprobavimus, quod persuasum Nobis sit ex bonarum disciplinarum incrementis insignes utilitates in christianam rempublicam derivari. Neque enim per timescendum fore ut ex sincera veri investigatione disciplinarumque progressibus christianae revelataeque doctrinae detrimentum contingat; quasi fieri possit ut veritas veritati usquam adversetur, aut emolumenti aliquid ex errore vel veritatis ignoratione expectari liceat. Quod sane meminimus Nos fusius esse prosecutos litteris

die xvm Augusti anno mdccclxxxiii datis, illud nimirum veteris sapientiae praescriptum de arte historica inculcantes, *primam esse legem historiae, ne quid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non aiideat; ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simul tatis.* — Haec quidem constanter reputans, optime de veritate, de religione, de re publica merita est societas vestra, tum egregiis in lucem editis scriptis, tum variis institutis in Urbe conditis, tum etiam attributo praemiorum incitamento iis iuvenibus, qui prima in Academiis stipendia mereantur.

At eo maiore commendatione dignum censemus consilium illud, aliquot ante annos a vobis susceptum, in quo perficiendo strenue nonnullorum virorum industria naviterque elaborat. Intelligimus novam atque amplam monumentorum, quae ad sacrum Concilium Tridentinum spectant, collectam seriem, ex tabulario Vaticano ad auctam, scienter emendatam, omnique critico apparatu instructam. Placuit vobis huiusce haud exiguae molis operis volumen primum, vel antea quam extrema ei manus accederet, ad Nos perferri; in eoque rerum copiam, perapto ordine digestam, ad integram fidem documentorum, atque ipsum etiam librariae artis nitorem iucundum fuit laudare pro merito. — Quamobrem cum vehementer vobis in votis sit, ut opus idem auspiciis Nostris in publicum prodeat Nostroque augeatur nomine, id libentes concedimus, optamusque ut quod tam egregie aggressi estis, ad felicem exitum, Deo bene iuvante, perducatis. Minimeque dubitamus quin labores vestros gratia bonorum et comprobatio consequatur, proinde ac postulat et ipsa rei praestantia et catholicae religionis decus.

Divinorum interim munerum auspicem, praecipuaeque Nostrae
benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii,
et sodalibus vestris universis peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 10 Decembris
anno mdcccc, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

Dilectis Filiis L. B. DE Hertling,
Praesidi Societatis Goerresianae et
Stephano Ehses Sac. Moderatori
Instituti historici eiusdem Societatis
in Urbe.

Hoc primo tomo continentur:

	Pagina
Praefatio	VII
Prolegomena.	
Cap. I. De monumentis concilii Tridentini ac maxime de diariis	XIII
1. De necessitate publicandi monumenta concilii .	XIII
Hefelii testimonium p. XIII. — Aliae rationes p. XIV. — Initio concilium fuerat acta publicare p. XIV. — Quantum referat fontium codices originales habere p. XVII.	
2. Locorum quibus potissimum monumenta concilii inveniuntur conspectus	XVIII
i. Vaticanae collectiones p. XVIII. — 2. Italia extra Vaticanum p. XXI. — 3. Hispania p. XXV, — 4. Gallia p. XXXI. — 5. Germania p. XXXII. — Hungaria, Austria p. XXXIII.	
3. De diariis (enumeratio)	XXXIV
Cap. II. De Herculio Severoli vita et commentario	XXXVI
1. Probatum Severolum esse commentarii auctorem, non Massarellum	XXXVI
2. De Severoli vita	XL
3. De origine, indole, fine diarii. De Severoli fide	XLIV
4. De codicibus operis	XLVI
5. De commentarii Severoliani epitoma antiqua a Massarello in conscribendis actis adhibita	XLVIII
Codices epitomes p. XLIX. — Comparantur inter se commentarius, epitome, Massarelli acta p. LI.	
6. Commentarii cum aliis fontibus comparati auctoritas. Conspectus fontium	LXV
7. De usu commentarii Severoliani hactenus a scriptoribus facto	LXVII
Cap. III. De Angelo Massarello concilii secretario et diariorum actorumque scriptore	LXVIII
Pars prior. Angeli Massarelli vita	LXVIII
1. De Massarelli vita ante concilium acta	LXVIII
2. De Massarelli in concilio et in curia Romana officiis ac muneribus	LXXI
Massarellus ad concilium proficiscitur p. LXXI. — De eius secretariatu in conciliis Tridentino I et Bononiensi p. LXXI. — Fit secretarius Concilium Tridentinum. I.	

	Pagina
pontificius et iterum conciliaris p. LXXIV. — De Massarelli ordine clericali p. LXXV. — Tertium creatur secretarius concilii p. LXXVI. — Anni extremi p. LXXIX.	
3. De Massarelli ingenio, moribus, fide	LXXIX
Massarelli ingenium, institutio, studia p. LXXIX. — Eiusdem de rebus suorum temporum sententia p. LXXX. — Eius fides etiam in actis conscribendis probata p. LXXX.	
Pars altera. De scriptis Massarelli	LXXXIII
4. De diariis	LXXXIII
A. Diarium I p. LXXXIII — B. Diaria II, III, IV p. LXXXVII. — C. Diaria V—VII p. XCI. — D. De summaris p. XCI.	
5. De actis concilii	XCII
Quando vota in congregationibus scribi incepta sint p. XCII. — Quando quibusque auxiliis Massarellus acta concilii composuerit p. XCIV. — De mutationibus postea factis p. XCVII.	
6. De relationibus a Massarello Romam missis	XCVII
7. De reliquis Massarelli libris	XCVIII
8. Scripturarum a Massarello relictarum indices antiqui	CI
A. Massarelli testamentum p. CII. — B. Una ricevuta di 22 libri p. CIV — C. Ex indice Silvii Pauli p. CIV. — D. Inventarium Margarutii p. CVI. — E. Scripturae per Gambarum Severano traditae p. CIX. — F. Inventario delle scritture della Sra Sulpitia Massarella p. CX. — G '2- Alia inventaria earundem scripturarum p. CXI. — H. Scritture ritrovate in casa del colonello Annibale Margarucci p. CXIII. — J. Scritture ritrovate in casa de gl'heredi dei q. Cinthio Pamphilo p. CXIV. — K. Antonii Massarelli scripturarum conciliarium index p. CXV.	
Appendix. Collectionis <i>Concilia</i> inscriptae unde et quando singuli tomi tabulariis pontificiis sint traditi	CXXI
Cap. IV. Quae ratio adhibita sit in hac editione administranda	CXXIV
Appendix. Synopsis paginarum editionis Doellingerianae et nostrae	CXXVII
I. Herculis Severoli de concilio Tridentino commentarius	1
II. Angeli Massarelli de concilio Tridentino diarium I	149
Appendix. Ordo aperitionis concilii Tridentini 13. Dec. 1545	4°°
III. Angeli Massarelli de concilio Tridentino diarium II	405
a) Praeparatoria.	4°7
b) Diarium proprium	424
IV. Angeli Massarelli de concilio Tridentino diarium III .	467
V. Angeli Massarelli diarium IV: de concilio Bononiensi .	627
Index nominum et rerum	875
Addenda et corrigenda	929
Tabula phototypica: Tridentina civitas saeculo XVI.	

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

DE MONUMENTIS CONCILII TRIDENTINI AC MAXIME DE DIARIIS.

PAULUM Sarpium Sfortiamque Pallavicinum nec fontes exhausisse nec satis iudicii integritatem servasse neque omnino quae hodiernis sufficiant iudicibus opera con-
didisse quamquam omnes fere consentiunt*, nemo tamen post illos concilii Tridentini historiam, quae quidem digna sit hoc nomine, ausus est scribere. Et mirum sane videtur, conventus illius — quo res ecclesiasticae, civiles, litterariae vehementer commovebantur, qui aetate historiae iam studiosissima rationisque criticae haud ignara, praeterea libros im-
primendi arte diu inventa est habitus, qui ambabus partibus, quarum separationem ab solvit ac perfecit, maximi erat momenti, quippe qui utrique armorum telorumque infinitam multitudinem praeberet — per plus quam tria saecula seriem ordinemque generalem tantum
io esse investigata, singula facta maiorem ad partem adhuc obscura remansisse.

Nihilominus, si paulo accuratius rem inspexeris, gravissimis rationibus motum opti-
mum quemque scriptorem ea re abstinuisse intelleges, cum concilii monumenta, quibus fundari debet historia, variis de causis non ita sint cognita, ut veteres illi vere possint superari. Quorum monumentorum vis cum immensa paene sit et infinita, nos pro nostra
15 parte, quin aliorum provincias praeoccupemus, in eis exponendis versabimur, quae ad diaria iudicanda et intellegenda sunt necessaria vel ad fontes in itineribus nostris detectos viam demonstrant. Acta enim, quae mox a Stephano Ehes incipientur edi, et ipsa copiosis prolegomenis instruentur, nec minus Godofredus Buschbell epistularum collectioni quae ex re esse videbuntur praemittet.

1. De necessitate publicandi monumenta concilii.

20 Carolus Iosephus de Hefele, doctissimus quondam inclytæ Suevorum uni-
versitatis Tubingensis professor ac magni nominis deinde ecclesiae Rottenburgensis antistes celeberrimusque historiae conciliorum auctor, cum opus seponeret iunioribus ac posteriori-
bus continuandum, non modo senectutis et episcopatus onus, sed maxime eam causam afferebat, quod acta concilii a secretario generali Angelo Massarello conscripta, quibus
25 non adhibitis in vanum cederet scriptoris labor, nondum essent publicata². Quae eodem anno, quo Hefelius ea sibi deesse questus erat, licet Theineri curis in lucem prodierint,

¹ Haec etiam de Pallavicino dicenda sunt. Sufficiat *qualita d'istonco, che e di ricercar la verita e mostrarla in tutta sua luce. Sarpi vuol accusare, Pallavicino difendere a tutto costo.* Quod iudicium probatur ipsius Pallavicini testimonio: *La mia storia e mista d'apologia, anzi piu veramente e una apologia mescolata d'istoria: onde tutto cio che giova 0 a rifiutare l'avversario come ignaro 0 bugiardo, 0 a dar credito a me di ben' informato, 0 a migliorare il concetto presso i lettori di chi reggeva la chiesa e maneggiava il concilio, e tutto degno d'esser descritto in quest'opera, benché per altro non arrecasse piacere* (Pallavicinus ad marchese Durazzo 2. Iunii 1657» iR Lettere dei Pallavicino, Venezia 1669, p. 71, apud Calenzium p. 406 s.). Hac de causa Calenzius merito censet rectum operis Pallaviciniani titulum hunc esse: *Apologia della chiesa Roinana e confutazione delle calunnie dei Sarpi, ove indirettamente si da una vera storia del concilio di Trento* (p. 407).
² Hefele, Conciliengeschichte VII (Freiburg 1874), praef. p. vu.

tamen ea editio neque originalia in omnibus partibus exhibet acta neque integra, immo editoris arbitrio multis locis mutilata. Praeter acta autem etiam alia documentorum genera inspicienda sunt ei, qui concilii Tridentini historiam vult componere, ut sunt diaria a variis auctoribus relicta, tractatus theologorum et canonistarum, epistolae a legatis Romanae curiae invicem missae aliaeque a multis conciliaribus scriptae.

Hic iam quaeret aliquis, curnam opus sit omnia illa monumenta typis divulgari, cum etiam manu scripta ab hominibus doctis diligenter possint perlustrari et examinati eorumque particulae, quae maioris videantur momenti, historiis inseri. Sed hac via ad exitum optatum non perveniri ipsis Sarpio Pallavicinique exemplis demonstratur. Minime enim unius hominis vires sufficiunt, ut immensam materiem per omnes fere Europae partes dispersam conquirat, ut lapides longe disiectos congerat, congestos in unum opus coniungat. Et si sufficerent, omnibus illis absolutis nondum de soliditate operis constaret; nam lapides num firmi sint necesse est examinentur, quod examen, ubi aedificandi studium praevallet, haud bene instituitur. Tum demum, quando singulos fontes in unum collectos inter se comparare licebit testimoniaque discrepantia conferre et perpendere, Tridentini concilii historia poterit conscribi.

Praeterea lectori, qui simpliciter ab auctore remittitur ad fontes ei non praesentatos, valde difficile est scriptoris fidem probare. Si Pallavicinus — id quod ob ipsam multitudinem codicum fieri non poterat — documenta, quibus historiam suam fundaverat, collecta edidisset, multas eius cum Sarpio controversias longe facilius fuisset finire. Et eo potissimum huc usque doctorum inquisitiones spectabant, ut in singulis casibus decideretur, uter illorum auctorum melius fontes interpretatus esset, uter meliores fontes habuisset. Hae autem quaestiones solvi nequeunt, quin fontes ab illis adhibiti praesto sint, quin interdum novis documentis inventis lumen rei afferatur. Similiter quomodo ortae sint differentiae, quas Druffel monstravit esse inter textus a Raynaldo et Theinero transumptos, his quae hactenus adfuerunt subsidiis numquam cognosceretur; simul autem ac Severoli liber, Massarelli acta originalia et retractata et diaria prae oculis erunt, ultro illae differentiae solventur, et particularum singularum fides ex libris integris, ex quibus sunt desumptae, horum autem fides secundum ea, quae de eorum origine dicta erunt, statuatur.

Huc accedit quod monumenta, quibus Tridentini concilii historia illustratur, maximae utilitati sunt eis, qui historiam dogmatum vel disciplinae ecclesiasticae vel vitas hominum illuc congregatorum volunt investigare et vix tot bibliothecarum tabulariorumve copias possunt perquirere.

Non immerito igitur Leopoldus ille de Ranke censuit ei, qui novam concilii huius historiam scribendam susciperet, ab initio ordiendum esse; nec melius initium potest fieri quam omnium fontium amplissima collectio. Sed idem simul questus est, eos qui opus hoc exequi possent, nolle, qui vellent, non posse*.

Quae accusatio spectabat ad eos, qui concilii Tridentini acta in tabulariis pontificiis per tria saecula duro carcere tenuissent. Et re vera ipse Pallavicinus, qui quasi miles electus erat ab ordinis sui magistro generali, ut Sarpium refutaret conciliumque defenderet, certis finibus coercitus erat in thesauris illis hauriendis, neque opus nisi a censoribus severe examinatum in lucem edere poterat². Eadem lege astrictos esse Odoricum Raynaldum eiusque ministros, qui Baronii annales continuarunt, vix est dubitandum. Quibusdam denique in tabularia pontificia aditum petentibus recusatum esse non minus notum est, quam vetitum esse a Pio IX Theinorum acta concilii Tridentini typis mandare, quae postea nihilominus clam pontifice publicavit³.

At aequae integreque rem considerans num curiae Romanae adversarios culpa carere iudicabis, quod illa ad eam severitatem sit inducta.⁴ Nonne cardinalis Cervini, qui postea

1 *Ranke*, Die rom. Papste III (Berlin 1836), 289; ed. 7. (Leipzig 1878), III, 41*.

2 Initio ne aditus quidem archivi Pallavicino patebat, sed utebatur excerptis codicum factis a Felice Conteloro et Constantio Centoflorino tabularii custodibus, quae excerpta hodie sunt in codice eiusdem tabularii Vaticani *Concil. t. 81* et alibi, cf. *Th. de Sickel*, Romische Berichte I (Sitzungsberichte der Kais. Akad. der Wissensch. in Wien, phil.-hist. Classe, t. CXXXIII, n. IX; etiam separate prodierunt Wien 1895), p. 92 s.; *Pallavicini*, Istoria dei concilio di Trento (ed. 1.

Romae 1656, 2 voll. in folio, deinde saepissime edita) 1. 15, c. 13, n. 3. *Dollinger*, Sammlung von Urkunden zur Geschichte des Concils von Trient I (Nordlingen 1876), praef. p. xm refert, Theinero, cum concilii acta edere vellet, obiectum esse: nemini permissum fuisse acta et documenta inspicere: *nur Pallavicini habe sie, und zwar auch nur in beschränkter Weise und unter der Bedingung, dass sein Werk der sorgfältigsten Censur und Revision unterzogen werde, gebrauchen dürfen.*

3 Cf. narrationem apud *Dollinger* 1. c. p. xil s.

fuit papa Marcellus II, epistolae 6.1 et 23.2 Novembris 1548 ad Massarellum datae, nonne alia a Paulo Manutio decretorum editioni praemissa³, nonne ipsa actorum volumina in tabulario Vaticano custodita et *Imprimenda* inscripta⁴ testantur, universa acta in lucem edere constantem initio pontificum Romanorum mentem fuisse? Quod consilium, si non Massarelli praematura morte ad irritum est redactum⁵, at certe per eos, qui maledicendi pontificibus magis quam scrutandae veritatis erant studiosi. Nam congregato etiam concilio cum libelli in Germania prodiissent, quibus novarum rerum cupidi singula a synodo acta vel decreta, quae quidem deprehendere potuerant, in vanum et ridiculum detorquebant, ne perfecto quidem concilio eius examen a Martino Chemnitio institutum vel infames illae centuriae Magdeburgenses meliora sperare sinebant. Nondum enim ea historiam scribendi ratio obtinebat, quae sine ira et studio quid factum sit scrutari iubet et narrare, sed theologiae polemicae pro ancilla habebatur Clio, quae tela suppeditare deberet ad adversarios impugnandos. Quare vix unus inter tot ecclesiae Romanae hostes tunc reperiebatur, qui veram concilii historiam scribere vellet, sed timendum potius erat, ne omnes fere actis concilii editis abuterentur discerpendo novaeque inde ecclesiae crimina fingendo. 15
Ipsam Sarpium simplici atque incorrupto iudicio pollere ne illi quidem asserere audent, qui curiae Romanae minime sunt studiosi, immo et Rankius⁶ et Dollinger⁷ strenue id negarunt cupiditatemque hominis demonstrarunt. Num eiusmodi hominibus etiam plures ecclesiam contumelia afficiendi occasiones praebere pontifices debebant? Non igitur mirandum est, quod ei, qui acta concilii non publicanda esse censebant, mortuo et Marcello II et Pio IV et Massarello superiores in pontificum Romanorum consilio evaserunt⁸, et iniquissimae mentis mihi videtur esse, cum omnes magistratus ultimis saeculis summa cum diligentia tabularia sua custodirent, a curia Romana postulare, ut documenta sua secreta divulganda permitteret, et in ipsa vituperare, quod aliis crimini dare nemo sanus in animum induxit. 25

Sed utinam ei, qui pontificum vituperabant iniuriam, ipsorum deposuissent incuriam! Utinam maluissent fontibus apertis laetari, quam de obseratis lamentari! Licet enim scripturarum ad concilium pertinentium pars haud exigua in tabularium arcis S. Angeli vel Vaticanum vel in bibliothecam pontificum esset perlata, plurima tamen a possessoribus 30
retenta illam custodiam fugerunt, ut satis ex huius capituli articulo secundo patebit.

1 Infra p. 809, adn. 8: *potereste mettere in ordine gli atti dei concilio diligentemente per far stampare ancora essi* (ut impressa erant canones et decreta).

2 Infra p. 813, adn. 3: *Confortovi a sollecitare di mettere insieme gli atti dei concilio, dove si veda l'ordine che s'e tenuto et la diligentia che s'e usata a discutere et disputare le materie.* Cf. p. 824, adn. 1; p. 858, adn. 5.

3 Legitur praeterea in Theineri actorum editione (Zagrabiae [1874]), praef. p. I n. s., unde haec repetantur: *Reliqua concilii acta* [i. e. praeter canones et decreta] *diligentissime per scribas pontificios in ipso concilio excepta et litteris mandata mox ita emittentur, ut quaecunque res in controversiam venerit, quaecunque vel sententia dicta vel oratio habita sit, omnia denique agitata, quaesita, deliberata stio quidque loco distincte et abundanter exponantur. Interim accipe summam rei, lector optime, quae ad salutem vehementer pertinet; universam vero concilii Tridentini trium pontificum distinctam temporibus historiam eodem, cuius ad gloriam haec omnia dirigantur, iuvante Deo propediem expecta. Nullam enim tanti negotii partem ignorare non modo iucundum est, verum ad multa etiam utile et accommodatum, quod aliorum conciliorum lectio declarat. Romae M D L X I V.* Cum A. de D ruffel (Theologisches Litteraturblatt X [Bonn 1875], 337 dicat Theinerum hac in re fundamentis incertis inniti iam aliunde esse monitum (nescio unde hoc sit monitum nec quibus argumentis), Th. de Sickel (1. c. p. 36) ait: *Es ist unzuverlässig, dass Pius IV die Akten in solchem Umfang hat veröffentlicht wollen, dass auch der Gang der Verhandlungen ersichtlich werde, und dass Borromeo damals diesen Wunsch geteilt hat*, idque argumentis demonstravit, quae cum aliis in adnotatione sequenti affe-

rentur. Cf. etiam locum apud J. Mendham, Supplement to Memoirs of the council of Trent (London 1836) p. 5.

4 Primum extat in tab. Vat. *Concil.* t. 43 volumen, cui titulus *Acta sacri oecum, concilii Tridentini sub Paulo III Iulio III Pio IV pontt. max. imprimenda*, alias a Massarello *libellus indicis* vocatus, in quo ordo et series actorum servanda a scriptoribus describuntur. Praeterea tomi *Concil.* 124-130 vel in titulo habent inscriptionem *imprimenda*, vel alio modo hunc ad finem eos conscriptos esse indicatur. Quin etiam cardinales deputati erant, qui acta, antequam ederentur, examinarent, quod non modo ex vol. *Concil.* 126, f. 2V apparet, ubi legimus: *Mittantur per manus IU-norum D D. Simonettae, camerarii* [qui erat Vitellius], *Serleti, Amulii, Paleottii* sed etiam ex fasciculo tomo *Concil.* 134, f. 40-45 inserto et ita a Massarello inscripto: *Adnotationes ab Illmis cardd. depiUatis factae super acta s. concilii; cum Pius IV acta ipsa breviori forma imprimi . . . iussit. In huiusmodi autem congregatione ego ipse haec describebam 10. Aug. 1564-1. Aug. 1565.* Cf. de his rebus infra cap. III, § 5.

5 Cf. infra cap. III, § 2 (sub finem) et 5.

6 L. c. p. 271-281 (ed. 7. p. 26*-34*).

7 L. c. p. vi-vm.

8 Num Pallavicinus causam ab ipso Introd. V, 6 al latam pro vera habuerit, valde dubitaverim. Ibi legimus: *Chi non vede che non per altro si e astenuto la chiesa dalla promulgation di quegli atti, se non per la loro ivviensa lunghezza, e per la pieitezza colla quale sono stesi i decreti, per cui la lezione degli atti si rende soverchia? . . . Gli atti riuscirono d'una mole smisurata ed altrettanto incomoda a stamparsi ed a leggersi, quanto non necessaria a sapersi* (! contrarium sentiebat Manutius, cf. adn. 3).

Quorum non modo aditus ab initio paene patebat, sed etiam inventaria partim edita erant, ut scripturarum Farnesianarum, quae in Neapolitano tabulario sunt, a Gachard¹, Tridentinae bibliothecae codicum a Finazzio canonico², bibliothecarum publicae Neapolitanae, Romanarum Angelicae, Barberinianae, Corsiniana, Vallicellanae a Calenzio³. Ex eiusmodi thesauris monumentorum collectiones, quae prioribus saeculis prodierunt, sunt haustae. Sed nostra aetate paucissimi, ut Sickel, Druffel, Dollinger, Lammer, monumentis illis effodiendis operam dederunt; Dollingeri autem collectio talis erat, ut vix dolendum sit, quod non est continuata. Alii omnino praeferebant Romanae curiae celandi obscurandique studium exprobrare, neque quidquam concilii eis curae erat, nisi quod Galli *piquant* dicunt. Tales intuens Rankius iudicavit⁴ non amplius tanti res hodie haberi quanti prioribus saeculis; quod suo iure dixit eo tempore, quo relationibus Venetis in caelum elatis novum quoddam canonicorum librorum genus inventum erat, quorum ex admiratione nonnulli ne hodie quidem se recrearunt, quorumque salibus ac facetiis nimis imparia erant arida conciliorum acta vel epistulae controversiis dogmaticis non raro intertextae. Ita ex concilii quoque Tridentini actis ea tantum delectabant, quae facete aliquid dictum vel factum in synodo vel malignum de ea iudicium continebant, ut sermo a comite Nogarola laico 26. Decembris 1545 coram conciliaribus habitus (infra p. 360, 1. 19 ss.), choreae a quibusdam praelatis in arce Tridentina 3. Martii 1546 ductae (p. 507, 1. 34 ss.; 508, 1. 12 ss.), Dirutae contio 1. Maii eiusdem anni lecta (p. 543, 1. 11 ss.), rixa inter Chironensem et Cavensem episcopos, quorum hic illius barbam convulsit et aliquos pilos extraxit (infra p. 90, 1. 16 ss.; 561, 1. 5 ss.; *Theineri*, Acta I, 192 ss.), illud Gallorum oratoris *che il spirito santo viene nelle valligie in posta* (ex. gr. in litteris *Camilli Paleotti* ad fratrem 24. Maii 1562 datis, Rom. Quartalschr. 1897, 418), vel aliud a quibusdam episcopis Italis dictum, cum post Alifanum Hispanum locutus esset contra curiales Metensis Gallus: *A scabie Hispana incidimus in morbum Gallicum* (ex. gr. in Psalmai diario ap. *Dollinger* I, 2, 213) vel illud Urbevetano, qui Virdunensi Gallo loquente dixerat: *quam multa gallus iste cantat*, a Danesio Vaurensi responsum: *Utinam ad cantum huius galli Petrus resipisceret et fletet amare* (Paleottus ad 22. Maii 1563 6). Ex huiusmodi rebus concludebatur plena earum esse acta, et curiam Romanam plurimum habere, quod illa tam anxie custodiret.

His suspitionibus optime obviari potuisset credideris integris concilii actis in lucem editis. Nam nullo modo nisi actis penitus cognitis suspiciones, fabulae, mendacia disperguntur⁶, et quamvis ut ei qui rebus publicis, ita et qui ecclesiae praesunt ius habeant tractatus, concordata, nuntiorum legatorumve instructiones et relationes tamdiu occulta habere, quamdiu ipsorum ne ab aliis cognoscantur interest, tamen iure Franciscus de L. 5 heret⁷ ait quaerendum esse, usque in quae retrorsum tempora interesse re vera possit, nec quod sit usitatum, sed quod rationabile faciendum, ne ludibrium et fastidium vel etiam diffidentia et calumnia excitentur. Cum enim longe diversa sit nostra aetas ab illis temporibus, quibus maior litteratorum pars historiae documenta in adversariorum calumnias detorquebat, ideo nec quod tunc fuit rationabile, hodie amplius debet videri. Hinc evenit, ut Theineri editio expectationibus non satisfaceret: cum enim nil fere contineret nisi acta, neque in his ea, quae multi suspicati erant, legerentur, fraudes per Theinerum vel actorum redactores commissas aliqui odorabantur et ut diaria privata secretarii publicarentur flagitabant⁸, negari non posse asserentes, diaria Massarelli nondum typis impressa, ex quibus Theiner pauca eaque parvi momenti excerpisset, plurima continere, quibus res in concilio gestae non admodum laudabiles narrarentur actisque publicis saepe contradiceretur⁹.

¹ Gachard in Bulletins de la commission royale d'histoire, 3e serie, XI (Bruxelles 1870), 245—344.

² Finazzi, Cenni dei P. Alberto Mazzoleni e de' suoi manoscritti sulla storia dei concilio di Trento. Lucca, Landi, 1861; quod opus iterum typis prodit in eplimeride Miscellanea di Storia Italiana VI (1865).

³ Generoso Calenzio, Documenti inediti e nuovi lavori letterarii sui concilio di Trento. Roma, Sinimberghi, 1874 (XXIV, 680 pag. 8°).

⁴ L. c. p. 289 (ed. 7 p. 41*).

⁵ Cf. Pallavic. 21, 8, 3; *Bibliotlieque Frangoise V* (Amsterdam 1725), 76; *Theiner*, Act. 2, 660^a.

⁶ Franc. de Ldher in opere: Archivlehre (Paderborn 1890) p. 258.

⁷ Ibid.

⁸ Druffel, Theol. Litteraturblatt X (Bonn 1875), 338 ss.; cf. ibid. XI (1876), 391; Monumenta Tridentina (Miinchen 1884 ss.) passim.

⁹ Anonymus in Hist. Zeitschr., hrsg. v. H. v. Sybel, XXXVI (Miinchen 1876), 12. Qui caeterum bene fecit, quod nomen tacuit, cum rerum minime sit gnarus; ex. gr. p. 10 contendit Theinerum acta ex octo voluminibus scripturarum Farnesianarum tabularii Neapolitani traxisse, quod Theiner longe aberat ut diceret, cf. eius praef. p. VITI, immo omnibus ab initio constabat illa acta in tabulario Vaticano esse; praeterea — ridiculum sane — gratias agendas fuisse Theinero opiniatur, si res parvi momenti vel superfluas oppressisset,

Quae cum ita essent, fieri non potuit quin Leonis XIII pontificis maximi liberalitas, qua tabularii sui secreti portas omnium nationum hominibus doctis apertas esse voluit, ingenti cum gaudio maximeque omnium gratulatione undique acciperetur. Nunc tandem, Urbis et Orbis bibliothecis tabularisque cunctis patentibus, venit tempus, quo concilii Tridentini historiam qui volunt scribere, possunt, qui possunt, volunt; nunc, cum omnes qui ubique inveniuntur codices ad concilium pertinentes et maxime ipsorum auctorum manibus exaratos liceat prospicere, de singulorum fontium auctoribus, origine, tempore, auctoritate prospere disquisitiones facere et cum certitudine iudicare possumus, ut quae hactenus eis de rebus credita sunt modo corrigantur, modo novis fundamentis instruantur, io Nam ex ipsa fontium nostrorum natura sequitur, ut vix in aliis quaestionibus tantum referat codices ab ipsis auctoribus scriptos inspicere quam hic; plurimum enim differt, utrum secretarii notationes originales habeamus in ipsis congregationibus dum vota dicebantur factas, an aliam formam inde derivatam, in qua, etiam si statim finitis singulis congregationibus mandata est litteris, fieri potuit, ut ipse secretarius notationes 15 primas festinanter scriptas non bene legeret, vel, si tempore posteriore exarata est, sponte aliqua mutaret. Atqui ex solis eis codicibus, quos ipse propria manu scripsit, ea cognoscuntur. Quin etiam originalis actorum formae verbum in secunda omissum* quia secretarius non amplius intellegebat, nobis non modo clarissimum esse potest per alium eiusdem rei nuntium, sed interdum sufficere ad controversiam finiendam. Utque exemplo eorum quae dicta sunt utar, si actorum codices prae oculis habuisset Druffel vidissetque, 20 deesse in omnibus actorum formis vocem *clericus* apud *Theiner* I, 33ⁿ insertum, maiorem libelli de comite Nogarola (cf. infra p. 360, adn. 1) partem scribere nonnullasque coniecturas in medium proferre omisisset.

Nec minoris momenti est diariorum codices originales habere. Diaria enim exarari solent calamo veloci, multis verbis contractis vel per notas, quas solus auctor intellegit aut certe non ab aliis intellegi vult, scriptis. Non longa experientia hac in re indigebis ut scias, quemadmodum exemplar transcriptum inferius sit codice autographo. Ita commentarii Severoliani liber Barberinianus paene inutilis est, quia promotoris litteras minus compositas nec claras scriptor multis locis perperam legit. De diariis Massarelli 30 duo exempla sufficiant. Quae difficultates oriantur, si pro *cardinali de Monte* legitur *eadem Maestate* (infra p. 514, l. 8, ubi antea de imperatore erat sermo), vel pro *ut in ca[usa] Eust[achtij] pro[vide]at* illud scriptoris cuiusdam *ut in ea custodia ponat* (p. 847, l. 11 s.), non opus est dicere.

Maximam autem codex originalis utilitatem affert, ubi auctor exquirendus est libri, cuius codices titulo carent, neque ex ipso libro quidquam elicitur. Exempli gratia Severolianum commentarium a duobus codicibus Massarello tributum negavit Dollinger a secretario esse scriptum argumentis haud futilibus, Druffel argumentis fortioribus eundem Massarellianum evicisse, quin etiam qua occasione ortus sit ostendisse sibi visus est. Quem omnibus secutis refellere non potuissemus, nisi in tabulario Vaticano tomus primam com- 40 mentarii formam exhibens et autographus inventus, litterarumque ex formis Severolus auctor demonstratus esset. Deinde ex similitudinibus eius libri cum actis mirum illud efficiebatur: non extare de primis quattuor concilii mensibus acta originalia, quod codice primam Massarellianorum actorum formam continente (Arch. Vat. *Concil.* t. 62) collato confirmatum est. Itaque pro illo tempore secretarii acta inferiora esse Severoli commen- 45 tario apparuit, constitutaque est regula, huic esse credendum, ubi ambo differunt. Itaque ne veri simile quidem hac in re inventum esset sine codicibus autographis, immo contrarium veri pro vero esset habitum.

Sed aliae etiam sunt interdum rerum condiciones. Concilium enim Tridentinum aequalibus maximeque eis qui spectaculo ipsi interfuerant tale ac tantum visum est, ut 50 eius memoriam posteris tradendo inter se certaverint. Non acquiescebant auctores in una narratione, sed rescribendo et retractando corrigebant, hoc vel illud alio sub aspectu ponebant, quae minoris momenti essent expungebant, alia addebant; quin etiam id accidit, ut posterioris aevi homo, qui ipse rebus non interfuit, aliis fontibus adhibitis librum inter polaverit vel rursus excerpterit, ut in diario Psalmai est factum. Hic ultro apparet

cum, qui theologiae scholasticae non inprimis studeat, iam nimiam eius copiam in actis accipiat: qui huiusmodi res contemnit, ab actis conciliorum, nec quod

Concilium Tridentinum. I.

ipse parvi pendet, re vera ideo parvi momenti esse somnietur! Si genus quoddam historicorum eiusmodi res contemnit, non omnes sunt ita negligentes.

difficile vel omnino impossibile esse, quae forma originalis sit, quae secunda, quae tertia, quae interpolata, quae abbreviata, diiudicare sine codicibus autographis; quibus solis sententia Wokeri, Dollingeri aliorumque, qui Hugonianam Psalmaei editionem epitomen, Wokerianam librum originale exhibere volunt ^ falsa est demonstrata, quod non parvi est momenti ad eius diarii relationes textuumque differentias censendas. Nec desperatae illi perturbationi, qua disiecta membra singularum Paleottinae historiae retractationum sunt tradita — ne esse quidem eius libri fragmenta codices Arch. Vat. *Concil.* 96— 104 amplius sciebatur — mederi potuisset, nisi libelli plumbeo lapide ab ipso Paleotto scripti essent reperti². Denique probi Ioannis Baptistae Ficleri nostri quot sunt diarii codices, tot recensiones, quarum una quattuor voluminum formae maximae; quae sit originalis, nisi ipsius auctoris manus doceret, eo difficilior esset scrutari, quoniam et ipse liber autographus variis aliorum additionibus est interpolatus.

Atque eorum quae ex codicibus originalibus investigata esse diximus quamquam multa sine tabularii Vaticani thesauris potuissent inveniri, tamen his apertis auctus est studiosorum animus, cum omnia quaecumque extant concilii documenta sibi patere eiusque historiae cognoscendae servire viderent. Tali monumenta Tridentina colligendi occasione, qualis numquam antea fuit, non uti nefas duxit societas Goerresiana ad promovenda inter catholicos Germanos studia litterarum condita; quin in honore posuit, ut eius concilii Germanicae potissimum nationis causa congregati actorum editionem quam accuratissimam historicis proponeret. Pontifex autem ille omnes eos fontes, quibus cum certitudine fraudes curialium detectum iri adversarii diu gloriabantur, in lucem edi permittendo, ut non modo aequi, qui serio historiam scribere velint, sed etiam iniqui, qui in odorandis fraudibus omnem artem consumere malint, semper in promptu habeant, nil se a veritate timere ostendit. Etiam nobis persuasum est imaginem quo veriore, eo utiliore ecclesiae fore; quare nec defendere quemquam nec reprehendere studemus, sed solam veritatem patefacere, quam defensione non carere firmissime freti. Quin concilium esse comparandum videtur arci desertae, in qua larvas volitare susurrat volgus, quam horrens noctu praeterit viator; at si ingressus eris, si fenestras aperueris, si ibi habitaveris, nil senties daemonum, nisi quos ipse phantasia fabricatus eris. Cumque hominum mortalium fuerit conventus, quis sanus mirabitur, si divinis humana mista invenerit? Illud autem iure potest expectari: controversias, quae alibi ut vitalitatis ac vigoris indicia monstrantur, cum occurrerint in conciliis et in ecclesia catholica, cuius de ossibus exsiccatis homines quidam amant fabulari, non solis fraudibus ac dolis tributum iri. Qui nihilominus ante omnia dolos venandos sibi proposuerunt, caveant saltem ne idem sibi accidat, quod non semel passus est Druffel, qui, dum alios fefellisse acrius nititur demonstrare, se ipsum aliosque fefellit.

2. Locorum quibus potissimum monumenta concilii inveniuntur conspectus.

1. Finito concilio acta omnia vel saltem longe maiorem eorum partem in **tabularium pontificum Romanorum** congesta esse vulgo creditur. Sed nescio an numquam pauciores scripturas ad concilium pertinentes sedes Romana habuerit quam tunc. Valde enim dubium est, num praeter epistulas a legatis ad pontificem eiusque ministros missas — quae et ipsae per aliquod tempus in privatorum manibus fuere — et aliqua decretorum canonumque exemplaria aliud concilii monumentum in curia adfuerit, cum ipsa actorum volumina, ut in formam typis imprimendam redigerentur, apud secretarium quamdiu vixit videantur remansisse³. Praeterea per longum tempus inauditus ille abusus viguit, ut pontificum magistratus omnes scripturas, quae ad eos dum munus gerebant confluerant, retinerent ac suis heredibus traderent.

Sed saeculo decimo sexto exeunte alius tandem rerum ordo invaluit. Nam cum multo ante ubique fere terrarum monumenta antiquitatis pluris aestimari incepta essent, eis potissimum qui Graecarum Romanarumque litterarum studia instaurabant id agentibus, cum Maximilianus I imperator historicis, qui Habisburgensium aliorumque Germanorum principum genealogias ex documentis antiquis construerent et Germanorum historiam inde a C. Iulii Caesaris temporibus in genuinis instrumentis et relationibus nisam conscriberent,

¹ Dollinger 1. c. p. XXVI; *Anonymus* in *Histor. Zeitschr.* XXXVII (1877), 107.

² Cf. libellum infra p. XX, adn. 7 citatum.

³ Cf. infra cap. III, § 2 versus finem et § 5.

maxime favisset, cum et civitates et principes, ut Veneti, atque etiam privati tabularia condidissent¹: tunc Romani pontifices quoque colligendis conservandisque antiquitatis monumentis operam dederunt. Neque deerant inter cardinales aliosque curiales studiosi historiarum homines, ut Cervini, Vitellii, Amulii, Sirleti, Massarelli. Hinc ad recentiores quoque scripturas aestimandas paulatim est processum². Et 15. Iunii quidem anni 1566 Pius IV cardinalem Amulium iussit ex bibliotheca Vaticana, ex guardarobba³, ex archivo S. Angeli, ex toto statu (ecclesiastico) et, si posset, ex toto mundo colligere libros et scripturas, cum ipsius consilium esset, *tabularium seu archivum eorum omnium, quae ad nos et sedem apostolicam quoquo modo pertinent, ... in palatio nostro Vaticano ... parare atque instruere*. Tunc per eundem Amulium, qui a Massarello executor testamenti simul cum cardinali Morono institutus erat⁴, scripturarum eius de concilio volumina viginti duo in guardarobbam quam vocabant sunt translata⁵, atque etiam, ut mihi quidem videtur, Aegidii Foscarari Mutinensis episcopi anno 1564 Romae mortui epistulae, quae nunc in archivo Vaticano signatae sunt *Concil. t. 131*⁶. Duobus annis post illud Pii IV breve (10. Augusti 1568) Pius V saltem inventarium fieri volebat omnium librorum, chartarum, instrumentorum, scripturarum, quae invenirentur in palatio apostolico in bibliotheca Vaticana, in guardarobba, in archivo castelli, in omnibus archivis Romae, Avenionis et status, atque etiam penes privatos. Simul registorum Avenionensium partem uterque Pius Romam transportari iussit, posterioresque pontifices hoc continuabant⁷. Nihilominus Ioannes Carga⁸ in commentario anno 1574 scripto carere ordine questus est archivum, cuius praefecto licere deberet *di raccogliere scritture appartenenti a negotii di secretaria, non già quelle che vivono nella penna e nelle mani dei segretario secreto, ma tutti gli altri registri et lettere di papi, di legati, di nuntii, di governatori et di altre persone che hanno servito la sede apostolica, le quali memorie o sono restate in mano d'heredi o vanno disperse et si comprano e vendono pubblicamente, e li principi forestieri et molte persone pivate ne fanno archivii in Roma, e sino li heretici ne hanno havute copie et falsificatole et con postille perniciosissime stampate*⁹. Nam nec Vitellii cardinalis defuncti scripturae collectae vel tabulario traditae erant, immo dispersae n, neque ipse cardinalis Borromaeus, cum anno 1565 curia relicta Mediolanum se reciperet, *le lettere et scritture pertinenti a quella santa sede et alie cose publiche de pontificati* reddi iusserat¹⁰, quas tamen, cum de conservandis custodiendisque securitas sibi data esset, Gregorio XIII restituere non recusavit¹¹. Igitur hoc pontifice aliqua facta erant

¹ Cf. F. de Ldher, Archivlehre p. n o s s.: Mehrung und Aufblühen der Archive in der Reformationszeit, maxime p. 116 ss.

² Th. de Sickel, Romische Berichte I, 12 ss.

³ In qua id librorum actorumque custodiebatur, quod semper ad manum esse debebat, cf. Sickel I. c. p. 88, adn. 2.

⁴ G. Marini, Memorie storiche degli archivi della santa sede, editae ab A. Mai (Roma, typogr. Vat., 1825; quam editionem non vidi), et iterum ab H. Lammer in libro *Monumenta Vaticana* (Friburgi Brisg. 1861) p. 430—453 (p. 444). Cf. Sickel I. c. p. 13. Fusius de tabularii Vaticani historia egit plurimaeque documenta inseruit Gregorius Palmerius in prolegomenis editionis Regestorum Clementis V (Romae 1885).

⁵ Massarelli testamentum v. infra cap. III, § 8, A.

⁶ Theodosius Florentia, camerarius Pii IV, nomine custodis (*guardarobba*) testatus est se 11. Dec. 1566 recepissee a Cinthio Pamphilo 22 libros, v. infra cap. III, § 8, A, B et K 1, num. [20], et Giov. Rossi, Catalogo de' vescovi di Telese (Napoli 1827) p. 131, adn. 1.

⁷ Enumeratur codex iam in indice Silvii Pauli anno 1610 facto (cf. Sickel I. c. p. 88 s.) medias inter scripturas Massarellianas a. 1566 traditas, cf. infra cap. III, § 8, C. Foscarari narrat Fantuzzi (Notizie degli scrittori Bolognesi III [Bologna 1783], 35° s. o a Pio IV vocatum esse Romam, ut cum aliis theologis catechismum Romanum componeret et missale breviumque expurgaret, ibique mortuum 23. [22. videtur esse error typographi, cf. quae sequuntur] Dec. 1564 (*Ga/ns*, Series p. 758 habet 23. Febr. 1364, quod falsum

oportet esse, cum in titulo sepulcrali, quem exhibet Fantuzzi p. 351, legatur 23. Dec.).

⁸ Marini apud Lammer I. c. p. 445.

⁹ De cuius vita v. Sickel I. c. p. 104—108.

¹⁰ Sickel I. c. p. 14 s.

¹¹ Nicolaus Ormanettus, Caroli Borromaei familia ris, 27. Ian. 1570 huic inter alia scripsit: *N. Sre ha desiderato di dar qualche ordine alie lettere et scritture pertinenti a quella santa sede et alie cose publiche de' pontificati, le quali per tempi passati hor stan in tal disordine, massimamente le lettere et scritture passate per le mani de' nipoti de' papi, che non se ne ha mai potuto veder con se, ma ogn'un se le ha portate per la maggior parte a casa sua, massimamente dopo la morte dei cardinale Vitellio, che ne haveva raccolte assai; si fa dilli gentia di ricuperarle et metterle sotto qualche buona custodia et ordine* [auctor commentarii mox citandi ait card. Amulium Massarelli ac Vitellii scripturas quae servari potuerint servasse, sed huius unicum volumen Sickelius vidit in Arch. Vat. arm. XXXII, t. 34, cf. Rom. Ber. I, 16]. Se V. Sria Illma si trova haver lettere et scritture di questa natura, la consiglio et esorto a farle consignar a S. S& per satisfar alia volonta di S. Bne — qual pero non mi hapariato in particolare di lei — et far anche quello che, par a me, si convenghi per servitio publico di questa santa sede. Sickel, Rom. Ber. II, 86 s. Cf. adn. 13.

¹² Cf. adn. praecedentem et sequentem.

¹³ Responderat Borromaeus Ormanetto (non ante 5. Febr. 1570, cf. Sickel I. c. II, 86, adn. 3): *Mi piace sommamente il pensiero che ha N. Sre di dar or-*

ad ordinandum, custodiendum augendumque archivum¹, et praeter partem chartarum Borromaei nescio an etiam pars earum, quas Moronus cardinalis anno 1580 Romae mortuus reliquerat, iam tunc a curia sit occupata, nisi id sub Clemente VIII demum est factum². Sixtus autem V, pontifex ille maxime strenuus, non videtur potuisse impedire, quominus Alexandri Farnesii cardinalis scripturarum ingens copia, quae omnis paene publica ecclesiae erat, post illius mortem in privata Farnesiana tabularia abiret³. Ita quindecim vel duodeviginti annis post Cargae memoriale eadem de archivio pontificio querelae in commentario anonymi proferebantur⁴, et Clemens VIII anno 1593 declaravit *che tutte le carte della secretaria di stato non erano in potere dei papa, ma de' passati ministri e secretari e loro eredi*⁵. Et quamquam remedia ab eo proposita non probabantur a cardinalibus in consistorio⁶, tamen valde laboravit, ut tabularium ordinaretur et augeretur, et ex variis epistulis a cardinali Aldobrandino et Galeatio Paleotto annis 1599 et 1620 scriptis⁷ apparet mortuis eis, qui concilii scripturas penes se habuerant, heredes iussos esse tabulario pontificio eas tradere. Maiora perfecit Paulus V, qui archivi secreti Vaticani fundator est appellandus. Transportatis enim inde ab anno 1611 (editis litteris⁸ 20. Decembris eius anni) ex bibliotheca et archivis guardarobbae, camerae apostolicae, arcis S. Angeli permultis libris⁹ expostulatisque ab heredibus ministrorum curiae mortuorum scripturis relictis magni tabularii secreti fecit initia. Tunc maior pars eorum, quae penes Massarellum fuerant⁹, multa ex scriptis Paleotti¹⁰ nonnulla ex hereditibus

dine alie lettere et allre scritture pertinenti alia sancta sede apostolica et alie cose publiche de' pontificati, et S. B nepuo ricordarsi che a questofine le dissinelpartir mio da Roma, che le scritture delle cose publiche dei mio tempo trattate come tiipote di papa, cosi lettere come altre scritture, si servavano presso di me diligentemente et si lasciavano da me in Roma sotto buona custodia per farne quel che S. avesse poi ordinato. Se bene io desideravo che S. Bne mi facesse gratia di non levarle di mano mia, se non quando fosse incaminata la pratica et essecutione di questa raccolta che haveva N. Sre animo di fare di queste scritture publiche per riporle nel archivio ferpetuo, accioche non avvenisse ch'io le consignassi a questo fine di conservarle per servizio della santa sede apostolica, et non andando poi l'impresa inanzi, capitassero a diverse mani curiose o che havessero altri fini diversi da quello di N. Sre, il che non le sarebbe di servizio, essendovipur molte cose d'importantia, quali non e forse espediente che si risappino da molti per la qualita de maneggi et negotii chepassarono in quel pontificato, massime a tempo dei concilio di Trento: cosi partendo le lasciai ben custodite in Roma, et come son hora dei medesimo parer, che all' hora cosi potrete dire a N. Sre che le scritture presente stanno costi a ordine di S. Bne, siccome hora commetto al Carniglia che li consegna sempre che S. lo commettera, confidatomi che havera consideratione per il rispetto che ho detto, quando le vorra di non lasciarle andare in mano d'altri che di quel medesimo, che ne devera haver cure d'ordine suo. Et perche il card. di Como fu quello che le ripose per l'ordine dove hora sono, sara bene in ogni modo aspettare l'occasione dei suo ritorno a Roma, in chepero mi rimetto a quel che ne concerterete voi et Carniglia (Sickel, Rom. Ber. II, 87 s.). — Et 15. Martii 1578 Specianus (et ipse familiaris s. Caroli) scripsit cardinali: La settimana passata mi occorre andar a S. Prassede [quae ecclesia inde ab anno 1564 erat titularis s. Caroli, iuxta quam palatium sibi construxerat] per cercar una certa scrittura publica in quelli armarii, come V. Sria Illma sa che sono a trovai

11 sorgilli le hanno in modo guaslato che se ne e perito una gran parte. Il che feci intendere a N. Sre ? ultima volta che gli parlai, accio si pensasse a metterle in luoco sicuro, o nella libreria Vaticana o in palazzo [in guardarobba]. S. S& ci ha pensato et hoggi mi ha fatto dire dal Sr cardinale di Como, che glieli faccio consignare quelle che sono di piu importanza, et che le

altre si puotranno dar al fuoco. Il che io reputo che sia stato buona ventura per quelle scritture, le quali in poco tempo andavano tutte a viale. Con tutto cio io vedro di tirar le cose piu lungo che fuotro per intendere il senso di V. Sna Illmo- et se ella si contenta (Sickel 1. c. p. 90 s.). Ex his litteris iure colligit Sickel (1. c.), sub Gregorio XIII etiam scripturas conciliares s. Caroli pontifici esse restitutas.

1 Cf. *Marinus* apud *Lammer* 1. c. p. 446.

2 Hoc videtur sequi ex memoriali anonymo adnotatione sequenti citando, in quo proponitur, ut qui collectiones privatas habeant a Vitellio, Sirlito, Morono, Commendone relictas, exemplaria transcribenda curiae tradere iubeantur (*Sickel* 1. c. I, 17). Sed haec verba possunt intellegi de scripturis, quae remanserant alia parte curiae redditae, nec verisimile est eum pontificem, qui tabularii augendi tam studiosus erat, passum esse heredes Moroni, penes quem scripturarum ingens copia fuerat, ea omnia retinere. Quamquam etiam sub Clemente VIII et Paulo V et postea chartae Moronianaepotuerunt restitui. Praeter volumina a *Sickelio* (Rom. Ber. II, 25, adn. 1) enumerata ex Moroni hereditate sunt *Concil.* t. 2 (qui hodieum titulum habet *Regularium T. 2*); 21 (*Regul. T. 1*); 23 (*Regul. T. 3*); t. 2 et t. 22 locum inter se mutarunt.

3 Cf. *Theiner*, Acta, praef. p. ix.

4 Memoriale, cuius *Sickel* 1. c. I, 15—17 exhibet epitomen et scrutatur tempus, anno 1592 scriptum esse censuerim et similiter eo Clementem VIII ad ea quae postea fecit incitatum esse, ac Gregorius XIII Cargae commentario, Pius IV Amulii aliorumque monitis fuerant moti.

5 *Marinus* apud *Lammer* 1. c. p. 447.

6 *Marinus* 1. c. *Sickel* 1. c. I, 87.

7 Cf. libelli mei *Kardinal Gabriel Paleotus litterarischer Nachlass* ephemeridi Romische Quartalschrift XI (1897), 333—429 inserti (et separate etiam editi) appendices n. 6. (cardinalis Aldobrandinus 17. Apr. 1599 ad vicelegatum Bononiensem), n. 7 (Galeatius Paleottus 24. Apr. 1599 ad card. Aldobrandinum), n. 8. 10. 12 (in quibus Clementis VIII mandata commemorantur).

8 *Lammer* 1. c. p. 451. *Sickel* 1. c. I, 87 ss.

9 Nempe omnia ea quae praeter tomos 22 a Cinthio Pamphilo redditos in tabularium venerunt (supra p. XIX, adn. 6), cf. inventaria infra cap. III, § 8.

10 Quae penes Nuccium fuerant et hodie sunt *Concil.* t. 96—104, cf. Rom. Quartalschr. 1897, P' 34 & ss.

Ludovici Beccadelli¹, Philippi Musotti², Cynthii Pamphili³, Bartholomaei Galli cardinalis Comensis vulgariter nuncupati⁴, et nescio an etiam Marci Antonii Peregrini⁵ aliorumque⁶ ad curiam sunt perlata, quamquam tempore demum posteriore in collectione *Concilia* (antea armar. LXII) inscripta congerebantur. Utrum non tentatum an non effectum sit, ut

5 chartarum maxima vis, quae a Marcelli II⁷ et Iulii III⁸ summorum pontificum heredibus deportata erat, recuperaretur, nescimus. Sub Urbano VIII licet multa expostulata et restituta sint⁹, quid eorum tamen ad concilium pertinuerit non est traditum, et quae postea huius generis scripturae tabulariis Romanis adiungebantur, cum aliis comparata sunt pauca.

Hinc factum est, ut praeter chartarum non conglutinatarum copiam haud exiguam
10 in tabulario Vaticano centum quinquaginta unum volumina collectionis *Concilia* in scriptae inveniantur. Theineri querelae, quod ibi demptis octo voluminibus actorum Massarellianorum *vix triginta volumina et quidem haud magni momenti* adessent¹⁰, difficiles sunt intellectu, cum iam anno 1730 in ea collectione nonaginta novem tomi sint numerati. Et quamquam multa illorum 151 voluminum ad ipsam concilii historiam
15 illustrandam non multum conferunt, nihilominus ad cognoscendas varias formas, in quas acta sint mutata, et ad inquirendum, quibus temporibus singulae scripturae in tabularia pontificia sint perlatae, omnia fere sunt utilia.

Extra collectionem illam in eodem tabulario secreto Vaticano multa alia ad concilium pertinentia sunt hinc inde dispersa, quae partim inventariis iuvantibus, partim casu
20 inveniebantur. Praesertim bibliotheca Borghesiana his temporibus archivo apostolico adiuncta non est spernenda.

Etiam bibliotheca Vaticana plurima habet volumina vel epistularum vel tractatum vel diariorum, quae magni pro concilii historia sunt momenti.

2. Licet autem tanta et talia sint in collectionibus Vaticanis, ut vix omnibus
25 thesauris aliunde congestis superentur, tamen non omnia concilii monumenta sub pontificum dicionem sunt redacta, quippe qui nec de omnibus scirent nec iure ea postulare possent, ut sunt relationes a principum oratoribus scriptae, vel epistolae privatae a conciliatibus quoquo missae, vel diaria, actorum exemplaria, alia huiusmodi. Alii tales scripturas pontificibus cedere iussi strenue id recusabant, ut Gabrielis Paleotti fratris filius¹².
30 Quin etiam ex ipsis tabularii Vaticani codicibus exemplaria transcripta varias in regiones dissipabantur. Igitur eum, qui concilii monumenta universa vult colligere, de hominum in eo praestantium quique aliquid scripti de eo reliquisse dicantur historia oportet scrutari, quo eorum libri abierint investigare, omnes locos quibuscumque aliquid ad concilium pertinens inventum iri speratur adire ac perlustrare, librorum autem iam editorum codices
35 manu scriptos inspicere, ut num fideliter hi typis redditi sint cognoscatur, denique nil inexamatum aliunde recipere.

Et Romae quidem in gentis Barberinorum bibliotheca plurimae sunt scripturae ad concilium Tridentinum pertinentes, quarum inventarium Calenzius, ut dictum est, publicavit¹³. Huius maxime codices XVI, 49 Severoliani commentarii, XVI, 27. 28

¹ Huius scripturae omnes fere sunt in bibliotheca Palatina Parmensi, cf. infra huius paragraphi n. 2; sed *Concil.* t. 145 (Musotti breve narratione) et 150. 151 (registrum epistularum) habent inscriptionem: *mandato dal Beccatelli i6i<p.*

² *Concil.* 145, cf. adn. praec. Praeterea *Concil.* tom. 52. 53, quorum in primis foliis scriptum est: *Illmus fimus card. Bandinus bibliothecae Vat. d. d.*, exempla sunt scripturarum a Musotto collectarum, ut optime coniecit *Th. de Sickel* l. c. I, 81.

³ Vide indicem cap. III, § 8, J exhibitum.

⁴ In Michaelis Leonici indice eorum quae sub Paulo V in archivum secretum translata fuerunt, edito per F. Gasparolum in ephemeride *Studi e documenti di stor. e dir.* VIII (Roma 1887), 1—64, referuntur p. 43 capsae sex integrae diversorum voluminum litterarum variorum nunciorum apost. ad omnes principes christianos subpontificiui Gregorii XIII, quas recuperavit Sias S. ab heredibus bo. me. Rmi cardinalis Comensis, qui in toto pontificatu illo Gregorii XIII fuerat a secretis pontificis.

⁵ Ex cuius hereditate sunt codd. *Concil.* 66 et 72> qui quondam bibliothecae fuerant n. 55^9 et 559° (hi numeri etiam nunc leguntur in fronte codicum); et probabiliter etiam tomi *Concil.* 64 et 67.

⁶ Non meum est omnia hic enumerare, quare ea tantum commemoravi quae ultro sese obtulerunt.

⁷ Quae omnia fere nunc sunt in tabulario Florentino, v. infra n. 2.

⁸ Frustra ea quaesivit Theiner, cf. actorum praefat. p. VIII.

⁹ *Greg. Palmerius* in prolegomenis Regestorum Clementis V p. LXIII exhibet epistulas hoc probantes, cf. *Sickel* l. c. II, 9, adn. 1.

¹⁰ Actorum praef. p. vn.

¹¹ *Sickel* l. c. I, 98.

¹² Cf. Rom. Quartalschr. 1897, p. 422 ss., n. 7. 8. 10. 12.

¹³ G. Calenzio, Documenti inediti e nuovi lavori letterarii sui concilio di Trento (Roma 1874) p. 373 ad 418.

diarii Massarelliani exempla, XVI, 3 summarium Massarelli exhibentes utiles pro primo hoc volumine fuerunt. Alia a Calenzio enumerata recensere haud expedire arbitror, quoniam eo libro minime carere potest qui serio concilii historiam vult tractare.

Idem Calenzius bibliothecarum Romanarum Angelicae¹, Casanatensis², Corsiniana³, Vallicelliana⁴ codices de concilio aliquid continentes descripsit. In Vallicelliana praeter excerpta pro Raynaldi annalibus facta indicesque scripturarum conciliarium antiquos est liber ille pecuniarum pro concilio expensarum ab Antonio Manello conscriptus originalis⁵.

Bibliothecae Victorio - Emanuelianae cod. 269 excerpta Massarelliana habet, quae tamen historiam temporum concilio priorum illustrant.

In archivio publico Romano vidi aliqua volumina *Mandati della camera* inscripta: unum de annis 1541—1548, alterum 1542—1546, tertium 1543—1545, quartum 1545—1546, et alia huiusmodi, quae neglegi non debent.

Extra Romam omnium archivorum Italicorum maximi momenti est **Neapolitanum**, cui innumeri chartarum Farnesianarum fascies sunt inserti epistularum similiumque scripturarum ad concilium pertinentium ditissimi, licet minime digesti⁶. — Deinde bibliotheca Burbonica quondam, hodie nationalis appellata, non modo maiorem partem librorum Seripandi manu scriptorum habet, verum etiam alia haud contemnenda, ut est epitome commentarii Severoli, de qua infra⁷ erit sermo. Indicem dedit Calenzius⁸.

Urbs Italiae a Neapoli respectu concilii Tridentini monumentorum secunda est **Florentia**. A Leopoldo I enim magno Etruriae duce (qui postea fuit imperator Leopoldus II), cum iam antea non parvi momenti scripturae ibi fuissent, ut Caroli Borromaei epistolae originales⁹, chartae Cervinianae vulgo dictae modico pretio emptae tabulariisque Florentinis adiunctae erant¹⁰; e quibus novissime Druffel et Brandius pauca ediderunt¹¹.

Leguntur praeterea in bibliothecae Magliabechianae seu nationalis catalogo nonnullorum codicum ad concilium Tridentinum pertinentium tituli; sed qui maxime ex usu nostro essent, non amplius inveniuntur, ut ille class. XXXII, 3, quem dicit catalogus continere *Sommario dei concilio Tridentino fatto sotto Pio IV, raccolto da Filippo Musotti, che vi intervenne coi cardinali Seripando, uno de' legati*; et secundo loco *Varie scritture diverse appartenenti alla storia dei concilio*, et additur *Si notino con tempo. Cod. chart. in f.º. var. manib. saec. XVI incipientis* 12 - *e[xtrem]ae*. Desideratur etiam codex XXXII, 5, de quo infra¹³. Remanserunt autem codd. XXXII, 1 (Aldi Manutii canonum decretorumque editio Romae 1564 facta); XXXII, 2 (Diarium Torelli Pholae); XXXII, 4 (Sarpianae historiae editio secunda [1629], cuius singulis foliis interposita sunt folia refutationem exhibentia, sed refutator paginam 89 historiae non superavit); XXXII, 6 (*Ad Tridentinum concilium varia scripta, saec. XVII*); XXXII, 7 (eiusdem tituli, addito *ampliora*; incipit a libro ab aliis perperam *diario* vocato [incip. *Giulio II attese*], qui hic recte inscribitur *Ristretto della Historia dei concilio di Soave Polano*, et additur: *fatto dal Cavaliere*; deinde sequuntur scripturae ex aliarum bibliothecarum [quae semper fere nominantur] codicibus descriptae, ut pag. 702—858 ex cod. Barberin. XVI, 70 [N. a. 3074, cf. *Calenzium* p. 399 ss.], de qua parte codicis agemus in prolegomenis tomi tertii. Postremo p. 862—1032 est liber: *La falsita dell' historia dei concilio di Trento di Pietro Soave, mostrata con la medesima sua historia da Filippo Quorh, dottore dell' una e l'altra legge*, cuius auctor novit res omnes quibusdam additis, ex. gr. p. 903—9*4 demonstrat *che i legati non ebbero istruzioni per gl' interessi di Roma* etc. u); XXXII, 8. 9 (continent declarationes congregationis concilii).

¹ Ibid. p. 373.

² Ibid. p. 418 s.

³ Ibid. p. 420.

⁴ Ibid. p. 421.

⁵ Indices inserentur infra cap. III, § 8; liber pecuniarum edetur in calce diarium.

⁶ Cf. L. P. Gachard, Les archives Farnesiennes a Naples, in *Compte-rendu des seances de la commission royale d'histoire*, serie 3, t. XI (Bruxelles 1870), p. 245—344 s. *Trinchera*, Degli archivii Napolitani (Nap. 1872) p. 75 ss.; *Theiner*, Acta I, praef. p. ix; *W. Friedensburg*, Nuntiaturberichte aus Deutschland I, 1^{er} (Gotha 1892), p. xxvi ss.

⁷ Cap. II, § 5.

⁸ I. c. p. 285—370.

⁹ A. Sala, Documenti circa la vita e le geste di

s. Carlo Borromeo III (Milano 1861), 9 ss., eas in lucem edidit.

¹⁰ Cf. *Theiner* I. c. p. v m; infra p. 24, adn. 4; *Friedensburg* I. c. p. xxix, et librum in adn. sequ. laudatum.

¹¹ Monumenta Tridentina, München 1884 ss.

¹² Dubito num recte legerim; nam incipientis saeculi XVI codicem de concilio Tridentino invenire nemini adhuc contigit. — De exemplo codicis v. infra p. XXIV, 1. 29.

¹³ Cap. II, n. 5, litt. d; cf. infra p. XXIV, 1. 29.

¹⁴ De hoc libro cf. G. Calenzio, *Esame critico-letterario delle opere riguardanti la storia dei concilio di Trento* (Roma-Torino 1869) p. 34—37.

Bibliotheca Laurentiana habet cod. Leop. Med. Pal. 145 *Anonymi carnifex concilii Tridentini (il boia dei concilio di T.)*, quinque librorum opusculum, contra petitiones cleri Gallici 14. Oct. et 19. Nov. 1585 regi factas, quare videtur ex Gallico esse verum¹), chart. in 4° min. s. XVII 277 foliorum, et in collectione Ashburnhamiana: 1199 Pholae diarium (videtur mihi descriptus ex Magliabechiano, v. supra p. XXII, 1. 34; neque est codex saec. XVI, neque ineditus [cf. infra § 3], ut vult catalogus); 1451 Milledonnei historia (v. in nostro tomo II); 1512 *Sessiones ss. concilii Trid.* (2 volumina, pro concilii historia nullius valoris); 1681 *Lettere sopra il conc. di T., cod. chart. in fol. saec. XVII* (cf. infra p. XXIV, 1. 34).

10 **Camerini** in bibliotheca Valentiana et communali catalogus *Mazzatinti*² dicit esse n. 24 *Diario dei conc. Tr. di Berardo Bongiovanni arcivescovo di Camerino s. XVI. 1362*, provocando ad *comunicazione dei proff. M. Santoni e D. Feliciani*. Codicis ipsius autem titulus est *Relationes concilii Tridentini ms.*, re vera est collectio rerum variarum de concilio ex hereditate illius praelati maiorem ad partem notarum. 15 Quem librum cl. v. Santoni liberalitate Romam missum in bibliotheca Casanatensi in speximus et duo vota inde descripsimus.

Septempedae autem, in patria Massarelli, non modo duo volumina eius manu de pontificibus et cardinalibus scripta³ conservata sunt in bibliotheca civica, sed etiam duo fascies fragmentorum conciliarium, quorum cum plura nil ferant novi, 20 tamen aliqua exhibent vota originalia theologorum ex prima concilii periodo, et multa ex tertia, hactenus non nota.

Non nimii valoris sunt quae **Bononiae** in tabulario publico in collectione *Lettere delT ambasciatore al senato* asservantur: quaedam epistolae a. 1547 ab oratore Bononiensi e curia Romana scriptae, et in alia: *Partiti dei Quaranta vol. 19* (1543 Apr. 25 ad 1548 Dec.) et in bibliotheca universitatis Cod. 615 *Diario di cose seguite in Bologna dalli 20 Settembre IJJJ fino li 25 Dicembre 1549* (c⁴ infra p. 630, adn. 1) et nonnulli alii; sed desideratur ille codex ex bibliotheca S. Salvatoris translatus et concilii diarium, ut dicit catalogus, re vera epitomen historiae Sarpianae continens, de quo dicitur in tomi III prolegomenis (cf. p. XXII, 1. 38 ss.). Sed inter primarios totius 30 concilii fontes numerandi sunt illi libelli Gabrielis Paleotti in tabulario privato comitum Isolanorum conservati, quorum descriptionem dedimus in Rom. Quartalschr. XI (1897), 333—429, et iterum dabimus in editione, quae fiet in tomo III.

Archivum **Mutinense**⁴ in collectione *Cancellaria ducale—documenti di stato esteri*—Roma habet 13 fasciculos *diarium* inscriptos; re vera sunt excerpta epistularum 35 ad card. Carolum Borromaeum a legatis concilii nuntiisque missarum⁵. In alia collectione *Cancellaria ducale—ambasciatori* vocata extant epistolae ad concilii historiam illustrandam plurimum conferentes, scriptae ad ducem Ferrariensem ab episcopis de Nobilibus et Bertano, ab Isidoro Clario (infra p. 207, adn. 1), Luciano (de Ottonibus, p. 206, adn. 8), Petro Foscario praetore Tridentino aliisque, annis 1545—1547, deinde annis 40 1561—1563 a fratre Camillo Campeggio, ab Ioanne Amanio episcopo Anglonensi, Alfonso Rosello episcopo Comaclensi, Iulio Cannano episcopo Atriensi (cum minutis epistularum ad eum scriptarum), et binae litterae Camilli Olivi 25. Februarii et 17. Martii 1563 datae.

In bibliotheca Estensi nil quod esset alicuius momenti vidimus praeter 45 exemplum actorum Paleotti, cod. DCXLI (A 835; VI. G. 19), chart. s. XVIII.

Inter tabularia scripturis conciliaribus ditissima numerandum est **Parmense**, quod, cum minor chartarum Farnesianarum pars ibi remansisset, permultas epistulas a

¹ Quod approbatur per G. Calenzium, Esame . . . p. 6, qui dicit esse libellum traductionem illius *Examinis concilii Tridentini* anno 1586 ab Innocentio Gentilet editi. Quem nos non vidimus; Calenzius ibid. p. 5 de eo dicit: *dimostra come in molti articoli tal concilio sia contrario agli antichi sinodi ed ai primitivi canonici, non che alia regia autorita.*

² G. Mazzatinti, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia [1] (Forlì 1890, 40), p. 25, n. 24.

³ De quibus iam consulas P. Kehr in Nachr. der k. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, phil.-hist. Kl., 1898, p. 505 ss.

⁴ Cf. Friedensburg, Nuntiaturber. VIII (1898), p. 5,

adn. 4; IX (1899), p. v; S. Steinerherz, Nuntiaturber. 3. Abt., I. Bd. (Wien 1897), P. xxvn.

⁵ Continuatio ab eadem manu, ni valde fallor, scripta est in cod. Arch. Vat. *Concil. t. 74, f. 188—197: no. 15. Electa ex epistolis S. Caroli ad legatos concilii Trid. et legatorum de eadevi re 1563*. Ibid. f. 279—283 sunt Borromaei epistolae ad Moronum 1563 missae, ab eodem scriptore transumptae, qui scripsit codicem Barber. XVI, 28, et non bene memini num ab eodem etiam aliae epistolae a Borromaeo 9. Aprilis 1561 cardinali Mantuano, 11. Apr. episcopo Cavensi datae (ibid. f. 333—342) sint scriptae.

variis ad card. Farnesium datas diligentissime annorum serie ordinatas habet, quae quoniam a compluribus novissime sunt adhibitae¹ et in epistularum collectione nostra edentur, non est cur hic fusius describantur.

Bibliotheca Palatina autem vix minus materiae concilii scriptori praebet quam tabularium, cum universae fere chartae a Ludovico Beccatello relictæ, quae diu latebant et desiderabantur ab historicis, ab eius gente huc sint venditæ; in quibus tri- 5 ginta fere volumina seu fascēs vel ad historiam ipsius concilii vel ad historiam illius temporis spectant. Praeterea in aliis eiusdem bibliothecae partibus haud spernendi fontes inveniuntur, ut nonnullae litterae autographae cardinalis Caroli Borromaei² et Ioannis della Casa; n. 561 continet *Istruzioni et ordini diversi e lettere di Nunzi etc., autografi dei sec. XVI*; n. 620 est *Milledonnei Relazione dei sacro concilio di Trento*, post quam legitur inevitabile illud pseudodiarium incipiens *Giulio II attese*, quod idem est in co- 10 dice bibliothecae Parmensis (sensu strictiore ita vocatae) signato H. H. III 118 (*Storia 1086*) sub titulo *Diario dell' Istoria dei conc. di Tr.*, sed additur: *Questa cronaca dei concilio... e un estratto di più vasto lavoro diviso in più parti a ragione di libro spogliato. Cartaceo in foglio dei XVI al principiare dei sec. XVII* (sed vix ante 15 medium XVII). Cf. supra p. XXII, l. 38; p. XXIII, l. 27 s.

De epistulis in archivo Gonzagensi **Mantuae** (buste 1410. 1938. 1943) custo- 20 ditis a Camillo Olivo a. 1561 ad cardinalem Mantuanum Levici commorantem, a. 1563 ad castellanum Mantuanum scriptis refert *Th. de Sickel*, Rom. Ber. 1, 109, adn. 2; de aliis cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII (Gotha 1898), p. 8, l. 18 et adn. 3; IX (1899), p. IV s.

Ravennam in bibliothecam Classensem ducti sumus relatione *Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi VI (Bologna 1788), 258; sed codex, quem ille revisum ab auctore vult esse, non est prior saeculo XVII. De hoc et de aliis codicibus ibidem 25 servatis (minimi valoris) cf. quae diximus Rom. Quartalschr. 1897, p. 401.

Venetis aliqua inveniuntur in bibliotheca Marciana, aliqua in tabulario, sed haec magis pro epistularum collectione adhibenda.

Bergami in museo esse apographa codicum Magliabechianorum XXXII, 3. 5 (cf. supra p. XXII, l. 28 ss.) benigne me docuit Th. de Sickel saepe laudatus ex eis quae 30 acceperat a bibliothecario, et in bibliotheca civica custodiri tria volumina de concilio, quae ex monasterio S. Ioannis Pontidae essent (cf. *Finazzi*, Del P. Alberto Mazzoleni, Lucca 1861, p. 7 s.): unum [^]—VI—15 signatum continere Pratani epilogum (sine dubio et ipsum ex cod. Magliabechiano XXXII, 5 transumptum); alterum *Lettere dei concilio Tridentino, parte quarta, ex cod. ca7^o. bibl. Mediceo-Palatinae* (cf. supra 35 p. XXIII, l. 8); tertium earundem epistularum *parte quinta*.

Quid habeat bibliotheca Ambrosiana **Mediolanensis** ex Caroli Borromaei hereditate et aliunde ad tertiae concilii periodi historiam v. apud *Th. de Sickel*, Rom. Berichte II (Sitzungsber. der Kais. Akad. d. Wiss., phil.-hist. Classe CXXXV [Wien 1896], 82 ss.). 40

Nec bibliotheca Trivulziana est neglegenda. Ex catalogo enim a Iulio Porro (Torino 1884, in *Biblioteca storica Italiana, pubblicata dalla R. deput. di stor. patr. II*) edito — nam bibliothecam ipsam, nescio quo modo, non intus videre potuimus — apparet codicem 524 chart. saec. XVI continere *Acta concilii Tridentini sub Pio IV p. m. celebrati*, et ex titulo libri (*Earum rerum annotatio etc.*) et ex fine collegi esse 45 exemplar diarii Ficleriani. Praeterea ad concilium spectant codd. 525. 526. 527. 55°. 563. 588. 1128. 1129; singulatim nominandi sunt 378 Hier. Seripandi expositio divi Pauli epistulae ad Romanos, cod. chart. in 8° saec. XVI (librum exaratum esse in catalogo p. 406 refertur usque ad cap. 8. a scriptore, deinde ab ipso auctore³, et additur: *Una nota, che si trova sid cantone in prijicipio, dice che questo codice era nella 50 librena di Marcello II sommo pontifice, e fu venduto in Firenze nel 181/1*; n. 594

¹ [*Ronchini*], Lettere d'uomini illustri conservate in Parma nell'archivio di stato I (Parma 1853), praef. p. IX; *Friedensburg* l. c. I, p. XXVIII.

² Cf. A. Sala, Documenti circa la vita ... di s. Carlo Borrom. IU (Milano 1861), 13 ss.; append. p. 25 ss.

³ Nisi error est; nam unus e Seripandi familiaribus (Franciscus Vopiscus) manum domini sui optime est imitatus, ut discernere vix possis ab ipsius Seripandi,

quod docet nota in cod. Arch. Vat. *Concil.* 66, f. 211 T. Quaerendum tamen est, num Seripandus iam ante 1. Maii 1555, quo die mortuus est Marcellus II, illum secretarium habuerit, vel iam tempore concilii primum (Tridenti vel Bononiae) congregati; tunc enim Cervino oblatum esse codicem verisimillimum est.

⁴ Hinc videtur sequi, non universum Cervinorum tabularium in Florentinum transisse, quod dubitavit

concilii Trid. editio Placentina a. 1594 cum notis Caesaris Speciani episcopi Cremonensis (cf. p. XIX, adn. 13); n. 1132 Miscellanea, quorum in fine epistula originalis nuntii pro concilio in Poloniam missi 9. Aprilis 1562 data, et (p. 294) *Instruzione originale portata dalV arcivescovo di Lanciano 8. Giugno 1562, sottoscritta da cinque cardinali in Trento*.

5 3. *Hispania*, quam perlustravimus aestate anni 1896 clauso tabulario Vaticano, certe aliquando longe ditior erat scripturis conciliaribus quam hodie; crebris enim rerum publicarum perturbationibus, abolitionibus monasteriorum, incendiis, Gallorum invasione maximam omnis generis librorum iacturam passum est regnum illud, quod doctissimos praelatos theologosque praeclarissimos ad concilium miserat. Sed alia etiam ex causa
10 non semper adepti sumus quae quaerebamus, idque quia multis in tabulariis et bibliothecis libri ac scripturae inordinata et incondita iacent, ut ne inventariis quidem adhibitis, si forte talia adsunt, possint reperiri.

Quare rem exhausisse minime nobis visi ex multis institutis a nobis visitatis ea tantum enumerabimus, quae aliquid ad concilii historiam pertinens habent, et ex codicibus
15 vel scripturis non significabimus nisi quae alicuius sunt momenti.

Bibliotheca nationalis **Matritensis**², cuius directores D. Antonius Paz y Melia et D. Richardus de Hinojosa maxima comitate nos sunt prosecuti, habet codicem — sed non originalem — diarii Petri Gonzalez de Mendoza episcopi Salmanticensis; cuius fecimus collationem cum editione Dollingeriana et dabimus descriptionem in prolegomenis nostrae editioni praemittendis. Commemorandi sunt deinde codd. A. a. 292 (et
20 scriptura et cooperimento recentissimae aetatis; continet variarum de concilio rerum aliunde notarum exempla) et C. 43 (epistulae variorum, plurimae ad s. Carolum Borromaeum directae et saec. XVII descriptae; f. 113 Iulii Poggiani de Trid. conc. disputatio, et alia.

Bibliothecam regis privatam adire nobis permissum est comitis Emerici de
25 Arco-Valley, legationis Germanicae Matritensis tunc consilarii intercessionem; ubi vidimus codicem, qui aliquando complures epistulas ad s. Ignatium Loyolensem a societatis suae presbyteris directas et paucas ab eo ipso scriptas continuit; sed spretis eius qui volumen collegerat minis valde est mutilatus. — Bibliothecam academiae regiae historialis non intravimus, quippe quae inde a 23. Iulii clausa esset; at saltem eorum
30 librorum, qui huc transierunt ex bibliotheca S. Isidori, nullus spectat ad concilium, ut intellegitur ex *Revista de Archivos* VI (1876), 1415; neque bibliotheca S. Isidori ipsa praeter (n. 95) versionem (vel epitomen?) Hispanam historiae Pallavicini et (n. 66—99) elucidationes ac declarationes congregationis concilii quidquam amplius habet.

Optima spe animati properavimus **Toletum**, cuius capituli cathedralis bibliothecam
35 multos codices accepisse ex hereditate cardinalis Lorenzanae, cui rursus cardinalis Zelada libros suos legasset, variis ex partibus nobis erat nuntiatum; quin ex Haenelii catalogo et ex Isidori Carini libro (p. 488) sciebamus esse ibi *una sene di scritture sui concilio di Trento*. Quod verum est. At non modo Massarelliani diarii primi codicem originalem frustra quaesivimus (cf. infra cap. III, § 4, A), sed etiam alia de concilio volumina
40 praeter 13, 25, 26 (Astolfi Servantii diarium, de quo codice dicendum est in editione) parvi sunt valoris; nam cod. 13, 23, 24 sunt exempla illius epitomes ex Sarpii historia (inc. *Giulio II attese*) saepe commemoratae; 13, 22 epitome historiae Pallavicini; 13, 28 (saec. XVII) *Concilio Tridentini diversa*, primo loco Iulii Poggiani Dissertatio de conc. Fr. (non edita a Lagomarsinio) quam sequuntur alia non ignota; 13, 35 *Iulio Moro*,
45 *Compendio dei conc. Tr.*; 13, 36 Diarium Petri Gonzalez (de quo dicitur in editione); reliqua sunt resolutiones et declarationes congregationis concilii.

In bibliotheca provinciali Toletana sunt duo exempla diarii Petri Gonzalez de Mendoza: unum saec. XVII (*Sala reserv.* Est. 9—7), alterum saec. XVIII (Est. 9—4).

Hispani (Sevilla) cum in celeberrima illa bibliotheca Columbina nil invenissem, in archivum capituli ecclesiae cathedralis introductus repperi (sign. *legajo* 123, n. 4) inter alia non magni momenti epistulas a Petro Aria Ossorio canonico

etiam G. Buschbell, *Histor. Jahrbuch* XXI (München 1900), p. 423, adn. 5.

1 Liber haud inutilis est R. Beer, *Die Handschriften-schatze Spaniens*. Wien 1894. Cf. etiam Isid. Carini,

Gli archivi e le biblioteche di Spagna I, Palermo

1885, et G. Hanel, *Catalogi librorum manuscr.*, qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae M., Hispaniarum, Lusitaniae asservantur. Lipsiae 1830. 40.
2 Gachard, *Les bibliothèques de Madrid et de TEscorial*. Bruxelles 1875. 4^{me}

Concilium Tridentinum. I.

Segobiensi et capitulorum Hispanorum in concilio legato ad capitulum Hispalense aliosque annis 1562 et 1563 scriptas et petitionem ab illis capitulis in concilio factam.

Sed *Zpp.aiov* iucundissimum mihi obtulit bibliotheca universitatis **Granatensis**, cuius tres codices non pauca conferunt ad secundae et tertiae concilii per odorum historiam illustrandam. Primus (signatus E. 2 — T. 5 — N. 4, foliorum non s numeratorum 109 in 40), quem falso catalogus dicit esse XVIII saec., inscriptus *Acta concilii Tridentini ab eius reductione per lulium Tertium Pontificem Maximum*, nil fere habet nisi decreta sessionum, nomina conciliarium et nonnullas epistulas non ignotas, omnia a scriptore exarata, sed correctae per aliam manum. Sequuntur pauca non ad concilium pertinentia. Cuius sit manus illa corrigens, elucet ex caeteris duobus codicibus 10 et ex epistulis autographis archivi Simancensis: est Petri Guerreri archiepiscopi Granatensis, qui ipse interfuit concilio et quasi caput erat eorum, qui praelatis Italis et curialibus sese opponebant. — Secundus codex (E. 2 — T. 5 — N. 9, foliorum non numeratorum 400 in fol.) item fert titulum in tergo: *Acta concilii Tridentini* et continet decreta, canones, bullas, epistulas, sed paene omnia cum notis Petri Guerreri, cuius etiam 15 tractatus ac vota in concilio dicta sunt inserta, atque etiam theologi qui eum comitatus erat Tridentum, Ioannis Fonsecae. — Volumen tertium (E. 1 — T. 5 — N. 13; usque ad fol. 204 numerantur folia, deinde fasciculi [215—232]; forma est paululo minor quam secundi) inscriptum est *Cartae (?) de rebus concilii Tridentini*. Incipit: *Articuli propositi a patribus concilii Tridentini sub Pio IV examinandi per theologos 10. Iunii* 20 *1562* (de communione sub utraque specie); paulo postea legimus: *mea sententia, quam dixi 22. Iunii 1562*, et sequitur haec sententia, quae 25 paginas occupat (ap. *Theiner*, Act. II, 33b excerptum unius columnae), et alia vota eiusdem Ioannis Fonsecae de sacrificio missae, de sacramento ordinis, de residentia, de institutione episcoporum, relatio tractatorum de primatu pontificis Romani et alia. Omnes tres codices fuerant *dei Coi/legi]0* 25 *de la Comp[ani]a de Ihs de Granada*, ut inscriptiones testantur; cui Iesuitarum collegio Guerrerus archiepiscopus legaverat libros suos, quo sublato in bibliothecam universitatis translati sunt.

Archivum capituli metropolitani custodit in *Allegaciones eccl. Gran.* 3, f. 624 exemplar testamenti Guerreri; ibidem *Act.* tom. III f. 103 legitur de eius discessu 30 ad concilium 3. Febr. 1551; f. 125 sunt deliberationes capituli 17. Ian. 1553 de salutatione reducis ex concilio (ad 20. Nov. 1546 refertur nuntiatam esse capitulo eius creationem).

Inter bibliothecae seminarii conciliaris centralis paucos codices unus (63. C. 4) est inscriptus *Cartas de Francisco Vargas, de Pedro Malvenda y de otros prelados de Espana sobre el concilio de Trento, traducidas dei origmal castellano al* 35 *frances por Miguel Le Vassor, y restituidas al castellano por un bibliofilo con notas y contranotas, las primeras de Vassor, y las segundas dei bibliofilo. Copiadas y traducidas de la impresion de Amsterdam ano de 1699.*

Prope Granatam est abbatia Sacri Montis, cuius bibliotheca habet codicem 500 foliorum in fol. cum titulo *Historia dei concilio de Trento*, quae in 17 libros est 40 divisa; post librum autem X est superscriptio: *Segunda parte de la historia dei concilio de Trento, que escrivio en Toscano el P.e Federico Sforza Palavicino . . traducida en Castellano*. — Eadem bibliotheca habet (n. 59) exemplar operis Ioannis Segoviensis de concilio Basiliensi, descriptum iussu Petri Castri et Quinonis archiepiscopi Hispalensis (ut in ipso libro scriptum legitur). 45

Giennam (laen) visitavimus Petri Pachecci causa, qui eius civitatis fuit episcopus et in prima concilii periodo similes partes egit ac Guerrerus in tertia. Sed neque praeter imaginem in domo episcopali quidquam eius invenimus, nec quo libri eius abierint comperimus; et cum mortuus sit Romae, corpus autem aliquando post in Hispaniam sit translatum, difficile est huic quaestioni respondere. 50

Cordubae bibliotheca archivoque capituli frustra perlustratis Matritum transeuntes bibliothecam **S. Laurentii Scorialensis**², ut in quam plurimae scripturae etiam

1 De quo in cod. Vallisoletano S. Cruc. n. 30pum II canonicus creatus sit ac postea decanus, a Clemente VIII a. 1594 Accitanus seu Guadicensis episcopus electus seminarium condiderit ac mortuus sit a. 1604.

2 Cf. *Gachard* (supra p. XXV, adn. 2); *Ch. Graux*, *Essai sur les origines du fonds grec de TEscorial* (Paris 1880), multa ad historiam bibliothecae continet.

saeculi XVI illatae essent, petivimus, sed paucos codices nobis usui esse repperimus. Cod. Scor. & — II — 7 est miscellaneus variorum temporum scripturas continens (in fol.): f. 306 s. nonnullae epistulae Caroli V transcriptae; f. 308 Francisci [de Navarra] episcopi Pacensis litterae ad D. P. Pontium de Leone 5. Septembris 1546 Tridenti datae originales (cf. infra p. XXX, 1. 54 ss.). — Cod. & — II — 8 eiusdem notae: f. 127 originalis protestatio episcopi Civitatis Petri Ponce de Leon, subscripta a Lancianensi, Venusino, Pampilonensi episcopis eorumque sigillis apposis, tradita in congregatione habita a. 1552 die dominica 24. Apr. post meridiem, *authenticata et publicata per Didacum de Cardeha notarium apostolicum*, contra suspensionem deliberationum de reformatione (quae protestatio non videtur esse tradita in congregatione, sed tantum fuisse praeparata); f. 128 originalis protestatio episcoporum Hispanorum contra suspensionem concilii 28. Apr. 1552 (*Le Piat* IV, 545; hae partes et illa epistula in codice antea descripto sine dubio sunt ex hereditate Pontii de Leone); f. 165—196 (finis codicis) epistulae originales Caroli V ad cardinalem Toletanum datae annis 1536—1544. — Cod. H — I — 20 compositus est ex aetatum longe diversarum fasciculis, qui proprios quondam numeros habuerant; fol. 377 (antiq. num. H — I — 50) est fragmentum exempli diarii Gonzaleziani (de quo in prolegomenis illius diarii est dicendum). — Cod. K — I — 22 (saec. XVI, 88 foliorum secundum longitudinem plicatorum) habet titulum: *Dñ Antonio Augustin. Anotaciones varias*, quae partim votorum ab eo dictorum, dum episcopus Illerdensis in concilio erat (a. 1562—1563), praeparationes ac meditationes sunt (de sacrificio missae, de communione sub utraque specie, de ordine etc.).

Ecclesiae cathedralis Abulensis (*Avila*) codices pretiosissimi (sed vix de concilio quidquam continentes) translati sunt Matritum¹, nec quae remanserunt aliquo modo sunt ordinata, ut mihi dictum est a canonicis; in tabulario municipali A. Sanchez-Moguel, professor Matritensis, qui forte ibi erat et omnes fasciculos diligentissime perlustrarat, nil de concilio inveniri nos certiores fecit. Museum Theresianum autem codices omnino habet nullos.

Salmanticae in monasterio S. Stephani, ord. s. Dominici, in quo mortuus est ille Dominicus de Soto et sub infimo scalarum gradu voluit sepeliri, certe aliquando scripturae maximi valoris erant, sed partem in bibliothecam universitatis (in qua nonnulla vidi de Basiliensi, nihil de Tridentino concilio) esse translata, alia esse direpta monachi mihi narrabant, qui nil amplius habent nisi libros impressos. Easdem fere querelas de tabulario ecclesiae cathedralis effudit humanissimus D. Petrus Garcia-Repila canonicus; archivum olim amplissimum iam a. 1808 per Gallos valde esse diminutum, deinde in civilium rerum perturbationibus annis 1854—1856 et 1868 factis adeo direptum, ut episcoporum saeculi XVI vix amplius spatia possint determinari.

Vallisoleti (*Valladolid*) bibliothecae universitatis praefectus aberat, vices gerens nesciebat, num adesset codicum manu scriptorum catalogus. Bibliothecae S. Crucis autem bibliothecarius, quamquam caementarii in opere erant, maxima cum humanitate nos introduxit. Tres codices sunt commemorandi: C. 20 (saec. XVII, 352 foliorum in fol.) *Memorias sobre el concilio de Trento* (intra: *dei R[egen]te (?) Iuan Bapta Valenzuela Velasquez*). Index voluminis de prima parte dicit: *Relatione dei Regente Villano sopra il concilio Tridentino, et primo sopra la sessione 21 c. 4*. Insunt praeterea epistulae Philippi II et aliorum de concilio et excerpta ex epistulis. Liber videtur scriptus esse in usum canonistarum. — C. 29 (foliorum 65 in fol.) inscriptus est: *Tomo septimo de las cosas manuscritas diversas que de sus papeles mando recopilar en esto libro e l. . . card. D. Rodrigo de Castro, arzobispo de Sevilla, al Doctor Garcia de Sotomayor, prior y canonigo de la s. iglesia de Sevilla, su letrado de Camara, a. 1095*; f. 33 ss. sunt *Anotaciones sobre algunos lugares del concilio tridentino* (dubium est, sintne praemeditata ut dicantur in concilio, an animadversiones factae de decretis perfectis). — C. 30 (saeculi XVII) f. 3: *Catalogus patrum, oratorum, theologorum, iuriconsultorum et aliorum Hispanorum, qui synodo Tridentinae interfuerunt sub Paulo III* [et post hos: sub Iulio III et sub Pio IV]. Codex haud spernendus, quia auctor ad vitas componendas (quae interdum sunt 6 vel 8 paginarum) usus est fontibus, qui vel omnino non existunt amplius vel difficillime inveniuntur (f. 86v vita Ioannis Fonsecae, cf. supra p. XXVI, adn. 1).

¹ Revista de Archivos! (1871), 39 ss-i cf. R- Beer, Die Handschriftenschatze Spaniens (Wien 1894) p. 323.

Omnium autem archivorum bibliothecarumque Hispaniae maximi pro historia concilii cognoscenda est archivum illud in vico **Simanca** prope Vallisoletum sito¹. Sed quoniam nil fere praeter epistulas habeat, quid contineant singuli fasciculi summam tantum significabimus. Res ad concilium pertinentes maxime sunt in parte *Secretaria de Estado*, serie II; in cuius fasc. 381 (*negociacion de Portugal*) f. 30 s. agitur de illo ⁵ *Proponentibus legatis*; fasc. 646, f. 236 est exemplum litterarum ab oratore regis 20. Decembris 1551 Tridento missarum.

Negociacion de Roma

comprehenditur fasciculis 847—1002. Hic inveniuntur innumerae epistulae oratorum Caroli V et Philippi II, praelatorum et theologorum ex concilio scriptae. Licet multae earum ex prima periodo concilii sint editae, tamen rarissime edebantur integrae, sed ea ¹⁰ quisque excerpebat, quae maximi momenti esse crederet, ita ut idem fere hic acciderit quod in actis et diariis: confundebantur magis lectores quam docebantur. — Animadvertendum est, paene omnia esse originalia.

Fasciculus

- 871 habet aliqua de annis 1542 et 1543;
- 872, de annis 1544 et 1545; concilii aperitio, allocutio Didaci de Mendoza ad legatos ¹⁵ habita, Ioannis de Vega oratoris relationes Roma missae;
- 873, de anno 1546: relationes Vegae, Mendozae, card. Cauriensis, Margaritae Austriacae;
- 874, de anno 1547: epistulae eorundem;
- 875, de annis 1548 et 1549: maxime relationes Mendozae; ²⁰
- 876, de annis 1550 et 1551: *minutas de despachos eñ creencia de Don Diego Mendoza para Iulio III sobre la reforma de monasterios*; — obedientia pro Iulio III; — Mendozae relationes de restitutione concilii Tridentum; de Farnesii et Salviati cardinalium factionibus pro futuro conclavi; — epistulae cardd. Giennensis et Cauriensis de bona mente Iulii III; — decretorum concilii exemplaria; ²⁵
- 877, de anno 1552: epistulae Didaci de Mendoza eiusque secretarii, Montesae; plurae cardinalis Giennensis, cardinalium Burgensis, Montispolitiani, Saraceni, Messinensis, Compostellani; — epistulae ad hos scriptae; — n. 169 *Deposition de Don Cess0 Garajfa* (15. Dec. 1552);
- 878, de anno 1552: epistulae D. Mendozae de rebus Italicis, maxime Senarum; ³⁰
- 879, de anno 1553: relationes eiusdem *sobre la pusilanimidad dei papa y su irresolucion en los negocios* (catalogus);
- 880, de anno 1553: *Relacion memida de los motivos de indisposicion dei cardenal Mendoza argobispo de Burgos con el papa. Avisos muy importantes dei mismo cardenal sobre los negocios de Italia* (cat.); ³⁵
- 881, de anno 1554: Relationes oratoris Ioannis Manrique de differentiis cum papa; *dei mal estado de la salud dei papa y disposiciones que debian tomarse para el futuro conclave*; — de Strotiis victis; — de capitulis subiciendis dicioni episcoporum;
- 882, de anno 1555: eiusdem epistulae de morte Iulii III et electione Marcelli II; ⁴⁰ de conclavi; instructiones Marcelli II pro nuntiis in Germaniam et Hispaniam mittendis; de morte Marcelli; de Gallorum cardinalium consiliis; de Pauli IV electione et ingenio; aliorum relationes; de inimico pontificis animo in Hispaniam; de ducis Albensis cautelis;
- 883, de annis 1556—1558: de continuatis discordiis; de exemptione capitulorum; ⁴⁵ orator vult Roma discedere; relatio secreta cardinalis de Siguenza de consilio transferendi concilium Romam; de bello inter papales et ducem Albensem; de incarceratione cardinalis Moroni; de pace conclusa; de inquisitione; dantur instructiones de archivo condendo Romae in hospitali S. Iacobi Hispanorum;
- 884 et 885, de anno 1559: de causa archiepiscopi Toletani; *sobre el provincialato* ⁵⁰ *de fr. Melchor Cano*; exequiae pro Carolo V; infirmitas papae; eius responsum imperatori de concilio datum; de inquisitione; de morte Pauli IV; instructio Vargae pro conclavi data;

¹ Totius archivi et historiam et conspectum dat F. Diaz Sdnchez, Guia de la villa y archivo de Si-

manca. Madrid 1885. Cf. L. P. Gachard, Correspondance de Philippe II t. I (Bruxelles 1848), p. 1—176.

- 886, de anno 1560: relationes de conclavi Pii IV; epistulae card. Carafae; de archivo Hispanico ad S. Iacobum Romae condendo; Ioannes Berzosa proponitur ab oratore pro praefecto; papam esse prompto animo reaperiendi concilium; regem Gallorum proposuisse Vesontionem ut locum concilii;
- 5 887, de anno 1560: epistulae comitis de Monrilla, qui fuit Romae nomine Philippi II, ut procuraret continuationem concilii Tridentini; de conclavi Pii IV;
- 888, de anno 1560: epistulae Pii IV propria manu ad Philippum II scriptae de concilio; alia de absolutione card. Moroni; in favorem societatis Iesu;
- 10 889, de anno 1561: epistulae missae inter Philippum II et oratores Ioannem de Ayala et Franciscum Vargam; multae cardinalium; litterae Seripandi 26. Februarii 1561 datae; epistula encyclica ad vicereges et gubernatores (19. Martii 1561), ut Varga iubente mittant praelatos ad concilium;
- 890 et 891, de anno 1561: Francisci Vargae et Ioannis de Ayala relationes de praeparando concilio; cardinalium episcoporumque epistulae;
- 15 892, de anno 1562: 91 epistulae Francisci Vargae; multae episcoporum Hispanorum (Lavellani, Gerundensis, Ilerdensis, Granatensis, Dertusensis, Zamorrensis, Vicensis, Segoviensis, Ovetensis, Oscensis, Salmanticensis, Almeriensis) aliorumque; indices praelatorum ad concilium mittendorum;
- 20 893, de annis 1562 et 1563: Epistulae a Varga scriptae et ad eum a Philippo II directae; item cardinalium et episcoporum;
- 894, de anno 1563: Pii IV complures epistulae propria manu scriptae; item Vargae, cardinalium (etiam Madrucii et Lotharingi), episcoporum; in fine relatio de conclavi 27. Decembris [1565] data;
- 895, de anno 1563: Vargae, comitis de Luna, cardinalium aliorumque epistulae;
- 25 896, de anno 1564: Ludovici Requesenz et cardinalium relationes variis de rebus, etiam ad concilium pertinentibus; binae litterae Pii IV manu scriptae;
- 897, de annis 1564 et 1565: Epistulae Petri Davilae ad Gonzalum Perez de coniugio sacerdotum apud Germanos;
- 30 898, de anno 1565: Minutae epistularum ad Petrum Davilam Romae de coniugio sacerdotum tractante.

Secretaria de Estado, serie III (parte d'Italia).

Roma, libros de Berzosa, fasc. 2002—2022x. Qui libri (folii maximi) compilati sunt ab Ioanne Berzosa Romae tempore Philippi II (cf. supra 1. 2 s.) ex variis fontibus. Pro concilio qui potissimum sint inspiciendi ex hoc indice elucebit.

- 35 t. 2002, cui titulus: XI. *Liber XI continens multa de concilio Tridentino tempore Pauli III, Pauli IV et Iulii III super convocatione, voto, superioritate papae, translatione e Tridentino Bononiam, reductione Tridentum, reformatione datariatus et aliis super eisdem rebus gestis ab anno 1536 usque ad annum 1556* (f. 17—24v illud breve vituperatorium 23. Aug. 1544 datum, quod non contuli cum aliis formis; etiam reliqua maiorem ad partem videntur esse nota).
- 40 t. 2003 (f. XIII): De variis conclavibus (etiam Clementis VII, Iulii III, Marcelli II, Pauli IV, Pii IV, Pii V).
- t. 2004: *Instrucciones y despachos de Eugenio IV, Sixto IV, Inocentio VIII, Alejandro VI, Iulio II, Leon X y Paulo III a sus nuntios sobre negocios publicos ecclesiasticos y seculares . . . tiene 336 paginas* (catal.).
- 45 t. 2005 continet similes scripturas; f. 99—100' Instructio data legatis Tridentum ad concilium ituris, inc. *Supervacaneum videtur*; f. 335 ss. *Confutationes vere et solutiones falsarum obiectionum per Tridentinos ac eorum fautores contra D. ep. Vintimilliensem . . . porrectarum*.
- t. 2006 deest; se *llevaron a Paris* (F. Diaz Sanchez 1. c. p. 74, adn. 1), ubi frustra eum postea quaesivimus in archivis nationalibus.
- 50 t. 2007 continet *muchas cartas de correspondencia de los nuncios y legados pontificios en Alemania, Espana, Francia e Inglaterra con los papas, Carlos V, Felipe II, reyna Maria de Inglaterra, duque de Toscana y con otros principes y senores sobre negocios concernentes a la religion, al concilio de Trento,*

1 Cf. G. Heine in ephemeride *Serapeum* VIII (Leipzig 1847), 105—112 i 115—122'

a las paces entre Carlos V y Francisco I, restitucion de Parma y guerra de Sena, en 282 folios (catal.).

- t. 2008: De bello cum Paulo IV et de aliis eius pontificatus rebus.
- t. 2009: Seripandi et Simonettae legatorum et Viscontis episcopi epistulae. *Item la correspondencia de Visconti que vino a Espania, y la dei nuncio Crivello sobre negocios dei concilio y dei principe de Orange et alia* (352 folia), 5
- t. 2010: *Cartas sobre las guerras de Carlos V con Clemente VII y con Francisco I, tratado de paz entre estey Carlos V; guerra de Alemania, dietas celebradas alii sobre negocios de religion, ijo fol.* (catal.).
- t. 2011: *Cartas de Inocencio III y Honorio III pro ecclesiis Hispanis.* 10
- t. 2012 et 2013: De rebus Germanicis temporibus concilii.
- t. 2014: Res Hispanicae; de dominio temporali pontificum; de reformatione ordinis s. Francisci.
- t. 2015: De dominio temporali pontificum. *Confederaciones contra los Turcos; apuntes sobre el reino de Sicilia, sobre el concilio de Trento* (catal.). 15
- t. 2016: *Un libro de alianzas, tratados, ligas y confederaciones entre papas, emperadores, reyes, republicas y otros estados desde dei ano ikio hasda el de 1571; et alia* (425 fol.).
- t. 2017: Res saeculares.
- t. 2018: Hispanica. 20
- t. 2019, 2020, 2021: Relationes oratorum Venetorum.
- t. 2022: *Principio de los anales de Felipe II desde 1551 hasta 1565. (Tiene solo 13 paginas escritas)* (catal.).

Patroliato real

(Sala XI), Alacena II inter alia continet sex fasciculos de Concilio y disciplina ecclesiastica: *Bulas, despachos, cartas, notas, informaciones, dictámenes y otros papeles referentes a los concilios generales de Constanza, Basilea, Lateranense y Tridentino,...* reformation general de la iglesia.

- fasc. 2, n. 11: Relacion de lo dei concilio, 1550.
- n. 33: Litterae episcopi Pacensis ad Philippum II Mediolani 3. Aug. 1552 datae,
- n. 34: Praelatorum qui contradixerunt suspensioni litterae 30. Aprilis 1552 ad Carolum V datae (non originales), et imperatoris responsum (transcriptum), 30
- n. 35: Compendio breve de todo lo que se hizo en el concilio general de Trento los años 1551 Y 1552 (25 Pag- in fol.), inc. *Despues quel enemigo de la humana natura sembrando como suele zizania trabajo de que el concilio ... de ano M D XLVII se dividiese ...* De hac scriptura dicitur in secundo diariorum volumine, 35
- n. 43— S7: Indices praelatorum Hispanorum mittendorum vel missorum ad concilium.
- 60: Instructio secreta pro concilio data Ioanni de Ayala 13. Martii 1561.
- 61— 63: Binae litterae Pii IV ad Philippum II, 13. Maii et 1. Iunii 1562 datae. 40
- 65 ss.: Vargae, marchionis de Pescara, plurimorum praelatorum Hispanorum aliorumque epistulae ex anno 1562; partim permagni momenti,
- fasc. 3 continet plurimas relationes de concilio (1562. 63) maiorem ad partem ignotas, et multas res post concilium actas.

In archivo ecclesiae cathedralis **Segoviensis** sperandum erat inventum 45
iri relationes deputati capitulorum Hispanorum (v. supra p. XXV, 1. 51); sed inter libros manu scriptos et prima artis impressoriae aetate typis expressos, qui non pauci ibi sunt, nil eiusmodi est, atque etiam acta capitularia de tempore concilii desiderantur. Aliqua pro concilio hauriri possunt ex schedis Didaci Colmenaris, quas ille pro historia Segoviae civitatis (Madrid 1640, 40) compilavit; cuius operis exemplum originale manu ipsius auctoris 50
scriptum custoditur adhuc in illo archivo et leguntur ibi quaedam de Ayala Segoviensi episcopo, qui interfuerat concilio (cf. intra fol. 370 et 371).

Bibliothecam instituti Jove-Llaniani in civitate **Gijon** secundum catalogum a Iulio Somoza de Montsoriu (Oviedo 1883) editum p. 27 in volumine ms. 10 habet epistolam a Francisco Pacensi episcopo ad Petrum Pontium datam Tridenti 15. Septembris 1546 55
originalem (cf. supra p. XXVII, 1. 3 ss.).

In bibliotheca civica oppidi **S. Sebastiani** sunt apographa (saeculo XIX facta) scripturarum in bibliothecis seu archivis Scorialensi, Simancensi, Burgensi, Vallisoletano custoditarum, ut in m. s. vol. 4 pauca de concilio.

4. **Galliae** bibliothecas vel tabularia praeter bibliothecam nationalem

- 5 **Parisina** non visitavimus, tamen quia ex catalogis, quibus editis Galli praestant omnes alias nationes, plures earum nil maioris momenti de concilio habere cognoscitur, tum quia eorum, quae in aliquibus inveniri dicunt catalogi, suo quidque tempore inspicere poterit. Atque etiam Parisinae bibliothecae omnes eos codices hic praeteribimus, de quibus in eorum quae continent editione erit disputandum; intellegimus codices Psalmai lat. 1531. 10 1S32- 1533- 1559- 3774A, quibus adiungendi sunt Virdunensis 16, S. Michielitanus 64, nescio an etiam Nanceianus.

- Cod. lat. 1524 membr. in fol., olim Mazarinaeus, de quo catalogus hoc dicit: *Ibi continentur decreta sacri concilii Tridentini ad regem Chrmum a. 154.8 a patribus missa.* Intus legitur: *Dono D. Chouet ludicis Rostillionaei.* Prima folia (propter litteras initiales pictas F) sunt evulsa. Alia de hoc codice et similibus v. infra p. 230, adn. 1. — 1525 15 chart. fol. min., olim Baluzianus 307 (Reg. 4252% continet *concilii Tridentini decreta et acta publica a Ioanne Curtenbroscio, Anglo, qui eidem concilio interfuit Romaeque obiit a. 1360 die Novembris 18., in hunc ordinem disposita* (catalogus, qui hic addit indicem, cuius in fine legitur: *Is codex ex authoris autographo manu recentiori descriptus videtur;* 20 nihilominus saeculo XVI eum scriptum esse credo). — Codd. chartacc. 1526 (olim Memmianus); 1527 (olim Tellerianus); 1528 (olim Colbertinus); 1529 (olim Faurianus); 1580 (olim Tellerianus) declarationes congregationis concilii continent. — 1530 chart., olim Baluzianus: *Diarium Torelli Pholae de Puppio*, cuius in fine subiecit Baluzius: *Volumen ad me missum a clarissimo viro Antonio Magliabeco, bibliothecario sermivodis Florentinorum et acceptum cal. Novembris a. 1682* (cf. supra p. XXII, 1. 34 s.; editus est codex apud 25 *Le Piat* VII, 2, 159 ss.). — 1578 (num. ant. 4485) chart. in 40, olim Mazarinaeus: *Acta varia ad concilium Trid. spectantia.* Est summarium Massarellianum, editum sub titulo diarii a *Le Piat* VII, 2, 31 ss. cum diario Curtembrochiano; sed in codice praemittuntur protestatio legatorum (quam excerptimus infra p. 230, adn. 1), breve quo creantur praesidentes (quod postea repetitur), epistolae duae quae apud *Le Piat* p. 64—68 leguntur. 30 1581 (num. ant. 4484 et 45§2) chart. in 40 saec. XVI, 60 foliorum (nescio an sit exemplum codicis originalis Vaticani), olim Mazarinaeus: *Thomae (Campegii, alia manu supra lineam add.) episcopi Feltrensis sententia super nonnullis articulis propositis patribus in sacro Trid. conc. (super artic. 13 de missa, 16. Iulii 1562, de communione sub utraque, de residentia episcoporum).* — 1582 (num. ant. 139, alius 6242) chart. in 40 35 saec. XVI, foliorum 97, olim Mazarinaeus, involutus seta rubra (in tegumento anteriori exsecta est quadra [cum insigni generis, ut videtur]; potest esse exemplar ipsum papae dedicatum). Titulo caret; in f. 1 incipit: *Smo D. N. Pio IIII pont. m. felicitatem optat Thomas Canipegius episcopus Feltrensis. Quoniam prudentes viri et sapientes ex praeteritis* 40 *pt aesentia metiuntur et futura*, ideo se veterum conciliorum pro futuris fecisse excerpta; incipiunt a Constantiensi concilio, finiunt cum Tridentino sub Iulio III. Sequuntur *Difficultates, quoe m cidere possent in celebratioe concilii, et quibus mediis illis occurrere possit.*

- Cod. ital. 228 chart. in 40, saec. XVII. Post libellum minorem alia manu scriptum 3.~T247. Milledonni diarium; f. 248' *Trattato dei! historia sopra la celebratio7ie dei concilio di Trento*, inc. *Giulio II attese* — epitome historiae Sarpianae saepe commemorata (similiter ut supra p. XXIV, 1. 11, eodem codice unita cum diario Milledonniano, unde facile errores oriebantur). Eadem epitome est in codice (num. ant.) 10072, f. 319, secundum *A. Marsand*, I manoscritti della regia bibl. Parigiana (Parigi 1835) I, 350; 45 ibid. I, 287 describitur cod. 10041 chart. fol., saec. XVI (f), 300 pagg.: *Lettere dei nuntio Visconti al card. Borromeo*; et II, 56: S. Germ. 138, chart. fol., saec. XVI et XVII, 800 pagg.: eadem cum nonnullis Seripandi et card. Lotharingi; II, 57: S. Germ. 140: 50 e 1000^ Paulo IV; II, 77. S. Germ. 275. Epistolae et alia ad concilium pertinentia. tabularia nationalia Parisina non pauca habent, quae ex Simancensi archivio quondam auferebantur, quaeque vix minoris sunt momenti quam quae ibi remanserunt. 55 Volumen illud Berzosanum, ut diximus, non invenimus (cf. supra p. XXIX, 1. 49); sed

tt i f / ' ^ er^ere1 Note sur les ms. de 1 abb6 go d Etival conservas a Nancy, in ephemeride

Comte-rendu des sances de la commission royale d'histoire 5. serie, tom. VIII (Bruxelles 1898).

epistularum originalium fasciculi, ut K 1710, habent litteras Ferdinandi I propria manu scriptas ad Philippum II (12. Augusti 1563), archiducis Caroli ad Pium IV (30. Novembris 1564), praeterea relationes Vargae, Herculis Pagnani, Antonii Augustini episcopi Uerdensis, multas alias. Epistularium, quod novi aliquid ad concilium cognoscendum afferat, maxime ex Simancensi et Parisino tabulariis hauriet.

Ex immensis bibliothecae civicae **Vesoninae** (*Besancon*) divitiis *Weifs* edidit illos *Papiers cTetat du Cardinal de Granvelle*, 9 voll., Paris 1841 ss.

Nec minus **Belgicorum** tabulariorum inexhaustae copiae celeberrimi illius *L. P. Gachard*, *Caroli Lanz* aliorumque libris ac collectionibus viris doctis innotuerunt.

Britanniae Maioris bibliothecas publicas quidquam maioris momenti de concilio habere ideo non est verisimile, quia neque Angli synodo interfuerunt, neque prioribus temporibus eiusmodi res magni ibi aestimabantur. Bibliothecae privatae autem non aperiri solent (cf. *Theiner*, Act. I, praef. p. VII) alienis, caeterum expectationes Theineri ibidem prolatae vanas esse arbitramur; saltem fontes ab *J. Mendham* (*Memoirs of the Council of Trent* [London 1834] p. VII ss.) descripti non permagni sunt valoris.

5. **Germaniae** episcopi cum paucissimi concilio interfuerint, ne tabularia quidem Germaniae multa continent ad concilii historiam illustrandam. Nam quae in archivis episcopaliibus hic illic inveniuntur, ideo non permagni momenti esse solent, quod non eam vim in res publicas regendas illi episcopi habebant, ut imperator vel rex Hispaniae. Quamquam epistulas Ottonis Truchsess episcopi Augustani, quarum etiam in Germanis tabulariis multae adhuc latent, nemo gnarus parvi pependerit, saepe huiusmodi relationes nil exhibent, quo scientia nostra valde augeretur.

Primum locum occupant sine dubio bibliotheca regia ac tabularia **Monacensia**. Illius codicibus qui Ficlerii scripturas continent (CIm. 712. 713. 11054. H 571a—7) nunc praetermissis, cum de eis in voluminis tertii prolegomenis fusius tractandum sit, nonnullos alios hic enumerabimus.

CIm. 813 s. XVI, 40, 30 foliorum (fuit olim Petri Vectorii): *Ordo et modus in celebratione sacri et generalis concilii Tridentini observatus ab Angelo Massarello eiusdem sacri concilii secretario descriptus* (*Theiner*, Acta I, 1—13 et praeterea bis editus). — 10451 (Palatin. Mannheimens. 451) s. XVI, fol., 125 foliorum: *Liber qui dicitur Interim*; f. 46 *Acta de concilio Trid., inprimis de eius translatione in urbem Bononiam. Instructio data card. Tridentino dat. in Augusta 10. Novembris 1548*, et aliae res haud in cognitae. — 11053 (bibl. eccl. Patavien. 53) s. XVI, fol., 171 foliorum: *Acta in concilio Tridentini sessiottibus I—VI* (a mense Maio 1551 usque ad Aprilis 1552), cum votis a Nausea in concilio dictis. — 11055 (Patav. 551 secundum notam in fronte codicis scriptam ex hereditate comitis [Sigismundi] de Thun) saec. XVI (a. 1564), fol., 221 foliorum: *Farrago et miscellanea rerum conciliarium et regestum litterarum Caesaris ad oratores suos archiepiscopum Pragensem Antonium et D. Sigismundum a Thunn etc. in concilio Tridentino* (Ian. 1562 ad Dec. 1563). *Scriptis Io. Iacobus Mogius de Clesio presbyter*. Incipit ab instructione oratoribus data. — 11096 (Patav. 96) s. XVI, 40, foliorum 196: *Friderici Nauseae Blancicam piani episcopi Viennensis ad Paulum III p. m. Miscellaneorum pro Tridentino eademque oecumenica synodo conciliarium libri VIII*. Dedicatio ad Paulum III data est a. 1543. Codex est correctus alia manu, sed haud scio an sit ipsius Nauseae. Librorum initia non semper significantur. — 11097 (Patav. 97), s. XVI (1562), 4°, 68 foliorum: *De calice laicisporrigendo facta in concilio Tridentino*. Votum de articulis duobus propositis incipit f. 3: *Libenter plane, Illmi et Rmi DD. et patres mei, ego posito loco dico*. — 11571° f. 363 ss.: Pratani epilogus, de quo dicitur in editione libelli.

Cgm. 4966, pars II (in fol., 19 foliorum): *Iacobi Laynez S. J. de communione et usu calicis sententia in synodo Trid. dicta 1562*. — 4970, pars III: Mandata pertinentia ad conc. Trid. a. 1551—1562.

C. it. m. 180 (Petri Vectorii cod. 69) chart. s. XVI, in fol., 172 foliorum, et 607 s. XVIII, in 40 min., 176 foliorum: *Antonio Milledonne, Historia dei concilio di Trento*. — 104 chart. s. XVII, in fol., 195 foliorum (ex Uffenbachi possessione transierat in Schelhorni): *Lettere diverse e negoziazioni in materia dei sacro conc. di Trento concernenti a tutti i principi e potentati dei mondo*.

In tabulario regni Bavarici (*Reichsarchiv*) sunt non pauca de concilio, maxime ad partem adhibita ab A. Knöpfler, *Die Kelchbewegung in Bayern* (München 1891). Primum occurrunt sex tomi (in fol.): *Acta concilii Tridentini 1524—1561* intitulati. Tom. I: f. 35 varia carmina contra *Interim* facta; f. 76. 78 Vergerii binae litterae ad ducem Guilelmum 3. et 7. Iulii 1535 datae, originales; f. 105 minutae epistularum a duce Alberto 1551 ad archiep. Salisburgensem datarum; f. 130 Hosius ad eundem ducem Vindobonae 24. Novembris 1560. Exempla scripturarum notarum. — Tom. II: Z. Delfini ad ducem Albertum litterae originales 7. Decembris 1555 datae, minuta litterarum ducis ad illum 6. Ianuarii 1561 data; legati concilii ad ducem 19. Maii 1561, multae aliae epistulae ex eo tempore; f. 28 ss. relationes episcopi Ilcinensis originales 26. Martii 1562 usque ad 31. Maii 1563; f. 143 ss. relationes Io. Cavillonis et Paumgartneri ad ducem Tridento missae et alia. — Tom. III: Relationes episcopi Ilcinensis (Francisci M. Piccolomini) ad Albertum ducem; f. 62 Instructio oratorum ducis ad concilium mittendorum (minuta); 226/241 *Doctor Vickhausers Romischer Raits vnd verrichtung Relation* (1562) et alia. — Tom. IV: Epistulae inter Ferdinandum imperatorem et Albertum ducem a. 1563 scriptae; f. 94—101 *Scriptum theologorum Illm^{ti} Bavariae ducis, dum Viennae consilium habetur. In negotio s. calicis*; f. 102—107 continuatio: *De coniugio sacerdotum*; sequuntur alia de illo conventu. — Tom. V: f. 68 Votum episcopi, Quinqueecclesiensis, inc.: *Ne id ipsum committam, quod in aliis saepenumero tacitus reprehendere soleo*; f. 73—111 *Consilium S. M^{ti} Caes. datum super articulis reformationis in conc. Tr. propositis*; f. 159—171 *Rathsschlag von dem Concilio zue Trient* (latine scriptum), inc.: *Iam anni quadraginta sunt et plus etiam, quod ecclesia Dei*. — Tom. VI: f. 21 Episcopus Ilcinen. ad ducem, 8. Novembris 1563, in modum diarii; f. 36 card. Tridentinus duci, 28. Februarii 1563; f. 76—103 *Doctor Vichausers Relation seiner Verrichtung zu Trient vnnd Rom* (propter concessionem calicis); f. 171—175 *Antonii Minturni episcopi Uxentim Diocles sive ovile* (de concilio), inc.: *Quae gelidos fontes Athesinaeque flumina nymphae*, et alia.

Consulenda sunt praeterea: *Religionsakten des heil. rom. Reichs t. VIII* (conventus Naumburgensis de concilio deliberationes); *Bayensche Religions-Acta* tom. III (1558—1563) et IV (1563—1564); Acta inter Bavariam et episcopatum Eystetensem tom. III; item cum Augustano t. I (1556—1561); item cum Salisburgensi 1546—1614; item cura Tridentino t. V (1530—1588); *Freisinger Acta* 1526—1729; *Bayerische Fürstenbücher* tom. XXIV, pars II; epistulae inter ducem Wirtembergensem, Augustum electorem Saxoniae, Fridericum III Palatinum, inter Albertum et card. Augustanum (Ottonem Truchsess), Simonem Eck cancellarium missae; tres tomi instructionum et relationum nuntiorum 1476—1585, codex Ottonis Henrici ducis Palatini *Vom Interim vnd Concilio zu Trient* inscriptus, denique duo fasciculi continentes instrumenta delegationum vel procurationum ecclesiarum et monasteriorum.

Archivum domus regiae et status secretum (*Staatsarchiv*) non multa de concilio habet, sed ea non parvi momenti, ut K. schw. 229, 3: epistulae Seldi vicecancellarii cum novitatibus insertis 1552—1555; 229, 4: anni 1556—1560; 229, 5: anni 1561—1562, 229, 6: anni 1563; quae omnia ideo non sunt neglegenda, quia quae in aula Caesarea sensa vel dicta sint inde elucet, eaque sine dubio vim habuerunt in ducem Bavariae. Tomi 229, 7. 9; 228, 7. 8 vix quidquam praebent ad concilii historiam illustrandam.

Iter per *Hungariam*, in quo frustra bibliothecam Budensem perlustravimus, et per *Austriam* fecimus aestate anni 1897. Bibliotheca Palatina *Vindobonensis* anno 1717 ex bibliotheca monasterii S. Ioannis a Carbonara Neapolitani accepit aliquos libros quibus ne hodie quidem pretiosius quidquam ad concilium pertinens habet. Inter eos codices Seripandianos concilium attingunt n. 5558. 5559. 5560. 5561. 6016. 6017. 6025 et forte alius, qui in cod. Vat. lat. 8225 inducitur *un volumetto d'indice de dogmi e riforme dei detto concilio* [Tridentino], quem non invenimus; caeterum non tanti est momenti.

U^o C^o d' 5558 (num' ant 13^o) continet epistulas Caroli V, Philippi II, ducis Albensis a leionymum Seripandum archiepiscopum Salernitanum inter annos 1550 et 1560 scriptas, etiam minutas et fragmenta registri earum quas Seripandus scripsit illis. Sequuntur

epistulae tempore concilii vel paulo ante scriptae a vicerege Neapolitano, ducibus Ferrarisiensi et Mantuano; f. 74 minuta litterarum 4. Martii 1563 (paulo ante mortem Seripandi) datarum; f. 77 binae litterae ducis Bavariae 22. Februarii et 22. Martii 1562 datae; f. 81 archiepiscopi Salisburgensis 27. Apr. 1562; f. 83 minuta epistulae ad principem reipublicae Venetae 5. Maii 1562; f. 85 epistula magistratus civitatis Uri Helvetiae in lingua Germanica 16. Iulii 1562 data, cuius versio est f. 87; f. 90 (finis codicis) epistula ducis Urbini ad Serip. 16. Ian. 1562.

5559 (n. a. 131) in tergo inscriptus est: *Epistulae nobil. viror.*; sunt nonnullae ad Antonium Serip. directae, deinde ad Hieronymum a Placito de Sangro et variis aliis ab anno 1517 usque ad 1562, etiam minutae et registra Seripandi.

5560 (n. a. 132, foliorum 83) habet titulum: Epistulae civitatis Neapolitanae circa legationem ad Carolum V (a. 1553).

5561 (n. a. *cod. recent. 129*) in fol., 278 foliorum, titulo caret. Miscellanea ad concilium pertinentia: f. 1 *Quae ratio servanda videatur in examinandis libris*, inc.: *Cum, ut inquit Ecclesiastes, faciendi plures libros nullus sit finis* (scriptum a F. Nuccio, secretario Paleotti); f. 3 (olim 1) *capita dubitationum* de canone librorum sacrorum; f. 5 (ol. 4) *Porro ad coercenda petulantia ingenia* (correctum manu Cervini, ut mihi videtur); varia Seripandi notata et excerpta; f. 35 *Votum Senogalliensis super p censuris decreti tertii de iustificatione*; f. 41 litterae ad episcopum Cavensem de eius sententiis theologicis 8. Aug. 1559; f. 44 episcopi Brixiensis sententia de concessione calicis; f. 46 (a Nuccio scriptum) *De concess. calicis . . . Propositae die 22. Aug. 1562 patribus. Mantuanus egit pro petitione Caesaris vehementius*. Sequuntur paucae minutae epistularum Seripandi in concilio scriptarum, et deinde sententiae variorum praelatorum a. 1562, epistulae etc. Hic codex pro concilii, pro Seripandi et Paleotti historia aeque est aestimandus.

6016 (infra in tergo: *cod. rec. 14*), fol. min., inscriptus est: *To. I., Seripandi adversaria A. 1546*; continet eadem ac codd. bibliothecae nationalis Neapolitanae IX. A. 50 et 51 (de quibus v. *Calenzium*, Documenti inediti p. 330—338), sed alio ordine, qui caeterum cum numeris antiquis fasciculorum et paginarum in codicibus Neap. servatis videtur convenire. Codex non est originalis, sed descriptus ex illis saeculo, ut videtur, XVII.

6017 (n. a. *cod. rec. 15*) omnino similis est illi 6016; *To. II. A. 1563* legitur in tergo. Est exemplum codd. Neap. IX. A. 48. 49, de quibus *Calenzius* l. c. p. 325—330.

6025 est *un volumetto che contiene l'istoria della legazione dei card. Set'ipando a Carlo V in nome della citta di Napoli* (cod. Vat. 8225 f. 298).

Tabularii publici (*K. K. Hof u. Staatsarchiv*) scripturae, quatenus ad concilium spectant, partim editae partim excerptae sunt a *Tk. Sickel*, *Aktenstücke aus osterreich. Archiven zur Geschichte des Concils von Trient*, Wien 1872; cuius in libri praefatione p. III—VI ea enumerantur, quae potissimum ad concilium pertinent.

Oeniponte in archivo praesidiali Tirolensi quae custodiuntur significavit *Sickel* ibidem p. VI. *Friedensburg*, Nuntiaturber. Abt. I, t. IX, p. V s. praeterea refert de epistulario cardinalis Christophori Madrucii ibi conservato.

Scripturae denique prope castellum **Areo** in tabulario comitum de Areo custoditae Sickelii libro laudato innotuerunt.

Postremo de **Tridentinae** bibliothecae civicae thesauris quamquam minus accurate retulit *Finazzius*, nihilominus acta agere nolentes ad eius librum lectorem remittimus.

3. De diariis.

Nulla querela saepius repetita est a curiae Romanae adversariis, quam illa: acta concilii Tridentini nobis tradita non esse integra neque ab hominibus integri iudicii scripta, sed in favorem curiae castrata et corrupta. Quae accusatio licet actis originalibus quae in ipsis congregationibus scribebantur collatis cum ea forma, quam edidit Theiner, non probetur, nihilominus diaria concilii exoptatissimi sunt fontes, ex quibus vera et integra eius historia hauriatur. Nam cum diaria pro ipsis auctoribus solis scribantur neque ad divulgandum sint praeparata, maxime in eis sententia sincera, in corrupta, sine respectibus humanis data invenitur. Et eo pluris sunt aestimanda, si

1 Titulum libri v. supra p. XVI, adn. 2.

non a laudatoribus Romanae curiae tantum, sed etiam ab eius adversariis, non modo ab Italis, sed etiam ab Hispanis, Gallis, Belgis, Germanis sunt scripta.

Talium autem diariorum opinione omnium maiorem copiam lectoribus sumus proposituri, quod iam eo illustratur, quod in tria volumina sunt distribuenda, cum hactenus, 5 praeter collectionis Leplatianae tomi septimi alteram partem, Dollingeri tantum volumen et aliqua ex Calenzii Documentis ineditis huius generis fuerint, quae omnia in unum collecta et typis huius nostri voluminis impressa vix eius spatium excederent. Iuvat hic ea enumerare, quae tribus diariorum tomis comprehenduntur.

Primo loco posuimus commentarium Herculis Severoli, promotoris concilii, 10 tum quia hic liber fons primarius est actorum pro primis quattuor synodi mensibus, tum ne Massarellianorum diariorum series interrumpatur. Plura iam de illius magnitudine et utilitate dicere supervacaneum duximus. Cuius adhuc parvum fragmentum erat editum.

Angeli Massarelli hactenus duo nota fuerunt diaria, ambo typis publicata in collectione Dollingeriana; nam quod apud *Le Piat* VII, 2, 31 ss. legitur, non est diarium, 15 sed summarium recte a Massarello nominatum. Praeter illa duo nos quinque alia edemus, ut omnia sint septem: primum de prima concilii periodo, lingua Italica scriptum, quod maiorem ad partem est apud Dollinger I, I, 66—258, infra p. 151—399> secundum de eodem tempore latine scriptum (ut omnia reliqua), minus (quod fundamentum factum est summariorum), infra p. 407—466; tertium de eadem periodo maius, 20 p. 469—626; quartum de concilio Bononiensi, p. 629—873; quintum de conclavi in quo creatus est Iulius III (ab hoc incipiet volumen II): quod, quamquam non proprie est de concilio, nihilominus, et ut Massarelli diaria simul edantur, et quia pro concilio non est parvi momenti, recepimus in nostram collectionem; sextum de pontificatu Iulii III (maiorem ad partem apud *Dollinger* I, 259—326); septimum ab electione 25 Marcelli II usque ad concilium Tridenti tertium congregatum. Quae diaria omnia ad historiam hominum, qui concilii tempore floruerunt et aliquid in eo valuerunt, plurimum conferunt.

His supplemento esse possunt quae ex Ludovici Firmani diariis caeremonialibus excerpta addemus, cum integra ea publicare operae pretium non sit. Firmanus 30 enim synodo iterum ac tertium convocatae interfuit et, ut mos erat magistrorum caerimoniarum, inter res levissimas etiam multas maxime memorabiles scriptis mandavit.

Deinde Pratani Belgae Epilogum novis curis recensebimus, non solum quod speramus fore ut textum emendatum proponamus, sed ne lectores amplius ad collectionem Leplatianam (VII, 2, 1—30) remittere debeamus. Et re vera libellus ille dignus est 35 qui praeter Severolum, Massarellum, Seripandum audiatur.

Hieronymi Seripandi et quae iam publicata sunt (*Dollinger* I, I, 1—38; *Calenzius*, Docum. p. 151—254) emendata iterum edemus aliis partibus eius notationum adiunctis. Qui vir egregius cum omnes tres concilii periodos et vita et opera comprehendat, maxime idoneus est, ut nos ex prima synodo ad secundam traducat.

Huius secundae periodi historias paucissimas habemus. Nam praeter Massarellum, 40 qui et ipse parvus est de hoc tempore, et Firmanum et arida Psalmaei acta commentariolus tantum a praelato Hispano conscriptus extat, cuius auctorem Franciscum de Navarra episcopum Pacensem esse haud futilibus argumentis potest demonstrari.

Sequitur alius Hispanus, Petrus Gonzalez de Mendoza episcopus Salmanticensis, 45 cuius commentarius, licet a *Dollinger*o (I, 2, 64—171) iam sit editus, ex codice Matritensi (si non originali, at saltem optimo) in textu genuino exhibebitur.

Nicolai Psalmaei Virdunensis episcopi diarium nondum ex autographo eius codice est editum, sed ex exemplaribus magis minusve mutatis [*C. L. Hugo*, *Sacra antiquitatis monumenta* [Stivagii 1725] I, 215—411; *Le Piat* VII, 2, 71—135; *Dollinger* I, 2, 172—277). Quare et formam originalem et aliam postea nescio a quo, at 50 certe ex optimis fontibus auctam, opus est historicis aperiri.

Etiam Ioannis Ficlerii nostri diarium in alia forma ab auctore scriptum est, quam quae legitur apud *Le Piat* VII, 2, 257—400; necesse est igitur in editione discernere, quae postea vel ex memoria vel ex aliis fontibus addita sunt, cum haec non 55 eadem ac quae scribebantur in ipso concilio fide sint digna.

Non excluduntur e nostra collectione diaria nonnulla ab Italis conscripta, quae non admodum iucunda sunt lectu, sed plurimas relationes continent, quibus quaestiunculae et dubia de quibusdam rebus orta possunt decidi, ut Astolfi Servantii (ex quo pau-

cissima excerptit *Dollinger* I, 2, 51-63), Antonii Milledonei (cuius versionem Gallicam publicavit *A. Baschet*, Paris 1870), Torelli Pholae (*Le Piat* VII, 2, *59—254)- Non sine salibus scriptae sunt relationes Iacobi Guidii (nam hunc esse auctorem fragmenti in bibliotheca Barberiniana inventi ex certis argumentis colligitur) et Philippi Gherii, et summarium Philippi Musotti, quod denuo (post editionem Dollingerianam, I, 2, 1—37) cum quibusdam aliis scripturis ab illo relictis (cf. *Pallavicin.* XV, 13, 1) typis curabimus imprimendum.

Uberrimus autem omnium quos praeter Massarellum exhibebimus fontium erit diarium Gabriellis Paleotti, quod pariter de eis quae in congregationibus tractabantur ac quae foris fiebant nos reddit certiores. Quod diarium tantum differt ab actis Paleotti a *Mendham* (London 1842) et *Theinero* (Act. II, 523—680) editis, quantum haec nostra fontium collectio ab historia concilii, cumque in illis actis frustra solutionem multorum dubiorum quaeramus, diarium multo accuratius de eis quae singulis diebus facta vel deliberata sint nos docet¹.

Non desunt qui aliorum etiam auctorum de concilio Tridentino diaria novisse sibi videantur, sed haec magis illorum opinione quam re vera existunt. Ita Woker in collectione Dollingeriana inceperat edere anonymi de concilio diarii librum septimum; at Dollinger (cuius manu locum in *Mendham*, *Memoirs of the council of Trent* [London 1384] p. IX signatum vidimus) mature videtur eum docuisse non esse diarium, sed epitomen historiae Sarpianae. — De diario Berardi Bonioannis episcopi Camerinensis dici in catalogo *Mazzatinti* iam supra retulimus² et esse variarum de concilio rerum collectionem statuimus — Nescio an item res se habeat de diario, quod *G. Moronus*³ vult scriptum esse a Philiberto Ferrerio episcopo Iporegiensi, cuius nusquam vestigium est, et de alio, quod reliquisse dicitur Melchior de Vosmediano, episcopus Accitanus. — Ille autem Friderici Nauseae episcopi Vindobonensis liber (eius exemplum est hodie in Arch. Vat. *Concil.* t. 106), quem *Theiner* (Act. I, praef. p. VIII, adn. 1) diarium vocat, est actorum quorundam collectio. — Curtembrosci libellus denique adeo aridus nec diarii nomine dignus est, ut sufficere nobis videatur quod semel typis est divulgatus.

In fine diariorum adiungemus Manelli librum pecuniarum saepe laudatum⁴, excerpta ex actis consistorialibus et praelatorum theologorumque qui concilio interfuerunt catalogos antiquos.

Plura de singulis libris dicentur in prolegomenis quae unicuique tomo praemittentur. De rationibus autem in hac editione adhibitis infra in cap. IV paucis disseremus.

CAPUT SECUNDUM.

DE HERCULIS SEVEROLI VITA ET COMMENTARIO⁵.

1. Probatur Severolum esse commentarii auctorem, non Massarellum.

Severoliani de concilio Tridentino commentarii nos primi et auctorem ostendimus et editionem integram exhibemus. Nam in Dollingeri collectione⁶ (p. 39—65) non plus quam octava pars legitur (quae in codice Vaticano folia 1—24 [in nostra editione p. 1—26, lin. 4] occupat, cum totus codex folia 199 habeat), idque sine nomine auctoris.

Quae Dollinger (p. XXI s.) de libro eiusque scriptore praefatus est, quam difficilis sit quaestio satis demonstrant. Codex enim bibliothecae civicae Tridentinae Mazzettinus n. 42397, ex quo fragmentum illud est haustum, hanc habet inscriptionem: *Diarium concilii Tridentini conscriptum ab Angelo Massarello Septempedano, postea episcopo Thelesino, eiusdem concilii secretario, sub Paulo III annis 1515 usque ad*

¹ Cf. libellum nostrum supra p. XX, adn. 7 citatum.

² Supra p. XXIII, 1. 10 ss.

³ Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica L (Venezia 1861), 232.

⁴ Cf. ex. gr. supra p. XXII, 1. 7.

⁵ De hac re egimus iam in ephemeride »Histor. Jahrbuch« XV (München 1895), 749—776. Quae ibi disputabantur, hic partim repetivimus, cum non omni-

bus lectoribus librum illum inspicere liceat, partim correximus vel auximus.

⁶ Titulum v. supra p. XIV, adn. 2.

⁷ Cf. catalogum bibliothecae manuscriptum et librum *Finazzi* (supra p. XVI, adn. 2; citamus editionem alteram) p. xxvi. Sed falso Finazzius 30 paginarum esse dicit codicem, cum habeat 60-) 30, et exhibet pro fine fragmenti Severoliani ultima verba alius libelli, Cf. infra p. XLVII, 1. 43 ss.

154.8. Hunc titulum Dollinger dicit non eodem quo diarium componebatur tempore posse scriptum esse, quoniam illis annis Massarellus nondum episcopus fuerit, nec postea ab eodem additum, cum in hoc casu certe ut dignitate episcopali, ita secretariatu continuato gloriatus esset. Cuius assertionis prior pars nequit dubitari; nam ipso verbo
 5 *postea* diserte tempus posterius significatur. Sed facillime fieri potuit ut ipse Massarellus, qui peractis singulis concilii periodis Romae degens diaria sua revidit et pauca interdum addidit, etiam titulum illum interpolaret; nec verba illa *sub Paulo III annis 1545 usque ad 1548* secretariatus spatium, immo terminos quibus circumscribatur diarium statuere volunt, quod ultro apparet ex ambitu diarii integri et ex inscriptione codicis Barberiniani
 10 (XVI, 49 [ant- num. 1799]1: *Angeli Massarelli Diarium Concilii Tridentini a die 11. Decembris 1545 ad decimanam sextam Ianuarii 1548*), sed non potuit non fugere Dollingerum, quippe qui fragmentum tantum ante oculos haberet. Cuius codicis testimonio fretus etiam Raynaldus librum pro Massarelliano habuit, eumque re minime examinata secutus est Theiner (cf. infra n. 7).

15 Graviora sunt argumenta, quibus Dollinger motus diarium Massarello prorsus abiudicat, discrepantia inter hoc et Massarellianum primum de officialium electione 4. Ianuarii 1546 facta. Illud enim dicit: *De secretario nihil actum est, quoniam Marcus Antonius Flaminius, qui litteris R. m. Farnesii probabatur, onus recusare maluit* (nostrae editionis p. 14, l. 46 ss.), cum Massarellus referat: *Fu letto il detto breve delle decime*
 20 *... et fatti molti officiali dei concilio, cioe; Mr Pighino, auditor di Rota, scrutator de voti, Mr Hercole Severolo, procuratore dei concilio, Mr Claudio della Casa, notario dei concilio, insieme con Mr Nic[ol]o [Driel] che e con Monsr Pighino, et me Angelo Massarello da San Severmo della Marea, secretario dei concilio* (infra, p. 366, l. 28 ss.). Hinc Dollinger ita argumentatus est: cum nec causa subesset, cur Massarellus in hoc diario ipsi soli destinato falsi quidquam referret, neque intellegatur, qua re
 25 motus rem notoriam — se secretarium electum esse — negaret, nec denique de negligentia Massarelli cogitari possit, diarium de quo agitur minime esse Massarelli potest, typisque mandavit cum titulo *Diarium concilii Tridentini ab Anonymo conscriptum*. Et quamquam postea actis concilii a Theinero in lucem editis multos huius locos cum illo ad verbum
 30 convenire animadvertenterat, tamen veri similis duxit librum esse compilatum ex Massarelli actis alioque diario nobis ignoto.

Similiter Calenzius2 iudicavit de codicis illius Barberiniani diario: *Auctorem huius diarii esse Angelum Massarellum haud patet' quin immo, si hunc codicem cum altero signato n. 123* [hodie XVI, 3, non, ut idem Calenzius p. 374 dicit, XVI, 2] *conferamus,*
 35 *negativam facile sententiam sequemur*. Quod iudicium cum ab auctore ex eis quae continet uterque liber non probetur neque, ut ego quidem censuerim, probari possit, ex litterarum forma videtur esse repetitum. At codex Barb. XVI, 3 partim ab Ioanne Ithoro³, partim ab ipso Massarello est exaratus, quamquam Calenzius saeculo XVII eum tribuit, alius XVI, 49 signatus a scriptore ignoto saeculi XVII. Unde ex manu
 40 nil concludi posse luce clarius est.

Dollingeri rationes maxime impugnavit A. de Duffel⁴, qui diarium nostrum idem esse vult quod Massarellus iussu cardinalis de Monte scripserit⁵. Huic enim qui,

1 Descriptionem v. infra § 4, litt. c.

2 Documenti inediti (supra p. XVI, adn. 3) p. 388.

3 Cf. infra p. 810, l. 24 et adn. 6. Si non a Thoro scriptum est summarium, certe ab alio scriptore Massarelli et ab hoc correctum, ut manus eius non raris vestigiis demonstratur.

4 *Theologisches Literaturblatt* XI (Bonn 1876), 3931 cf. X (1875), 339. Sed de diariis Massarelli falsa veris miscet enumerando tria: *unum* incipiens a Massarelli discessu ex Urbe et pertinens usque ad 1. Februarii 1546, quod pro se solo Massarellum scripsisse coniciendum sit (intellegit diarium I a nobis appellatum, infra p. 399); *alterum* incipiens a Leone X et enarrans diuturnas, sed saepe non sinceras praeparationes concilii huiusque actiones usque ad 29. Ianuarii 1546, quod cum cardinalis de Monte potissimum partes exponat, huius iussu scriptum sit (confundit

fragmentum Severoli Dollingerianum, quod minime incipit a Leone X, sed pertingit ad dictum terminum, et historiam Seripandi incipientem eam quidem a Leone X, sed die 29. Ianuarii 1546 superato attinentem ad 4. Februarii 1546); *tertium*, quod totum concilium sub Paulo III celebrati tempus comprehendat (Massarelli diaria II. III. IV a nobis appellata, infra p. 407—873).

5 Falso *Duffel* (Theol. Literaturbl. 1876, col. 393) provocat ad diarium I Massarelli, quod nil continet de ea re, cum alio loco (Theol. Literaturbl. 1875, col. 339) recte alleget aliud, quod nos Massarelli tertium appellamus, in quo ad 20. Octobris 1546 (infra p. 581, l. 7 s.) legimus: *Card. de Monte rogavit, ut diarii mei copiam ei facerem*; ad 27. Octobris (p. 582, l. 12): *Scripsi in diario pro Rm^o card. de Monte*. Cf. praeterea p. 582 l. 33; p. 585. l. 3-12-18; p. 586, l. 18. 30; p. 587, l. 7. 26; p. 588, l. i. 11.

quamquam primus legatorum fuerit ordine, tamen de caetero non multum in concilio valuerit, omnino primas partes assignari in hoc libro, orationesque eius fusius exponi. Differentiam autem illam de 4. Ianuarii 1546, quam opposuerat Dollinger eis qui diarium Massarellianum esse contenderent, ortam esse dicit Druffel ex Massarelli vanae gloriae cupiditate, qua incitatus in privato diario mentiatur (ut et alias falso secretarium pontificium se appellet) se ad secretarium evectum esse, cum in alio, quod primo praesidenti tradiderit, verum dicere coactus sit. Hanc contra Massarelli sinceritatem coniecturam ausus est Druffel, qui ex legatorum et cardinalis Farnesii epistulis demonstrasse sibi videbatur, secretarium eo die non esse creatum.

At gravi errore ducitur putando se diarium iussu primi praesidentis a Massarello scriptum habere, cum hic diserte dicat¹ diarii copiam, i. e. exemplum transcribendum, cardinalem a se petivisse. Et quamquam facile est creditu secretarium non omnia quae sibi ipse in diario privato adnotaverat legato obtulisse, immo multis omissis plurimisque locis mutatis editionem in usum Delphini quam Galli quondam vocabant confecisse, tamen, cum quasi nihil commune sit inter librum de quo quaeritur et Massarelliana diaria, Druffelii coniectura ultro concidit. Similitudines autem inter acta concilii et diarium nostrum longe aliter esse ortas, ex eis quae infra dicentur apparebit. Nec minus discrepantia inter Massarelli relationes et legatorum Farnesiique epistulas sine difficultate solvitur, ut in capite III demonstrabimus. Hoc loco sufficiat monuisse, Massarellum, nisi aliquo modo ad secretarium vocatus 4. Ianuarii 1546 fuisset, certe id non relatum fuisse — ut fecit — in actis, quae non lectum iri ab aliis, qui rem scirent, minime poterat sperare. A tanta enim inanis gloriae cupiditate, qua pellectus eo temeritatis, quo Druffel ei exprobravit, progressus esset, longe alienus fuit Massarellus (cf. infra c. III, § 3).

Sed licet illa discrepantia sublata impedimentum, quod Druffelii assertioni obstabat, sit remotum, nihilominus, etiamsi omnia alia recte adnotavisset Druffel, non plus probavisset, quam diarii auctorem esse posse Massarellum, et ulterius demonstrandum esset, re vera esse.

Cuius iam contrarium constat. Nam ut a commentarii nostri locutione incipiamus, statim elucet eam multo diversam esse a Massarelliana, in qua ex. gr. numquam invenitur illud *inquid* post prima orationis verba insertum, cum in commentario semper fere adhibeatur. Praeterea hic declinationes falsae nominum verborumve non sunt raras peccataque contra alias leges grammaticas occurrunt³, quamquam nec color quidam classicus desit; Massarellus vero eiusmodi menda, si illud *ostendidi* et *respondidi* excipias (cf. infra cap. III, § 3), non habet, sed caret rursus elegantia illa bonorum latinitatis auctorum et impedita quadam laborat verborum compositione⁴.

Deinde numquam in commentario nostro invenitur illud *ego Angelus Massarellus Septempedanus Camerinensis diocesis, sacri concilii secretarius* semper adhibitum a Massarello⁵, quo cautius ne Theognis quidem ille carminibus suis, ne ab aliis usurparentur, *atpayida* suam impressit. Commentarius vero semper de Massarello ut de tertia persona loquitur, idque appposito *Dominus*⁶, quod secretarius ne uno quidem loco facit, et certe appositum illud *Dominus* non ipse sibi dedisset in libro pro cardinali de Monte scripto.

Denique, si commentarius esset Massarelli, quattuor hic de eodem temporis spatio scripsisset diaria — hoc de quo quaeritur, diarium I (partim), diarium II, diarium III — et insuper concilii acta; cuius rei sane mirae ratio cogitari non posset⁷.

1 Diar. III ad 20. Oct. 1546, cf. hunc aliosque locos p. XXXVII, adn. 5 citatos.

2 Theiner 1. c. I, 36b.

3 Cf. illud *celeris* p. 1, 1. 1 (quod legi apud Naevium Trag. 42 [in Tragicorum Rom. fragm. ed. O. Ribbeck] et Catonem De re mil. fr. 12 [Prisc. 7, 57] certe auctor nesciebat); *fluminis, qui* p. 2, 1. 23; *Neapoli pro Neapolis* p. 3, 1. 7; *bullam et mandatum predictos* p. 4, 1. 5/6; *infereretur* p. 5, 1. 28 (cf. adn. f. ibid.) et saepissime; *super mandatis qui* p. 6, 1. 18; *Hanc . . . legatur* p. 8, 1. 10; *plerosque ad ventare dicebantur* p. 9, 1. 36/37. Vocis *synodus* casus genetivus saepissime occurrit *synodus* pro *synodi* (ut p. 21, 1. 7), vel eidem voci tribuitur genus masculinum, ut p. 19, 1. 16 s., cf. adn. y et m.

4 Monstra, qualia sunt apud Massarellum ex. gr. p. 407, 1. 1—12; 12 ss.—408, 1. 2; p. 408, 1. 13 ss., et saepissime in diario III, devitavit auctor commentarii.

5 Non modo in diariis (ut p. 366, 1. 31 s.; p. 432, 1. 10 s.; p. 471, 1. 30 s.; p. 737, 1. 52 s. et saepissime), sed etiam in actis, cf. Theiner I, 29a, 36b, 37b, multisque aliis locis.

6 Cf. p. 41, 1. 8: *adhibebimus D. Angelum; is est a secretis card. S. Crucis . . . vocatus est D. Angelus*; p. 147, 1. 16: *promotor concilii et secretarius*; cf. 1. 30 ibidem.

7 Animadvertendum est praeterea Massarellum specie magis quam re plura de uno eodemque tempore diaria scripsisse. Nam licet diarium II incipiat a tempore priore quam I et attingat posterius, tamen

Postremo codex libri archetypus, quem invenire nobis contigit in tabulario secreto sanctae sedis, voce tantummodo non edita protestatur se non esse scriptum a Massarello, cuius manus ex innumeris eiusdem tabularii codicibus satis est nota. Est autem codex ille chartaceus in folio, foliorum 199, signatus in tergo *Conc. Trid.* [antea *Arm.* 62] *n. 98*, cum titulo ibidem appposito *Acta Concilii Tridentin. diversae Sessiones*. In folio ipsi libro praemisso non numerato scriptum est (credo manu Ioannis Baptistae Confalonerii, qui tabularii arcis S. Angeli custos fuit inde a mense Augusto anni 16261): *n. 9. In hoc libro continentur acta concilii Tridentini ab anno 1545 usque ad annum 1548.* Liber ipse sine titulo absolute incipit: *Die Veneris 11. Decembris 1545 circa horam* 23. *venit cursor celeris ab urbe Roma.* Inter folia 40 et 41 inserta est epistula scriptoris manu transumpta et Tridenti 27. Februarii 1546 data, qua lingua Italica auctor eum, cui mittebantur litterae, alloquitur *Signor mio*, narratque differentes conciliarium de versionibus sacrae scripturae opiniones, Hispanosque valde reformandae Romanae curiae operam dare. Iterum post fol. 76 sunt binarum litterarum formae primae ipsius auctoris manu scriptae et multis mutationibus liturisque foedatae; unae Tridenti 8. Maii 1545 sunt datae et incipiunt *Molto Reverendo Signor mio*, narrantque de contione illa audacissima a fratre Diruta 1. Maii coram conciliaribus habita; alterae eundem titulum addito *osservandissimo* habent et ibidem 11. Maii eiusdem anni datae denuo de differentiis inter patres obortis queruntur. Praeterea duobus locis bina folia typis impressa inseruntur.

Quem codicem ipsius auctoris manu esse exaratum minime negabit qui vel obiter inspexerit. Formae enim litterarum nimis sunt singulares, quam quas mercenarii esse credas — a tali scriptae sunt nonnullae paginae, quae longe differunt a caeteris — plurimaeque sunt correctae et mutatae et verba et verborum comprehensiones, quae a nullo alio facta esse possunt nisi ab eo qui ipse librum scripsit. Sed cum nomen auctoris codex non prae se ferat, Massarello librum tributum esse ab eo, qui inde Barberinianum exemplar transumpsit vel transumi iussit optimo iure conicimus; nam quia Massarellum plurima de concilio scripsisse omnibus erat notum, facillime quodcumque ea de re legebatur, ad eum ut auctorem referebant.

Massarellum ergo non esse auctorem ostenso alia longe difficilior quaestio est agredienda, quis re vera commentarium scripserit. At ex internis quibusdam indiciis nil aliud elicitur, nisi quod auctor a partibus Romanae curiae stabat, quod de dogmaticis deliberationibus referens admodum brevitati studet, vel quia ipse eiusmodi res parvi pendebat, vel eum cui scribebat eas non magni facere sciebat; neque plus lucis nobis affertur inde, quod Seripandi magistri generalis Augustinianorum vel Bertani episcopi Fanensis tractatus laudat, cum uterque omnium patrum admiratione ac favore floruerit, nec rursus quod Iulii Contarini Bellunensis episcopi de iustificatione votum laconice dicat male audire (minime eo exposito): nam longe maior conciliarium pars ab eiusmodi sententiis abhorrebat.

Ideo hac tantum via auctor investigandus erat, ut invenirentur aliae scripturae manu eiusdem, qui commentarium fecit, scriptae, et maxime epistulae, quas nomine appposito suas esse declarasset. Et ita feliciter ad finem exoptatum est perventum. Nam in tabularii Vaticani collectione illa, quae *Carte Farnesiane* appellatur, duae inveniuntur epistulae, una 15. Octobris, altera 30. Octobris 1546 Tridenti data, illa ad Bernardinum Maffeuum secretarium pontificium, haec ad Carolum Gualteruzium directa, quae ambae eadem manu ac commentarius noster sunt scriptae et subscriptae, idque hoc nomine: *Hercole Severolt.* Hic ergo promotor concilii scripsit et commentarium et epistulas ei insertas, quae sine dubio ad Maffeuum directae erant. Atque ut omne dubium tolleretur, in eadem scripturarum Farnesianarum collectione invenimus aliquas partes commentarii a scriptore exaratas, a Severolo ipso subscriptas et ad cardinalem Farnesium directas.

In hunc auctorem, ut ingenue fateamur, minime coniectura nostra incidisset, quia, quamquam interdum in commentario utitur pronome *ego* et loquitur ex prima persona,

ultra apparet non proprie diarium esse quod legitur p. 424 433 nec posse comparari cum diario I P' 151 3997 idem potest dici de diarii II parte At * v compara cum diario III p. 469—52. At longe alia ratio intercedit inter commentarium de quo quaeritur p. 6-40 et Massarelli diarium III P. 49 S31- Omnino Massarelli ratio erat, pe id quod in actis haberet, etiam diariis insereret, cf.

diar. VI, cod. Arch. Vat. *Concil. gi*, fol. 418 r (apud Dollinger I, I, 326).

1 Cf. Marini memoriale apud Ldmmmer, Monumenta Vat. p. 449, qui eum dicit *degno per le immense fatiche in servizio di esso [archivio] di eterna rimembranza.* Septuaginta annorum seni apoplectico 17. Iulii 1638 datum esse coadiutorem Carolum Cartharium Urbeveta-num, *che visse archivista 56 anni*, legitur ibidem.

numquam tamen ubi nominat promotorem hoc facit, immo semper de ipso ut de tertia persona dicit. Sed postquam casu eum novimus, quae in libro leguntur optime in eum convenire non potest negari. Quod ut cognoscamus, prius gentem ac vitam eius indagemus oportet.

2. De Severoli vita.

Carolus Cartharius¹ in advocatorum sacri consistorii syllabo² haec habet: »Inter 5 primarias Faventinae civitatis familias emicat Severola, pervetusta et nobilis. A celebri historico Hieronymo Rubeo in Ravennatensi historia commemoratur Farolfus Severolus, qui anno 1529 pro oppido Lugii in manibus archiepiscopi Ravennatensis fidelitatem iuravit' et Lippus Sivioli, qui anno 1313 Faventinae civitatis magistratum gessit. Vixit 10 circa annum 1400 Andreas Severolus, equestri dignitate decoratus..., ex quo familiae omnes Severolae, quae supersunt hodie, propagatae fuere... Prodiere ex ista familia quamplurimi militiae praeclari duces, at prae caeteris Iustinianus Severolus, de quo Rubeus in historia Ravenat. anno 1552... Iustinianus idem a Marcello II Romano pontifice civitatis Anconae et illius districtus gubernator, arcis praefectus et militum columnellus deputatur; a Paulo IV deinde in eisdem muneribus confirmatur; inde ab Hercule Estense 15 Ferrariae duce in expugnatione Guastallae legionibus praeficitur; mox a Pio IV omnium arcium et fortalitiorum status ecclesiastici revisor et superintendens deputatur; tandem militum civitatis comitatusque Asculi nec non Maritimae et Campaniae gubernator generalis pronuntiatur. Nec silentio praetereundus est Ioannes Baptista Severolus, qui apud Henricum IV Galliae et Philippum II Hispaniae reges munere ducis equitum cata- 20 fractorum aliisque insignioribus militiae titulis egregie perfunctus est, et anno 1598 in expeditione Ferrariae a Clemente VIII totius equestris exercitus locumtenens generalis creatus, cuius mentio apud Ioannem Zaratinum in additione ad Iconologiam Ripae in de scriptione provinciae Romandiolae p. 534...; commendatur etiam a Campano in vita Philippi II in anno 1597. Praetereo Andream et Petrum, nobilissimae Hierosolymitanae 25 religionis equites aliosque militarium ordinum cingulis decoratos, et Palladis paludatae sectatores indico; inter quos claruere Andreas J. C. clarissimus, unus ex compilatoribus statutorum Faventiae, quique a republica Florentina auditor Rotae eiusdem civitatis creatus fuit. Africanus Severolus, clari nominis in Urbe advocatus, Leonis X familiaris ac prodaturus; hic ipse comitia, in quibus Hadrianus VI summus pontifex renunciatus 30 fuit, diligentissime descripsit, cum in iisdem a Paulo card. Caesio nominatus interfuisset. Hercules Severolus, qui opus edidit *De literis remissorialibus*, oecumenico concilio promotor interfuit, Romamque reversus vixit Pii V familiaris ac fisci cameraeque apostolicae procurator fiscalis generalis. Iacobus Severolus Herculis filius, qui utriusque signaturae referendarius in iisdem votans suffragia dedit et Ferrariae vicelegatus praefuit, 35 quique tractatum elaboravit *De conditionibus et demonstrationibus*. Antonius Severolus, archiepiscopus primum Ragusinus, deinde archiepiscopus Nazarenus. Leonardus Severolus Nicolai... germanus frater, anno 1650 ab Innocentio X episcopalibus in fulis S. Severi in Apulia insignitus annoque 1651 rebus humanis exemptus. Marcus Antonius, qui ab Ughello in *Italia sacra*, de Faventinis episcopis, nuncupatur *Marcus 40 Antonius Severolus nobilis doctusque Faventinae ecclesiae archidiaconus et academiae Philoponum eiusdem civitatis primus princeps*.» Praeterea cum Belmontia familia Severolianam affinitate coniunctam fuisse circa annum 1400 *Crescentium* de nobilit. Ital. part. 2, pag- 375 referre idem Cartharius p. CCLXXXI dicit. De Nicolao Severolo apud hunc

¹ Cf. adnot. praecedentem. Apud *Mittarellum* (De litteratura Faventina, s. 1. e. a.) Severolorum leguntur eadem fere de gente; *Tonduzzius* (Storia di Faenza, 1765) refert Herculi a. 1555 cum quattuor aliis mandatum esse a civibus, ut gratularentur Marcello II pontificatum; in actis Nicolae Torelli (in tabulario Faventino custoditis) Hercules inde ab anno 1540 commemoratur saepius in negotiis privatis.

² Romae 1556, in fol., p. CCLXXX s. in vita Nicolai Severoli, qui medio saeculo XVII floruit.

³ Huius aequalis ac paulo senior Iustiniano supra commemorato et Hercule statim nominando videtur fuisse ille, de quo in codice archivi Bononiensis *Partiti de' Quaranta* ad 19. Sept. 1547 (f. 140r) legitur: «Eximium iur. utr. doctorem D. Bartholomaeum Severolum

Faventinum, qui una cum filiis suis, quondam Bardis de Bardis civis Bononiensis ex sorore nepotibus ipsique Bardio heredibus substitutis, domicilium suum huc transtulit civitatemque hanc Bononiensem in patriam sibi elegit, crearunt [magistratus] per fab[as] albfas] XXV, nigr[as] III civem ipsius civitatis Bononiensis cum eisdem filiis suis omnique eorum posteritate, quae civitatem eandem incoluerit, in forma satis ampla.» Sed hic Bartholomaeus alterius lineae videtur fuisse, quae ab eodem Andrea equite supra nominato (qui in arbore genealogica in domo comitum Severolorum Faventiae asservata vocatur Antonius) descendebat. Quaestionem cum certitudine decidere difficile est, quia annorum numeri in illa arbore non apponuntur.

⁴ De hoc opere et eius auctore v. infra.

legitur: »In civitate Bononiae, dum rectoris collegii Montis Alti munere fungeretur, iuridicam recepit lauream . . . Anno 1647 . . . sacri consistorii advocatus vice Camilli Astalii (nunc S. R. E. cardinalis) . . . fuit promulgatus. Mox Columnensium . . . munificentia . . . statuum Campaniae, utriusque Aprutii, Calabriae ac Siciliae generalis auditor pronunciatus.

5 Hinc fabricae principis apostolorum de Urbe advocatus dictus. . . . Laudatur . . . a Ioanne Baptista et Iosepho Corbis in epistola dedicatoria, quam secundo volumini tractatus de laudemio ab Antonio Nigro elaborati praefixere, et . . . in libello carminum, quem academici Operosi in eius doctoratu compilarunt typisque recurrente anno 1636 evulgarunt, cui titulus: *Clio nel dottorato deW Illmo Sigr Nicola Severoli; rettore dei*

10 *collegio di Montalto* 1. Idem Nicolaus anno 1698 bibliothecam Severolianam Romae condidit 2. — Saeculo denique XIX unus ex illa gente ad pontificatum paene evehctus est. Antonius Gabriel Severolus enim, natus anno 1757, admodum puer archidiaconus Faventinus (cuius dignitatis patronatum inde ab anno 1517 gens tenebat) factus, anno 1766 ingressus est in academiam ecclesiasticam nobilium Romae a Clemente XI

15 a. 1706 in palatio Severoliano prope S. Mariam supra Minervam sito institutam, et a. 1787 episcopus tanensis, anno 1801 archiepiscopus Petrensis i. p. i. electus et nuntius apostolicus Vindobonam missus, a. 1816 cardinalis tituli S. Mariae de pace creatus in conclave anni 1823 septem tantum vota infra eum numerum obtinuit, qui ad electionem validam est necessarius; cardinalis datarius factus obiit anno 1824 3.

20 Ex hac ergo gente prodierat noster Hercules Severolus, commentarii de concilio Tridentino auctor. Qui quando natus sit vel qualis ante concilium fuerit frustra sumus scrutati. At ex dignitate anno 1545 ei commissa et nescio an ex anno mortis colligimus vix post annum 1510 eum natum esse 4. Prima eius fit mentio in Massarelli diario I ad 4.

25 Lunii 1545 (infra p. 200, l. 34), ubi nominatur *procuratore* 5, quod de munere vel in curia Romana ab eo gesto vel in concilio gerendo intellegi potest; sed etiam si hoc alterum ponimus, simile aliquod officium Romae Severolum habuisse probabile est 6. Certum est in congregatione 4. Ianuarii 1546 habita etiam a concilio promotorem eum esse electum 7, quod nescio an cardinalis de Monte, ipsius legum canonumque periti ideoque Severolo faventis, protectione fuerit factum. Promotoris provincia erat, ut concilii procuratorem ac

30 iurisconsultum se gereret, ut de sessionibus habitis tabulas publicas conficiendas curaret, ut num vocati venirent adverteret, ut de accusanda contumacia absentium quae essent necessaria faceret, ut denique omnibus in rebus concilii rationibus prospiceret ac comoda tueretur. Ita leges de procedendo in concilio formabat; sed etiam ad decreta componenda eius experientia usi sunt legati 8. Promotor articulos illos composuit, quibus

35 quae de morbo lenticularum Tridenti grassante deposita erant comprehendebantur et translatio probabatur. Bononiae autem cum difficultates maximae obortae essent inter imperatorem imperatoriosque et concilium, et pontifex deputandos a concilio vocasset

1 Hunc libellum invenire non contigit nobis. Illud *doctissimi libri et testimonia Pauli III, qui eum de anno 1548 [sic] in sacro concilio Tridentino promotorem fidei constituit una cum Ugone Boncompagno, qui postea fuit Gregorius XIII pontifex maximus, et Pii V, qui eum sui fisci patronum deputavit.*

2 G. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica LXV (Venezia 1854), 48, qui remittit ad Piazza, Eusevologio Romano [Roma 1698] trat. 13, cap. 30 [p. CLX ss.].

3 Moroni l. c. LXV, 48—54.

4 Hugo Boncompagnus, dignitate in concilio ei fere aequalis, natus est 7. Ianuarii 1502.

5 Item in litteris cardinalis S. Florae apud Druffel, Mon. Trid. p. 95, n. 105, excerptis infra p. 200, adn. 3.

6 A Massarello p. 511, l. 19 vocatur *procurator fiscalis concilii*; sed inde neque apparet Severolum etiam in curia fuisse procuratorem fiscalem neque contrarium; nec quod legati pro officio in Romana curia ei providendo scripserunt (cf. p. XLII, l. 31 ss.), indicio est eum antea nullum ibi habuisse.

7 Cf. infra p. 15, l. 8 s.; p. 18, l. 8; p. 366, .. 3°; P. 432, l. 10; p. 471, l. 30.

8 Cf. ipsius Severoli relationem infra p. 24, l. 5; Massarellum p. 384, l. 30 ss.; p. 546, l. 32 s. et saepe.

Concilium Tridentinum. I.

Romam, ut de validitate translationis deliberaretur, a conventu Bononiensi etiam Severolus cum praelatis Romam missus est, ut synodum contra imperatoris protestationes defenderet.

Dum autem Tridenti commorabatur, librum scripsit *De remissionibus litigatorum*, qui Venetiis anno 1548 in lucem prodiiit¹ cardinali de Monte his verbis dedicatus: *Quum primum Romae, pater amplissime, forensibus actionibus mancipassem, stativi me cepit admiratio indiciorum illius, moxque se vidisse, quam toto aberrarent coelo, qui sibi persuasum haberent, Romanam indiciorum praxim magis quotidiana exercitatione, quam doctrina contineri.* Etiam Speculatorem² omnium praestantissimum *aliqua magis obscura reliquisse, quam acceperit*, alia praeterisse; alia non amplius posse defendi. Et licet ipse non totum facere posset, nihilominus se aliquos tractatus conscribere velle, quorum hic esset primus. Deinde pergit: *Tibi autem ut haec qualiacumque dicarem multae me causae impulerunt. Primum quod tu Tridenti concilii amplissima legatione fungaris Sm' Pauli pontificis maximi, cuius ego nutu et auspiciis hic promotoris officium exerceo*, deinde quia cardinalis *legalem hanc scientiam domus suae alumnam habeat* et in praxi optime id probaverit. Avum eius Antonium de Monte primum pontificis assessorem, deinde³ cardinalem fuisse, eiusdemque gentis esse Petrum de Monte³. *Tridenti pridie Kal. Ian. MDXLVI.*

Iam ut paucis disseramus, qua auctoritate in concilio usus sit Severolus quaeque ratio inter eum et homines in synodo praestantes intercesserit, ex ipsa illa dedicatione colligi potest promotorem maxime primi praesidentis favore viguisse. Qua de causa⁴ minus videtur gratus fuisse Christophoro Madrucio cardinali Tridentino, cuius non nimia erat cum primo legato familiaritas; immo identidem coram conciliaribus inter se litigabant. Cum igitur Massarellus quondam in castellum venisset, Madrucius ei dixit, *che hier sera per rispetto della presentia di Severolo non . . . pote pariare a suo modo* de decreto formando⁴, sine dubio quia timebat, ne Severolus narraret cardinali de Monte, cui ne secreta revelaret ipse cardinalis Farnesius videtur Madrucio suasisse: *libenter enim quod audit aliis refert*⁵. Caeterum permagni aestimabatur in concilio Severolus, de quo non minor quam Seripandus 29. Ianuarii 1546 publice declaravit: non sibi necesse esse Herculem laudare, quem non modo nemo vituperaret, sed universa sancta synodus eximia laude ornaret⁶.

Legati autem secundum Massarelli diaria saepius pro Severolo apud pontificem vel eius ministros intercedebant. Nam non modo Tridenti concilio congregato *piu volte* eum cardinali Farnesio commendabant⁷— ex. gr. 19. Ian. 1547 scribebant *ad cardinalem Farnesium pro aliquo officio in Romana curia promotori providendo*⁸—, sed etiam Bononia 12. Maii eiusdem anni ad vicelegatum Romandiolae⁹, 3. Octobris ad Farnesium *in commendationem D. Herculis Severoli pro officio advocati consistorii*¹⁰, denique 1. Februarii 1548

¹ Vidimus hanc editionem principem Romae in bibliotheca Casanatensi (signatam SS. a. VII. 15) ■ *Herculis Severoli iuris consulti Faventini de remissionibus litigatorum ad Ioannem Mariam de Monte cardinalem amplissimum. Cum privilegio summi pontificis Venetorumque senatus* (4 folia et 77 paginae numeratae, 2 non numeratae, in 12°). In fine libelli: Apud Michaellem Tramezinum MDXLVIII. — Alia editio (praefatione praetermissa) prodiiit in collectione *Tractatus illustrium in utraque . . . iuris facultate iurisconsultorum de iudiciis . . . congesti*, tomi III pars I, Venetiis 1584 (in fol.), tertia quam quidem nos novimus in appendice libri *Virginii de Boccatiis Tractatus de lit. remiss., eaque additis iam primum summarii nec non locupletissimo indice, Romae ex officina Marci Antonii Muretti et Iacobi Brianzii 1587*, 12°, 80 pag.

² I. e. Guilelmus Durantis (f. 1296), qui speculum iudiciale scripsit.

³ Nescio an intellegatur ille eques Petrus de Monte, qui saepe a Massarello commemoratur (cf. indicem).

⁴ Infra p. 396, l. 1 s.

⁵ Cf. p. 514, l. 7 ss.

⁶ Seripandi relatio (a nobis in II volumine edenda) apud *Dollinger* I, 35.

⁷ Cf. adn. 10 huius pag.

⁸ Infra p. 604, l. 29 s.

⁹ Infra p. 651, l. 21.

¹⁰ Pag. 706, l. 16 s. Litterae Massarelli manuscriptae conservatae sunt in Arch. Vat. *Carte Fam. es. I*: »Ci ricordiamo che essendo in Trento raccomandammo piu volte a V. Sria Rma et Illma Mr Hercole Severolo da Faenza, promotor dei concilio, per un luogo di avvocato consistoriale, cognoscendolo persona da bene, virtuosa et molto atta a quell' officio, dei quale non essendo fin qui occorsa vacantia, non glie n' havemo replicato altro; ma hora con la presente occasione che ci e dei luogo dei Aragonia [qui fuerat advocatus pauperum, cf. *C. Carthari* Syllabum advocator, consist. p. CXII; *Garampi*, Saggi di osservazioni sui valore delle antiche monete pontificie, append. p. 279, qui 14. Februarii 1547 eum adhuc inter vivos fuisse ostendit; nos paulo ante 3. Octobris eiusdem anni eum mortuum esse credimus, cum Petrus Paulus Sanguineus non ante 5. Martii 1548 successor ei datus sit: Instrum. cam. t. 38, f. 99. 128, apud *Garampi* 1. c.] et di quel che vaca per la promotione di Mr Achille de Grassis [qui et ipse concilio interfuit (cf. infra p. 547 > L 34 et adn. 5); 7. Ianuarii 1545 advocatus consistorialis creatus erat, deinde a. 1547 auditor Rotae loco Antonii de Tanis in Romana curia vita functi. Inde a. 1551 ad Montis Falisci et Corneti ecclesiam tractus, mox apud Neapolitanum proregem nuntius

ad eundem et ad vicelegatum Romandiolae litteras eos dedisse Massarellus testatur. Paulo postea, 29. Februarii 1548, cum Hugone Boncompagno abbreviatore a concilii praesidentibus adiunctus est illis deputatis, qui legitime concilium translatum esse Bononiam coram pontifice defenderent. Unde non amplius reversus est ad synodum, cum neque ipse neque alii impedire possent, quominus concilium suspenderetur. Quibus officiis per sequentes viginti annos ornatus fuerit Severolus, non minus nos latet quam eius vita ante concilium acta. Hoc tantum scimus, anno 1568 (12. Augusti) eum a Pio V fisci apostolici procuratorem generalem quoad viveret esse electum²; sed non diu hac fortuna fruebatur, cum iam 26. iulii 1571 idem officium *per obitum quondam Herculis Severoli*
 10 *in Romana curia defuncti* vacans Iosepho Donzello demandatum sit³; quare, cum eiusmodi officia non diu solerent vacare⁴, eodem mense vel Iunio 1571 vita videtur cessisse.

Venetamque rempublicam transmissus concilio Tridentino (iterum) interfuit. In Urbe a. 1555 mortalitatem de seruit (*Carthari* Syllabus p. CXXIX; cf. *Fantuzzi*, *Notizie degli scrittori Bolognesi* IV, 238)] non semo potuit manear di raccomandarlo di nuovo a V. Sna Rma et Ilma, non solo per il desiderio che havemo dell' accrescimento dei honor et grado suo per li suoi buoni portamenti in concilio, ma aneor per utilita publica et dell' officio stesso, essendo persona da exercitarlo con ogni fede et sufficientia. Per il che la preghiamo con tutto il cuore, che se degni proporlo et aitarlo appresso N. Sre, che certo noi glie n' haveremo sempre grandissimo obligo, raccomandandoci di continuo etc.*

1 Pag. 741, l. 27 (cf. p. 604, adn. 3). Epistula ad Farnesium data (et Massarelli manu scripta) extat adhuc in Arch. Vat. *Corte Farnes.* I: »Mr Hercole Severolo, promotor dei concilio, ha preso (come dice) il possesso d' un beneficio in diocesi Faventina, ch' e vacato per la morte dei vescovo de Pucci, chiamato San Prospero, per vigor d' una spettativa concessa da N. Sre, et anchorche non dubiti delle sue ragioni, nondimeno a maggior cautela desidera haverne una nuova provisione da S. S^{ta}. Preghiamo V. Sna Rma et Ilma sia contenta impetrargliela, che havendo egli servito molto fidelmente gia sono hormai tre anni S. S^a nel concilio, meritarebbe esser gratificato di maggior cosa che non e questa, la qual nondimanco stima assai per esser nella sua patria. Perilche di nuovo lo racc[omand]amo a V. Sna Rma et Ilma quanto potemo, et d' ogni favor ch' ella se degnarik farli, gliene restaremo sempre con obligo, basandole humilmente le mani et racc[omandando]ci di continuo in sua buona gratia. Da Bologna il 1 di Febraro 1548.«

2 Arch. Vat. *Pauli III official.* f. 128v (cf. *Garampi*, *Saggi* etc., append. p. 300, adn. 13): »A tergo: Dilecto filio Herculi Severolo utr. iur. doctori, fisci nostri apostolici procuratori generali. *Intus vero:* Pius pp. V. Dilecte fili . . . Devotionis tuae in multis arduis negociis probata sinceritas necnon fides et diligentia ac causarum et negotiorum experientia aliarumque multiplicum dona virtutum, quibus personam tuam novimus insignitam, . . . promerentur, ut tibi illa committamus, per quae nostro et camerae honori, commoditati et utilitati pariter consulatur. Cum itaque officium procuratoris generalis fisci nostri apostolici, quod antea quondam Io. Baptista Bizzonus dum viveret obtinebat, per eiusdem Io. Baptistae in Romana curia defuncti obitum vacaverit et vacet ad praesens, nos cupientes curam officii huiusmodi personae secundum cor nostrum utili et idoneae, per cuius fidelem diligentiam, industriam et virtutem bene, fideliter et diligenter exerceatur, committere, ac sperantes quod tu de tua prudentia, probitate ac sollicitudine scies, voles et poteris officium huiusmodi fideliter et prudenter exercere, motu proprio et ex certa nostra scientia officium procuratoris generalis fisci et camerae huius

modi ut praefertur vacans cum omnibus et singulis illius facultatibus, privilegiis, praerogativis, exemptionibus, gratiis, favoribus, salariis, emolumentis, honoribus, introitibus et oneribus solitis et consuetis tibi per te quoad vixeris et substitutum seu substitutos tuos idoneos exercendum auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et assignamus . . . (f. 129r) mandantes dilectis filiis Vitellotio S. Mariae in Via lata diacono cardinali Vitellio, nostro et S. R. E. camerario, necnon praesidentibus et clericis dictae camerae ac generali thesaurario nostro, ut te iuxta tenorem praesentium ad dictum officium eiusque liberum exercitium recipiant et admittant, tibi que de salariis, iuribus et emolumentis ac aliis praedictis respondeant seu responderi faciant cum effectu, contrariis non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod tu de dicto officio bene et fideliter ac integre exercendo necnon de non recipiendo aliquod genus muneris, praeter esculenta et poculenta, quae triduo consumi possint, iuxta formam iuris communis in manibus dicti Vitellotii cardinalis et camerarii seu eo absente alicuius ex dictis eiusdem camerae clericis iuramentum praestes . . . Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 12. Augusti 1568, pontificatus nostri anno tertio. Cae. Glorierius.«

»Die tertia decima Augusti 1568 suprascriptus Magus vir D. Hercules Severolus iuramento in manibus R^{di} D. Hieronymi Melchiorii episcopi Maceratensis, camerae apostolicae clerici, iuxta formam suprascriptarum in forma brevis litterarum facto fuit admissus ad supradictum officium procuratoris generalis fisci apostolici iuxta eandem formam, praesentibus ibi Mago D. Iosepho Iustiniano nobili Genuensi et Sallustio Papacchio layco Sabinensis d[iocesis]is testibus. Hie. de Tarano.« — Caeterum etiam in actis Torelli (supra p. XL, adn. 1) ad 29. Oct. 1548 inducitur procurator Hercules *in Romana curia commorantis absentis*, et *Tonduzzius* (loco p. XL, adn. 1 citato) a. 1555 Romae eum fuisse dicit.

3 Arm. LII, t. 6, f. 89v (cf. *Garampi*, *Saggi* etc., append. p. 300, adn. 13): »A tergo: Dilecto filio Iosepho Donzello de Monte Regali, iuris utriusque doctori, fisci nostri apostolici procuratori generali. *Intus vero:*

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Sperantes quod tu pro tua probitate ac sollicitudine officium procuratoris generalis fisci nostri, quod per obitum quondam Herculis Severoli in Romana curia defuncti vacavit et vacat ad praesens, bene, fideliter ac diligenter exercebis . . . Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 26. Iulii 1573: pontificatus nostri anno VI. A. Martini, Cae. Glorierius.«

4 Ioannes Baptista Bizzonus (cf. adn. 2) 13. Septembris 1564 procurator generalis fisci creatus erat, officio per obitum Francisci Coltelli Bononiensis 31. Augusti 1564 defuncti (cf. titulum sepulcralem apud *Gio. Fantuzzi*, *Notizie degli scrittori Bolognesi* III [Bologna 1783], 190) vacante: Lib. official. fol. 114, cf. *Garampi*, *Saggi* etc., append. p. 300, adn. 13.

3. De origine, indole, fine diarii. De Severoli fide.

Interrogantibus nobis, quomodo ortae et quem in finem scriptae sint promotoris relationes, respondendum alicui videbitur Severolum de singulis congregationibus tabulas publicas, quas *protocollum* hodie vocant, conficere iussum esse, et commentarium nostram nil aliud esse quam illa protocolla in unum collecta. Sed eiusmodi tabulae publicae de sessionibus tantum conficiebantur, idque a protonotariis et notariis, non a promotore, 5 cuius munus id tantum erat, ut illos instrumenta facere iuberet¹. In congregationibus autem protocolla ante 1. Aprilis 1546 non esse facta aperte docet Severolus, et inde ab illo die rursus non a promotore, sed a secretario fiebant². Illa sententia ergo ab ipso Severolo refellitur.

Refellitur non minus ipsius libri indole, cum minime eorum quae gesta essent seriem 10 accuratam exhibeat, quod tabularum publicarum esset. Non enim eo ordine quo dicebantur singula vota auctor exponit, sed comprehendit plura secundum sententiam, quam sequebantur, et generatim ea distribuit, ita ut saepissime quae ante alia dicta erant post haec referantur. Cuius rei testimonia pauca pro multis sufficiant. Pag. 33, l. 34 legimus: *Giennensis sententiam de traditionibus recipiendis omnes pene probarunt. Placebat tamen archiepiscopo 15 Turrita?io et nonnullis aliis* . . . Hoc igitur loco comprehenduntur vota eiusdem coloris, etiam ea, quae multo post Turritani dicta erant, et postea huius sententia contraria exponitur. Pag. 39, l. 46 ss. de episcopi Bituntini voto refertur, atque ad interpretanda eius extrema verba additur: *Iam enim plures et inprimis Materanus archiepiscopus* (cuius locus dicendi ante Bituntinum erat, cf. p. 38, l. 35 ss.) *dixerat* . . . Idem invenitur p. 43, l. 10: 20 *Sententiam card. Giennensis Turritanus, Fesulanus et alii secuti sunt. Cum tamen Turritanus de facienda hic emendatione bibliorum sermonem cepisset habere, card. de Monte dixit* . . . Ad 5. Iunii 1546 (p. 69, l. 9) votum generalis Servorum narratur et deinde pergitur: *Ante ipsum Calaguritanus laudavit Senogaliensis sententiam* . . . ; inducuntur ergo post generalem duo episcopi, qui, ut ordo ferebat, ante illum locuti 25 erant. Nec 21. Maii (p. 61 ss.) patres eo ordine, quo dixerunt, sed secundum sententias ab eis defensas enumerantur; Massarelli autem acta (Arch. Vat. *Concil.* t. 62, f. 226 ss.) accurate exhibent et eos qui dixerunt et ea quae dixerunt; secundum Severolum ordo esset hic: Fanensis, Bituntinus, Bossanensis, Bertinoriensis, cum Massarellus habeat ordinem penitus diversum, sed certe rectum. 30

Deinde si tabulae publicae essent Severoli commentaria, quomodo quae ipse de quibusdam votis sentiret apponere ei licuisset, quod saepe fecit? Cardinalis enim Giennensis sententiae 28. Maii 1546 dictae, qua primum de residentia episcoporum vel, si de dogmatibus tractandum esset, de virginis Mariae immaculata conceptione deliberandum esse proponebat (p. 64, l. 19—26), promotor sex versus adiungit, quibus prodit quae 35 ipse et alii de illius voti fine suspicabantur (ibid. l. 27—32). Et illorum quattuor versuum, quibus vota 10. Iulii 1546 de causa iustificationis edita refert, tres occupantur iudicio de illis votis. Pag. 70, l. 6 ss. legimus: *Dicte fuere a patribus sententiae sed he magis ad verba decreti quam ad rem ipsam pertinere, et ideo silentio hanc levem controversiam verborum preterire volui*. Similiter p. 86, l. 36 s.: *Omnes adeo superiori- 40 bus re ipsa similes fuere, quamvis verbis dissimiles, ut frustra sit eorum referre sententias*. Ibidem l. 27 de archiepiscopo Senensi dicit: *Cuius sententia apud plerosque male audit, et p. 88, l. 28 s. de episcopo Bituntino: Adeo eleganter, adeo belle hanc materiam declarare omnibus visus est, ut pene omnes illi plausum facerent* (cf. ibid. l. 30 ss.); p. 89, l. 3 de Canariensi: *Is tamen et pius et doctus valde habetur ab omnibus ac in- 45 primis probate vite*.

Praeterea codex originalis, quamvis mutationibus ac lituris scateat, minime speciem prae se fert protocolli dum vota dicebantur scripti, cum in hoc casu nomina eorum qui dicebant in frontibus versuum posita essent et singula vota novos versus inciperent (ut semper fit in Massarelli, Marci Laurei, Paleotti protocollis) neque eorum nomina, qui 50 diverso tempore dixerant, continuo enumerarentur.

Sed non modo falsam de commentarii origine sententiam refutat Severolus, sed etiam viam docet, qua veram originem cognoscamus. Nam in epistulae ipsi libro post

¹ Cf. in fine sessionum, ex. gr. *Theiner*, Act. I, 38 b.

² Cf. p. 41, l. 6 ss.; p. 532, l. 5.

fol. 40 insertae (cf. supra p. XXIX, 1. io ss.) capite legimus: *Sera qui un commentario¹ breve della passata congregatione* (ergo 26. Februarii 1546 habitae, infra p. 33—35), *al quale ho fatta la coperta al Rmo Farnese secondo l'ordine datomi*. Quis ordinem seu mandatum dederit, utrum ipse Farnesius, an Maffeus, an cardinalis de Monte, non dicitur. Sed
 5 parum hoc refert; nam relationes inscio primo praesidente vel non antea ab eo lectas missas esse ideo non est credibile, quia semper primae partes in commentario huic tribuuntur, cum re vera saltem in congregationibus Cervinus eas egerit; et Farnesio relationes missas esse ex fragmentis iam commemoratis et Farnesii nomine inscriptis elucet. Composuit ergo Severolus commentaria breviter comprehendendo ea quae acta essent
 10 in congregationibus, ut cardinalem Farnesium et ipsum pontificem de concilii actionibus certiores redderet. Qua in re et veritati et prudentiae aequae studere debebat. Nam si aliquid in concilio actum minus recte nuntiasset, periculum erat, ne aliunde vicecancellarius et papa verum cognoscerent; et rursus si de certis rebus, quas legati celari vel suo modo referri volebant, minus prudenter retulisset, facile fiebat, ut pontificis iram in
 15 legatos converteret maximarumque difficultatum auctor et praesidentium et curiae in odium veniret. Minime igitur mirandum est, quod longe aliter in commentario ad Farnesium misso loquitur atque in epistulis privatis ad Maffeam vel alios scriptis, in quibus exempli gratia res ab eis qui Romanae curiae sese opponebant gestas non sine magna libertate enarrat.

20 Haec omnia si tenemus, optime totius libri indolem intellegemus. Severolus tales scribebat relationes, quales desiderabantur a Farnesio et curialibus. Sicut Iulii III temporibus Maffeus non accuratum protocollum eorum quae in concilio annis 1551 et 1552 congregato dicta essent volebat, sed narrationem, ex qua deliberationum progressus et finis cognosceretur, eis tantum votis uberius expositis quae maioris momenti essent², ita Farnesio gratiores
 25 erant commentarii breves, quibus legatorum epistolae supplerentur et illustrarentur. Hinc selectio a promotore facta eorum votorum, quae vel prima cuiusdam sententiae vel a partium ducibus dicta erant, vel de pontificis auctoritate, de episcoporum iuribus ac rebus similibus agebant, vel haeretici aliquid habere videbantur.

Nihilominus Severoli commentarii maximae nobis sunt auctoritatis, cum sine dubio
 30 nitantur in schedis a promotore dum vota dicebantur scriptis. Nullo enim alio modo omnia ea qua fecit diligentia et ubertate potuisset enarrare. Praeterea litteris demandatae sunt singulae relationes, donec omnia in congregationibus dicta vel acta recenti adhuc memoria auctor habebat. Quod non modo apparet ex epistula 27. Februarii 1546 data, in qua de congregatione proximo die 26. Febr. habita se referre dicit, et ex diebus
 35 quibus mittebantur fragmenta Farnesiana³, sed probatur etiam relationibus de 17. et 19. Iulii 1546 accuratius examinatis; nam quae 17. Iulii ipse in congregatione oculis suis viderat et auribus audiverat, eodem vel sequenti die scripsit, deinde ex depositionibus die 19. Iulii per testes factis ea correxit additionibus in margine adiunctis; si enim omnia simul scripta essent, ab initio secundum depositiones rem enarrasset neque opus fuisset
 40 relationes corrigere.

Licet igitur scripturae illae originales et integrae, quales in ipsis congregationibus factae erant, multo utiliores nobis essent quam in commentarium redactae, cum et seriem
 45 votorum exhiberent, quam cognoscere saepe permagni est momenti, et de singulis quibusdam rebus plus lucis afferrent, tamen, quoniam semel interierunt — et probabiliter ipse Severolus eas delevit ut commentario perfecto inutiles — etiam hic codex repetitae curae minime parvi est pendendus, qui optime appellari potest omnium earum relationum, quas Severolus Romam misit, registrum originale, ex quo scriptor exempla Farnesio tradenda transumpsit.

Quam commentarii Severoliani originem et indolem qui novit, ultro ne perverse
 50 utatur hoc fonte monetur; sciens enim neque omnia vota exponi per auctorem nostrum neque quae exponantur eo ordine quo dicta sunt recenseri, utique cavebit ne ea in re Severolum sequatur ducem, in qua ipse minime dux esse voluit. Haec autem si observaveris, commentarius promotoris fons est sine pretio pretiosus, maxime in eis partibus quae de primis quattuor concilii mensibus sunt, quo tempore nondum Massarellus in

¹ Hinc nomen operi induendum repetivimus.

² Cf. binas litteras cardinalis Maffei a. 1551 datas, de quibus dicendum est infra cap. III, § 6.

³ Cf. infra p. XLVII, 1. io ss., maxime 1. 14. 17. 19; relationesl. 15.16 descriptae propter absentiam card. Farnesii vix retardabantur, sed mittebantur (ut aliae) Maffeo.

congregationibus sedens vota scripsit, sed etiam de temporibus posterioribus. Nam promotor, qui etiam congregationibus ab initio intererat, ipso officio suo omnia quae intra et extra concilium fiebant optime noverat, et cum non theologus, sed iurisconsultus esset, consentaneum est eum ad alia animum advertisse quam secretarium, cuius scripta varie Severoli commentario illustrantur. Et quamvis promotorem non sine respectibus 5 ad concilii praesidentes et ad Farnesium curialesque habitis scripsisse certum sit, tamen aut errore aut alicuius studio vel odio quidquam falsi eum referre ne minimum quidem usquam indicium invenitur. Differentiarum enim quarundam inter ipsius et Massarelli relationes facillime aliunde causa repetitur; ut discrepantes de 4. Ianuarii 1546 nuntii inde oriebantur, quod Severolus, qui praesens erat, imprimis formam iuridicam respiciens 10 merito dicit de secretario nil esse firmatum, Massarellus autem, cui res ab aliis narrata erat, non iniuria refert se secretarium esse electum, cum secretarii vices iam antea gessisset et tunc multi ut definitive munus ei committeretur postulassent. Quae res cum non esset decisa, ab aliis pro repulsa, ab aliis pro approbatione Massarelli est habita; hi autem melius rem intellexisse censendi sunt, quoniam re vera numquam alius secretarius est nominatus¹. 15 Caeterum distinguendum est inter differentias utriusque auctoris ante i. Aprilis 1546 et postea occurrentes: illae in favorem Severoli, qui congregationibus praesens fuit, sunt solvendae; harum difficultas valde minuetur cogitantibus secretarium et promotorem di versas rationes sequi in referendis votis.

4. De codicibus operis.

Priusquam quae inter acta Massarelliana et Severoli commentarium intercedat ratio 20 inquiramus, de fati huius libelli et qui sint eius codices superstites paucis est disserendum.

a) Codicem originalem ipsius Severoli manu exaratum iam supra satis accurate de scripsimus²; restat iam ut qua via in tabularium Vaticanum venerit indicemus. Et felici casu accidit, ut cum certitudine hoc demonstrari possit. Nam in epistula a Ludovico Nuccio, qui Gabrielis Paleotti Rotae auditoris et diarii de tertia Tridentina synodo auctoris 25 a secretis erat, Astorgio Paleotto, patroni sui fratri, 7. Septembris 1562 Tridento Romam scripta inter alia legimus: *Monsignore (Gabriel Paleottus) ha havuto tutte le scritture ch'ha mandate V. Sria, et ringratia molto il Parenzo et Severolo et si gli raccomandas*. Ergo Paleottus per fratrem suum acceperat scripturas a Severolo. Quae cuius generis fuerint iam ex officio quod gessit Paleottus in concilio conicimus, et haec coniectura 30 probatur adnotatione a Gabriele Paleotto propria manu in margine archetypi Severoliani facta fol. 90v: *De residentia episcoporum* quibus verbis quae acta 9. Iunii 1546 contineant significavit. Haec quaestio cum tertii Tridentini concilii patres adeo commoverit, facile est intellectu maximi momenti Paleotto fuisse cognoscere, quae prius in synodo de ea acta essent. Opus autem postea auctori non amplius videtur restitutum esse vel denuo 35 a Paleotto, cum diaria sua in concilii historiam transformaret — circa annum 1571³ —, commodatum vel ex mortui hereditate ei donatum esse; certe simul cum scripturis a Paleotto relictis et apud Nuccium conservatis in tabularia pontificia abiit. Nam medium inter has collocatum est⁶, numero in prima pagina posito eis inseritur⁷, atque etiam eodem involucro est vestitum. Quod involucrum codici datum esse credideris Nuccio 40 superstite, cuius manu verba vel versus a librario abscisa suppleta sunt⁸; sed id antea factum esse poterat, cum Nuccius librum Severoli ordinabat; nam omnia Paleotti volumina Romanae curiae tradita non sunt ligata antequam in tabularium arcis S. Angeli venissent, cum singulis voluminibus plures fasciculi manu Confalonierii numeris signati comprehendantur⁹, quos numeros certe non ascripsisset ille singulis codicum partibus, 45 sed fasciculis separatis. Nuccio ergo ante 4. Martii 1620 mortuo in domo cardinalis

¹ Cf. infra cap. III, § 2. Non amplius tenemus quae in Histor. Jahrbuch 1895, p. 765 in adnotatione diximus.

² Supra p. XXXIX, 1. 3 ss.

³ Epistolae Nuccii extant in archivo comitum Isonanorum Bononiae t. 78, cf. supra p. XXIII, 1. 29 ss.

⁴ Cf. infra p. 70, adn. 3.

⁵ Cf. Rom. Quartalschr. 1897, p. 3⁴ 8 s.

⁶ Paleotti volumina habent numeros 97—104, Severoli tomus n. 98.

⁷ Tom. *Concil.* 96 continet fasciculos 1—6, t. 97 fasc. 7, 8, t. 98 (Severolus) est fasc. 9, t. 99 comprehendit fasc. 10—13 etc.

⁸ Cf. infra p. 7, adn. d. — Histor. Jahrb. 1895, p. 757, falso putavi a Severoli scriptore ea esse suppleta.

⁹ Cf. Rom. Quartalschr. 1897, 348 ss.; supra adn. 7.

Ludovisi scripturae Paleottinae penes eum inventae retinebantur a curia et archivo arcis S. Angeli adiuncta posteaque in septem volumina distributa et ligata sunt. Quae volumina, cum sub Benedicto XIII a Dominico de Pretis patricio Urbinatense, tabularii secreti custode, huius archivi repertorium conderetur, nondum collectioni *Concilia* inscriptae erant
5 adiuncta; sed manus posterior tomos Paleottinos addere incepit: *tom. 96 Reg. continens plura acta conc. Tridentini* (qui primus est eorum qui fuerant Paleotti)², et in schedis Garampianis post dimidium saeculum XVIII scriptis 104 volumina eius collectionis numerantur³, ergo omnia ex hereditate Paleotti, et in his commentarius Severoli, qui habet num. 98, tunc adiuncta erant.

10 b) Secundo loco numeranda sunt illa fragmenta scriptoris manu exarata et a Severolo subscripta, quae ex chartis Alexandri Farnesii cardinalis, ad quem relationes promotoris directae erant, nostris diebus in tabularium Vaticanum translata ibi custodiuntur in collectione *Carte Farnesiane* inscripta (cf. supra p. XXXIX, l. 41 ss.). Sunt autem

relationes de 13. et 15. Aprilis 1546, missae 15. Aprilis, 2 folia;
15 relationes de 5.—28. Iulii 1546, sine die, 12 folia numerata;
relatio de 30. Iulii 1546, sine die, 4 folia numerata;
relatio de 13. Augusti 1546 (missa 14. Aug.? cf. p. 567, l. 24), 1 folium;
relationes de 23. Sept., 1.—12. Oct. 1546, sine die, 7 folia non numerata;
relationes de 31. Ian., 4.—6. Febr. 1547 (missae 6. Febr.? cf. p. 610, l. 9), 3 folia.

20 Sperandum est alia fragmenta inventum iri inter scripturas Farnesianas tabularii magni Neapolitani vel tabularii Parmensis; sed non sunt iam maioris momenti, cum fontem ex quo hausta sunt ipsum habeamus neque illa a scriptoribus ad condenda opera sint adhibita. Maxima fragmentorum vis in eo sita est, quod Severoli subscriptionem et cardinalis Farnesii inscriptionem habentia expresso sunt testimonio, commentarii a Severolo
25 scripti singulas relationes ad cardinalem Farnesium et in curiam Romanam missas esse.

c) Ex Severoli codice archetypo cardinalis Franciscus Barberinus, Urbani VIII fratris filius, exemplar transumi mandavit, quod hodie in Barberinorum bibliotheca custoditur et signatum est *cred. XVI num. 49* (num. ant. 1799). De titulo perperam ei inscripto iam supra p. XXVII, l. 9 ss. dictum est. Est codex in 40, foliorum 249, quorum 231 occupantur commentario, in foliis 232—236 legitur *Contentio et altercatio inter Illmos cardd. de Monte, Tridentinum et Giennensem*; f. 237—241 sunt *Tre lettere scritte da Trento nel 1546 intorno alie cose dei concilio Tridentino* (tres epistulae Severoli commentario insertae); f. 242—246 *Processus et informatio super contentione inter Rmos DD. episcopos Cavensem et Chironensem in concilio Tridentino sub Paulo III pont. max.*; f. 247—249
35 rerum tabula. Hoc exemplar Barberinianum, cum codex originalis admodum difficilis sit lectu, erroribus mendisque scatet, unde etiam partes per Raynaldum ex eo commodatae adeo sunt corruptae, ut interdum contraria eorum quae scripserat Severolus, Raynaldus eum faciat dicentem 4, idque semper cum falsa citatione *acta Massarelli* vel *acta* (cf. infra huius capitis § 7). Ea de causa particulas commentarii a Raynaldo transumptas
40 infra enumerabimus, ut facile illae citationes corrigi possint. Quae a Theinero ex Severoli libro in actorum editione exhibentur, non ex codice originali, sed ex Raynaldo (et per hunc ex exemplo Barberiniano) sunt hausta.

d) Incertae originis est codex Tridentinus Mazzettinus n. 4239 (cf. supra p. XXXVI, l. 40 ss.), cuius prior pars 60 paginarum fragmentum libri usque ad 4. Ianuarii 1546 pertingens a Dollingero editum continet, altera pars 30 paginarum exhibet libellum quandam
45 magnae similitudinis cum Massarelli summariis⁵, maioris etiam cum eiusdem libello indicis

¹ 4. Martii 1620 data est epistula cardinalis Borghesii ad legatum Bononiae (Arch. Isol. n. 79, Rom. Quartalschr. 1897, P* 424 > n* 9) > i*1 qua de Nuccii morte recenti est sermo.

² De illo repertorio archivi secreti cf. *Th. de Sickel*, Rom. Ber. I, 98 s. (Alia Paleotti volumina ideo non enumerari coniecerim, quia is, qui repertorium supplebat, omnium tomorum titulos aequales fere esse videbat.)

³ Cf. *Sickel* l. c. p. 99.

⁴ Ex. gr. Raynaldus ad a. 1546, n. 67 habet: *in Laodicensi concilio*; Severolus (p. 58, l. 13) scribit: *Sardicensi*; Raynaldus: *et quod dictum de Osio, non*

mirum est, quoniam is legatiprimae sedis fuerat auditor, at Severolus (l. 22): et quod dicitur de Osio, non mirum est, quoniam is legatus primae sedis fuisse traditur; Raynaldus n. 68: *cum acquiesceret Astoricensis*; Severolus (p. 59, l. 1): *cum non acq.* Raynaldus: *audivistis*, Severolus: *adiuvistis*; Raynaldus ad a. 1547 > n. 23 (15. Ian.) finem orationis primi legati admodum corruptum et postea habet: *decretum admonitionis penarum*, Severolus (p. 123, l. 40): *additis post decretum adnotationibus patrum* etc.

⁵ Quod etiam intellexit *Druffel*, Theol. Lit.-Bl. 1876, 396, qui caeterum libellum non accuratius examinavit.

(Arch. Vat. *Concil.* 43), de quo infra (cap. III, § 5; cf. supra p. XV, adn. 4) pauca dicuntur. Incipit haec altera pars codicis omisso titulo: *Decimo septimo mensis Septembris 1344 pax constituitur inter Carolum V imperatorem et Franciscum Galliae regem.*

19. *Novembris Paulus III eius pacis nuntio accepto concilium ad dominicam 4. in quadragesima, quae dicitur Laetare, Tridenti celebrandum indixit.* 5

6. *Februarii anni 1343 creavit tres de latere legatos, ut RR. Ioannem Mariani episcopum Praenestinum de Monte...* (14 versus).

23. *die Februarii card. S. Crucis, et 24. card. de Monte ex Urbe recesserunt, cardinalis autem Polus ob nonnullas rationabiles causas Romae per aliquot dies moratus est.* 10

Hoc modo ad certos dies aliqua adnotantur; sed saepius nil datur nisi titulus et remittitur lector ad alios libros; ex. gr. ad 13. Decembris 1545 enumeratis eis qui inter fuerunt concilio legitur: *Cetera vide in aliis actis*; ad 19. Dec. 1545: *Responderunt legati ut in aliis actis*; ad 22. Dec. nil dicitur nisi: *Die 22. in congregatione generali*; ad 29. Dec.: *Die 29. ut in actis*. Deinde pergitur: *Anno Domini 134-6 4. Ianuarii congregatio generalis ut in actis.* Post 3. Aprilis 1546 (ad quem diem 7 versus sunt) p. 29 subito transitur ad 13. Iunii, ubi paucissima adnotantur, deinde reliqua pagina et dimidia pars sequentis (eiusdemque ultimae) exhibent: *In causa Cavernis episcopi... et amplius in synodo non comparuit.* Hic finis codicis. 15

Maior ergo pars libelli sunt instructiones scriptori datae, quomodo librum conscribere, unde res repetere debeat; eiusmodi instructiones non raro inveniuntur in Massarelli codicibus, et *libellus* ille *indicis* supra citatus quasi una est instructio. Iure igitur codicem illum Tridentinum ex fragmento quodam Massarelliano descriptum esse statuemus, maxime cum ad 12. Februarii 1546, quo die primum classes congregatas esse adnotatur, de congregatione particulari coram cardinali S. Crucis habita (in qua praesens erat Massarellus, ut vota scriberet) specialiter referatur. 20 25

Similiter prior pars codicis non ex Severoli libro autographo videtur esse hausta, cum alias certe totus codex esset descriptus, neque ex foliis eiusdem libri separatis, cum in archetypi folio 24T, ubi desinit relatio de 29. Ianuarii (ultima fragmenti Tridentini), legatur etiam pars relationis de 3. Februarii, quam cur scriptor non addidisset, si prae oculis habuisset, non intellexeretur. Praeterea eo tempore, quo exempla Mazzoleni scribebantur, codex Vaticanus iam diu erat colligatus. Eadem fere obstant, ne codicem Barberinianum fontem Tridentini esse credamus. Immo, cum codices Mazzettini n. 4238 et 4240 exemplaria sint Magliabechianorum², nonne etiam n. 4239 ex aliqua bibliotheca Tusciae vel Umbriae repetitus esse potest, quo facillime ferebantur scripturae Massarellianae et Severoliana? Certum est codicem Mazzettinum n. 4237 (Massarelli diarium I continens) non ex Barberinianis XVI, 27 vel 28 fluxisse; unde nil verisimilius, quam inter reliquias Massarelli in Marchia hinc inde dispersas³ eius fontem fuisse. 30 35

Etiam codex Tridentinus multos errores habet, quos Wokeri negligentia in editione aliquibus aliis auxit. 40

5. De commentarii Severoliani epitoma antiqua a Massarello in conscribendis actis adhibita.

Dollingeri maximis similitudinibus inter fragmentum Severolianum et Massarelli acta, observatis paene motus erat, ut coniectura, qua fragmentum contra testimonium codicis a Massarello abiudicabat, desisteret; tamen verisimilius ei videbatur opus esse ex Massarelli actis et alio diario nobis ignoto compilatum. Qui consensus re vera tantus est ac talis, ut multo etiam mirabilior videatur integrum librum cum actis comparanti et omnino superfluum sit singulis locis iuxta se positus ostendere. Unde nos videntes legi aliqua in illo commentario, quae non modo frustra quaereres apud Massarellum, sed quae nimis clare auctorem ipsis rebus gerendis praesentem ostenderent, per aliquod tempus cogitabamus de historia ab homine composita, qui ipse concilio interfuisset et simul secretarii acta prae oculis habuisset. 45 50

¹ Sic, perperam lectum pro *videlicet*.

² Mazzett. 423 habet notam in fronte: *ex cod. chartac. bibi. Magliabechianae*; 4240: *ex cod. Magliabech.*

³ Cf. ex. gr. quae commemorabantur p. XXII, 1. 17 ss.

⁴ Sammlung vori Urkunden zur Gesch. des Concils von Trient I, 1, p. XXII.

Quae omnia vana esse cognovimus codice bibliothecae publicae Neapolitanae quodam accuratius inspecto. Clarius enim atque clarius intelleximus non commentarium ex actis, sed acta ex commentario hausisse. Id valde mirum, ne dicam incredibile omnibus visum iri non ignoramus; nam omnes adeo soliti sunt Massarelli acta et diaria pro primariis fontibus omnium concilii Tridentini historiarum considerare, ut, ubicunque similitudo cum illis inventa est, statim librum e Massarelliano derivatum esse persuasi sint. Nihilominus etiam incredulis rem persuadere confidimus, dummodo non opiniones praesumptas pluris facere velint quam rationes. Secretarium non ante i. Aprilis 1546 in congregationes generales introductum esse, ut patrum vota scriptis mandaret, et ipse et Severolus testantur¹; ergo cum postea concilii acta publica compilare iussus esset, de primis quattuor mensibus aliis fontibus eum indiguisset et usum esse ultro apparet. Huc accedit quod non rari loci, qui in Severoliano libro prorsus plani sunt et faciles intellectu, in actis sunt obscuri et corrupti, et corruptiones ex certis vocibus perperam lectis ortas esse constat². Quid magis consentaneum quam concedere textum meliorem esse originalem, corruptum autem esse derivatum, secretarium hausisse ex fonte promotoris?

Huic non obstat quod nusquam Massarellus fontis huius facit mentionem, cum non semel in diariis suis de auxilio ab aliis sibi praestito referat; nam eodem modo negari posset epistulas, quas se scripsisse secretarius non adnotat in diario, sed nos adhuc habemus, esse scriptas ab eo, quia saepe eiusmodi res parvas diariis mandasset. Num quod saepe quis facit, id semper facere debet?

a) Sed iam ad illum codicem Neapolitanum accedamus. Est chartaceus saeculi XVII vel XVIII signatus IX. A. 12, folii minoris. Inscriptio in tergo legitur *Acta et monumenta concilii Tridentini*. Fol. 1—27 est scriptura cui titulus *Acta et canones concilii Tridentini sub Paulo III a die 8. Aprilis 1546 usque ad diem 13. Iulii eiusdem anni*, et post quaedam instrumenta adiuncta legitur in medio folio 33 haec superscriptio: *Incipiunt acta generalis concilii Tridentini. Die Veneris 11. Decembris 1545 recepto breve S'm D. N. super aptione [sic] concilii* etc.; quae acta insertis nonnunquam documentis continuantur usque ad 21. Aprilis 1547³, deinde sequuntur alia documenta, ut *Breve Pauli III statibus ecclesiasticis ordinum imperii in conventu Augustano 1. Ian. 1548* datum. Textus fere omnes, maxime *actorum*, sunt mendosissimi.

Collata inter se utraque actorum serie prior invenitur ad verbum concordare cum parte alterius; bis ergo partim unum opus legitur in eodem codice. Ipsa autem *acta* cum incipiant ab eodem die, a quo incipit Severolus, et de omnibus diebus, de quibus hic refert, et ipsa relationem exhibeant⁴, de aliis diebus nullam, nemo non interrogabit, quae ratio intercedat inter illa acta et Severoli commentarium. Nec difficile est respondere; nam paucis paginis cum commentario comparatis unusquisque sibi persuadebit illa acta esse huius epitomen, quae, quando longius progrediatur, eo magis ipsa verba promotoris transsumat. Et ulterius Massarelli acta maiorem cum epitoma quam cum commentario similitudinem habent, unde facere non possumus quin statuamus non ipso promotoris libro, sed epitoma secretarium usum esse ad compilanda acta.

Quaeritur iam quis epitomen illam fecerit. Nos quidem diu opinati sumus anonymum esse eius auctorem librumque Severoli incognitum fuisse Massarello,

1. quia hic nunquam in diariis fontem suum commemorat. Sed nil inde sequi iam ostendimus;

2- quia particula de officialium electione (4. Ian. 1546) omittitur in epitoma, unde, si haec ab alio facta est, optime intellexeretur, cur Massarellus nil dicat ad concordandam contradictionem inter ipsius et Severoli relationem. Sed quando Massarellus acta conscribebat, indubitatus ac probatus erat secretarius, et secretariatus, licet non in perpetuum, vere ei demandatus erat illo die, unde non opus ei erat rem iam certam

Severolus p. 41, l. 6; Massarellus p. 532, l. 5.
b. act's ex' gr. ad 5. Aprilis 1546 (*Theiner* I, 5) egimus. *Erat, inquit, vestrum dicere quod volebatis, si quod offendiculum haberetis, sed captivare postea* «Kte ectum, nec credere etc.; Severolus (p. 45, l. 50 s.) habet *'Ercmt, inquit, partes vestre dicere quod dolebatis, si quid offendiculum feceratis, et captivare intellectu vestrum, nec credew* etc., quod certe multo magis quadrat.

Calenzius (Docum. med. p. 291) dicit acta (i. e. Concilium Tridentinum. I.

epitomen) continuari usque ad 27. Dec. 1547, quod falsum est; hoc enim die datum est ultimum documentum adiunctum, cum antea breve Pauli III 1. Ian. 1548 datum insertum esset.

4 Exceptis tribus ultimis diebus (26. Apr., 9. Maii 1547; 16. Ian. 1548) quos habet Severolus, sed in duobus foliis (198. 199) non ab initio cum diario coniunctis: folii 197 T plus quam dimidia pars vacat, et relatio de 26. Apr. incipit in folio novo.

defendere; deinde in actis publicis non erat locus disceptandi de eiusmodi rebus, diaria autem diu antea erant scripta; denique num Massarellus divinabatur Severoli relationes aliquando detectum et publicatum iri et cum eis dissensionem inter has et ipsius acta?

3. quia verisimile non videbatur secretarium, si Severoli librum cognovisset, 5 acta eius uberiora non transumpsisse, sed contentum fuisse epitoma in primis potissimum partibus aridissima. At huius rei etiam alias causas cogitari posse infra videbimus.

b) Ut Massarellum ipsum epitomatores esse crederemus, maxime fragmentis epitomes inter eius scripturas inventis et partim ipsius manu scriptis adducti sumus. Extat enim in tabulario Vaticano *Concil.* t. 17, f. 1—21 fasciculus continens *Summarium actorum concilii Tridentini sub Paulo III*, maiorem ad partem a Massarello exaratum; quod nil aliud est quam illius epitomes initium usque ad 27. Martii 1546! (fol. 14^v), et continuatio a 9. Martii 1547 (f. 15^r [incipit novus quinternio] ad f. 21) usque ad 12. Martii 1547. In eiusdem collectionis *Concil.* t. 62, f. 171—174 deinde 15 est aliud fragmentum a 3. usque ad 8. Aprilis 1546, ibidem denique f. 294^r—317^r aliud, a 13. Aprilis usque ad 17. Iunii 1546. Animadvertendum est additamentum parvum a Massarello f. 313^r (13. Iunii 1546, init., cf. Severol. p. 75, l. 15) factum; verbis enim scriptoris *per secretarium lectum fuit decretum de abusibus* inseruit *me* ante *secretarium*. Qui hinc argumentum repetere vult ad demonstrandum epitomen non esse factam a Massarello, sententiam mutabit viso illo *ego* in ipsius Massarelli diario III p. 471, l. 30 postea inserto. Immo secretarii modum scribendi cognoscentibus plurima subsunt vestigia illum auctorem prodentia. Idem innumeris modis dicere, vocibus synonymis orationem variare, pro oratione recta substituere obliquam, alia huiusmodi diligit Massarellus, ut ex variis actorum recensitionibus, ex diariis ac summariis, quae plurima 25 conscripsit, affatim apparet. Quod qui cognoscere vult, conferat introductionem actorum quae est apud *Theinerum* cum diario (perperam nominato) apud *Le Piat* VII, 2, 32 ss. et cum diario II infra p. 407 ss. Non aliter tractavit Severoli commentarium, ut ex specimine infra (p. LIII ss.) exhibendo animadverti poterit.

c) Aliud epitomes exemplum est in bibliotheca civica Tridentina cod. Mazzettinus 30 n. 4238, cui titulus in tergo: *Acta concilii Tridentini 1545—1562*. Codex est chartaceus saec. XVIII foliorum (non numeratorum) 207. Post quaedam documenta, quae videntur eadem esse ac codicis Neapolitani (sub *a*) descripti — certe id non scio, quia quae ex eo excerpserim magis ad epitomen spectant —, fol. 29^v legitur, ut in Neapolitano: *Incipiunt acta generalis concilii Tridentini. Die Veneris XI Decembris 1545 recepto* 35 *breve Smi D. N.*, et sequitur tota epitome ut in exemplari Neapolitano usque ad 21. Aprilis 1547. Finis voluminis est breve Pauli III statibus imperii missum 1. Ianuarii 1548. Ex hoc codice *Duffel* specimen exhibuit in ephemeride *Theologisches Literaturblatt* X (Bonn 1875), 347, perperam locutus de actis Massarelli et credens ea esse fontem Raynaldi, cum hic integrum Severoli commentarium habuerit, licet in corrupto 40 exemplari Barberiniano, ut eius citationes demonstrant. Caeterum eo loco inter commentarium et epitomen etiam verborum est admodum parva differentia. — Etiam huius exemplaris textus mendis abundat, ut in particula a *Duffelio* l. c. edita in Materani oratione (27. Martii 1546 habita) pro *formatum* corrigendum est *firmatum*, postea pro *De primis* legendum *De psalmis* etc. (cf. infra p. LIX). 45

d) Quantum epitomes codicem quondam extitisse in bibliotheca Magliabechiana Florentina et eius catalogus manu scriptus et haec verba in Tridentini codicis folio primo scripta testantur: *Ex codice chart. fol. bibliothecae Magliabechianae n. 5 - class. XXXII*. Ille catalogus autem in classe XXXII sub n. 5 ita habet: *1. Actorum sacrae et oecumenicae Tridentinae synodi epilogus per L. Pratanum Nervium* [qui libellus et ipse transcriptus 50 est in codice Tridentino Mazzettino 4240, cf. supra p. XLVIII, adn. 2]. *2. Varia scripta ad idem concilium pertinentia. Si notino con tempo. Cod. chart. f.º. scr[iptus]*

1 Ultima verba sunt: *ex c. Si quis omnem in q. J, ubi habetur: Si quis* (cf. Severol. p. 40, l. 10).

2 Cf. illud *laudabat* (Severoli), pro quo *E*(pitome) et Massarelli acta originalia (*M*) habent *commendabat*, *M*2 (*Theiner* I, 35) restituit *laudabat*; *ad concilium*

pertinere *S*, *spectare* *EM* 1M2; *officiales deputare* *S*, *officium designationem* *E*, *creationem* *M* 1M2; (p. LIV): *crederent* *S*, *arbitrari* *EM* 1M2; (p. LV): *laudavissent* *S*, *approbante* *E*, *approbaret* *M**M2 etc. Hoc variandi studio nonnumquam *M*2 similior fit Severolo, quam epitomae.

saec X V I I inc[ipiente vel] m[edi]o. Sed frustra hunc codicem petivimus, quem iam diu desiderari bibliothecae praefectus nos docebat.

Ut epitomes natura et quae inter ipsam et commentarium et acta Massarelliana ratio intercedat melius perspiciatur, specimina epitomes hic exhibebimus et relationis 5 de congregatione 4. Ianuarii habita formas in singulis libris diversas iuxta se ponemus.

Epitome ita incipit1:

»Incipiunt acta generalis concilii Tridentini.

Die Veneris II. Decembris 1545 recepto breve Sm D. N. super aperitione concilii, cum et eius voluntas expectaretur, statim per praeconem indicta est sollemnis processio pro sequenti die, et habita2. Post prandium vero fuit congregatio praelatorum 10 in palatio R monim praesidentium et legatorum, et in ea deliberatum, quod sequenti die, quae erat tertia dominica adventus, haberetur prima sessio.

Die dominica 13. Decembris

praesidentes et praelati convenientes in ecclesia S. Trinitatis infulati processere ad aedem S. Vigili, quae est cathedralis ecclesia civitatis Tridentinae. In qua celebrata sollemni missa de spiritu sancto per R"m¹ cardinalem de Monte primum praesidentem habita est 15 oratio disertissima per Cornelium Mussum Placentinum, episcopum Bituntinum. Post consuetas caeremonias in conciliis servari solitas ex ambone Thomas Campegius Bono niensis, episcopus Feltrensis, ex praesidentium mandato legit bullam indictionis concilii in civitate Tridentina, ac etiam litteras3 praesidentium et legatorum apostolicae sedis in concilio, videlicet Ioannis Mariae de Monte episcopi Praenestini, Marcelli Cervini tituli 20 S. Crucis et Reginaldi Poli Anglici S. R. E. cardinalium. Habitoque sermone per prae fatum Rmum card. de Monte ab eo interrogati patres, an placeret per praemissa concilium apertum et inchoatum, et responso per patres, quod placebat, denuo interrogavit, an placeret eis futuram proximam sessionem indicere ad diem 7. Ianuarii, et ab omnibus responsum: *placet*. Et post admissa fuit excusatio adversae valetudinis Illm D. Didaci 25 de Mendoza oratoris Caesarei, lecto eius mandato et eius litteris.

Die Veneris 18. Decembris

fuit congregatio, in qua card. de Monte post pias admonitiones factas patribus excusavit, quod prius recepisset mandatum oratoris Caesarei legendum in synodo, de quo audierat a nonnullis reclamatum id minime licere privatim agere, cum tamen id sibi liceret iure praesidentiae; fecisse tamen eo proposito, ut in synodo legeretur.

30 Archiepiscopus Aquensis et episcopus Agathensis Galli postulaverunt expectandos alios praelatos et oratores Chrm regis, protestati se antea sententiam non dicturos. Responsum fuit, cum nunc de praeparatoriis ageretur nec quid decerneretur quod esse posset in praeiudicium regis et regni, satis habituros spatii et temporis ad consulendum regem suum et expectandos absentes praelatos.

35 Praesentatae litterae Sermi regis Portugalliae per fratrem Hieronymum ab Oleastro ord. Praed., qui postulabat earum vigore ad concilium admitti. Cui responsum fuit litteras non eius fore tenoris, ut tanquam regis orator admitteretur.

Die dominica 20. eiusdem mensis [Decembris]

post solemnem missam (ut moris est in dominicis adventus) exclusis non conciliaribus consultatum fuit super cedula exhibita per archiepiscopum Aquensem de oratoribus et 40 praelatis Galliarum expectandis, cum priori responso non acquievisset. Cumque episcopus Giennensis dixisset cavendum esse, ne, si hoc Gallis concederetur, et alii eorum exemplo idem peterent, cumque et negare et concedere arduum videretur, reiecta est responsio in alium diem.

Die Martis 22. Decembris

fuit congregatio, et post longam disceptationem in hanc ventum est sententiam, ut 45 scripto daretur responsum archiepiscopo Aquensi his verbis: Sanctam synodum quantum

¹ Varias codicum lectiones non adnotavimus, quia neque accurate eos inter se contulimus, nec, cum ad similitudinem rerum hic tantum spectetur, operae pretium esset.

² Animadvertit duas Severoli relationes hic in unam esse coniunctas.

³ Litteras, quibus constituebantur legati, cf. supra p. 5, l. 4 s.

cum Deo posset habituram rationem eorum, quae tam magni tamque potentissimi regis nomine petita fuerunt. Interim vero rogare regem ipsum, ut quanto citius posset suos oratores huc mittat et praelatos sui regni ad veniendum sollicitet. De qua responsione archiepiscopus et episcopus praedicti gratias egerunt.

Eadem die frater Bartolomaeus Soto Hispanus ord. Praed. postulavit admitti in concilio ut procurator generalis sui ordinis. Super quo variae fuerunt patrum sententiae, asserentibus pluribus obstare Sm D. N. litteras, quibus prohibetur admitti quem[quam] per procuratorem; posse tamen admitti absque voce decisiva tamquam vir doctus et prudens; nec tamen ad aliquid desuper deliberatum, sed dumtaxat in congregationibus admitteretur.

Cum super proposito per Rm de Monte satis confuse et incomposite sententiae proferrentur multumque temporis consumeretur, placuit deputari quattuor per Rms legatos, qui super propositis sciscitarentur intentionem patrum et cum Rms legatis modum tractandarum rerum decernerent referendum in sequenti congregatione; nullam tamen nisi ad referendum haberent auctoritatem, deligent[ur]que alii singulo mense. Delectique fuere episcopus Hyporigiensis, Cavensis et Feltrensis episcopi, et Pighinus Rotae auditor. Qui onus recusarunt, ne Galli et Hispani aegre ferrent rem ad solos Italos deferri, nec placeret Rms legatis alios deputare.

Die Martis 29. Decembris [1545]

fuit congregatio et admissi duo vicarii card. Augustensis, ea tamen lege, ut voce consultiva tantum fungerentur.

Cum murmur esset inter patres, deputationem praelatorum factam sine patrum consensu, excusavit idem Rms legatus [de Monte] id factum, quod putasset patres consensisse nominationi, cum nullus contradixerit; irrita tamen fuit deputatio, ipsis deputatis ea de qua dictum est causa onus recusantibus. Quoad proposita placere omnibus de indulgentiis et aliis pertinentibus ad divinum cultum, super quibus erant formata decreta. De securitate, eam praestaret Rms Tridentinus; datas tamen litteras Sm D. N., Caesari et aliis principibus. De aerario iam litteras datas ad Sm D. N. per legatos. De annona, eam curaturum episcopum Cavensem una cum Rmo Tridentino. De magistratu, cum capitaneus civitatis laycus foret nec deceret eum ius dicere in clericos, placuit sibi adiungi Sebastianum Pighinum Rotae auditorem. Qui vero habituri sint votum in concilio, nihil deliberatum, sed res reiecta, cum frequentius erit concilium.

De admittendis, ut praesentes sint in loco sessionis, cum multitudo excluditur, disseruit Rm's card. S. Crucis habendam esse rationem, quod alii admittantur ut derisores, et hi sunt patres, episcopi scilicet et si qui alii de iure habent vocem; alii admittuntur ut oratores principum, alii vero ut testes. Inter quos habendam rationem nobis, quos excludere prope nefas esset, idemque censendum de theologis et aliis litteratis, statuendumque quid agendum, ne contentiones oriantur.

Rms de Monte proposuit, quod etsi deliberatio, qui admittendi sint ad vocem decisivam, reservata sit cum frequentius esset concilium, sibi tamen non videri excludendos generales ordinum nec privandos sua quasi possessione, quae satis constat ex subscriptione aliorum conciliorum.

Et cum desuper variae essent patrum sententiae multique contenderent non nisi episcopos ad decisivam vocem admittendos, aliis asserentibus nequaquam quempiam suo iure spoliandum, Giennensis dixit se arbitrari patrum sententias non ad generalium exclusionem tendere, sed ne abbates regulares, quorum maximus est numerus, admittantur, antequam frequens esset patrum conventus. Cuius sententiam omnes fere sunt sequuti.

Actum deinde de admittendis tribus abbatibus per Sm'm D. N. destinatis. Super quo cum ex praemissis fuisset altercatum, cum alii assererent eos quidem admittendos non ut abbates tantum, sed uti a sede apostolica destinatos, alii dandam dumtaxat vocem consultivam, nec deessent, qui rem differendam censerent, admissi tamen fuere cum voce per synodum declaranda, cum decreto, quod propterea nullum ius novum eis acquiratur neque illis praeiudicium fiat.

Designati tres episcopi Hyporigiensis, Cavensis et Feltrensis ad tres menses, qui ordinarent, quomodo consessuri forent regum et principum oratores et episcopi, inspecto tempore eorum promotionis, cuius in sedendo ratio haberetur.

4. Ianuarii 1546.

Severolus.

Die lune 4. ianuarii 1546 hora 20. fuit congregatio in loco solito, in cuius principio Rmus card. de Monte dixit litteras habere ad ipsos legatos nomine Dⁱ Nⁱ pape conscriptas, in quibus laudabat S. S^a3 que hactenus in hac sancta synodo gesta fuissent, hortabaturque patres et illos admonebat ad maiorem prosecutionem, ita ut imprimis, sicut equum est, de fide tractetur et de iis quidem articulis, qui magis Christianam rempublicam turbare videantur, parcendo tamen interim hereticorum nominibus, dum spes aliqua est ipsos ad gremium ecclesie redituros. Ceterum de officialibus concilio necessariis curatum esse hactenus, ut haberentur, et viri probatissimi quidem, qui cito iter arriperent. Pro erario vero nunc se mittere duo milia ducatorum; sed et alie pecunie, cum opus fuerit, ab eo ministrabuntur.

Addidit idem Rmus de Monte, Sten S. misisse breve, in quo omnes prelati et qui concilio intersunt cum potestate sententiam dicendi liberarentur concilio durante ab omni onere solvendi decimas. Quod breve patribus lectum fuit et ab omnibus eius rei gratia laudatus fuit summopere pontifex. Addiderunt tamen patres ulterius rogandum esse Smum D. N., ut qua benignitate ipsos levaverat ab onere solvendi decimas, eadem quoque ministros et servientes prelati levaret. Quod Rmi legati polliciti sunt se facturos nomine synodi.

Addiderunt nonnulli, quod id, quod ex litteris card. Farnesii recitatum fuisset de officialibus destinandis a Smo D. N. ad concilium, non satis cum auctoritate concilii convenire, quippe cum manifestissimum sit, absente papa ad concilium pertinere sibi officiales deputare. Quibus Rmus de Monte dixit audivisse se sepius ex optime memorie card. Contareno, tum etiam id usu didicisse, ut plerumque controversie oriantur ex eo, quod loquentes ad invicem se non intelligunt. Id profecto nunc contigisse, quando, cum patribus fuerint littere recitate, non ut super iisque in litteris continebantur dicerentur patrum sententie, sed ut cum synodo communes ipsas litteras facerent, nonnulli tamen aliter id essent interpretati. Volo, inquit, vos scire Smum D. N. maxime studiosum esse, ut omnia concilio necessaria vobis adsint; non enim ea subministrat, ut vobis in hoc legem imponat, sed vestro iudicio ipsos quos destinabit examinandos relinquit. Quod tametsi non nisi suo

Epitome.

Die lunae 4. ianuarii 1546 fuit congregatio et per Rmum de Monte relatum patribus se recepisse litteras a Smo D. N., quibus commendabat hucusque acta in sessione et congregationibus hortabaturque ad prosecutionem, et sicut aequum videbatur, imprimis de fide tractaretur et de his praecipue articulis, qui in controversiam deducti rem publicam christianam turbare videbantur.

De officialibus — se destinaturum viros idoneos nec defuturum expensis quae incumbent sacro concilio,

cuius aerario adiecit Rmus de Monte se recepisse summam duorum milium ducatorum.

Aliqui ex patribus dixere ad concilium, cum *Sub* S. abest, spectare officialium designationem.

Quibus respondit Rmus de Monte se ea proponere non ea mente, ut super eis dicerentur sententiae, sed ut patres intelligerent, quid continerent litterae Stis S.; tamen quoad officiales qui mitterentur, approbandos a patribus.

Massarelli acta.

Die lunae 4. ianuarii 1546 a nativitate Domini hora 21. habita est congregatio generalis, in qua primus praesidens exposuit, praesidentes ipsos accepisse litteras a Smo D. N., in quibus commendabat ea, quae antea acta fuerant in sessione et congregationibus, hortabaturque, ut ad articulorum controversarum explicationem veniretur.

Quodque etiam brevi mitteret viros probos et idoneos officiales concilii,

cuius expensis necessariis non esset defuturus.

Omnia a patribus laudantur. Quo vero ad officiales, aliqui ex patribus dixerunt eorum creationem (cum S. Stes abest) spectare ad concilium.

Quibus card. de Monte respondit non ea mente se proponere, ut super iis sententiae dicerentur, sed ut patres intelligerent, quid continerent litterae S. Stis; officiales vero mittendos esse approbandos a patribus.

Severolus.

magno sumptu contingere possit, nihilominus dignitatis et honoris huius sinodi studiosus nil pretermittere intendit, quod non iuvare possit. Quoniam autem verba prolata a nonnullis eo tendere videbantur, ut crederent pontificis auctoritatem aliquo modo per apositionem concilii imminutam, in hoc eos labi et errare facile se cognoscere, cum utique magis aucta quam aliquo modo imminuta sit auctoritas ex concilii apositione, quoniam tunc summam iudicandi potestatem pontifex maximus obtinet, cum in patrum concilio residet.

Cui Astoricensis dixit: Scimus quidem et nos, qua potestate fungamur, ut scilicet in his, que in concilio tractantur, concilii sit potestas et statuendi auctoritas, in iis vero, que extra concilium geruntur, scire auctoritatem remansisse apud pontificem maximum.

Demum fuerunt recitata decreta composita per R^{mum} de Monte, in quibus sacra synodus admonet omnes prelatos, ut vita et moribus casti sint, in mensa sobrii et a vano loquiis alieni, familiasque suas ita, uti bonos prelatos decent, gubernent et regant, ipsique divino cultui se omnino mancipient semelque saltem singulis septimanis missas celebrent. In omnibus vero collegiatis vult, ut quolibet die dominico celebretur missa de spiritu sancto, in aliis vero saltem litanie dicantur. Eademque sacra synodus iubet, canonem Tolentani concilii renovando, ne quis in discretis vocibus perstrepat, vel risibus vel tumultuosis disceptationibus tumultuosas-voces effundat sub pena arbitrio synodi statuenda. Quo lecto idem R^{mus} de Monte rogavit patres, ut super iis suas dicerent sententias.

Primusque omnium R^{mus} Tridentinus decreta, uti a R^mis legatis composita fuerant, probavit ipsaque decreta firmanda esse probavit. Tum addidit: quoniam de cultu nunc agitur, non ab re erit, ut scisciter vota patrum, an eis placeat, ut pro maiori omnium tutela omnes omnino prohibeantur arma deferre, quod si placeat, id publico decreto et proclamato firmabitur, ita tamen, ut omnes privatim suas proprias familias admoneant, quod si adversus legem latam venerint, se penas laturos. Et ne, inquit, omnino aliud quod scandalum vel seditio in civitate esse possit, curabo, ut pretor civitatis valde ampliorem manum secum habeat, ne quis impune delicta se admissurum putet. Omnes deinceps quod a Tridentino dictum fuit laudarunt et ei insuper gratias egerunt; placebat tamen pluribus, ne

Epitome.

Et cum audivisset a nonnullis arbitrari auctoritatem S^mi D. N. imminutam ex concilii apositione, dixit eos falli, sed potius adauctam.

Cui Astoricensis respondit: Scimus quidem et nos, qua potestate fungamur, ut scilicet in his, que in concilio tractantur, concilii sit potestas et statuendi auctoritas, in iis vero, que extra concilium geruntur, scire auctoritatem remansisse apud pontificem maximum.

Deinde fuit recitata formula decreti de divinis officiis et peculiari missa singulis quintis feriis recitata.

Massarelli acta.

Et cum iam audivisset, nonnullos arbitrari ex apositione concilii imminutam esse auctoritatem summi pontificis, declaravit eos falli, imo potius auctam.

Cui Asturicensis respondens ait: Scimus quidem et nos, qua auctoritate fungamur, ut scilicet in iis, quae in concilio tractantur, concilii sit potestas et statuendi auctoritas, in iis vero, que extra concilium geruntur, auctoritatem remansisse apud pontificem maximum.

Severolus.

validior manus sumptu ipsius Tridentini, sed magis apostolico aleretur. Quibus idem Tridentinus dixit se, quamdiu id posset, suo sumptu curaturum; tum demum auxilium se petiturum, cum omnino ei facultas hoc faciendi deesset.

Cumque decreta a Rmis legatis composita plures laudavissent, episcopus Fesulanus [dixit] se in ipso decreto desiderare, ut verba in aliis conciliis apponi solita adderentur, videlicet: **Sacra synodus universalem, ecclesiam, representans**, quoniam illud **universalem ecclesiam representans** omissum fuisset, quod tamen maximi momenti esset. Non enim, inquit, coetus iste, tametsi adhuc pusillus est, minus ecclesiam universalem representat, quam Constantiensis et Basiliensis synodus olim fecerint.

Cumque omnes fere qui post sententiam dixerunt, Fesulano adhesissent, addito etiam ab aliquibus, ut loco eius, quod dictum esset **sacra synodus**, diceretur **sacrosancta**, cumque porro bis sancta sint oecumenica concilia, generalis Servorum dixit non multi facienda illa verba, quando, ut apertissimum est, recens inventa essent nec in veteribus conciliis aliquo modo usurpata.

Tum Pighinus, auditor Rote, addidit: Verba ipsa, quae desiderantur a nonnullis, si recte ea quae hactenus gesta sunt inspiciantur, re vera ad sunt. Cum enim concilium oecumenicum (quod idem sonat, quod **universale** et **universalem ecclesiam representans**) indictum auctoritate apostolica fuerit, moxque in proxima sessione decretum fuerit oecumenicum concilium esse apertum et iurisdictionem habere, nonne, cum dicitur sacra synodus, dicimus synodum oecumenicam et universalem ecclesiam representantem, ut scilicet omnia ad principium referantur?

Laudavit Rmus de Monte et generalis et Pighini sententiam; sed alia quoque se ratione motum fuisse, ne verba ipsa adderentur, quoniam, inquit, cum nullum maius telum ad versus hostes nostros habeamus quam hoc, quod ecclesiam universalem representamus, noluimus ipsis, quos ad synodum allicere cupimus, in primo congressu ansam praeberere. Addamus, quod longe diversa est ratio inter istam et Constantiensem et Basiliensem synodos, quarum prima, scilicet Constantiensis, quam omnes veneramur, propter scisma, quod aderat, hoc necessario fecisse constat, non tamen ante hoc titulo usam fuisse, quam facto speciali decreto super hoc. Basiliensis vero, quod apud me semper conciliabulum fuit, solo odio, quo Eugenium prosequi batur, id non eque bene sibi usur-

Epitome.

Maiori parte patrum approbante decretum Fesulanus dixit desiderare apponi verba in aliis conciliorum decretis apposita, videlicet **Sacra synodus universalem ecclesiam repraesentans**, cum praesens synodus, etsi adhuc pusilla, non minore aliis fungatur auctoritate.

Ab aliis dictum adiciendum **sancta** et dici: **sacrosancta synodus**.

Generalis Servorum dixit non multi facienda illa verba, quando (ut apertissimum est) recens inventa sint nec usurpata ab antiquioribus conciliis.

Pighinus auditor Rotae addidit: verba ipsa, quae desiderantur a nonnullis, si recte quae apposita sunt perspiciantur, re ipsa adesse, cum dicitur **oecumenicum**, quod idem sonat quod **universale** vel **universalem ecclesiam repraesentans**, et in proxima sessione decretum fuerit **oecumenicum** concilium esse apertum.

Laudavit Rmus de Monte generalis et Pighini sententiam; sed alia quoque ratione se motum fuisse, ne verba ipsa adderentur, hac scilicet, cum nihil validius tellum habeamus adversus hostes nostros quam hoc quod ecclesiam universalem repraesentamus, noluimus ipsis, quos ad synodum adicere cupimus, in primo congressu ansam praebere ut nos reprehendant, subiiciens etiam, longe diversam esse nostrae synodi rationem et Constantiensis ac Basiliensis, quarum prima, Constantiensis scilicet, ea verba adiecit propter scisma, quod tunc vigeat, nec etiam his verbis usam in primis eius decretis, Basiliensis vero, quod semper ab eo conciliabulum habitum fuit, solo odio Eugenii pontificis id minus recte usurpasse. Quorum rationes cum procul sint a nobis,

Massarelli acta.

Cumque longe maior pars decretum ipsum approbaret, Fesulanus dixit se desiderare in titulo ipsius decreti apponi verba in aliis conciliorum decretis apposita, videlicet: **Sacrosancta Tridentina synodus universalem ecclesiam repraesentans**, cum haec nostra synodus, etsi adhuc pusilla esset, non tamen minore aliisungeretur auctoritate.

Generalis Servorum dixit non multi facienda esse illa verba, quando (uti compertissimum est) recens inventa sint nec usurpata ab antiquioribus conciliis.

1 Pighinus vero dixit verba ipsa, quae a nonnullis desiderantur, si recte considerentur, quae apposita sunt, eadem re ipsa adesse; cum enim dicit **oecumenicum**, idem sonat quod **universale** et **universalem ecclesiam repraesentans**, et iam in proxima sessione decretum fuerit, oecumenicum concilium esse apertum et inchoatum.

Card. de Monte comprobavit generalis Servorum et Pighini sententiam, addens se alia quoque ratione moveri, ne verba ipsa apponentur, videlicet cum nullum validius telum habeamus adversus haereticos, quam quod nos hic congregati ecclesiam universalem repraesentemus, noluimus eos, quos synodum amplecti cupimus, in primo congressu casum et occasionem accipere, ut nos reprehendant, quasi nimirum elatos fimbriasque nostras in eorum opprobrium dilatantes. Longe etiam diversam esse rationem nostrae synodi quam Constantiensis et Basiliensis.

1 Abhinc in hac columna textum Theinerianum (Act. I, 35 s.) exhibemus.

2 Certe est error typographi pro **ansam**.

Severolus.

passe. Quorum rationes cum procul sint a nobis, non debemus eos imitari, cum maxime hoc possit magis his temporibus nocere, quam nostram auctoritatem iuvare. Quod si nulla alia de causa agendum esset, profecto nostra id agere deberemus, ne inflati videamur, exemploque nobis esse potest pontifex noster, qui cum ecclesiae sit caput, se servum servorum omnium appellat.

Dicte sunt iterum super his a patribus sententiae, cumque imprimis Rmus § Crucis et Rmus Polus auctoritate firmassent, quod a Pighino dictum fuerat, Rmus Tridentinus dixit, sibi profecto compertum esse, protestantes verba illa egre laturos esse; quam ob rem hortabatur et laudabat, ne apponerentur omnino. Cuius sententiam secuti sunt fere omnes, exceptis admodum paucis. Placere tamen videbatur nonnullis, ut, cum frequens esset conventus, de hac re aliquid statueretur.

His peractis statutoque, ut decretum, uti conscriptum fuit, ita in proxima sessione decreto patrum firmaretur, tum demum de officialibus in presentiarum concilio per necessariis actum est, ut scilicet duo notarii deputerentur, unus procurator, unus vel duo votorum scrutatores et unus concilii custos ac secretarius unus. De secretario nihil actum est, quoniam Marcus Antonius Flaminius, qui litteris Rmi Farnesii probabatur, onus recusare maluit, id valde egre ferentibus patribus propter hominis excellentem doctrinam et bonos mores. De custode concilii, quoniam consuetum esset hoc munus maximo aliquo duci de mandare, quippe cum custos imperatoris vices sustineat, propterea, quia nullus talis hic aderat, cui hoc munus demandaretur, convenerunt patres, ut Rmus Tridentinus aliquem probate virtutis et fame pro custode nominaret, qui tamdiu officio fungeretur, donec alius a synodo deputeretur. Scrutator votorum ab omnibus probatus fuit Pighinus, auditor Rote. Addiderunt aliqui cum eo vicarium card. Tridentini, sed magis placuit, ut Pighinus solus hoc onus subiret. Procurator Hercules Severolus destinatus est; notarii: Claudius, a secretis card. de Monte, Gallus, et Nicolaus Driel, Germanus, familiaris Pighini.

Preterea de legendis bullis multis, quae legenda essent, actum est

Epitome.

non debemus eas imitari, cum id potius nocere quam iuvare causam nostram videatur et profecto ea maxime ratione abstinere ab his verbis debemus, ne inflati videamur magnam desumendo auctoritatem; quin potius imitari debemus summum pontificem, qui cum ecclesiae caput sit, se tamen servum servorum appellat.

Rmus Tridentinus dixit se compertum habere protestantes verba illa aegre habituros, quapropter hortabatur et laudabat ne apponerentur.

Deinde actum est de officialium electione

et quae bullae legendae essent in sessione,

Massarelli acta.

leensis. Constantiensis enim ea verba apposuit propter schisma, quod tunc vigeat: non enim apparebat, ex tribus quis verus pontifex esset; nec tamen concilium ipsum in decretis, in quibus de aliis rebus agebatur, his verbis usum fuisse. Basileense vero, quod proprius conciliabulum dici debet, solo odio Eugenii IV ea verba minus recte usurpasse. Et profecto praeter alias ea maxime ratione abstinere ab his verbis debemus, ne inflati videamur, ut dixi, magnam sumendo auctoritatem; quin potius imitari debemus summum pontificem, qui cum ecclesiae Dei caput sit, se tamen servum servorum appellat.

Card. Tridentinus dixit se compertum habere protestantes aegre verba illa habituros. Quapropter hortabatur et laudabat, ne apponerentur.

Quae sententia a maiori parte patrum probata est.

Deinde actum est de electione officialium,

(v. infra p. LVIII, coi. III in fine.)

de bullis legendis in sessione,

Severolus.

Epitome.

Massarelli acta.

et de eo deligendo, qui hoc onus subiret. Sunt quidem bulle ipse ad septem numero, in quibus gesta a prima indictione concilii usque ad hanc postremam continebantur. Et placuit patribus, ut pro lectis haberi possent, quando idem factum fuisse in aliis conciliis constabat, tum etiam quia in eis legendis nimium temporis absumeretur; legerentur tamen bulla de prelati non per alium ad concilium veniendis et breve super aperitione concilii, et ideo dictum est, ut, si qui prelati illas videre vellent, a notariis, penes quos essent, fieret eis copia. Tum decreto firmatum est, ut prelatus, qui missam celebraret in sessionibus, munus legendi subiret.

Est postremo actum, ut Cavenensis, Yporegiensis et Feltrensis referrent synodo de his, que in proxima congregatione sibi mandata fuerant, quorum alterum caput, videlicet de ordine episcoporum, iam ipsi facto compleverant. Dederant enim iam magistro ceremoniarum cedulam, in qua ordinate secundum tempus promotionum nomina archiepiscoporum et episcoporum conscripta fuerant, iuxta cuius formam iam patres nullo protinus verbo facto vocati a magistro ceremoniarum consederant. Locum autem pro oratoribus principum se destinasse dicebant ad latus cardinalium e regione episcoporum. De admittendis vero in congregationibus sibi visum fuisse, ut singuli generales binos in theologia magistros secum ducere possent, laici vero ad nutum Rmi Tridentini respicerent, quippe cum eorum ipse notitiam habeat. Ceterum scire oportere, qualiter omnes, qui vocem habent, sedebunt, ceteri vero stabunt, cum utique is mos in aliis conciliis fuerit idque maxime conveniat rei gravitati, de qua nunc agitur.

Quo igitur modo, inquit episcopus Clodianus, admittentur tres illi abbates, de quibus in proxima congregatione actum fuit, admittentur erunt, cum utique adhuc ambigatur, an ipsi vocem habere debeant? At, inquit S. Crucis, sedebunt, et mitrati quidem, dabuntque vocem, que ita demum obtinebit, si declarabitur per synodum eos vocem habere, alioquin pro nihilo habitur eorum vox.

Tunc Clodianus inquit: Si hoc admittimus, contravenitur expresse decreto facto in proxima congregatione, quo cautum fuit, ut abbates ipsi admitterentur cum voce declaranda per frequentiore synodum. Non igitur oportet, antequam declaratio fiat, ipsos admitti.

nec non de loco oratorum principum, super quo retulerunt deputati,

de loco oratorum principum

et de his qui stare et sedere debent.

et de iis, qui in ipsa sessione stare aut sedere debent.

Et cum a nonnullis dubitaretur de abbatibus congregationis S. Iustinae, cum nondum decisum fuerit a patribus, quam vocem habituri essent, Rmus § Crucis censuit quod cum mitra uterentur, vocem habituri videbantur et sessuros cum episcopis.

Et cum a nonnullis adhuc dubitaretur de tribus abbatibus congregationis S. Iustinae, card. S. Crucis dixit: Cum ipsi abbates mitra uterentur, vocem decisivam habituri necessario videbantur et sessuri cum episcopis.

At Clodianus episcopus his adversatus est inquit: Si hoc admittimus, contrainimus expresse decreto facto in proxima congregatione, quo cautum fuit, ut abbates ipsi admitterentur cum voce declaranda per frequentiore synodum. Non igitur oportet ante declarationem ipsos admitti.

At Clodianus his adversatus inquit: Si hoc admittimus, contraimus expresse decreto facto in praeterita proxime congregatione, quo cavetur ut ipsi abbates admittantur cum voce declaranda per frequentiore synodum.

Severolus.

Rmu8 C r u c i s d i x i t : H a b e n t p r i v i l e g i u m , u t m i t r a e t b a c u l o u t a n t u r , v u l t i s n e e o s p r i v i l e g i o a p o s t o l i c o e x u e r e ?

A t C l o d i a n u s P r i v i l e g i a i s t a , i n q u i t , s u n t v a l d e o m n i b u s g r a v i a e p i s c o p i s , q u o r u m i u r i s d i c t i o a b i s t i s a b b a t i b u s p e n e u s u r p a t u r . N o n e n i m h u c v e n i m u s , u t e o r u m p r i v i l e g i a a m p l i a r e n t u r , s e d m a g i s , u t r e f o r m a r e n t u r e t r e s t r i n g e r e n t u r .

R m u s C r u c i s d i x i t : A b b a t e s s u n t , p a p a v o c a t a b b a t e s , u t i n b u l l a c o n s t a t . V o s n o n p o t e s t i s i l l o s e x c l u d e r e . I n d e q u e o r t a e s t i n t e r p l u r e s c o n t e n t i o , d e q u i b u s a b b a t i b u s p a p a i n t e l l e x e r i t .

E t d i u i n t e r s e a l t e r c a n t i b u s F e l t r e n s i e t A s t o r i c e n s i , t a n d e m R m u s d e M o n t e d i x i t : U t h u i c c o n t r o v e r s i e f i n i s m o d o i n v e n i a t u r , p o s s u m u s a b b a t e s i s t o s , s i p l a c e t , c u m s u i s m i t r i s e t p i v i a l i b u s a d m i t t e r e , n o n u t a b b a t e s q u i d e m , s e d u t t o t a m e o r u m c o n g r e g a t i o n e m r e p r e s e n t a n t e s , i t a e t i a m , u t e o r u m s i t u n i c a s e n t e n t i a . Q u o d , t a m e t s i n o n n u l l i o p p u g n a v i s s e n t , p l e r i q u e t a m e n p r o b a v e r u n t .

D e t e r t i a s e s s i o n e d e m u m t e n e n d a p o s t r e m o h a b i t u s e s t s e r m o . P l a c e b a t p l a n e R m i s l e g a t i s , u t i n t r a q u i n d e c i m d i e s p o s t s e s s i o n e m , q u e e r i t d i e s l o v i s , s e s s i o h a b e r e t u r . A t G a l l i p o s t u l a b a n t , a d d u o s m e n s e s e t u l t r a p r o t r a h i , u t p o s s e n t p r e l a t i e x G a l l i i s a d v e n t a r e . P l a c u i t t a n d e m , u t a d m e n s e m p r o x i m u m t e r t i a s e s s i o h a b e r e t u r , i d e s t d i e q u a r t a F e b r u a r i i . H i c c o n g r e g a t i o n i s f i n i s , q u e a d t e r t i a m h o r a m n o c t i s p r o t r a c t a e s t .

Epitome.

E t c u m R m u s S . C r u c i s d i c e r e t : H a b e n t p r i v i l e g i u m u t m i t r a e t b a c u l o u t a n t u r , n o n d e c e t e o s a p o s t o l i c o p r i v i l e g i o e x u e r e ,

r e s p o n d i t C l o d i e n s i s : P r i v i l e g i a v i s a s u n t o m n i b u s e p i s c o p i s v a l d e g r a v i a , c u m e o r u m i u r i s d i c t i o a b i s t i s a b b a t i b u s p e n e u s u r p e t u r , n e c p a t r e s c o n v e n i s s e u t e o r u m p r i v i l e g i a a m p l i a r e n t u r , s e d p o t i u s u t r e f o r m a r e n t u r .

C u i R m u s S . C r u c i s d i x i t : A b b a t e s v o c a t i s u n t i n l i t t e r i s i n d i c t i o n i s c o n c i l i i , n o n p o s s u m u s e o s e x c l u d e r e .

E t d i u a l t e r c a n t i b u s i n t e r s e p a t r i b u s c u m e t F e l t r e n s i s e t A s t o r i c e n s i s s u p e r e o c o n t r a v e r t e n t e s p l u r a d i s s e r u i s s e n t , R m u s d e M o n t e , u t h i s c o n t e n t i o n i b u s f i n i s i m p o n e r e t u r , d i x i t : A b b a t e s i s t o s , s i p l a c e t , c u m m i t r i s e t p l u v i a l i b u s a d m i t t e r e p o s s u m u s , n o n u t a b b a t e s t a n t u m , s e d u t t o t a m r e p r a e s e n t a n t e s c o n g r e g a t i o n e m , i t a t a m e n , u t e o r u m u n i c a e s s e t s e n t e n t i a . Q u o d e t i a m n o n a b o m n i b u s f u i t r e c e p t u m , s e d a m u l t i s i m p r o b a t u m .

P o s t r e m o a c t u m d e s t a t u e n d o d i e t e r t i a e s e s s i o n i s . V a r i a n t i b u s v o t i s , a l i i s b r e v e t e m p u s , G a l l i s v e r o e x p o s c e n t i b u s a d d u o s m e n s e s , u t p o s s e n t s u a e n a t i o n i s e p i s c o p i a d v e n t a r e , t a n d e m p l a c u i t u t a d m e n s e m t a n t u m m o d o p o s t i n s t a n t e m s e s s i o n e m f i e r e t . D u r a v i t c o n s u l t a t i o u s q u e a d h o r a m t e r t i a m n o c t i s .

Massarelli acta.

E t c u m c a r d . S . C r u c i s d i x i s s e t : H a b e n t p r i v i l e g i u m u t e n d i m i t r a e t b a c u l o , n o n d e c e t e o s p r i v i l e g i o a p o s t o l i c o s i n e c a u s a p r i v a r e , r e s p o n d i t C l o d i e n s i s : P r i v i l e g i a h u i u s m o d i s u n t o m n i b u s e p i s c o p i s v a l d e g r a v i a , c u m e o r u m i u r i s d i c t i o a b i p s i s a b b a t i b u s p e n e u s u r p e t u r , n e c p a t r e s c o n v e n i s s e , u t p r i v i l e g i a e o r u m c o n f i r m e n t u r v e l a m p l i e n t u r , s e d p o t i u s u t d e l e a n t u r v e l s a l t i m r e f o r m e n t u r .

C u i c a r d . S . C r u c i s d i x i t : A b b a t e s v o c a t i s u n t a d c o n c i l i u m u n a c u m e p i s c o p i s i n b u l l a i n d i c t i o n i s i p s i u s c o n c i l i i , q u a r e n o n p o s s u m u s i l l o s e x c l u d e r e .

E t c u m i a m d i u p a t r e s d e e a r e a l t e r c a t i f u i s s e n t , m a x i m e F e l t r e n s i s e t A s t u r i c e n s i s , c a r d . d e M o n t e , u t i p s i s c o n t e n t i o n i b u s f i n e m i m p o n e r e t , d i x i t : S i p l a c e t , p o s s u m u s a b b a t e s i s t o s c u m m i t r i s e t p l u v i a l i b u s i u x t a e o r u m p r i v i l e g i u m a d m i t t e r e , n o n u t a b b a t e s t a n t u m , s e d u t i t o t a m e o r u m r e p r a e s e n t a n t e s c o n g r e g a t i o n e m , i t a t a m e n , u t e o r u m t r i u m u n i c a s i t s e n t e n t i a . Q u o d q u i d e m a b o m n i b u s c o m p r o b a t u m e s t .

A c t u m e s t e t i a m p o s t e a d e s t a t u e n d a d i e p r o a l i a f u t u r a s e s s i o n e . D i s c o r d a n t i b u s i n t e r s e p a t r i b u s , a l i i s b r e v e t e m p u s , u t I t a l i s , a l i i s l o n g u m , u t G a l l i s , - e t a d m i n u s a d d u o s m e n s e s s t a t u i p e t e n t i b u s t a n d e m d e c r e t u m e s t , u t a d m e n s e m i n d i c e r e t u r .

1 C r e a t i q u e s u n t o f f i c i a l e s c o n c i l i i : H e r c u l e s S e v e r o l u s F a v e n t i n u s , p r o m o t o r ; e g o A n g e l u s M a s s a r e l l u s d e S . S e v e r i n o , C a m e r i n e n s i s d i o c e s i s , s e c r e t a r i u s , C l a u d i u s d e l a C a s a , T u l l e n s i s d i o c e s i s , e t N i c o l a u s D r i e l C o l o n i e n s i s n o t a r i i . P r a e t e r h o s a l i i e t i a m a s u m m o p o n t i f i c e a d i p s u m c o n c i l i u m d e s t i n a t i s u n t , v i d e l i c e t a u d i t o r R o t a e , a d v o c a t u s c o n s i s t o r i a l i s e t a b b r e v i a t o r .

P o s t r e m o l e g u n t u r l i t t e r a e s u m m i p o n t i f i c i s s u p e r e x e m p t i o n e e t p r i v i l e g i i s c o n c e s s i s p r a e l a t i s i n c o n c i l i o e x i s t e n t i b u s , u t s e q u i t u r : *Paulus* e t c .

Q u e m a d m o d u m c o n t r a c t a s i n t a c t a M a s s a r e l l i a n a , s i c u m S e v e r o l i c o m m e n t a r i o c o m p a r a v e r i s , l u c e c l a r i u s e x h a c c o l l a t i o n e a p p a r e t .

P r a e t e r e a e x e p i t o m a e x h i b e m u s a l i a r u m q u a r u n d a m c o n g r e g a t i o n u m a c t a : d e 15 . e t 18 . F e b r u a r i i 1546 (d e q u i b u s c f . *D r u f f e l* , *Theol. LittbL* 1875 , p . 341 s s .) , d e i n d e u l t i m a e c o n g r e g a t i o n i s , a n t e q u a m M a s s a r e l l u s a d v o t a s c r i b e n d a e s t v o c a t u s (27 . M a r t i i 5

1 V i d e s u p r a p . L V I , c o i . I .

1546), tum trium primarum, in quibus praesens fuit et vota scripsit (i.— 5. Aprilis), et exemplum congregationis particularis 6. Aprilis, postremo acta congregationum 18. Maii et 16. Iunii habitarum.

1 »Die lunae 15. eiusdem [**Februarii** 1546] fuit congregatio generalis, et requisiti
5 patres sententiam dixerunt super his quae indiscussa permanserunt in proxima congregatione. Et eaedem fere fuerunt altercationes, quae in priori, alia etiam suborta de anathemate ponendo in decreto, legatis cum 22 patribus asserentibus anathema ponendum, Tridentino cum 14 patribus dissentiente. Quae omnia magnis clamoribus acta sunt.

In congregationibus particularibus habitis die Iovis 18. **Februarii** et die **Martis** 23. eiusdem actum est de traditionibus apostolorum recipiendis.»

2»Die sabbati 27- eiusdem [**Martii**] fuit congregatio⁸, in qua interfuerunt 40 episcopi, cardinali tamen de Monte podagra graviter laborante absente. In ea dictae [sunt] sententiae a patribus super decreto confecto per deputatos. Giennensis dixit se optare, ut particulae quaedam novi testamenti, quae in Luca et Ioanne tam ab haereticis, quam
15 nonnullis ex nostris controvertiebantur, specialiter enumerarentur. Materanus respondit librorum differentiam omissam, quod in congregatione quadam generali firmatum fuerat, ne omnino propter huius rei difficultatem differentia librorum attingeretur. Particulas vero Lucae et Ioannis partim ad exemplum Florentini concilii omissas, quod sibi mandatum fuerat, ut iuxta concilium Florentinum libri reciperentur, partim ne his qui in-
20 firmi sunt in primo congressu occasio daretur haesitandi, id tamen reservantes, ut quandoque de his particulis particulare fieret decretum. Senogalliensis censuit enumerandas aliquas apostolorum traditiones, ne synodus incerta omnino videatur, nec ei placebat anathema ponere violentibus libros aut traditiones, vel saltem non appone-
retur violentibus traditiones; in quo damnabat deputatos, qui mandati finem excessissent.
25 Episcopus de Nobilibus nolebat *psalmos David* in decreto nominari, *sed psalterium* seu *psalmos CL*, cum constet aliorum psalmorum alios fuisse auctores. Fesulano placuit decretum, si tamen illa verba demerentur, videlicet: *Praesidentibus in synodo tribus apostolicae sedis legatis*, quoniam nullo veterum exemplo addita fuissent. Cui cum
30 Aquensis episcopus respondere vellet, card. S. Crucis dixit: Ne velitis hunc frustra sumere laborem, quoniam ostendam Fesulano in aliis conciliis observatum. Cui cum Fesulanus diceret nullibi in conciliorum decretis ostendi posse de legatis sedis apostolicae factam mentionem, respondit card. S. Crucis hoc evenisse, quod in decretis specialis
35 mentio non fuerit, quoniam omnes canones simul promulgabantur, et sat erat in principio sessionis de ipsis legatis semel fieri mentionem; at nunc, cum separatim fiant decreta, oportere de legatis apostolicae sedis mentionem fieri. Fanensis acriter impugnavit decretum, quod iniquum sibi videbatur nos *pari pietatis affectu* et scripturas sacras et
40 traditiones ecclesiasticas suscipere, cum inter haec multa sunt discrimina, quia scriptura sacra penitus indelebilis sit, traditiones vero mutabiles, et pro ecclesiae arbitrio tolli et immutari posse; et quamvis ab uno spiritu sancto profectas, non tamen aequali gradu
45 habendas, quoniam omnis veritas a spiritu sancto est, et tamen non omnis scriptura veritatem continens par est potestatis. Praeterea cum suscipiantur apostolorum traditiones non scriptae in libris sacris, ut dogma conficiatur directe contrarium dogmati Luteranorum asserentium nihil tenendum, quod non sit in sacris litteris scriptum, sibi melius
videri decretum his verbis concipi posse: *Verum quoniam sancta haec synodiis scit
45 quamplura alia esse in ecclesia a spiritu sancto dictata, quae in sacris litteris non sunt prodita, propterea illa quoque suscipit et veneratur*. Nam hoc modo melius synodum explicare suam intensionem, et ansam adimi calumniantibus dicere: quas traditiones isti suscipiunt, quorum ipsi violatores existunt! Nam certum est, communicare sub utraque
50 specie, stare a paschate usque ad Pentecosten, orare ad orientem traditiones esse apostolicas, quarum quaedam ab ecclesia immutatae, aliae Christianorum socordia relictas; nec satis tutos respondere, quod eas duntaxat recipimus quae ad nos pervenerunt, quoniam adversarii dicent: per nos factum, quominus pervenirent, et eas suscipere quas volumus, et quas volumus excludere. De psalmis dixit non aliter nominandos, quam Dominus noster Iesus Christus nominaverit, cum dixit: in prophetis et psalmis de me
55 scriptum est. De anathemate vero dixit sibi nullatenus tutum videri dicere: *si quis libros*

1 Cf. Severolum p. 31 ss.

2 Cf. Severolum p. 38 ss.

5 Cf. Duffel, Theol. Litteraturbl. 1875, 347 ss-

4 sic Vat. (Neap. fuit).

aut traditiones violaverit anathema sit, cum verbum *violare* ad transgressionem referatur, et velle omnem transgressionem traditionum anathema esse nimis durum censere¹: nec id deputatis demandatum; sed dicendum duntaxat, ut nolentes acceptare libros cogerentur sub pena anathematis, non ut ipso iure anathematizarentur, nec id apponendum transgressoribus traditionum. Bituntinus contendit recte stare verba illa *pari pietatis affectu*,⁵ inquit: Si auctoritatem tam traditionum quam scripturarum inspicere voluerimus, utrumque unum auctorem spiritum sanctum esse inveniemus. Quod quamvis de aliis quoque veritatibus dici possit, non tamen in universum, neque spiritu sancto ad hoc specialiter inspirante, ut in traditionibus et scripturis. Nec satis esse dicere quasdam traditiones apostolorum esse abolitas, quoniam considerandum esset, quod non omnia,¹⁰ quae ab apostolis dicta et tradita fuerunt, ita tradita sunt, ut perpetuo servarentur, sed aliqua ut perpetua, veluti quae ad fidem pertinent, aliqua temporaria, ut de sanguine et suffocato, alia vero ut consulerent. Propterea nihil mirum, si aliquae traditiones iam abolitae essent, cum et quaedam in libris sacris scriptae sint quae non servantur, quoniam de consilio sunt, ut illud: *Petenti tunicam da et pallium et caedenti unam maxillam*¹⁵ *porrige et aliam*. Defendit etiam dici posse *Psalterium David*, sumendo a digniori denominationem.

De anathemate plures dixerunt illa verba desumpta fuisse ex c. *Si quis omnem* 1, q. 7 ubi habetur: *Si quis omnem traditionem, sive scriptam sive non scriptam, violaverit, anathema sit*. Quod Gratianus ex septima synodo se accepisse fatetur; addentes²⁰ illud verbum *anathema* non fore latae sententiae, sed ferendae, et verbum *violare* non omnibus transgressoribus convenire, sed his, qui ex contemptu transgrediuntur.

Pientinus et Astoricensis asserebant verbum *anathema* pro iure transgressorem innodare, ex sententia doctorum in dicto capite *Si quis omnem*, licet secus tradiderit card. Alexandrinus.²⁵

Et cum plura hinc inde a patribus dicta fuissent, res dubia mansit et suspensa.«

2 »Die Iovis 1. **Aprilis** 1546 de mane fuit congregatio, in qua deputatus est secretarius D. Angelus Massarellus, qui singulorum patrum super singulis decreti partibus sententias describeret, ut colligi posset, in quam partem variantibus patribus inclinaret maior pars. Deinde collectae patrum sententiae et conclusum, quoniam modo stare debeat³⁰ decretum in proxima sessione.

Fesulanus in sua persistens opinione instabat pro appositione illorum verborum *universalem ecclesiam representans*.

Deinde recepta sunt vota super abusibus. Card. Giennensis dixit se dubitare de eo, quod statuitur super approbatione vulgatae editionis bibliorum, an per hoc reiciantur omnes aliae editiones. Cui Fanensis, unus ex deputatis, inquit advertendum nos non dicere per abusum haberi diversas et varias bibliorum translationes, quoniam et hoc antiquis temporibus tolleratum fuit, ut hodie tollerari debet, sed dicimus abusum esse haberi plures translationes ut autenticas et quibus in disputationibus, interpretationibus et praedicationibus utamur. Propterea hanc unam solam, vulgatam scilicet, editionem⁴⁰ autenticam esse volumus, tum quia autentica est semper in manibus Christianorum habita, tum etiam, ne adversariis ipsis³ detur ansa dicendi nos hactenus libros non probos habuisse. Alias autem non reiciamus, quoniam noluimus Christianam libertatem astringere, immo nec haereticorum translationes reicere volumus, idque exemplo veterum; nam constat Aquilam, Symmachum et Theodotionem haereticos quidem fuisse, et nihilominus⁴⁵ ab illa antiqua ecclesia non fuere reiectae illorum translationes. Tunc Giennensis dixit: Est et aliud, quod me torquet; nam vultis vulgatam editionem recipere, et illam mendosam dicitis, quae implicare videntur -(contrarietatem) Cui Fanensis Non dicimus, inquit, vulgatam editionem corruptam, nam illam ipsam integram et incorruptam habemus, sed dicimus aliquos ex libris qui circumferuntur mendosos esse, quae invicem⁵⁰ minime contrariantur.«

5 »Die sabbati 3. **Aprilis** fuit congregatio, in qua dictae fuerunt sententiae a patribus super formula decreti super abusibus scripturarum, et ex eorum votis nonnulla addita et

¹ Lectio cod. Vaticanus; exemplum, quod e Neapolitano transcribendum curavi, omittit verba *referatur* — *transgressionem*.

² Cf. Severolum p. 40 ss.

³ Exemplum nostrum (ex Neap. descriptum) habet *piis* (nescio an negligentia scriptoris).

⁴ om. in nostro exemplari cod. Neap.

⁵ Cf. Severolum p. 42 ss.

quaedam subtracta ex formula exhibita per deputatos. Qua aptata est propositum patribus, an placeret, et ab omnibus fere responsum placere. In ea discussione et card. de Monte interrogavit patres, an omnibus placeret, ut vulgata editio, quae in manibus habetur, pro autentica ab omnibus haberetur. Cui interrogationi varie responsum est, 5 aliquibus desiderantibus, ut uno quoque idiomate una autentica haberetur, ne alioquin caeteris nationibus iniuria fieret. Quod Giennensi nequaquam placebat, ne biblicorum editio in materna lingua approbari videretur; aliis vero non placuit, ne eas editiones probare viderentur, quas non novissent. Addiderunt nonnulli nullam esse neque apud Hebreos, neque apud Latinos biblicam, quae sub nomine vulgatae editionis comprae- 10 deretur, et propterea facile fieri posse, ut exteri nostrum hoc decretum irridere; aliis dicentibus decretum istud promulgari pro latinis duntaxat. Et adeo res verborum contentione acta est, ut inde ad aliam questionem veniretur, an scilicet layci essent omnino prohibendi ab interpretatione scripturarum, quae fit per scripturam, Giennensi maxime contendente ut prohiberetur, Tridentino vero ut probaretur. Quibus auctoribus 15 synodus divisa est. Et card. de Monte volente vota singulatim rogare Tridentinus professus est se in eam sententiam iturum, quam card. Polus diceret, cuius conscientiae et doctrinae adeo fidebat, ut nequaquam cum eo errare posse crederet. Negante vero card. Polo se provinciam huiusmodi suscepturum, res iterum in controversiam posita est. Qua de re nullis amplius dictis sententiis congregatio dissoluta fuit.«

20 1 »Die lunae 5. Aprilis fuit congregatio generalis, et in ea lectis mandatis Illmo, Didaci de Mendoza et Francisci de Toledo procuratorum Caesaris, Didaco adversa valetudine laborante admissus D. Franciscus de Toledo, qui introductus a tribus episcopis, qui de mandato legatorum exierant ad eum introducendum, exhibuit quandam cedulam, in qua commemoratis quae a Caesare in causa religionis facta fuerant exponebat ardorem 25 et enixam intentionem Caesaris ad celebrandam hanc synodum, ad quam rem fatebatur X. parj passu cum eo semper anelasse. Quapropter, ne Didaci ob aegritudinem absentia impedimento vel retardationi foret, se a Caesare missum, cuius desiderium ardens esset, ut omnia in religione ad pristinum candorem restituerentur. Card. de Monte gratias egit Caesari et eundem Franciscum procuratorem alacri fronte susceptum admisit, 30 data etiam scripto responsione.

Deinde lectum est decretum super susceptione librorum, eius formula aptata iuxta vota patrum. Super qua Tridentinus dixit: Non quidem animo contradicendi, sed ut dicam quod sentio, duo me in hoc decreto turbant: primum, quoniam recipiuntur evangelia prout in ecclesia leguntur; quod dum ea intentione factum est, ne de particulis 35 illis Lucae et aliorum, de quibus apud nonnullos haesitatum est, amplius dubitari possit, eo incidimus, ut neque totum quidem evangelium recipere videamur, quoniam non omnes evangelii partes in ecclesia leguntur. Alterum est, quoniam suscipimus omnes libros sprete distinctione Augustini, Hieronymi et aliorum; saltem enim hoc foret animad vertendum, ut libri, qui minoris auctoritatis habentur, in decreto ultimo loco post magis 40 canonicos reponerentur. Nam in hoc decreto liber Tobiae, qui ab Hieronymo inter apochrypha nominatur, ante plures libros, de quorum fide nunquam dubitatum fuit, positus est.

Giennensis Tridentini sententiam de evangelii probavit, in reliquis decretum bene stare dixit. Cuius sententiam cum nonnulli sequuti essent, Senogalliensis dixit: 45 Non possum silere, quo dolore afficiar dum video per huiusmodi decretum suscipi tantum traditiones quae ad nos pervenerunt, et propterea reiectas illas traditiones, quae propter Christianorum socordiam et negligentiam antiquatae fuerunt, cum magis deceret imprimis sanctum hoc concilium illas in lucem revocare. Addidit de actibus apostolorum, qui non suo loco videantur enumerati, quippe post epistolas Pauli et aliorum, cum tamen 50 gesta illa ad epistolarum illarum interpretationem multum conferre possint.

Et cum alii alia mutari proponerent, Clodiensis dixit: Non possum pati, ut saepe 1x1, pari pietatis affectu sanctam synodum suscipere traditiones et sacram scripturam; oc enim, ut vere dicam quod sentio, impium est. Quibus Pace nsis dixit: Non possum aequo animo ferre, quod Clodiensis appellaverit synodum hanc impiam et impia decernentem; hoc enim mihi adversione dignum videtur. Addidit Briton oriensis: hoc dicere

1 Cf. Severolum p. 44 ss.

haeresis est. Tunc Clodiensis inquit: Dixi et repeto mihi videri impium hoc decernere, ut ego eadem veneratione suscipiam traditionem illam apostolorum, qua cautum est, ut ad orientem oremus, et evangelium Iohannis. Cui card. de Monte dixit: Certe mihi videtur non praetereundum silentio quod Clodiensis dixit, propterea optime consultum censeo, si advocatis etiam aliis theologis discutiatur, an decretum huiusmodi impium sit, et si quidem cognitum fuerit, summam pietatem continere, Clodiensis veniam a sancta synodo petat, sin autem bene dixisse noverimus, decretum emendetur; verumtamen sciat is, in posterum sibi a convitiis abstinendum. Nam quemadmodum dixeramus⁴, ut ab omnibus libere liceat suam dicere sententiam, ita volumus omnes a convitio temperari. Cui Clodiensis Non dixi, inquit, synodum impiam esse, sed dixi decretum in illis verbis mihi pium non videri. Ceterum hoc verbum *impium* non eo respicit, ut quid hereticum continere videatur, sed quod ita sanciendo non omnino pie, hoc est benevolenter, prosequimur greges nostros, nimis eos in hoc gravando. Pietas enim ad parentes refertur, religio ad Deum. Card. de Monte dixit: Deus sit mihi testis, quod amo et diligo ut fratrem episcopum Clodiensem propter eius doctrinam et ingenium. Verum Deum precor, ut det illi saniolem sensum. Et ad illum conversus Erat, inquit, vestrum dicere quod volebatis², si quod offendiculum haberetis, sed captivare intellectum vestrum nec credere plus scire, quam tota synodus. Mox episcopus Bituntinus praefatus nonnullos abusus scripturarum a deputatis collectos³ recitavit, rogans patres, ut ad illorum expeditionem in prima sessione procederent. Et cum ob temporis angustiam difficile foret omnia expedire, propositum fuit, ut saltem quatuor priores expedirentur. Et cum Giennensis se optare, [ut] prohiberentur layci ab interpretatione scripturarum diceret, card. de Monte indignabundus dixit: Cum opus fuerit, et hoc proponemus.«

4»Die Martis **6. Aprilis** fuerunt congregationes particulares, in quibus actum est de responso dando oratori Caesareo in scriptis, et de decreto susceptionis librorum et traditionum, ubi iterum disceptatum fuit, an dici deberet *pari pietatis affectu vel simili* suscipiendas.«

5»Die **18. Maii** hora ii. fuit congregatio generalis, in qua card. de Monte conquestus est de his, quae in superiori congregatione contra legatorum auctoritatem dicta fuere, nempe quod videretur id agi, ut nihil eorum auctoritas a ceteris differri videretur; quod se aequo animo pati posse negavit, nec, si posset, debere. Illud vero nequaquam ferri posse aliquos esse, qui in sententiis dicendis adeo omnem modum et modestiam excedant, ut omnia suis declamationibus confundant coelumque et terram misceant; et quae ex scripto recitata fuerant a Fesulano (eius tamen nomine suppresso) invectivam nominavit, quod plena forent iurgiis, contumeliis et scismate, calumniamque adversus *Sanctam* D. N. continentia, cum eum accusaret, quod privilegia contra ius divinum regularibus concessit, quodque privilegia concedat continentia omnium abusuum sentinas, et contra nos, quod minus per nos liceat patribus libere sententiam dicere; plura disserens quae dicta fuerant fore seditiosa et scismatica, seque voluisse ea patribus explicasse, ut scirent se ista aequo animo laturos non esse.

Deinde⁶ patrum sententias super praebebenda theologali et praedicationibus ex postulavit, et dictae in primis a Giennensi, quem plures secuti sunt. Cum ad Fesulanum ventum est, is dixit se nunquam, ut de se diceret, formidaturum] sanctae synodi iudicium, si qua corrigenda dixisset, et se eius iudicio corrigi paratum. Cui card. de Monte Non est, inquit, hodie locus ubi vestra causa examinetur, nam examinatio, quae facienda erit, in forma iudicii fiet, quoniam, ut vere dicam, non existimo vobis, qui toties peccastis, correctioni locum esse. Nolo enim vos incorrigibilem appellare ne iniuriam vobis inferri videar, sed negari non potest, quin nimis mordicus opiniones vestras tueamini. Asturicensis existimans, quae a card. de Monte dicta fuerant etiam ad se pertinere, plura disseruit, ad patres etiam pertinere libere quae videantur proponere, exemplo Osii et aliorum in Sardicensi concilio, qui proposuerunt, et super propositis canones factos; negantibus se probaturum ex probatissimis interpretibus obtulit. Cui

¹ SIC.

² Ita correctum a Massarello in cod. Arch. Vat. Concil. t. 62, f. 173Y; scriptor habuerat: *Erant, inquit, dicere quod debebatis*.

codd. *collectis*.

Cf. Severolum p. 47.

Cf. Severolum p. 56 ss.

Vat. hic insert *post*.

card. de Monte Illud, inquit, plane recipio ad presidentes pertinere, ut proponant et vota colligant; at illud idem cuilibet episcopo competere prorsus nego, quando apud omnes constat proponere et praesidere ad eos tantum pertinere, qui in unaquaque universitate primum locum tenent. Sic enim leges consule interrogante sciscebantur, et
 5 plebis scita² plebeio magistratu, id est tribunis, interrogantibus. Et quod dicitur de Osio, nimirum est, quoniam is legatus fuisse primae sedis traditur. At Asturicensis: Erunt igitur adeo astricti episcopi, ut nihil quod ad rem christianam aut quod ad proprias provincias pertineat proponere possint? Quod si fatemur, nescio an bene rebus concilii consulatur. Se legisse apud Barjtoium] et Balldum] licere omnibus de universitate
 10 proponere; idque se posse omnibus ostendere. Cui card. de Monte: Non est ut hac de re vobiscum disputem. Sunt enim, si vultis, hic iurisconsulti, qui vobiscum de iure disceptabunt. Cui Asturicensis Nolo, inquit, cum iureconsultis disceptare, nec a me sunt haec dicta iureconsultis, sed synodo, quam volui meam intelligere sententiam, ut sciant omnes, eis licere proponere quod libet, dummodo honestum sit. At Giennensis
 15 dixit: Credo cardinalem de Monte, quando dicit non licere episcopo proponere, intelligere ita, ut ipse vota praesidentibus invitis colligere possit, quod et ego credo verum; at quod quilibet, dum sententiam dicit, non possit quicquid sentit proponere et explicare, non credo esse eius sententiam. Dico, inquit Asturicensis, posse singulos episcopos proponere nec aliter fieri posse. Exempli causa ponamus, aliquem episcopum velle
 20 aliquam materiam contra legatos ipsos vel cardinales proponere: aequumne censetis illum oportere legatis ipsis prius dicere? Non, inquit card. de Monte, vobis licere arbitror neque licebit unquam contra legatos sedis apostolicae neque contra cardinales aliquid proponere, nec id me praesente huiusmodi alicui permittam impune facere, et miror vos audentes talia dicere. Asturicensis inquit: Non dico de legatis licere proponere ut
 25 de legatis, sed ut de cardinalibus in genere. Nec hoc quidem vobis licet, inquit card. de Monte, et quae vobis liceant, satis alias explicabimus; at nunc abstinendum a cardinali Giennensi didicere³ potuistis. Cui [cum] non acquiesceret Asturicensis, Giennensis ad illum conversus dixit: Satis est vobis vestram dixisse sententiam, quam patres, ut videtis, non probant. Grates, inquit Asturicensis, vobis refero, quoniam satis meam audivistis⁴
 30 sententiam. Cui Giennensis Non possum, inquit, id probare, quod ego non teneo. Gratias ago Deo, inquit Asturicensis, quod meas causas tueri possum per me ipsum, nec advocato egeo. Episcopus Vasonensis Ego, inquit, nunquam etiam rogatus respondebo, nisi legatis interrogantibus, qui nostrum caput sunt; alios autem omnes pares in concilio existimo.
 35 Silentio tandem facto Bertinoriensis inquit: Non fuit contentus Fesulanus in praeterita congregatione omnes episcopos et sanctam hanc synodum et me imprimis laesisse, nisi et hodie iterum laederet; audistis enim illum dicentem se in pristina permanere sententia: et propterea ego, qui imprimis ab eo laesus fui, peto ut me quoque respondentem adversus eius scripta audiat. Cui card. Giennensis et Asturicensis Satis, inquit, de hac
 40 re dictum est. Idque etiam card. de Monte annuere visus est. Cui Britonoriensis Audistis, inquit, illum adversus hanc synodum, et quod plus est, adversus S^m D. N. debacantem, et me meumque honorem ab eo laesum defendere audire non vultis? Quid porro faceretis, si vobis afferrem similia Fesulani dictis? Rursus Giennensis et Asturicensis ne diceret rogant. Quare, inquit episcopus Nucerinus, audire nolumus
 45 dicentem pro synodo et pro sede apostolica, cum tam patienter audita fuerit Fesulani invectiva? qua nihil foedius, nihil inhonestius me audisse unquam affirmo. Nam ut caetera omittam, hic saepius in eadem et multis modis primam laesit sedem. Quare miror quemquam Fesulanum defendere. Non, inquit Pacensis, maledictum defenditur, quin potius omnibus displicet; sed debet sufficere illum iudicio synodi se summisisse.
 50 At Fesulanus vix tenens lachrimas Ego, inquit, si quid erravi, non refugio iudicium synodi, sed certo scio me nihil adversus primam sedem sensisse, et si sunt verba in sententia niea, quae aliquem offenderint, rogo eum ut ea velit intelligere non in duriores, sed in mitiores sensum. Caprulanus inquit: Verba ipsa adversus primam sedem sonant, et dignus est Fesulanus ut penam luat pro temeritate huiusmodi. Audite, patres,
 55 quod dico, quoniam iam apud Lutheranos nomen Fesulani sonat, ut sciant nos eum

1 Vat. *Sanctae*.2 Vat. *legis scita*.

3 sic (cf. infra p. 59, l. 1).

4 sic (cf. P- 59, l- 4)-

impunitum [non]¹ dimittere. At Fesulanus inquit: Mea ipsius vita potest apud omnes testimonium ferre omnibus, et ex ea coniectari potest, an bono vel malo genio ea a me dicta fuerint. Generalis Servorum Quoniam, inquit, quae Fesulanus dixit ad me pertinere puto, quoniam in proxima sessione orationem habui, ut pro me dicam, sum semper paratus, ut omnia a me dicta discutiantur, et si vel verbum quidem contra catholicam fidem vel sedem apostolicam dixi, mori non recuso. Verum postulo mihi inactivae D. Fesulani fieri copiam, quoniam multa sunt in ea digna animadversione. Bertinoriensis rursus queri cepit, quare non sibi dicendi copia fieret. Aquinatensis autem dixit: Audite, patres, ut negari non potest, Fesulanum errasse, mihi videtur benigne secum agere, dummodo errorem suum cognoscat. Quod et Fanensis dixit. Quibus card. de Monte: Bene est, ut humane cum D. Fesulano agamus, sed non ita, ut sperni a nobis res tanti momenti videatur. Verum de his alias, quoniam suo tempore haec tractanda erunt. Dicantur igitur suo loco sententiae. Idque factum est, ut pauci admodum a decreto discederent. Fuerunt tamen aliqui, ut Turritanus et Castellimaris, qui prius de residentia episcoporum tractandum esse existimarent; sed maior pars cum ipsa decreti formula conveniebat.

Mox super altero decreti capite sententiae dictae sunt, nempe an omnes monaci cogendi sint ad lectionem sacrae scripturae. Et placuit omnibus fere, cogendos esse, et ubique lectionem sacrae scripturae institui, ut demerentur ex decreto illa verba *secundum eorum regulam*, dicente episcopo Fanensi, nulla regula prohibitum esse quin lectio sacrae scripturae habeatur; sunt tamen quidam qui coguntur ad silentium perpetuum, ut Cartusienses; sed regulae audiendo lectiones sacrae scripturae non contravenitur, cum possint adhuc, si velint, silentium plus quam pittagoricum observare. A monacis tamen S. Iustinae petitum fuit, ut conclusio huius capituli usque ad sequentem congregationem differretur.

Itaque super alio capite dictae sunt patrum sententiae, nempe ut regulares omnes primum locum in lectionibus darent textui² sacrae scripturae. Quod maiori parti placuit.

3 »Die Mercurii 16. Iunii hora 19. fuit congregatio generalis, in qua intromissi sunt plures theologi diversorum ordinum, qui petierant se in congregatione audiri: quorum unus, Franciscus de Pactis Siculus ordinis Minorum Conventualium, pro omnibus verba fecit ad synodum in hac sententia: Audivimus, patres amplissimi, hesternae congregatione fuisse in deliberatione positum, ut fieret decretum, per quod privilegiis nostrorum ordinum valde derogaretur. Quamobrem re subita oppressi recurrimus ad vos, orantes ut nihil nobis inauditis a sancta synodo statuatur. Nam generales nostri, qui in capitulis generalibus quae nunc fiunt, sunt, cito huc accedent dicturi aliquas rationes, quae possint patres movere. Addebat nihil ex dilatione, praesertim modica, synodo deperire, quae neque cras, neque perendie esset recessura ex hoc loco. Quod genibus flexis instantissime postulavit.

Exclusis deinde ipsis theologis card. de Monte super hac petitione patrum sententias rogavit. Giennensis ac plerique alii rem differendam esse existimabant. Alii contra statuendum esse super ea re affirmabant. Nonnulli decretum ita expediendum esse dicebant, ut in proxima congregatione firmatum fuerat, seque mirari rem semel actam iterum agi. Non tamen satis in tanta votorum varietate secerni poterat, utra pars plures haberet assertores.

Re interim plena tumultu card. de Monte dixit: Aptavimus nos decretum aliquali cum moderatione, videlicet: non posse regulares, nisi prius a suo generali de vita et moribus probati ac de eorum licentia, praedicare etiam in suis monasteriis, quam licentiam teneantur praesentare episcopis locorum, et ab eis benedictionem accipere; in aliis vero ecclesiis non propriis non possint praedicare, nisi de licentia episcopi. Rogati deinde patres, ut super ea re dicerent sententias. Plures fuere, qui decretum ita moderatum probarent. Cavensis, Aquinatensis et Calaguritanus addi desiderabant, ne invitis episcopis praedicare regulares possent.

Deinde card. de Monte annotavit et declaravit, quae loca ex decreto heri lecto super abusibus ex patrum sententia fuissent immutata; et primo loco illius clausulae *Praebenda nulli alteri de iure debita* appositum fuisse *praebenda quomodocunque*,

¹ Omittitur in cod. Vat., cum et sententia et loco Severoli p. 59, l. 33 postuletur.

² cod. Vat. *textu*.

³ Cf. Severolum p. 79 s.

praeterquam ex causa resignationis, primo vacans, id explicans factum fuisse, ut mandata et gratiae expectativae impedimento non essent huic ordinationi. Cui card. Giennensis: Excipiendi quoque sunt regressus. Cumque alii bene rem se habere affirmarent, card. de Monte dixit: Hoc nobis consulto factum est, ne fieret mentio regressuum, ne
 5 synodus videretur tacite regressus ipsos approbare. Addidit card. S. Crucis: Voluimus vobis dare hunc arrabonem et testimonium nostrae erga synodum intentionis. Haec verba tam magno plausu a tota synodo audita fuerunt, ut plures prae laetitia lacrimarent. Deleta propterea fuit clausula de consensu capituli, et alia non multi momenti addita.

Dictae deinde fuerunt sententiae, et cum Turritanus dixisset non sane provi-
 10 esse pro lectione theologiae, nisi derogaretur expectativis et aliis gratiis habentibus clausulas irritantes, card. de Monte in eius et totius synodi gratiam legit breve directum sibi et aliis duobus legatis, quo continetur Smm D. N. omnia, quae circa praedicta per synodum statuta fuerint, se probare. Quod valde patribus gratum fuit. Fuereque omnes ita proniores ad probandum decretum, paucis admodum dissentientibus
 15 in uno vel altero verbo.

Lectum deinde fuit decretum de peccato originis. Super quo dictis sententiis nemo non illud probavit, excepta clausula illa de gloriosa virgine Maria, cui Giennensis addi volebat verba, per quae ostenderetur piam esse opinionem eorum, qui credunt virginem conceptam esse sine peccato originali. Cuius opinio non multos habuit asser-
 20 tores. Negabant hoc cardinales de Monte et S. Crucis. Dicebat card. de Monte conversus ad Giennensem, se non minus opinionem conceptionis beatæ virginis Mariæ sine peccato tenere, quam ipsemet, sed ad id descendisse, quando neque tempus esset discutiendi de ea re, neque videret per verba apposita aliquod praeiudicium beatæ virginis generari. Cui card. Giennensis se ex sententia non recessurum esse respondit, etiam
 25 si Caesar id iuberet, nisi synodus id ipsum prius statuatur.

Deinde card. de Monte interrogavit patres: primo an placeret, ut contumacia praelatorum absentium accusaretur, et quem diem pro sessione futura determinarent. Et placuit omnibus pene accusari contumaciam; aliqui tamen Germanos excipiebant. Dies autem sessionis placuit ut esset die 29. Iulii.

30 Haec specimina sufficere censemus, ut epitomes genus et natura cognoscatur et ratio, quae inter ipsam et Severoli commentarium et Massarelli acta intercedit, perspiciatur, neque opus esse ut integra publicetur.

6. Commentarii cum aliis fontibus comparati auctoritas.

Conspectus fontium.

Si Pratani Epilogum et Curtembrochii diarium excipias, quorum nemo auctores ignorat, magna adhuc de fontibus historiae concilii Tridentini primum congregati et de
 35 eorum auctoribus est obscuritas. Omnia enim in actorum forma de eo scripta Massarello tribuebantur, quamvis interdum non parva actorum esset differentia. Ignotis autem fontium auctoribus nec cui maior fides in dubiis praebenda esset liquebat.

Nusquam clarius haec incertitudo apparuit quam Druffelii de textibus Raynaldi, Theineri et quorundam librorum manu scriptorum disquisitione. Quae perturbatio, quae
 40 editorum et scriptorum accusationes, quae frivolae denique coniecturae! Theinero Druffel (Theol. Lit.-Bl. 1875, col. 341 ss.) exprobrat, quod falso (ad 15. Februarii 1546) diarium Massarelli appellaverit, quae re vera acta concilii sint (quod non negandum est alio loco Theinerum fecisse, cf. infra p. LXVII, 1. 17 s.); Raynaldum vult citasse ut acta Massarelliana, quod hic ex diario secretarii se sumpsisse claris verbis indicat, et accusat eundem,
 45 quasi de industria lectoribus falsam concilii imaginem evolverit. Re vera et Raynaldus et Theiner ex eodem fonte (Massarelli diario III, infra p. 479 ss.) ea excerpterunt, quae maximi momenti esse viderentur; eis autem, quae uterque omisit, multum conferri ad progressum deliberationum cognoscendum ne Druffelium quidem asserturum fuisse cre-
 dimus. Quae deinde Theiner ad 15. Februarii 1546 exhibet, certe sunt, ut dicit, acta
 50 Massarelli, neque in actis originalibus (Arch. Vat. *Concil.* t. 62) a Massarello ex Severoli commentario et ipsius diario III excerptis plus quam apud Theinerum legitur.

Causa vero alius obscuritatis a Druffelio animadversae, quod in actis a Theinero editis nil dicatur de solutione quaestionis, num in decreto anathema contra non recipientes libros sacros et canonicos apponendum sit necne, inde repetenda est, quod Massarellus

festinanter parumque diligenter acta excerptis; Severolus enim disertis verbis dicit: *Et ita plurium votis concurrentibus statutum est, ut anathema apponeretur* (p. 32, l. 45 s). Legati ergo, quod suo iure poterant, maioris partis (22) sententiam contra minoris (14) approbant. Inde autem, quod verba Severoli citata leguntur in margine, videtur elucere legatos non expresse in congregatione id dixisse, sed postea in consilio privato statuisset remque cum promotore communicasse, ne diversa Romam scriberentur; secretarium autem ab alio quodam concilii praelato res pro relatione, quam dat in diario III (p. 481, l. 5) accepisse opus est (cf. infra p. 478, adn. 2), cum in epistula 16. Februarii a legatis per ipsum Massarellum ad Farnesium scripta dicatur: *Essi ancora determinato, che nel decreto si ponga Vanatema a quelli che rivoassero piu in dubio Vautorita e fede de libri, che in esso decreto saranno numerati*¹. Diarii ergo Massarelliani relatio non est tanti aesti manda, quanti commentarius Severoli, cum secretarius — qui rem actis non inseruit, vel quia non satis certus erat diarii sui, vel quia rem parvam esse putabat — in congregatione non praesens fuerit.

Similiter differentia relationum de particulari congregatione 18. Februarii 1546 habita² inde est orta, quod Massarellus vel in ipsa congregatione — particularibus enim coram Cervino congregatis interfuit ab initio, ut acta scriberet, cf. infra cap. III, § 5 — Cervini verba parum intellexit et male adnotavit, vel ex diario suo neglegenter excerptis³, Raynaldus vero orationis Cervinianae in diarium receptae particulam exhibet.

Quod autem Druffel suspicatur inter abusus sacrae scripturae secundum, qui erat de corruptione codicum vulgatae editionis, a Raynaldo vel eius auctore esse suppressum⁴, non Raynaldi nec Massarelli nec alius cuiusquam dolo, sed ipsius vituperantis errore factum est: nam et Theiner et Raynaldus binas habent abusuum illorum formas: unam, ubi de congregatione particulari 1. Martii 1546 habita referunt⁵, alteram, ubi sermo est de generali congregatione 17. Martii facta⁶; binas formae etiam in Massarelli diarium III, p. 500 ss.; p. 514, l. 3 s. sunt receptae⁷. Praeterea valde errat Druffel dicendo praedicationem non pertinere ad sacram scripturam, cum semper praedicatio et sacra scriptura simul in concilio sint tractata.

Econtra idem⁸ optime differentiarum in relationibus de 27. Martii 1546 occurrentium originem cognovit coniciendo textum Theinerianum scriptum esse adhibito alio fonte, cuius ipse exhibet particulam; haec autem sumpta est ex codice Tridentino Mazzettino 4238, quem nos illius epitomae Severolianae exemplar esse ostendimus.

At nunc demum, fontibus iam in lucem editis auctoribusque indagatis, id certis argumentis de toto libro demonstrare possumus, quod vir ille de una parva relatione divinavit. Quorum fontium ex re esse duximus hic conspectum praebere.

1. Severoli commentarius de tempore ab aperto concilio (vel 11. Dec. 1545 usque ad 1. Aprilis 1546, quo die Massarellus vota patrum dum dicebantur in ipsis congregationibus scribere incepit, fons nobis est unicus originalis et certus eoque maiori momenti, quanto brevior est et aridior illius prioris partis epitome, qua usus est Massarellus. De eis autem, quae inde a 1. Aprilis 1546 sunt acta, fons est vix minus quam secretarii acta adhibendus, quoniam auctor semper congregationibus et sessionibus interfuit, ut Massarellus; quare eius commentarius actorum est supplementum exoptatissimum.

2. Epitome commentarii Severoliani in hunc tantum finem est utilis, ut videamus, qua in forma secretarius habuerit promotoris relationes et in acta transfuderit.

3. Massarelli diaria I et III (nam diarium II in ea parte, quae est de ipso concilio, excerptum est ex aliis, nec quidquam de actis continet), quatenus acta congregationum generalium exhibent, non sunt fontes primarii, quoniam auctor ante 1. Aprilis 1546 non praesens fuit in congregationibus. Nihilominus cum in conciliarium relationibus dictis vel scriptis nitantur, non sunt neglegenda.

4. Acta Massarelli originalia congregationum particularium habemus inde a 2. Februarii 1546, quo die primum sunt convocatae; his enim ab initio cum cardinali Cervino interfuit et vota scripsit.

¹ Druffel, Monum. Trid. n. 341, p. 388.

² Druffel, Theol. Litteraturbl. 1875, c^ol. 34^a -

³ Illud verisimilius est; diarii relationem postea ex Cervini schedis eum credo sumpsisse.

⁴ Druffel, Theol. Litteraturbl. 1875, c^ol. 34^a s -

⁵ Raynaldus ad. a. 1546, n. 28; Theiner, Acta I, 61a

⁶ Raynaldus l. c. n. 32; Theiner, Acta I, 64 s.


⁷ Alteram nos in editione omisimus, cf. p. 514, adn. 3. Severolus, cum de particularibus congregationibus omnino taceat, eam tantum formam exhibet, quae in congregatione generali proposita est.

⁸ Druffel, Theol. Litteraturbl. 1875, c^ol. 347 -

Eiusdem acta congregationum generalium non habemus ante i. Aprilis 1546, quo die primum in eas est intromissus.

5. Acta Massarelli ab Augustino Theiner edita non multum differunt ab originalibus nec sunt studio curiae Romanae corrupta. Caeterum non amplius erunt adeunda, si originalia erunt publicata.

Pro congregationum generalium actis ratio fontium hoc stemmate illustratur:



Acta congregationum particularium (sed earum tantum, quae coram Cervino habebantur) a solo Massarello nobis sunt tradita.

Acta sessionum denique statim in tabulas publicas referebantur, et sunt inter 10 alia a Massarello scripta.

7. De usu commentarii Severoliani hactenus a scriptoribus facto.

Veterum scriptorum solus Raynaldus notitiam libri Severoliani habuit et non raro eo usus est, cum nec Sarpus nec Pallavicinus, cui et Vaticanae collectiones et Barberi-
 15 norum bibliotheca patebant, eius vestigia habeant. Sed quis auctor commentarii sit, etiam Raynaldum latuit; quod minime mirum est, quoniam ars critica tunc temporis tenuis erat neque alium auctorem libri quam in fronte codicis nominatum necesse videbatur
 quaerere. Id autem iure mirabimur, quod etiam Theiner, multos per annos archivo Vaticano praefectus, codice originali neglecto particulas commentarii ex Raynaldo com-
 modavit et ex actis vel ex Massarelli diario haustas esse dixit; qui si autographum
 20 Severoli inspexisset, facere non potuisset paene, quin et auctorem investigaret.

Segmenta libri a Raynaldo annalibus inserta hic enumerare, quamquam singulis locis iam adnotata sunt, non inutile videtur ad Raynaldi fontes cognoscendos et fragmenta Severoliana ab eo transumpta corrigenda.

1546.

Commentarius Raynaldus

Ianuarii	13	n. 9-
„	29	n. 12.
Februarii	8	n. 17-
	12	n. 20.
	15	n. 20 (falso ad 12. Febr.).
	26	n. 20 (falso ad 12. Febr.).
Martii	17	n. 33 (Madrucii oratio).
y.	27	n. 36-
Aprilis	1	n. 39-
Maii	10	n. 63. 64.
„	18	n. 67. 68 (cf. Theiner I, 104).

Commentarius

Maii	28	n. 72 (oratio episcopi Fanensis).
3 i		n. 73 (oratio episcopi Fanensis partim).
Iunii	8	n. 77.
14		n. 75-76 (Poli oratio de peccato originali, cf. Theiner I, 143)-
Iulii	30	n. 126. 127 (multis mutatis),
Octobris	8	n. 132.
3°		n. 133-
Decembris	30	n. 135.

1547-

Ianuarii	4	n. 2.
ji	8	n. 3-
>	10	n. 4-
>	12	n. 5-
>	15	n. 23-
n	17	n. 24.
Februarii	3	n. 29 (abhinc commentarius citatur ut ms. card. Spadae t. 12).

Februarii	5—7	n. 30. 31 (paene integra relatio).
8		n. 31 (partim).
24		n. 32 (paene integra relatio).
25		n. 33-
>	26	n. 34-
Martii	3	n. 35 (abbreviatum).
9		n. 42.
10		n. 43—45-

:*

Severoli commentarius integer nunc primum, ut diximus, typis divulgatur, postquam quinque lustra abhinc fragmentum a Wokeri in collectione Dollingeriana est editum. Sed hunc satis neglegenter rem administrasse codicisque errores nedum correxisse, immo auxisse omnes consentiunt, et Druffel censura ephemeridi *Theologisches Litteraturblatt* XI (Bonn 1876) inserta (col. 396) id ostendit; magis etiam id intellet, qui nostram editionem cum illa comparaverit. Caeterum editione Wokeri saltem fragmentum illud innotuit viris doctis, et praeter Druffel eo usi sunt Hinschius¹, Maurenbrecher² et Seeberg³. At ne Druffel quidem suspicatus est maiorem partem diarii, quod mordicus Massarellianum esse tenebat, adhuc latere, quamquam Raynaldus duabus particulis fragmenti transumptis⁴ et codice Barberiniano n. 1799 (minime secluso scriniis Vaticanis) citato vestigia saltem praebuerat, et Calenzii liber⁵ ab eodem Druffel paulo ante non sine ludibrio indicatus⁶ docebat codicem eo numero signatum eisdemque ac fragmentum verbis incipientem adhuc extare in eadem bibliotheca Barberiniana.

Hunc ergo librum auctori redditum, mendis purgatum, notis illustratum edendo et theologis et historiae scriptoribus gratum facere nobis videmur.

CAPUT TERTIUM.

DE ANGELO MASSARELLO CONCILII SECRETARIO ET DIARIORUM ACTORUMQUE SCRIPTORE.

PARS PRIOR.

ANGELI MASSARELLI VITA.

1. De Massarelli vita ante concilium acta.

Libri sine nomine auctoris vulgati cum non assignari soleant scriptoribus obscuris, sed hominibus in eo saltem scripturae genere, ex quo sunt illa opera, insignibus, haud mediocris famae indicium est, quod diarium concilii Tridentini nomen auctoris non prae se ferens in duobus codicibus inter se non cohaerentibus⁷ Angelo Massarello est tributum; certe enim hoc errore significatur in clarissimorum ac praestantissimorum eius concilii scriptorum numero illum habitum esse. Neque iniuria talis est creditus. Carolum enim Iosephum de Hefele quominus concilii Tridentini res enarraret eo potissimum impeditum esse, quod actis concilii Tridentini Massarellianis non vulgatis frustra in eius historia conscribenda laboraret, iam supra commemoravimus⁸. Et vere immensa illa acta, quorum variae formae et disiecta membra complures in tabulario Vaticano voluminum decurias occupant, paene integra a Massarello scripta sunt, diariaque ab eo relicta et numero et ambitu adeo omnem expectationem superant, ut Dollinger eis adductus sit dicere: morbo quodam ac furore Massarellum ad diaria scribenda videri esse impulsus⁹. Hoc modo effectum est, ut homo nequaquam ingenio abundans auctoritate famaeque primos in ecclesiae ac rerum publicarum historia viros paene aequiperaret, quod nulla re clarius ostenditur, quam quod diarium parente orbem sub illius nominis tutela est collocatum.

Cuius viri optime meriti, quo nemo melius maximi post Nicaenum concilii memoriam nobis tradidit, cum de vita nec loquax illud Moroni dictionarium neque ulla theologiae carum quae in Germania prodierunt encyclopaediae¹⁰ proprium habeant capitulum, diariorum editor certe aliquando largior esse debet, colligendo undique dispersa, separando

¹ Kirchenrecht III (Berlin 1883), 4333.

² *Tridentiner Concil.* in annalibus *Historisches Taschenbuch* ser. VI, t. V (Leipzig 1886), p. 147—256. Cf. t. vii [1888], p. 305-328.

³ Zeitschrift für kirchl. Wissensch. u. kirchl. Leben X (Leipzig 1889), p. 550, adn. I.

⁴ Annales ad a. 1546, n. 9. 12.

⁵ *Documenti inediti* etc. (v. supra p. XVI, adn. 3) p. 388.

⁶ In eodem Theol. Litteraturbl. IX (Bonn 1874), 485 ss.

⁷ Barber. XVI, 49 et Trid. 4239, cf. supra c. II, § 4-

⁸ Cf. supra p. XIII.

⁹ Dollinger, Sammlung v. Urk. I, I, p. XXIV.

¹⁰ G. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, 103 voll. (cum 4 voll. indicum), Venezia 1840—1861; sed variis locis huius lexici Massarellus commemoratur, cf. indicem operis.

¹¹ I. Aschbach, Allgemeines Kirchenlexikon. Frankfurt 1846, 4 voll. — Wetzler u. Welle's Kirchenlexikon, ed. 2. curata ab J. Hergenrother et F. Kaulen, Freiburg i. Br. 1882 ss. (hactenus 11 voll.). — Realencyklopädie für prot. Theologie und Kirche von J. J. Herzog, 2. ed., Leipzig 1877—1888 (18 voll.); ed. 3. curante A. Hauck, Leipzig 1897 ss.

vera a falsis¹. Et paene omnia quidem, quae deinceps exhibituri sumus, in litterarum monumentis nondum impressis nituntur, eisque maxime ab ipso Massarello scriptis; cumque haec prima sit vita ex documentis hausta, nec adeo brevis videbitur esse, ut non quaecunque memoria digna sint ex fontibus recipiat, nec rursus amplior, quam —
S id quod saepius neglegitur in vitis scribendis — pondus et auctoritas viri permittat.

Natus est Angelus Massarellus Septempedae, cui postea Sanctum Severinum nomen inditum est, Marchiae Anconitanae in oppido, quod usque ad annum 1587 Camerinensis dioecesis erat et collegiatam tantum ecclesiam habebat, eo autem anno sede episcopali est ornatum. Ex sepulcrali titulo infra referendo patet Angelum anno 1510 in lucem
10 esse editum. Gens eius (cuius nomen in libris manuscriptis Septempedae custoditis saepe *Masciarelli* scribitur, qua forma in quibusdam Italiae regionibus pronuntiatio videtur non mutari), testibus Coluccio et aliis inter nobilissimas oppidi, Inguvio eo migrasse dicitur ab Illmo comite Ioanne Astolfo Servantio, qui benignissime hospitio nos recepit, et Victorio Aleandro, bibliothecae civicae praefecto, qui multis nos consiliis et obsequiis
15 adiuvit². Cui sententiae favent ei Massarellianorum diariorum loci, quibus Inguvii hominumque ibi habitantium et epistularum ad eos vel ab eis scriptarum fit mentio³; quamquam eiusmodi necessitudo etiam inde potest esse orta, quod cardinalis Cervinus, patronus Massarelli, eius civitatis erat episcopus⁴. Saeculo XVIII Massarellorum stirps virilis sexus et paulo post etiam feminei extincta est⁶.

20 De Angeli adolescentia ne Gentilis quidem aliud quid refert, quam Benedictum patrum (patri nomen erat Sebastiano), ecclesiae collegiatae Septempedanae priorem, educationi praefuisse pueri, qui postea generale studium Senense adierit. Senis ultra septem continuos annos se fuisse ipse Massarellus testatur⁶. Magno ibi honore affectus est, cum a ceteris adolescentibus litterarum studio deditis rector eligeretur⁷, quod munus, ut
25 benigne nos docuit Henricus Denifle, generalium studiorum historiae splendidissimus auctor, maxime divitibus demandari est solitum. Denique utriusque iuris laurea insignitus et in patriam redux honorificentissime a civibus exceptus est⁸. Patruo interim mortuo successerat in prioratu Hieronymus Buccauratus, qui simul canonicus S. Petri semper Romae degens, popularem, optimae spei adolescentem, illuc vocatum in circulos hominum litterarum
30 artiumque studiosorum introduxit⁹. Inter plurimos qui tunc, maxime e cardinalium

1 Praeter articulum in *Ughelti* Italia sacra nesciochen 1884 ss.). — Novissime documentis ineditis usus an primum Massarelli vita descripta sit a *Fr. Casimiro*, Memorie istoriche della chiesa e convento di S. Maria in Araceli (Romae 1736, 40) p. 283 (iterum prodit Romae 1845, i¹ 2^a editione v. p. 452—455) idque secundum ea, quae auctori suppeditaverat P. Bernardus Gentilius Septempedanus, quibus eisdem usus est *Giusseppe Colucci*, Antichita Picene V (Fermo 1798, fol.), p. 55—61; sed multos habet errores, ex. gr. Massarellum primo fuisse familiarem cardinalis Alexandri Caesarini, praeterea locis communibus et verbis certorum nuntiorum inopiam studet occultare. — E contra novis fontibus usi sunt *Giovanni Rossi* pro componendo articulo de Massarelli vita in libro *Catalogo de' vescovi di Teles* (Napoli 1827, 8°) p. 128—139, cf. p. 233—239, et magis etiam *Gio. Carlo Gentili*, qui caeterum ipsa inscriptione libello data eius vitium prodidit: *Elogio storico di Monsr Angelo Massarelli* (Macerata 1837, 8° min., 41 pagg.). Hic hodieum celebris est in patria phantasiae ubertate et coniectandi audacia, qua haud gravate fontium lacunas explevit, ex. gr. mira cum certitudine refert quo codices abierint; sed si examina-veris relationes, non raro falsas esse invenies. Nihilominus ubi instrumenta ipsa allegat, quamquam libere ea interpretatur, confidendum est ei. — Consulendum est praeterea eiusdem auctoris opus *De ecclesia Septempedana*, tribus voluminibus comprehensum (Maceratae 1836—1838), variis locis. — Perpaucula de Massarello leguntur in *Vitt. Em. Aleandri* Nuova guida storica et artistica di Sanseverino-Marche (Sansev. 1898) p. 84. — De Massarelli ingenio et moribus aliqua disseruit *A. de Duffel* (secretarii minime studiosus) in ephemeride Theolog. Litteraturbl. X (Bonn 1875), 339; XI (1876), 395 s. et nonnullis locis Monumentorum Tridentinorum (Miin-

de Massarello egit *Theodorus de Sicking*, Romische Berichte I, 17 ss.

2 Insignia et arborem genealogicam (quae caeterum ex diariis potest ampliari) gentis Massarellianae ei debemus.

3 Bibliotheca communalis Inguvina ex hereditate Petri Lucarelli procuratoris, cuius codicum indicem exhibet *G. Mazzatinti*, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia [1] (Forli 1890, 40) p. 149 ss., habet fasciculum inscriptum *Documenti relativi alla famiglia Massarelli*. Quem mense Aprilis 1898 examina-vimus; at nonnulla ibi de Faunis, pauca de Massarellis leguntur neque omnia recta: nam ne nomen quidem secretarii verum ibi exhibetur (*Vincentius pro Angelus*).

4 A 19. Februarii 1544 usque ad pontificatum. Cf. infra p. 868, 1. 19.

5 Coluccius l. c. p. 59 dicit volumen de pontificibus et cardinalibus etc. (in 4°) fuisse (a. 1789) penes Antonium Franciscum de Benis, qui illud acceperit ab avia materna, ultima stirpis Massarellianae. Volumen illud cum aliis ex hereditate Angelae de Benis (quae filia videtur fuisse Antonii Francisci) est hodie in bibliotheca civica Septempedana.

6 Diar. I p. 153, 1. 26 s. et adn. 6.

7 *Gentilio* (Elogio p. 4) non liquet de hac dignitate, cum dicat de titulo *regentis* (videtur cogitasse de re gente seminarii).

8 *Gentilius* l. c. de his rebus provocat ad Colucium et Crivellum.

9 Hieronymus Buccauratus, antequam 26. Augusti 1545 electus est episcopus Acciensis, fuerat notarius de numero participantium (infra p. 180, adn. 6), et mortuus est ante 14. Febr. 1547 (p. 191, adn. 2).

numero, in Urbe erant Maecenates, Gentilius in primis Columnam Trivultiumque nominat cardinales, quorum in domibus familiariter Massarellus sit conversatus. Quin ex epistula ab illo Quinto Mario Corrado ad Angelum scripta colligitur illum hoc praeceptore in latine loquendi arte usum esse 3.

Die i. Aprilis — qui dies in omen laetum ei vertebatur² — anni 1538 ivit ad 5 servitia Hieronymi Aleandri Brundisinorum archiepiscopi recenter tunc cardinalis creati (13. Martii), qui eo die legatus ad concilium Vincentiam congregandum profectus est. Qua indictione antequam concilium aperiretur revocata legationem in Germania, Bohemia, Hungaria suscipere iussus est Aleandrus, quo iturus 13. Augusti 1538 Vincentia discessit³, Massarello ut secretario eum secuto. In itinere transibant Tridentum, postea per 10 multos annos domicilium Angelo futurum. Christophorus Madrucius, tunc ecclesiae cathedralis Tridentinae decanus ac paulo post episcopus et cardinalis, a Bernardo Clesio episcopo et cardinali ad castrum Pergense obviam missus erat legato⁴, qui per tres dies in arce Tridentina Clesii hospitio est usus⁵. Septem annis post iterum Massarellus, iam cardinalis Cervini familiaris, in eam civitatem venit, cumque primum Madrucium 15 interim ad episcopatum cardinalatumque evectum adisset, facere non potuit quin ei priorem illum occursum in memoriam reduceret, unde mirum in modum cardinalis animum erga se commotum esse narrat⁶. Germanorum linguam et mores dum Aleandrum sequebatur non penitus videtur didicisse; nam cum postea concilio congregato carmen paschale in ecclesia Germanorum Tridentina (quae tunc erat ecclesia S. Petri) populum 20 lingua Germanica canentem audisset, hoc non retulit in diario quin pueriliter diceret: *quod nobis valde mirum extitit*¹.

Aleandrum rebus non admodum prospere gestis 15. Decembris⁸ 1539 Romam reversum sine dubio secretarius comitabatur. Cum autem legatus 31. Ianuarii 1542 vitam non minus adversa quam secunda fortuna insignem naturae reddidisset, Massarellus 25 triginta duos tunc annos natus brevi alium dominum nactus est, Marcellum Cervinum, tituli S. Crucis in Ierusalem cardinalem presbyterum, et doctrina et auctoritate praestantem, et litterarum antiquarum et patrum ecclesiae studiosissimum, in cuius familiam 1. Aprilis 1542 intravit⁹. Cumque satis bene esset institutus litterulasque claras et compositas scriberet, cardinali librorum amantissimo, qui praeter familiares suos saepissime scriptores 30 mercede conducebat¹⁰, ad describendos codices augendamque bibliothecam praepriinis gratus erat. Guilelmus Sirletus enim, qui simul cardinalis fratrum filios erudiebatn, Graecos potissimum libros describebat vel in latinum traducebat, Massarellus, ut scripturis ab eo relictis ostenditur, litteris Latinis operam dabat. Vix difficile erit bibliothecae Ottoboniae, quae iam pars est Vaticanae et libris Sirleti magnaue Cervinianorum parte 35

¹ Rossi, Catalogo p. 233 ss. exhibet litteras illas, in quibus legitur (p. 237): *Sic te amo et observo, ut is, qui (ne alia multa dicam) uni tibi acceptum referat, si quid bonarum attigit litterarum aut umbram aliquam latine scribendi. Recordor enim, quantum Romae in eo laboraveris, ut me a stultorum hominum opinionibus ad antiquam et perfectam latinitatis formam traduceres.* Cf. H. Lagomarsini in Iulii Poggiani epistularum editione III (Romae 1757), 98 ss. adnotationem, et *Gentilius*, Elogio p. 6; sed non debemus oblivisci epistolam esse gratulatoriam. Cf. quae de Massarelli latinitate infra p. LXXIII, 1. 5 ss., et § 3 dicentur (et supra p. XXXVIII, adn. 4), Marius Corradus simul cum Massarello Aleandri familiaris fuerat: Rossi p. 235, adn. 1.

² Cf. infra p. 532, 1. 31 ss.

³ Aleandri litterae 14. Aug. 1538 ad cardinalem Farnesium datae apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. (I. Abteil.) III, 129, 1. 17; cf. ibid. p. 127, 1. 18. Apud *Friedensburg* 1. c. p. 40 ss. v. alia, quorum documenta hic non exhibentur.

⁴ Diarium I p. 157, 1. 33 s.

⁵ Aleandri litterae ad card. Farnesium 20. Aug. 1538 datae, apud *Friedensburg* 1. c. p. 130, n. 18.

⁶ Diarium I p. 157, 1. 28 ss.

⁷ Ibid. p. 170, 1. 4 ss. (cf. p. 169, 1. 38 ss.).

⁸ Diarium II, infra p. 413, 1. 5 > et alia forma apud *Le Piat* VII, 2, 36. De 12. Decembris loquitur Iulius Aleandri fratris filius, in epistula 7- Ian. 154^o

data, apud L. Rocco, Motta di Livenza (Treviso 1897) p. 305 s. *Friedensburg* nec Nuntiaturber. III, 88 nec IV, 228 de reditu quidquam dicit.

⁹ Diarium III p. 532, 1. 33'

¹⁰ Ignotus ille librorum scriptor [qui caeterum non est ignotus, sed est Franciscus Portus seu Graecus, cf. *Tiraboschi*, Storia della lett. Ital. VII, 3, 1, 12; VII, 3, 2, 13; C. Cantu, Gli eretici d'Italia II (Torino 1866), 165 etc.; E. Legrand, Bibliographie Hellénique II (Paris 1885, VII ss.; Ph. Meyer, Die theolog. Litteratur der griech. Kirche im XVI. Jahrhundert (Leipzig 1899) p. 158], cuius epistolam publicavit J. Sturin in Byzantin. Zeitschrift V (Leipzig 1896), 560 ss., in Cervini familiam videtur voluisse recipi.

¹¹ Cf. P. Batiffol, La Vaticane de Paul III a Paul V (Paris 1890) p. 5 s' Cervinum iam a. 1543 bibliothecae Vaticanae praefuisse falso asserunt nonnulli, cf. infra p. 381, adn. I. Num libros per familiares pro bibliotheca pontificia scribi iusserit, non mihi videtur esse certum, immo pro ipsius bibliotheca illos videtur transcribendos curasse, quamquam Sirletus aliquoties iubetur quae ex Graeco in Latinum vertisset ostendere pontifici, ut is videret provisionem ei assignatam bene esse collocatam (cf. litteras I, Sept. 1545 > alias 29. Dec. 1545 datas, cod. Vat. lat. 6178, f. 61. 66): nam provisiones etiam aliis dabantur, qui non Pro *PSO pontifice laborabant.

olim aucta erat, ut in Graecis codicibus Sirleti, ita in Latinis Massarelli manum invenire; quamquam illos non omnes ex Cervini bibliotheca esse statui debet, quoniam ei quoque codices, quos sibi ipse scripserat Sirletus, eidem bibliothecae, ut diximus, sunt inserti¹.

2. De Massarelli in concilio et in curia Romana officiis ac muneribus.

Nec diu Massarellus otio ac litteris potuit inservire. Die enim 19. Novembris 1544 iterum Paulus III concilium quarta dominica quadragesimae a. 1545 Tridenti aperiendum indixerat, 6. Februarii huius anni Cervinus cum duobus aliis cardinalibus legatus apostolicus ei praefectus erat², 23. eiusdem mensis Roma Tridentum versus discessit³. Sirleto et natura et valetudine imbecillo Romae remanente⁴ Massarellus dominum secretarius sequebatur; mox praecurrebat ut necessaria Tridenti praepararet⁵. Senis libenter recordabatur annorum ibi actorum amicosque visitabat⁶. Die 6. Martii cum famulo cardinalis de Monte Tridentum pervenit, ubi statim Madrucio episcopo ac cardinali salutato ecclesiae cathedrati visitata hospitium duorum ensium petierunt ibique per noctarunt⁷.

Sedes illa episcopalis Tirolensis, cuius qui tunc erat splendoris vix species hodie superest, admodum Massarello placebat; nam ab ipsius de episcopis humili opinione ex condicionibus, quae apud Italos sunt, facta — egregie diversa erat magnificentia ac potentia Madrucii, qui idem princeps imperii erat, cuiusque reditus ad summam duodecim milium aureorum singulis annis ascendere non sine admiratione accipiebat. Etiam canonicorum salaria annua, quae ad minus 200 aureorum singulis erant, valde expetenda ei videbantur, siquidem victus pretium vilissimum in civitate erat, etiam salis, quod permagni aestimabat Italus eodem anno natus, quo bellum illud salinum vulgo dictum Perusinorum civitatem agrosque vastaverat⁸.

Annos a Massarello Tridenti actos summum eius vitae fastigium esse iure dixeris. Die 13. Martii 1545 etiam duo primi legati advenerunt, tertius, Reginaldus Polus cardinalis diaconus, mense Maio. Et Massarellus, quamquam Cervino privatim tantum ab epistulis erat nec munus in concilio gerebat, nihilominus serviebat legatis variis in rebus, de quibus illis cum Madrucio cardinali paucisque praelatis Tridenti iam praesentibus erat agendum; praeterea, licet concilium non esset apertum, epistulae ad Romanam curiam eiusque nuntios vel legatos in omnes partes missos vel ad episcopos, qui ad concilium venturi erant vel quod non venirent excusabant, a legatis scribendae expediri non poterant sine certis officialibus; qui cum concilio deessent, Cervinus proprii secretarii operam offerebat, donec hic concilii secretarius publicus est electus.

Quomodo autem et quando hoc factum sit, controvertitur; illud certe falsum est, quod dicit Dollinger⁹, Massarellum iam Romae esse secretarium destinatum, cum etiam 22. Ianuarii¹⁰ et 3. Aprilis 1546¹¹ de eius secretariatu a conciliaribus sit dubitatum, a legatis et cardinali Farnesio deliberatum¹². Si ergo ne aequales quidem de ea re certitudinem habuerunt, non mirum est, quod hodie docti inter se contendunt. Nihilominus coniectari potest, quomodo ortae sint illae dubitationes et quae vera rerum ratio fuerit. Secretarium enim concilii ad instar secretariorum pontificiorum, i. e. hominem humanioribus litteris imbutum scribendique arte peritissimum, ut Petrum Bembum, et a pontifice et a legatis de sideratum esse verisimillimum est. Unde de Ludovico Beccatello¹³ cogitatum erat, cui legati munera secretarii ante concilii apertionem demandaverant. Sed 13. Augusti 1545 Romam missus¹⁴ quamquam ad concilium revertebatur, mox tamen iterum a pontifice Tridento abire est iussus. Cuius loco Massarellum legati suffecerunt¹⁵, sed vix, ut perpetuo hoc munus gereret,

¹ De Cervini bibliotheca v. *Batiffol* l. c. p. 24, de Sirleti ibid. p. 51—62.

² *Diarium* II p. 422, l. 27 ss.

³ *Diarium* I p. 152, l. 8; *diar.* II p. 423, l. 10 ss.

⁴ *Batiffol* l. c. p. 7; sed crebras misit cardinali epistulas patrum ecclesiae locis refertas, quod etiam in tertia concilii periodo fecit scribendo ad Seripandum. Non immerito igitur hic scripsit Sirleto: magis eum Romae remanentem inservisse concilio, quam si quinquaginta praelati amplius Tridenti fuissent.

⁵ *Diarium* I p. 152, l. 14 ss.

⁶ Ibid. p. 153, l. 25 ss.

⁷ Ibid. p. 156, l. 17 ss.

⁸ *Diarium* I ad 6. Martii 1545, p. 156 s.

⁹ Sainmlung von Urkunden I, I, praef. p. XX.

¹⁰ Severolus p. 24, l. 2: *et quoniam nullum adhuc synodus secretarium habet.*

¹¹ Idem p. 43, l. 47: *per D. Angelum pro secretario se gerentem.*

¹² Cf. locos infra citandos.

¹³ De eius vita cf. infra p. 178, adn. 3.

¹⁴ *Diarium* I p. 239, l. 34 ss.

¹⁵ Massarelli *diar.* I ad 21. Aug. 1545 (p. 247, l. 10 s.): *Il card. di Monte mi mando . . . due lettere, cK io le servassi come secretario dei concilio in loco di Mr Beccadillo.* Frustra hunc nuntium impugnat *D ruffel*

cum Beccatello nimis impar esset. Nam 14. Decembris 1545 legati scribebant Farnesio: *Non replicaremo quel che piu volte havemo scritto, che si mandino segretarii, abbreviatori, avvocati, protonotarii, cursori et quattro cantori almanco*; ergo iam antea idem flagitaverant; et denuo flagitabant in litteris 20. Decembris 1545 ad eundem datis². Farnesius 31. Decembris respondit³ velle pontificem *che per segretario si deputi* ⁵ *Mr Marcantonio Flaminio i, quando si contenti accettar questo carico, come la confida che sia per fare.* Sed iam 5. Ianuarii 1546 nuntiabant legati Farnesio⁵: *Mr Antonio Flaminio si scusa con la debilita della complexione*⁶; *et quando egli non accetti, il concilio vorra, per quanto vedemo, satisfarsi di eleggere un segretario a suo modo, il che, essendo cosa di poca importantia et consueta nelli altri concilii*¹, *non ci pare* ¹⁰ *che se lo devi negare. Intratanto adoperaremo in questa prima sessione un vice-segretario a beneplacito dei synodo.* His verbis minime probatur falsa esse quae Massarellus in diario I ad 4. Ianuarii 1546 (diar. I, p. 366, l. 31—35) dicit de secretariatu, immo significatur (*per quanto vedemo*) propositum esse Massarellum ad vices secretarii gerendum; cui propositioni cum non contradiceretur, Angelus noster se electum esse ¹⁵ facile credebat⁸. Legati autem 9. Ianuarii scribebant Farnesio⁹ se habituros esse die 12. eiusdem mensis congregationem *per ... fare eleggere il segretario*; quam electionem nihilominus videntur distulisse, donec respondisset Farnesius, qui 21. Ianuarii scripsit¹⁰: *Poiche Mr Marco Antonio Flaminio non ha potuto accettare il carico di servire al concilio per segretario, et che V. S. ne giudicano expediente lasciare la deputatione* ²⁰ *al concilio, S. S. se ne riniette a loro, purché l'avvertino, che la elezione sia tale, che le possino contentarsene.* Et videtur electus esse Aloisius Priulus¹¹, cum in legato rum litteris 8. Februarii 1546 ad Farnesium datis legamus¹²: *Il Priuli non può accettare, come dice, il carico d'essere segretario del concilio, però e necessario di pensare ad altri.* Postea non amplius in epistulis inter Farnesium legatosque missis sermo est de ²⁵ secretario vel secretariatu, sed legati eum, qui secretarii vices per tantum temporis non sine laude gessisset, cum frustra magis idonei ad munus suscipiendum invitati essent, in perpetuum videntur secretarium creasse concilio inscio neque amplius consulto; nam Severolus — inter quem et Massarellum simultates quaedam videntur fuisse¹³ — non modo 22. Ianuarii 1546 refert: *quoniam nullum adhuc synodus secretarium habet, fuit* ³⁰ *data provintia conscribendi litteras huiusmodi episcopo S. Marci* (p. 24, l. 2 s.), sed etiam 1. Aprilis 1546 Massarellum non aliter a card. Madrucio vocatum esse vult, quam a *secretis card. S. Crucis* (p. 41, l. 8). Tandem ad 5. Aprilis 1546 promotor simpliciter eum appellat a *secretis* (concilii), p. 44, l. 26.

Sed quomodocumque ei munus secretarii demandatum fuit, certe maxima cum ³⁵ diligentia et industria id administravit saepeque eius onere admodum est gravatus. Titulus secretarii in priorum conciliorum officialibus non occurrit, nisi in Lateranensi V. a. 1512 aperto¹⁴, quare in prima concilii Tridentini periodo eius provincia nondum satis erat

(Theol. Litteraturbl. 1876, coi. 395), cum nihil magis sit consentaneum, quam legatos pro Beccatello alium secretarium creasse.

¹ D ruffel, Mon. Trid. n. 272, p. 244.

² D ruffel l. c. n. 277, p. 252: *Havendo scritto per le nostre di 14 ... de segretarii, abbreviatori, avvocati, cursori et cantori ... non lo replicaremo per questa altrimenti.*

³ D ruffel l. c. n. 283, p. 256.

⁴ V. infra p. 151; *Cantu*, Eretici I (Torino 1865), 399 ss.; *E. Cuccoli*, M. A. Flaminio. Bologna 1897.

E. Gothein, Ignatius v. Loyola (Halle 1895) p. 164 ss.

⁵ D ruffel l. c. n. 292, p. 315.

⁶ Cf. Flaminii litteras 25. Sept. 1540 datas ad card. Contarinum (*A. Morandi*, Monumenti di varia letteratura tratti dai manoscritti di Monsr Lodovico Beccadelli I, 2 [Bologna 1799, 40, 90 ss.], qui eum ut Romam veniret invitaverat cum animo ducendi secum in Germaniam: *Rispondo affirmatamente che io non saprei dice parole latine dall' improvviso, et fra qrielli Todeschi sarei muto, perche non ho mai procurato, anzi ho sempre fiiggito l'essercizio di parlar latino. Ne si potriano servire di me nello scrivere latino, benche pare cosa stranissima a dire, ma e pero cosa verissima, che*

io non potrei mai impetrare da me, che io scrivessi ne prosa ne verso a requisitione d'altri. ... Sed conferas etiam quae editor l. c. p. 92, not. 16 adnotavit.

⁷ Sed cf. infra lin. 36 s. et adn. 14.

⁸ Cf. supra p. XLVI, l. 9 ss.

⁹ D ruffel l. c. n. 297, p. 324.

¹⁰ Ibid. n. 306, p. 337*

¹¹ De hoc cardinalis Poli familiari fidissimo cf. *Morandi* l. c. I, 2, 320 (in vita Poli a Beccatello scripta); I, I, 64, adn. 263; *Tiraboschi*, Storia della lett. Ital. VII, 2, 1, 22; *C. Cantui*, c. 1, 402 s.; III, 151- Infrap. 195, adn. 3.

¹² D ruffel l. c. n. 332, p. 379.

¹³ Cf. infra p. 396, adn. 1.

¹⁴ In concilio Constantien si constituuntur notarii et scribae (*Harduin*. 8, 235), in Basileensi notarii et correctores (*Harduin*. 8, 1120), in Lateranensi V, quod caeterum transumpsit verba Constantiensis, praeter notarios et scribas duo secretarii (*Harduin*. 9, 1599) j quae institutio ex curia pontificia, in qua illis temporibus celebres erant secretarii, videtur (maxime quia ipse pontifex officiales nominavit) esse commodata, et secretarii potissimum ad epistulas concilii nomine regibus et populis scribendas electi esse. Concilium deinde Tridentinum imitatum est Lateranense.

determinata; cum autem secretariorum pontificiorum esset epistulas nomine patronorum scribere, etiam in concilio id primum secretarii officium fuisse crediderim, quod diserte probatur verbis Severoli supra (p. LXXII, 1. 30) citatis et Massarelli nuntio (p. 385, 1. 1 s.): *quanto alie lettere dei concilio, disse* (cardinalis S. Crucis) *che sara mio officio come*
 5 *secretario dei concilio di andare domani da S. Marco, et che si faccino*. Huic epistulas componendi officio num par sit Massarellus aliqui videntur dubitasse¹; et certe, quam quam et Coluccius² et Gentilius³ et Rossius⁴ et Lagomarsinius⁵ summopere laudant Massarelli artem latine scribendi, tamen eius diaria satis indicant longe eum inferiorem fuisse Flaminiis, Martiranis, Sirletis aliisque.

10 Nihilominus Massarellus, ut erat homo versatilis ad omnia, facilis, dexter, industrius, brevi etiam primum praesidentem omnino sibi conciliavit et prima concilii periodo ad componendas relationes ut inter ipsos legatos, ita inter hos et homines auctoritate inter conciliares primores plurimum vel potius omnia valebat. Quod etiam magis dici potest de synodo iterum convocata. Nam Crescentius cardinalis legatus — iuxta quem alii
 15 duo praesidentes vocati obscurabantur — cum minus gnarus esset rerum conciliarium, libenter secretarii rerum peritissimi consiliis parebat⁶. At tertiae synodi tempore valde imminuta est Massarelli auctoritas, idque variis de causis: Cervinus, potentissimus eius fautor, admodum brevi functus pontificatu obierat, legati autem unusquisque suos habebant ministros, qui facile ad negotia conciliaria se conformabant. Et rursus Massarellus ipse
 20 non amplius idem erat ac quindecim vel duodeviginti annis antea; cum enim multis laboribus in concilio toleratis mature senuisset nec, quia interim episcopus erat factus, ita promptus iam esset ad omnia onera subeunda, identidem in altercationem venerat cum legatis neque eadem eorum ac priorum praesidentium utebatur familiaritate⁷. Praeterea officiales concilii iuniores ac versatiliores, ut Oliva, Musottus, Paleottus, ingenio
 25 eum superabant. Sed his de rebus postea locuturi nunc reliquam Massarelli vitam artis sime cum synodi historia cohaerentem exponemus.

Qui fuerit finis concilii Bononiensis, est notum. Die 17. Septembris 1549 per ferebantur litterae cardinalis Farnesii ad praesidentem concilii, quibus iuebatur nomine pontificis dare licentiam omnibus praelatis in synodo praesentibus redeundi domum, cum
 30 pontifex eo tempore celebrare concilium non intenderet, et nuntiabatur revocatas esse provisiones et legatorum et praelatorum pauperum et officialium⁸. Ergo etiam Massarelli secretariatus erat finitus. Paulo antea, 15. Septembris, retulerat in diario de adventu hospitis, quae saepe ab illo tempore eum visitavit: *incepit podagra* ⁹. Deinde narrat se per litteras quaesivisse a domino suo, Marcello Cervino cardinali (qui iam diu Romam erat rever-
 35 sus), ut sibi quid agere deberet scriberet¹⁰, suas et cardinalis res in capsis posuisset¹¹, amicis vale dixisse¹² et tandem 6. Octobris Bononia discessisse cum Tryphone Bentio¹³ et die 18. eiusdem mensis in Urbem pervenisse, ubi descenderint apud domum cardinalis S. Crucis, *quae in praesentiarum est in civitate Leonina prope hospitale S. Spiritus*, deinde in palatium apostolicum ad ipsum cardinalem iverint¹⁴. Postero die scripsit Massarellus ad Ioannem Antonium Vignanum magistrum cursorum Bononiensem de receptione librorum concilii ab ipso ei Bononiae datorum¹⁵. In fine eiusdem diarii breviter

¹ Cf. infra p. 384, 1. 26 s. cum adn. 5.

² In libro supra (p. LXIX, adn. 1) citato p. 56.

³ Elogio storico (supra p. LXIX, adn. 1) p. 5 ss.

⁴ Catalogo (supra p. LXIX, adn. 1) p. 135. 237 ad 239.

⁵ In nota supra (p. LXX, adn. 1) citata.

⁶ Scribebat Massarello 23. Aprilis 1551 Bononia Tridentum (epistula est in Arch. Vat. *Concil.* 139, f. 116): *se adventurum alii 29 alpium lungo. Piacerà a V. Sria farlo intendere all'arcivescovo Syppontino, essendo venuto, et al veschovo di Verona* (qui ambo erant praesidentes), *alii quali non serivo, non havendo altro dirli. — Mando doi mei servitori per accomodare il meglio che si può la casa. V. Sria se degni trovandoci a tempo indirizzarli et fare dar ordine alie cose secondo S. S& li haveva commesso, tanto più non ci venendo mastro di cerimonie ne altri che sappi le solennità che si ricerchano. La messa dei spirito santo se bisognara dirla a me, anchora che mai habbi cantato messa; farro come sapero meglio. Penso ci serra tempo*

Concilium Tridentinum. I.

co7isultarla un giorno avanti, el che bastara. Del resto supplisca la prudentia el diligentia sua, in la quale me confido. Et a lei me rimetto. — Trypho Bentius autem, Massarelli amicus et eius favore protectus (cf. infra p. 203, adn. 6), 12. Iulii 1551 Roma huic scripsit (Arch. Vat. *Concil.* 139, f. 169) de certis Massarelli praeeminentiis, *le quali sono ben collocate, dove sono verbi gratia a voi l'officio dei segretariato dei sacro concilio, et il governare a bacchetta il Rmo et Illmo Sor legato, et qtiel gran cardinale et principe Tridentino etc.* Quod licet sit hyperbolice dictum, tamen rem bene significat.

⁷ Cf. infra p. LXXVII, 1. 23 ss.

⁸ Cf. p. 864, 1. 7 ss.

⁹ Pag. 863, 1. 42. Cf. infra p. LXXVI, 1. 29.

¹⁰ Pag. 864, 1. 35-

¹¹ Pag. 865, 1. 14. 20; p. 866, 1. 1. 6. 12. 19. 21. 26.

¹² Pag. 867, 1. 19 ss.

¹³ Pag. 867, 1. 31 ss.

¹⁴ Pag. 869, 1. 4 ss.

¹⁵ Pag. 869, 1. 15 s.

refert de morte Pauli III io. Novembris 1549 facta, cui diario adiungit aliud de exequiis pontificis et de conclavi illo diuturno, in quo electus est cardinalis de Monte — Iulius III.

Electus erat pontifex 8. Februarii 1550, sabbato, et statim hebdomade sequenti inter alios curiales creati sunt Iulius Cannanus, Angelus Massarellus et Trypho Bentius secretarii, qui sub Hieronymo Dandino episcopo Imolensi, primo secretario, officio fun- 5 gerentur*. Quae creatio si Massarelli testimonio non constaret, probaretur aliis nuntiis et maxime inscriptionibus epistularum ad illum missarum et hodieum in archivio Vaticano custoditarum², in quibus Massarellus *segretario de N. Sre* vocatur³. Qui epistulas pontificias se signasse minime dicit, immo Dandinum hoc fecisse ait; ipsi autem epistulae ad nuntium apostolicum Venetiis degentem scribendae assignabantur⁴. Quicunque dia- 10 rium de concilio Bononiensi legerit, non dubitabit quin Iulius III Massarellum, qui in synodo illa infelici dextella eius fuerat, honore aliquo afficere voluerit.

Anno ab ea die vix elapso concilium Tridenti reassumendum pontifex decreverat⁵, et secretarius iam probatus iterum officio debebat fungi. Ad 15. Aprilis 1551 enim hoc narrat Massarellus: *Pontifex loquulus est primum mecum de reversione mea Tridentum, ut ibi secretarius concilii agerem, prout hactenus egi tam in [ea] ipsa civitate, quam etiam Bononiae post translationem, ab anno scilicet 1343 usque ad 1549. Quod onus eo libentius suscepi, quod cum S^{ts} S. iussu facio, ecclesiae universali publicaeque utilitati (iuxta virium mearum tenuitatem) inservio* s. Die autem sequenti legimus: *Mane summo ponti- 2° fex iussit, ut hodie-na die iter Tridentum versus arriperem, deditque mihi instructionem eorum, quae a me ibi agenda essent: primo ut concilii acta actionesque iuxta morem per me hactenus observatum dirigerem, celerique itinere, nempe mutatis equis, Tridentum pervenirem* 7. . . . Qua eadem die secretarius proficiscebatur⁸.

Cum Massarelli diarium VI iam 8. Septembris 1551 finiatur⁹, fons uberrimus de eius vita privata inde ab hoc die deficit; de concilio supplementum aliquod est Ludovici Firmani magistri caeremoniarum diarium, ex quo excerpta exhibebimus in secundo volumine 25

Concilio bellorum tumultibus mense Aprili anni 1552 soluto Massarellus cum Ludovico Firmano die 7. Maii discessit Tridento, uterque a cardinali Tridentino quinquaginta aureorum viatico donatus, quoniam alias iter facere non potuissent; et die ultimo Maii pervenerunt in Urbem, eodemque die de obitu Crescentii cardinalis die 28. eiusdem mensis Veronae mortui nuntius eo advenit¹⁰. Massarellus ad officium, quod antea ha-

¹ Diarium VI (Arch. Vat. Concil. t. 91), f. 341 (Dollinger I, 1, 262). Cf. A. Pieper, Die papstl. Legaten und Nuntien I (Münster 1897), 121 s.

² In tom. Concil. 139.

³ Frivola sane neque ullis suffulta argumentis est *Diuffellii* (Theol. Litteraturbl. 1876, col. 394) assertio: Massarellum certe non fuisse secretarium pontificis, sed cum plurimum Dandini: quam causam deinde habuisset Massarellus *S. Sixs secretarii* in diario suo privato (Diar. VI, f. 348v, Dollinger I, 1, 268) se nominandi? Pluralitas secretariorum non est mira, etiam a Paulo IV nominabantur *tres secretarii a litteris in forma brevis* . . . ac *sex secretarii a litteris Italicis*, et inter hos ego Angelus Massarellus de S. Severino Picensi, qui iam Dei gratia tribus pontificibus, videlicet Iulio III, Marcello II et Pavlo IV, ac tribus in conciliis generalibus, videlicet Tridentino primo sub Paulo III, Bononiensi sub eodem Paulo et Tridentino secundo sub Iulio III in eodem secretariatus officio inservivi (Diar. VII, f. 31r ad 13. Iulii 1555).

⁴ Diar. VI ad 12. Aprilis 1550: *Assignatur mihi expeditio a pontifice litterarum, quas Venetias per Sten S. scribi contingat* (f. 356r; Dollinger p. 272 habet textum corruptum). Cf. A. Pieper I. c. p. 122, adn. 1.

⁵ Iam 10. Martii 1551 de discessu Crescentii legati ad concilium destinati refert Massarellus Diar. VI,

p. 3° 7-

⁶ Diar. VI, f. 401r, Dollinger p. 309.

⁷ Ibid. p. 309 s.

⁸ Ibid. p. 310.

⁹ Ultima verba sunt haec: *Quid autem in his congregationibus et in aliis omnibus actis concilii actum*

fuerit, videndum est in meis adnotationibus in alio libro, ubi omnia acta huius concilii per me conscripta et compilata sunt. Nam [cu?n] necesse esset, ut ego, dum theologi ipsi et patres loqtierentur, eorum sententias describerem, non potui etiam hic easdem adnotare (Dollinger p. 326).

¹⁰ Firmani diarium (Arch. Vat. Arm. XII, t. 29) f. n° r, ad 7. Maii 1552: *Rdus D. Angelus Massarellus, sacri concilii secretarius, et ego Ludovicus, magister caeremoniarum, discessimus a Tridento, sicut et alii fecerunt. . . . Et nisi magnanimitas Illmi card. Tridentini non [sic] fuisset, qui nobis donavit pro quolibet quinquaginta aureos, non poteramus inde discedere. Tandem applicuimus Urbem die ultima Maii, et dictus Rdus I). secretarius mecum cenavit; cui etiam hospitium dedi domus meae. — Eodem die novum allatum est ad Urbem, qualiter Illmus D. card. Crescentius, sacri concilii legatus, obierat Veronae ex infirmitate, quae ei incepit die 25. Martii, ut supra dictum est, et obiit die [28.] Maii in S. Maria in organo. — Fiduciae a pontifice exhibitae Massarello testimonium est epistula [Innocentii] cardinalis de Monte 1. Maii 1552 Romae data (Arch. Vat. Concil. 139, f. 256): Reverendo Mr Angelo carissimo, Si sono ultimamente ricevute le vostre di 26 del passato insieme con li spacci di Monsr Cammaiani, 7iel che la diligenza vostra ha satisfatto al solito a N. Sre, il quale quanto al Rmo legato non si puo arreca?e a credere, che ci voglia abbandonare in questi tempi et bisogni. Pur dei seguito si aspettera aviso da voi, come ancora di quello che sara successo intorno al particolare della suspensione etc. Che sara fine di questa, a voi di continuo offerendomi. Si miles sunt litterae Iulii Cannani eadem die ad eundem datae (ibid. f. 254). — De itinere cf. p. LXXVII, 1. 12 s.*

- buerat in curia, sine dubio est reversus; quod etiam exercuit sub Marcello II et Paulo IV ¹. Hic pontifex inde ab Ianuario anni 1557 singulis mensibus praebuit audientias *ad maiorem commoditatem eorum, qui commode ad praesentiam S^{hs} S. venire non possunt, maxime pauperum et miserabilium personarum*; quibus audientiis Massarellus interfuit, ut cum tribus aliis *petitiones querelantium et decreta S. Stis* adnotaret². Idem munus postea in sessionibus sacri consilii a Paulo IV instituti gessit³ brevique onus negotiorum quasi solus portavit⁴. Ingenio eius versatili factum est, ut non tantum Iulio III et Marcello II, sed etiam severo illi ac tetrico Paulo IV gratus esset, qui episcopali dignitate eum ornavit.
- Hac occasione quo in ordine clericali Massarellus constitutus fuerit est disputandum. Et prima quidem concilii periodo eum laicum fuisse et aliunde⁵ et ex epistularum ad eum missarum inscriptionibus apparet; nam Cervinus, eius dominus, cuius in *Concil.* t. 139 multae sunt epistolae ad Massarellum datae, semper has inscribit: *A l nostro carmo Mr Angelo Massarelli*, huncque alloquitur *Mr Angelo carissimo* vel similiter, etiam in ultimis anni 1549 litteris⁶; litterae autem his tempore proximae ab eodem ad eundem 20. Iulii 1551 datae⁷ omnesque sequentes habent inscriptionem *A l R^{do} Mr Angelo Massarelli* et *Reverendo Mr Angelo*, atque etiam omnes aliae epistolae cardinalium⁸ vel curialium⁹, qui de Massarelli ordine clericali poterant esse certiores, inde ab anno 1551 — ex anno 1550 nos quidem invenimus nullam — ad Massarellum directae similiter sunt inscriptae neque ulla attributo *Reverendo* caret¹⁰. Hinc necessario sequitur Massarellum, dum in concilio Tridenti et Bononiae erat, nondum dignitate clericali fuisse initiatum et tum demum, cum secretarius pontificius electus esset, primam tonsuram accepisse, i. e. mense Februarii a. 1550 u. Nihilominus certe iam mense Aprili a. 1545 protonotarius apostolicus erat¹²; sed cum in subscriptione primae sessionis¹³ nondum eo honore gloriatur, nescio an paulo antequam in congregationes intromitteretur, quod 1. Aprilis 1546 factum est¹⁴, eo ornatus sit.

De singulis clericatus gradibus Massarello tributis haec in eius diario V II ¹⁵ leguntur ad 14. Decembris 1557 (f. 60r): *Habetur congregatio generalis cardinalium, in qua*

¹ Cf. supra p. LXXIV, adn. 3.

² Diarium VII (Arch. Vat. *Concil.* 143) f. 49r, ad 27. Ian. 1557.

³ L. c. f. 59r, ad 23. Oct. 1557: *Consilium pontificium primo institutum ... pro dirigenda et gubernanda Urbe et statu ecclesiastico*; ad 31. Ian. 1559 (f. 66v) enumerantur *praefecti negociis et consilio pontificis ... His die Mercurii sequenti* [1. Februarii] *Sias S. addidit me Angelum Massarellum episcopum Thelesinum secretarium*. Falso Sickel (Rom. Ber. I, 20) contendit Massarellum usque ad annum 1559 secretarium concilii appellari, cum dicatur (ex. c. in litteris Arch. Vat. 140, 69. 81. 92) *secretario dei sacro consiglio*, et inter eius scripturas (ibid. f. 80) inveniat epistula a Pientino episcopo *Ali Illmi et Rmi dei Sacro Consiglio* directa.

⁴ Quod probatur litteris Ioannis Andreae Caligarii, Commendoni in curia procuratoris, ad hunc 29. Aprilis 1559 datis (Arch. Vat. *Lett. di Prine.* 23; quas litteras benigne nobis ostendit J. Susta): *Le cose della corte vanno fredde al solito. Il sacro consiglio si fa spesso, ma decidono memoriali di poca importanza. Il Sor Gio. Ant. Gravina si usurpa pochissima autorita, Trani manca, di maniera che Spoleti* [Virgilius Rosarius, cf. Massarelli diar. VII, f. 66v, ad 31. Ian. 1559, et *Ciacon.* III, 856; obiit 22. (Massarelli. 1. c. f. 67y) vel 23. (*Ciacon.* 1. c.) Maii eiusdem anni] *e come capo. Tuttavia quei conati ardui dei Sor Camillo* [Ursinus, Massarelli f. 59v-67r] *dei sgravar la sede apostolica de debiti, di trovar grosse somme di danari, et le nuntiate di Spagna et i portiti (?) polposi per beneficio di questa sede sono stati sepolti coi Sor Camillo. Monsr Massarello porta il peso di tutta questa negotiatione con tre o quattro cancellieri perpetui*.

⁵ Iussus est Massarellus 2. Aprilis 1546, cum votorum scriptor ac scrutator constitueretur, vestibus longis uti in congregationibus (p. 532, l. 21); quod certe ultro fecisset, si sacris iam tum fuisset initiatus.

⁶ Datae sunt 20. Sept. 1549 et extant *Concil.* 139, f. 71. Primae Cervini ad Massarellum datae sunt litterae 22. Martii 1543 Bononiae (non 10. Aprilis, ut ait Sickel, Rom. Berichte I, 18).

⁷ *Concil.* 139, f. 74.

⁸ Ita card. Crescendi epistula 23. April. 1551 Bononiae data, *Concil.* 139, f. 116, cardinalis Innocentii de Monte, cf. supra p. LXXIV, adn. 10; card. Maffei 6. Iun. (*Concil.* 139, f. 143), 29. Iun. (ibid. f. 158), 10. (ibid. f. 189) et 24. (ibid. f. 198) Oct. 1551 scriptae, aliae.

⁹ Ex. gr. Iulii Cannani 25. April. (*Concil.* 139, f. 118: *Molto Rdo Sor mio*), 9. (ibid. f. 124) et 25. (ibid. f. 130) Maii 1551 datae, plurimae Ludovici Beccatelli, Tryphonis Bentii aliorumque in eodem tomo asservatae.

¹⁰ Non videtur obstare, quod in paucis epistulis ante annum 1550 scriptis Massarellus vocatur *Reverendus*, cum earum auctores vix potuerint esse bene instructi, ut frater Pietro Sanotto da Corregio (12. Iunii 1549, *Concil.* 139, f. 114); quamquam etiam Antonius Laurentinus, et ipse familiaris cardinalis Cervini, qui 10. Iulii 1549 (ibid. f. 115) Massarellum appellat *Molto Rdo Sor mio oss^a*.

¹¹ Si Wokero (apud Dollinger I, 1, 262) crederes, Massarellus iam hoc tempore diaconus fuisset; sed pro inepto illo *me, A. M. de S. Severino Camerinensem* [ergo Massarellus esset et Sanctoseverinas et Camerinensis] *diaconum* legendum est: *me, A. M. de S. Severino, Camerinensis diocesis*, qua appellatione perpetuo utitur Massarellus. Quo tempore diaconus factus sit ipse narrat locis a nobis statim exhibendis.

¹² Cf. infra p. 533, l. 26 s.; p. 534, l. 16 s.

¹³ Theiner, Acta I, 29. Caeterum aliarum sessionum inscriptiones, cum a Theinero sint omissae, non poterant conferri.

¹⁴ Cf. infra p. 532, l. 5; supra p. XLIX, l. 8 ss.

¹⁵ Arch. Vat. *Concil.* t. 143.

*pontifex ipsemet proposuit ad ecclesias Alyphanam D. Antonium Augustinum, Hispanum, auditorem Rotae, ad S. Marci D. Ioannem Antonium a Tolfa Neapolitanum, pontificis ex sorore nepotem, ad Thelesinam me Angelum Massarellum e S. Severino Camerinensis diocesis, Stis S. secretarium et assistentem, nobis prorsus insciis neque etiam id cogitantibus*¹.

5

Die Mercurii 15. eiusdem mensis habetur consistorium secretum, in quo inter caetera nos tres suprascripti creamur episcopi, consistorioque absoluto pontifex induit nos rochetto in sacello suo secreto, hortans nos longa oratione ad bene et digne exercendum munus episcopale etc., memores nos vocatos a Deo tanquam Aaron, cum id nemo nostrum (inquiens) neque petierit neque cogitaverit quidem. Mandavitque nobis, ut die sabbati proximo reciperemus ordines sacros, et die s. Thimae murtus consecrationis. De quo vivae vocis oraculo fidem fieri mandavit Illm^e D. cardinali Neapolitano.

10

Die sabbati 18. dicti mensis Decembris ego Angelus Massarellus, electus Thelesinus, accepi omnes ordines sacros post primam totisuram una cum episcopis Alyphano et Cesenatis² a R^{do} P. Ioanne Iacobo Barba, episcopo Interamneni, sacrista apostolico.

15

Die 19. dicti mensis, 4. adventus Domini, . . . missae ego interfui primum uti episcopiis.

Die Martis 21. dicti mensis, in festo s. Thomae apostoli, ego Aitgelus suprascriptus accepi munus consecrationis episcopalis una cum R^{mo} D. Ioanne Antonio cardinali Capizucco et episcopis Cesenatensi et S. Marci ab R^{do} Ioanne Iacobo Barba, episcopo Interamneni, sacrista apostolico, assistentibus archiepiscopo Taurinensi et episcopo Troiano, facta fide de mandato pontificis per Illm^{um} D. Alphonsum cardinalem Neapolitanum.

20

Muneris a Massarello in curia gesti mutatio hinc non fiebat, nec residere necessarium erat in dioecesi, quae a vicario administrabatur, episcopo in curia pontificia remanente. Valetudo eius tunc non optima videtur fuisse. Nam mense Augusto 1559 cum mortuo Paulo IV complures e sacro consilio brevissimis spatiis interpositis obiissent, relationi de his rebus addit Massarellus: *Et ego Angelus Massarellus de S. Severino, episcopus Thelesinus, ad mortem usque laboravi*³; et iam 28. Ianuarii 1557 responsum Onuphrio Panvinio tardius datum eo excusaverat, quod denuo ob podagram lectulo affixus fuisset⁴.

25

30

Scelera indigna a plebe Romana aegrotante et mortuo Paulo IV commissa Massarellus refert maxima cum detestatione. Sed brevi ea omnia in oblivionem abierunt gaudium et sollemnitatibus in honorem novi pontificis paratis. Pius IV rem concilii serio agebat, quare iam 2. Decembris 1560 publicabatur bulla convocationis et Massarellus, qui, cum membrum congregationis cardinalium ad reformationem faciendam deputatus fuisset, denuo erat probatus, haec ad 2. Februarii 1561 f. 80r refert:

35

Hora 20. habetur congregatio deputatorum cardinalium super reformatione et rebus religionis coram pontifice. In qua inter caetera ego Angelus Massarellus a Sancto Severino, Camerinensis diocesis, episcopus Thelesinus, constitutus sum tertio secretarius sacri generalis concilii. Primo enim constitutus fui sub Paulo III in concilio Tridentino primo et confirmatus in concilio Bononiensi sub eodem Paulo III; secundo vel tertio sub Iulio III in concilio Tridentino secundo; quarto a S^{mo} D. N. Pio IV in Tridentino tertio. Sit laus Deo. Et licet ab aliquibus in ea congregatione opponeretur non videri episcopum huiusmodi officium posse exercere⁵, pontifex tamen declaravit: imo ipsum ad episcopum maxime pertinere.

40

45

¹ Iam 10. Octobris 1551 Massarello tunc Tridenti in concilio commoranti scripserat Carolus Serpa (*Concil.* 139, f. 265): *Se in quella honorata moltitudine de prelati se ne ritrovasse qualcheduno amalato o per vecchiezza o per malatia incurabile, che non potesse compare, dicami liberamente V. Sria, ch'io dico a S. S^a che lei sarebbe buono successore di quello.*

² Episcopus Caesenatensis 7. Dec. 1557 creatus erat Odoardus Gualandus Pisanus (Massarelli diar. VII a. h. d.).

³ Massarelli diar. VII, f. 60r.

⁴ Cod. Vat. 6412, f. 2 (in quo codice complures sunt epistolae a Massarello ad Panvinium scriptae).

⁵ «Hoc tempore [mense Martio 1560] pontifex, ut aliquo modo afflictae religioni suppetias ferret, cum in praesentiarum concilium generale celebrare nequeat, reformationi ecclesiae animum adiecit. Ad quam faciendam delegit nonnullos S. R. E. cardinales . . . qui qualibet die Iovis coram S^{te} S. convenientes moribus ipsis emendandis operam navant. His autem additus sum ego Angelus Massarellus episcopus Thelesinus secretarius, ut qui materiam ipsam reformationis iam diu a multis pontificibus pertractaverim et in concilio generali bis Tridento, semel Bononiae interfuerim etc.» (Diar. VII, f. 73v).

⁶ Cf. infra p. LXXVIII, 1. 14 et adn. 5*

Deinde consistorio secreto 14. Februarii 1561 habito duo primi legati (card. Hercules Gonzaga et Iacobus Puteus) creabantur, alio 10. Martii habito tres alii: Seripandus, Hosius, Simonetta.

Die Martis it. eiusdem mensis Martii — ita pergit Massarellus (f. 8r) — *ego S Angelus Massarellus episcopus Thelesinus, sacri concilii secretarius, recessi ex Urbe Tridentum versus hora circiter 21., cum per duas horas prius fuisset cum summo pontifice, qui in mandatis dedit ea, quae apud cardinalem Mantuanum legatum et Tridenti in concilio agere debuisset, reliqua committens fidei meae, datis super hoc litteris ad ipsum cardinalem Mantuanum manu propria S. Shs subscriptis, et praesertim super*
10 *die pro inchoatione concilii indicto etc.*

. . . Quarta [die] Camerinum iitantes applicuimus terram Sancti Severim in agro Piceno, patriam meam, a qua antea per decennium abfueram, nempe cum ex concilio Tridentino sub Iulio III Urbem revertabar, et ante illud tempus per alios 13 annos eam non videram. Permansimus in ea biduo, diebus scilicet sabbati et dominico.

Die autem lunae iy. Mai'tii recedentes e S. Severino et Recanetum pertranseuntes pervenimus ad ecclesiam b. Mariae virginis de Loreto, ubi mane diei sequentis sacra
15 *audivimus, deinde a prandio Anconam pervenimus.*

. . . Altera die [lunae, 24. Martii] . . . Mantuam intravimus, ubi Illm^o D. Herculi card. Mantuano, uni ex legatis concilii, mandata summi pontificis exposui. Alia
20 *cardinali litteris erant mandata. Die vero Mercurii 26. dicti mensis Martii Tridentum pervenimus.*

Concilii secretario, quem et pontifex et cardinalis Carolus Borromaeus summis laudibus celebraverant², omnem fiduciam legati tribuebant. Nihilominus res non ut antea prospere procedebat. Sive rerum conciliarium experientia superiorem aliis se sentiebat
25 Massarellus, sive dignitate episcopali erat elatus, sive doloribus ex valetudine calculorum, quae in vitae discrimen eum adduxit cuique sectione opus erat mederi³, commotus: non semel arbitrato suo res conciliares agendo difficultates legatis parabat. Vix enim oratores imperatoris advenerant, cum secretarius ad eos currebat dicens non eos intro
30 missum iri in congregationes, nisi haberent mandata — quae non habebant —, ita ut paene oratores statim proficiscerentur; quare Massarellus a legatis est vituperatus⁴. Paulo postea (20. Iulii 1562) idem inconsultis legatis procuratores episcoporum Germanorum ad vota danda admiserat, provocando ad breve Pauli III 5. Decembris 1545 datum, quae de re complures Itali conquerebantur; et quamquam legati eum reprehendebant, tamen
35 perstitit in sententia, donec breve illud formaliter a Pio IV novis litteris (26. Augusti 1562) editis est revocatum. Cardinalis Borromaeus tunc legatis scribebat: 5. *S** have-*
rebbe voluto, che il vescovo di Tillesio prima che pigliare i voti di quei due procuratori
n avesse detto una parola a le Srie V. Illme, et pero lei sara contenta farli in nome
di S. Sta un poco d'admonitione, perche sia piii cauto in l'avvenire et habbia loro il
*rispetto che si deve*⁵. Denuo ad reprehendendum ansam dedit oratoris Bavarici ora-
40 tionem 27. Iunii 1562 habitam retinendo; de qua Ludovicus Nuccius Astorgio Paleotto
13. Aug. 1562 hoc nuntiat: *non si e potuta haver prima, perche il secretario ne*
*fa mercantia co i stampatori, et di questa ho inteso che ne ha cavato scudi nove*⁶.
Aliae difficultates inde oriebantur, quod praesidentes ipsi de illa quaestione, essetne
residentia iuris divini necne, inter se erant discordes, et Massarellus unam partem, ut

¹ Litteras Pii IV ad cardinalem 22. Martii 1561 datas v. apud Sickel, Rom. Berichte I, 119; card. Borromaei ibid. p. 120.

² In litteris adnot. praeced. citatis dicit pontifex: *Ci e ancora il vescovo di Tillesio, il quale e informatissimo et molto versato in queste cose et pero non potra se non giovare intenderlo et valersene ne le occorrenze.* Similiter card. Borromaeus in litteris ibidem p. 120 ss.

³ Cf. Nuccii epistolam 10. Iunii 1563 datam in tomo 78, f. 536 tabularii comitum Isolanorum Bononiensium, et infra p. LXXVIII, adn. 4.

⁴ Ioannes Franciscus Arrivabene 2. Febr. 1562 (Arch. Isolan. 78, f. 28 s.) scribit fratri suo Hieronymo: *Poco vi e mancato che questi doi imbasciadori de l'imperadore non vi siano andati con Dio, sendoli andato Monsr di Tillesio senza ordine dei legati a dirli,*

che i legati non li vogliano in congregatione, se non hanno i mandati; et lor risposero che non gli erano andati incontro come imbasciadori, ma come arcivescovo et vescovo. Vi e stato da dire assai, essi legati hanno dato imputatione al Tillesio, qual ha parlato con non troppo buon modo et poi senza commissione de essi legati.

⁵ Borromaei litterae 29. Iulii 1562 ad legatos datae, Arch. Vat. Nunz. di Germ. 4, 303, apud Sickel, Rom. Berichte I, 22 s. — Caeterum legati mense Iunio 1563 de procuratoribus episcoporum Germaniae ita constatuebant, ut in congregationibus posthac admittantur et vocis decisivae potestatem habeant, quotquot illi tandem futuri sint: Sickel, Zur Geschichte des Concils von Trient (Wien 1872), p. 538, n. CCLX.

⁶ Arch. Isolan. 78, f. 193r* Cf. Rom. Quartalschr. XI (1897), 378.

videtur, est secutus J. De querelis, quod secretarii munere non integre functus sit, infra est dicendum.

Sed omnes huiusmodi lites brevi componebantur, tantaque legatorum erga Massarellum erat clementia, ut ne tunc quidem, cum in adversam valetudinem incidisset, alium secretarium nominarent; immo *Massarelli famae ita consulendum DD. cardinales cupiunt, ut ne qmd eo vivo ac vidente per aliorum secretariorum suffectionem de eius fides atque integritatis existimatione detrahere voluisse videantur; quod si fieret, illud etiam praeterea evenire posset, ut prior secretarius ex hoc etiam facto magnam molestiam et moerorem contrahens citius et dolentius ex hac vita decederet*². Quare vicesecretarii a legatis constituiebantur ad scribenda vota in congregationibus³, donec ultimis concilii temporibus Massarellus ipse ad officium exercendum redibat. Illud consilium vocandi tres secretarios, quod mense Iunio 1563 legati habuerant, ideo videtur esse omissum, quod ab aliquibus postulatum erat, ut diversarum nationum essent⁴; aliud autem, nominandi alterum praeter Massarellum secretarium, *sed eiusmodi aliquem, qui non sit episcopus*⁵, nescio an eo ad irritum sit redactum, quod homo aptus non inveniebatur. Ita Massarellus primus et ultimus et unicus concilii Tridentini fuit secretarius.

Finite tertia concilii periodo secretarius, cui demandatum fuerat, ut acta ob omnibus concilii praelatis subscribenda omnesque scripturas conciliares Romam transferendas curaret, 11. Decembris 1563 Tridento discessit⁶ cum Astolfo Servantio et Cynthio Pamphilo familiaribus, *havendo a portar con noi le scritture dei sacro concilio sottoscritte da tutti gli Illmi Srl legati, cardinali, ambasciatori de principi etc. e vescovi*, Lauretumque transientes in patriam devertebantur⁷. Ubi cum Massarellus in morbum incidisset, Cynthium Romam praemisit, si Gentilio⁸ credimus, ut acta concilii pontifici praesentaret. Sed

¹ Cf. Rom. Quartalschr. 1. c. et infra § 3.

² Oratorum Caesaris relatio 18. Iunii 1563 data apud Sickel, Zur Gesch. d. Concils von Trient p. 539.

³ Mense Iunio 1562 (Bartholomaeus Sirigus) episcopus Castellanaensis vices gessit (*Theiner* II, 3a; Musottus apud *Dollinger* I, 2, 16), inde a mense Iunio anni 1563 (Marcus Laureus) episcopus Campaniensis (cuius notationes in variis voluminibus collectionis *Concilia* existunt), qui iam in primo Tridentino concilio, dum erat theologus, Massarelli coadiutor fuerat (cf. infra p. 570, 1.31; p. 571, 1.4), et Adamus Fumanus, canonicus Veronensis, inter cultores litterarum humaniorum non parvae existimationis (litterae Lud. Beccatelli 4. Oct. 1563 datae ap. *[Morandi]* Monumenti di varia lett. II, 135). Praeterea de Paleotto cogitatum erat, qui ad 12. Octobris 1562 hoc narrat in suo diario (Arch. Isolan. vol. 79): *Rogaverunt me Illmi legati, ut susciperem munus episcopi Tulesini secretarii interim dum ille aegrotat. Excusavi me variis rationibus, sed praecipue, quod parum mihi otii a componendis decretis et aliis, quae Illmae Dnes S. mandant, relinquittir. Unde mihi essent illa deserenda, si alteri huic muneri vacandum esset, cui multos praelatos maxime idoneos mmc poterunt reperire. Sed me etiam illud amovebat, ne huiusmodi munere, quod omnia fere synodi negotia complectebatur, ego multorum odium et invidia?n incurrerem; et cum auditor Rotae essem, optassem prius cum collegis communicare (antea habuerat: quod, cum essen auditor Rotae, dubitabam, ne hoc muneri parum conveniret, aliis praesertim collegis non consultis).*

⁴ Oratorum Caesaris litterae ad hunc 9. Iunii 1563 datae (Sickel, Zur Geschichte... p. 538, n. CCLX): *Vocavit nos duos R^ms j) mcar^a Lotharingus... et petiit, ut ea quae statim subiungemus V. S. per scriberemus...: Primo quod Rmi DD. legati secreto secum communicaverunt sese posthac tres concilii secretarios constituere velle, sed qui episcopi non essent, qui inter alia hoc etiam curabant, ut quoties congregatio fit, antequam patres dimittentur, si qui erunt qui ita ambigue dixerint, ut facile intelligi non possit in quam partem inclinent — nam sunt certe aliqui qui hoc ipsum de*

industria affectent —, ii interrogentur num hoc aut illud statuendum existiiient, et ita isti tales patres summam capitula suarum sententiarum iterum explicabunt, ut omnia plana sint et aperta. Episcopus Thelesinus, ut hoc quoque obiter adiiciamus, qui hactenus concilii secretarius fuit, cum homo iam affectae aetatis lapidem e vesica excindi iussisset, in magnum vitae discrimen coniectus est. Ac quod de tribus secretariis nunc nos scribere iubet D. card. Lotharingus, cum nos quoque privatim cum D. Morono ageremus, curaret ut diversarum nationum essent, respondit nobis non esse magnopere laborandum cuius illi nationis futuri sint, propterea quod non dubitet, imo vero certo sciat M^{iem} V. S., modo sint aliqui, non curare sive huius sive illius nationis illi sint.

⁵ Eorundem oratorum litterae 4. Iunii 1563 datae excerptae a Sickel 1. c. p. 539. Legatos dicere non decere ut concilii secretarius episcopali dignitate praeditus sit, cum id praeter antiquam consuetudinem et receptum et consuetudinem in conciliis more?n esse videatur. Massarellum retentum esse, quod bonam rerum conciliarum peritiam habeat et praeteriti concilii Tridentini acta diligenter conscripserit. Oratores pergunt: *Nondum scimus, quis sit futurus is, queni huic adiungendum putabant. Si episcopus non erit, sed alius aliquis ut credibile est Romanus curialis, certe nostro iudicio sanctum hoc concilii secretariatus officium eadem qua antea apud bonos suspicione laborabit.*

⁶ Astolfi Servantii diarium (Arch. Vat. Concil. 84) f. 334r: *Partimmo poi noi per gli ultimi...* (cf. etiam *Dollinger* I, 2, 62). Antea nuntiaverat transitum filio regis Romanorum, qui advenissent *addi 10 a mezza hora di notte*; nocte autem secretarium profectum esse non est verisimile.

⁷ Quod etiam a. 1552 fecerant, p. LXXVII, 1. 12.

⁸ Elogio storico p. 21; qui refert etiam de comitibus et de morbo Massarelli; p. 37, adn. 31 de actis per Cynthium praesentatis provocat ad Bernardum Gentilium de Rovellone corrigendosque ait Valerium Cancellottum et Coluccium, qui a Massarello ipso acta oblata esse dicant. Sed cum fontes Gentilii, maxime Bernardum Gentilium, inspicere non possimus, relatio eius non sine magna cautione est accipienda.

certo non de actis proprie dictis, sed de solis decretis est cogitandum, cum illa neque iam digesta et conscripta esse potuerint, nec tantam molem pontifici oblatam esse sit credibile¹. Caeterum fieri potest, ut traditionem librorum conciliarium mortuo Massarello per Cynthium factam Gentilius perperam ipso concilio finito locum habuisse putaret.

5 De vita Massarelli post concilium acta paucissima nobis sunt tradita, ut ultimorum eius annorum vix lineamenta cognoscamus. Et miseret nos quidem hominis optime meriti et laboribus pro concilio toleratis quasi consumpti, quod nulla merces ei contigit, cum Paleottus aetate multo minor, licet ingenio longe maior, 12. Martii 1565 purpura sit ornatus². Quatenus ex tabularii Vaticani voluminibus quibusdam cognoscitur, Massarellus tunc apud portam Nomentanam (hodie *Piam*) habitans³ maxime videtur versatus esse in compilandis actis, quae typis divulgare tunc Romanae curiae consilium erat⁴. Sed cum prima forma ad imprimendum a Massarello composita cardinalibus ad eam examinandam deputatis non placuisset secundamque facere secretarius esset iussus, morte videtur esse abreptus, priusquam esset finita; saltem unum volumen tantum, si recte
15 vidimus, secundae formae ad nos pervenit⁵.

Quo morbo absumptus sit Massarellus, nescimus; seu podagra ei mortifera facta est, ut Iulio III patrono eius benevolentissimo, seu valetudo calculi rediit, 16. Iulii 1566 testamentum fecit⁶ eodemque die defunctus est secundum inscriptionem sepulchri⁷, quod in ecclesia S. Mariae in Ara Coeli esse voluerat apud fratres ordinis s. Francisci. Sed
20 monachus huius conventus, qui anno 1736 titulos sepulcrales ecclesiae collectos edidit⁸, non amplius sepulcrum vidit, titulumque exhibet ex codice bibliothecae Chisianae.

3. De Massarelli ingenio, moribus, fide.

Cum ad iudicanda acta reliquasque scripturas a Massarello relictas plurimum referat, quae eius fuerit eruditio, quae de rebus theologicis, ecclesiasticis, civilibus sententia, qui eius mores, quae fides, minime nobis licet eiusmodi quaestiones declinare.

25 Massarellus non fuit vir magni ingenii neque doctrina prae caeteris suorum temporum floruit; sed erat bene eruditus, diligens, in negotiis agendis sollertissimus. Hoc probatur modo, quo concilii secretariatu functus est; illud maxime diariis, in quibus multa refert, quae maioris ingenii homo vel omnino tacuisset vel brevissime significasset, dico ex. gr. narrationes uberrimas de epulis p. 232; p. 235, l. 22 ss. de ludis Germanorum,
30 et similes p. 237.

Institutio, qua usus est Massarellus, erat solita iuris civilis et canonici peritorum. Neque linguarum studium tale erat, quale est hodie, neque historia, quomodo hodie docetur maxime in scholis Germaniae, tunc usquam terrarum audiebatur, minime apud iuris professores. Etiam Massarelli sermo latinus, tantopere laudatus a Coluccio, Rossio,
35 Gentilio, longe abest a colore classico, cum ne falsae quidem coniugationes⁹ desint. Graecae autem linguae scientiam videtur habuisse valde exigua, quamquam contrarium dicit Gentilius — quin documenta afferat —; nam praeter unam litteram *n* infra p. 158, l. 1 paucissimaque verba in actis concilii Bononiensis aliisque Massarelli libris nil Graeci eius manu scriptum nos vidimus.

¹ Etiam *Sickel*, Rom. Berichte I, 32 dicit plus quam acta sessionum cum approbationibus patrum vix secum portasse Massarellum. Et certe non portasset omnes scripturas secum Septempedam I

² De coniectura (certe falsa) cur Massarellus eandem dignitatem non sit consecutus, v. infra p. LXXXII, adn. 2.

³ Teste *Ioanne Rossio* (Catalogo p. 134), qui documento a se viso hoc probat.

⁴ Cf. supra p. XIV s.

⁵ Est *Concil.* t. 126. Quibus temporibus actorum formae nobis conservatae compositae sint, infra (§ 5) inquiretur.

⁶ Arch. Vat. *Concil.* 23, f. 16. Codex est ex scripturis a card. Morono relictis, qui cum Amulio cardinali constitutus fuerat testamenti executor eaque de causa exemplum huius videtur habuisse.

⁷ Legitur apud Casimirum (supra p. LXXIX, adn. 1), Rossium (Catalogo p. 134), Gentilium (Elogio p. 38) et alibi:

D. O. M.

ANGELO MASSARELLO SANSEVERINATI IN PICENTIB. IURIS UTRISQUE DOCT. EPISC. TELESINO, CHRISTIANA PIETATE AC DOCTRINA INSIGNI, QUI CUM IULII III, MARCELLI II ET PAULI IV SUMM. PONTIF. A SECRETIS FUISSET, EODEM SECRETARII MUNERE IN SACRO CONCILIO TRIDENTINO FUNCTUS EST. IN QUO ITA SE GESSIT, UT NIHIL EORUM, QUAE IN IPSO CONCILIO ACTA SUNT, VEL MINIMUM DESIDERETUR. MICHAEL ANGELUS ET CYNTHIUS PAMPHILUS SORORIS FILIUS FRATRI ET AVUNCULO DE SE OPTIME MERITO MORENTES POSUERE. VIXIT AN. LVI. OBIIT XVII [non XVIII, ut habet Rossius] KAL. AUGUSTI MDLXVI.

⁸ Fr. Casimirus, cf. adnot. praecedentem.

⁹ Saepissime ex. gr. legitur: *ostendidi, respondi*, modus indicativus post coniunctionem *ami* etc.

Tanto maioris momenti sunt documenta documentorumque epitomae, quae undique collegit, de quibus infra est dicendum. Illud ipsum, quod Onuphrio illi Panvinio epistulas scripsit et ab eo accepit materiamque ad eius opera suppeditavit¹, testimonio est eum historiae auctorem non contemnendum esse. Quamquam Sirlitorum vel Cervinorum doctrinam theologicam historicamque non attingit, nec rursus Beccatellorum, Flaminiorum, 5 Priulorum stili elegantiam. Quae in diariis suis congegit, non raro sunt ingenii pusilli intellectusque inferioris, et de libris et codicibus nonnunquam ita loquitur, ut non ea, quam in homine huius condicionis esse arbitratus sis, rerum cognitio appareat.

Quod autem in iudicandis dissensionibus inter pontificem et imperatorem vel alios principes obortis non ea animi libertate et integritate polluit, qua inter ecclesiae catho- 10 licae postulata et curiae Romanae rationes politicas distingueret, non est mirum nec crimini ei dandum, cum plurimorum aequalium, maxime Italorum, communis hic error fuerit. Ita, cum Carolus V acriter ac strenue postulasset, ut concilium reduceretur Tri dentum, translationemque non sine saecularibus quibusdam consiliis factam in dies vehe mentius improbaret, Bononiensis concilii secretarius de persecutione ecclesiae conquiri- 15 tur, Carolus V cum antiquis imperatoribus Romanis comparat mortemque omnium ecclesiae persecutorum ei praedicat, prorsus immemor maximae erga ecclesiam bene volentiae Caesaris, qui ad protestantes pontifici reconciliandos concilium in quadam civi tate Germaniae celebrari volebat. Etiam omnes, qui in concilii congregationibus adversa bantur quibusdam curialium desideriis, vel stupiditate vel malignitate duci opinabatur; 20 qui legatis vel eorum asseclis sese opponebant, haeretici vel ingrati ei videbantur². Caeterum saepe huiusmodi in rebus legatorum vel aliorum, quorum auctoritati fidebat, sententias sequebatur³.

Sed illam iniuriam non ex mala voluntate, sed ex defectu iudicii procedere non opus est demonstrare. Erat enim Massarellus natura homo simplex, verus ac sincerus, 25 quem mendacem et bilinguem appellare praeter Druffelium nemo ex eis est ausus, qui acta concilii vel diaria eius inspexerunt; argumenta autem a Druffelio allata omnia fere sunt coniecturae eiusdem, quae, si accuratius rem examinaveris, concidunt, ut assertio illa confidentissima Massarellum esse auctorem diarii, qua nil futilius esse ostendimus Severolo opus vindicando. Simul autem ac commentarium Massarelli non esse constat, 30 unica causa Massarellum contradictionis arguendi est dempta. Quem secretarium ponti ficis fuisse firmissime Druffel negavit, testimonium eius expressum falsum esse contendens; sed aliorum testimoniis statuimus re vera Massarellum munus illud habuisse⁴. Similiter iniuria Druffel fidem huic negavit dicenti, nil se ante congregationem 4. Ianuarii 1546 habitam scivisse de patrum quorundam consilio ipsum ad secretariatum proponendi, neque 35 hunc honorem appetisse, quia iam mense Augusto 1545 Massarellus se ipse concilii secretarium appellaverit⁵; nam concilio aperto et congregationibus aliquibus factis aliter eum de secretariatu sensisse neque amplius ad id munus gerendum ipsius vires sufficientes habuisse probabilissimum est. Et certe modus ille Druffelianus omnibus testimoniis con temptis peius semper coniciendi nec consideratum historiae investigatorem nec iudicem 40 integrum decet. Nos quidem omnibus paene quae Massarellus scripsit diligenter per lectis unum tantum mendacium idque modestum deprehendimus, ad quod se ipsum de fendendi necessitate compulsus descendit, cum scriberet Cervino se non locutum esse cum episcopo Lavellensi de re Clodiensis (p. 825, adn. 2), quod aperte contrarium est relationi p. 818, l. 32 s. exhibitae: *cum quo meam commissionem contuli*⁶. 45

Graviora sunt, quae praelati conciliares de secretario identidem querebantur, quasi vota patrum non bene adnotasset. In congregatione 6. Novembris 1562 habita episcopus Segoviensis dicebat canonem VII de episcopis iure divino institutis conclusum esse 11. Ianuarii 1552. Cui assertioni Massarellus in congregatione diei sequentis contradixit ad acta a se ipso conscripta provocando, et addidit: *Haec se ita habere uti a me re-* 50

¹ Cf. infra § 7.

² Cf. ex. gr. iudicia illa iniquissima p. 382 s. (n. II), et aliud de archiepiscopo Turritano in litteris Arch. Vat. *Lettere di principi* t. 19, f. 463. 445.

³ Cf. ex. gr. p. 312, l. 24 ss.; p. 328, l. 14 ss.

⁴ Cf. supra p. LXXIV, l. 4 ss.

⁵ Certe Druffel, si locum novisset, etiam provo- casset ad ea, quae Massarellus dicit p. 362, l. 18 s.

(se locutum esse cum Cervino de officio suo conciliari), ut secretarium mendacii argueret; sed quo sensu lo cutus sit cum cardinali, hic non exponit, et probabile est Cervinum nil amplius quod suum sit consilium dixisse, quamquam postea aliquos praelatos, ut in congre gatione Massarellum proponerent, hortatus videtur esse.

⁶ Semel quae card. de Monte ipsi soli dixerat postea Cervino narravit, p. 350, l. 3 ss.

citata sunt neminem, vestrum dubitare a⁷bitror; nam a i^y annis, quibus hoc eodem secretarii officio fungor, tam hic Tridenti sub Paulo III, ab anno scilicet 1545, quo concilium apertum fuit, quam Bononiae 1547, 154-8 et 1549 su^a eodem Paulo III, quam hic iterum Tridenti sub Iulio III anno 1551 et 1552 nunquam de mea fide et
 5 scripturis dubitatum, fuit, neque credo Tunc primum a D^{no} V. dubitari velle. Si quis tamen id faceret, at saltem credent illis legatis et praesidentibus, ex quibus duo fuere summi pontifices, qui scripta mea uti fidelia eorum subscriptione roborarunt; at saltem credent notariis, qui eadem mea scripta uti originalia et authentica sub
 10 scripserunt. Verum si mihi in actis concilii non crederetur? Quibus verbis Hispanus nil amplius opposuit, sed tacendo fassus est Massarelli acta esse securiora quam ipsius memoriam.

Primam contra secretarii fidem cardinalis Lotharingus protulit accusationem. Qui, cum Hydruntinus dixisset maiorem partem patrum nolle decerni residentiam esse iuris divini, atque ad id probandum secretarius summam votorum a patribus dictorum ap-
 15 portasset, respondit, *citianctiegli haveva il sommario degli altrui ragionamenti, e che fra la nota sua e quella dei segretario era molta la differenza; che quello noti era buon modo per notar i pareri. E passo a riprender, che vi fosse un sol segretario, dovendo havervene piu e di piii nazioni*². Quare theologi Oeniponte Februario 1563 a Caesare (per cardinalem Lotharingum certiore facto) deputati, ut de rebus concilii
 20 deliberarent, inter alia huic articulo debebant respondere: *Cum secretarius concilii imus duntaxat sit, atque is parum commodus et fidelis, quo remedio utendum* P Et responderunt: *che si debba di cio trattare con li legati; qui, si ostensis mor-bis remedium adhibere recusant, tum implorandum esse pontificem*³. Oratores Caesarei deinde stimulabant legatos a dar aggiunti al segretario, pero che in effetto erasi radicata di lui diffidenza
 25 negli oltramontani e come d'unico e come di tutto pontificio Atque etiam Lotharingus cardinalis eodem tempore idem enixe petebat, ut Philippus Gherius 15. Martii 1563 Tridento Romam nuntiavit: *Lorena et altri hanno fatto grand' instantia che si deputassero piu segretarii, incolpando il Massarello, che non tenesse giusto conto de voti et non fosse atto a tenerlo. I legati stavano dubii de quanto dovevano risolvere; sono stati*
 30 *consigliati [a Paleotto?] a non consentirvi in alcun modo, ma fare che siano dati i voti in scrittis, accio Lorena et altri non possa dolersi; et questo giovera anco a molte altre cose. I legati hanno detto che cosi faranno*⁴. Tandem mense Iunio 1563 legati, cum Massarellus tunc graviter aegrotaret neque officio satisfacere posset, episcopum Campaniensem vicesecretarium creabant, cui Adamum Fumanum canonicum Veronensem ad-
 35 iunxerunt, nunquam concedentes fidei aegrotantis detrahi.

Nihilominus Massarelli integritas valde his criminibus videtur esse suspecta. At quicumque summam animorum concitationem reputaverit, quae tunc erat in concilio ob differentias de quaestione residentiae episcoporum, non nimium ponderis eis insimulationibus tribuet; nam cum Massarellus minime celaret a partibus eorum se stare, qui residentiam iure divino institutam esse negarent, hac ipsa re displicebat eis, qui contrarium tenebant, eorumque diffidentiam in se contrahebat. Num hi, si secretarius eorum, quae ei exprobrabant, convictus esset, in officio eum remanere passi essent? Et cum omnino difficillimum sit in diuturnis congregationibus omnium orationum, quibus saepissime theologiae dogmaticae vel iuris canonici intimae quaestiones tractantur, medullam comprehendere
 40 et adnotare, maxime cum diversarum nationum homines diverse verba latina pronuntient, quis non videt hominem aegrotum, cuius insuper attentio variis aliis concilii rebus distrahe-

¹ Theiner, Acta II, 164—166.

² Cf. Pallavicin. 19, 14, 1, qui utitur variis legatorum hac de re epistulis, quae nobis non sunt praesentes.

³ Litterae Gratiani ad Commendonum Oeniponte 19. Februarii Tridentum missae in Iulii Poggiani epistulis ab H. Lagomarsinio editis III (Romae 1757), 233. Cf. Pallavicin. 20, 4, 2; Druffel, Theol. Literaturbl. X (Bonn 1875), 339.

⁴ Pallavicin. 20, 9, 1, qui nititur in litteris legatorum 15. Martii 1563 ad card. Borromaeum datis. Praeterea ibi legitur: *Ma da cio fu agevole a presidenti lo schermirsi col' aspettamento degli eletti colleghi, senza*

Concilium Tridentinum. I.

i quali non conveniva di far st notevole innovazione. Quae innovatio re vera nunquam facta est.

⁵ Arch. Vat. Concil. 32, f. 100 (litterae propria manu Gherii sunt scriptae); ibid. f. 96v est exemplum earundem litterarum, sed male scriptum, ut pro *Massarello* habet *Mavarollo*. — Legatos ita ut dictum est fecisse refert Pallavicin. 23, 7, 1. Verba eiusdem *note tronche e fallaci de' segretarii* non dixerim *confessionem* (Sickel, Zur Gesch. p. 539), sed potius legatorum defensionem, qui praecipiendo, ut vota scripta a patribus porrigerentur, secretariorum notas fallaces esse con-

⁶ Cf. testimonia supra p. LXXVIII, 1. 3 ss.

batur, multo magis eiusmodi difficultatibus esse oppressum? Quod Marci Laurei et Adam i Fumani exemplo comprobatur. Ambo simul vota adnotabant, ambo optima valetudine florebant, ambo curialium partes sequebantur; et tamen utriusque adnotationes inter se erant contrariae, quando mense Octobri 1563 agebatur de capitulis cathedralibus eximendis e iurisdictione episcoporum necne; Fumanus enim scripserat exemptiones per maiorem 5 partem votorum esse sublatas, episcopus autem contrarium¹. Et hoc factum est, quam quam uterque sciebat notationes suas corrigi posse ex alterius; luce clarius igitur est non ex mala voluntate, sed quod perperam intellexerat, alterum erronea scripsisse. Sed si eo tempore, quo Massarellus solus vota adnotabat, falsi quid in actis repertum erat, alterius partis sectatores statim fraudes odorabantur, si error uni favebat. Nonne 10 quotidie paene accidit, ut auctor alicuius libri censuram eius ab alio editam corrigat vel iniustam esse protestetur, quamquam iudex litterarius locos dubios libri saepius perlegere et cum otio examinare potuit? Quod fieri nequit in oratione, quae semel dicitur, ideoque relationes falsas non licet tamquam fraudis documenta accipere. Immo ut cupidi tatem partiumque studium, quo Massarellus usque ad corrupendas tabulas publicas pro- 15 cesserit, ei exprobremus, argumentis multo solidioribus opus est, quam quae hactenus sunt prolata. Quamvis enim flagraverit curialium partium studio, quamvis fieri possit, ut eo celerius ad dignitates se evectum iri speraret, tamen, etiamsi prudentia non retentus esset, certe religio ei fuisset alicuius partis gratia falsarium agere. Quin nostris temporibus aliquis coniecit Massarellum ea de causa fructus laborum pro curia exhaustorum non 20 percepisse, quod curia nimis vera, nimis exacta, nimis fidelia ideoque nimis opposita suis commodis acta concilii invenerit².

Pecuniae cupiditatem maiorem in Massarello fuisse, quam hodieum est in plurimis Italorum atque etiam aliarum nationum, minime crediderim³. Saltem cognatis suis, id quod pluribus diarium locis adnotavit, libenter salarii partem impertivit⁴, nec prioratum 25 ecclesiae crucigerorum Septempedanae propter pecuniam desideravit, cum reditus essent pauci et insuper beneficium pensione gravatum, sed fructibus alii petenti cedens contentus erat denominatione prioris, quia in domo sua fuisset prioratus per triginta annos⁵, quare moribundus etiam ut uni ex nepotibus conferretur rogavit⁶. Homo sincerus idemque non eminenti ingenio praeditus haec omnia diario suo mandavit, nec minus varia bene- 30 volentiae et confidentiae documenta a Cervino⁷ vel Madrucio cardinali Tridentino sibi data⁸, vel quod ei accidit semel a cardinali Alfonso Carafis: *Die Mercurii* 17. eiusdem mensis Martii [1557], cum A[lfonsus] card. Nea[politanus] [ceremonias] didicerit et eas experiretur, indutus cardinalitiis solemnibus vestibus, tanquam in sacello pontificio obedientiam (uti moris est) praestaturus et serio rem acturus, pontificem I me gest[antem] 35 manus reverenter deosculatus est et caetera munia, quae pontifici debentur, exhibuit⁹. Nonne hinc Itali ad superstitionem proclivis spes quaedam modica elucet hanc rem in omen laetum sibi verum iri? Num alias rem memoratu dignam existimasset? Sed hoc gaudium tanto minus est cur ei invidemus, cum innocentissimum sit nec cogitaverit unquam Massarellus alteri nocere, ut proprio commodo consulat. 40Q

Et tandem, cuius hominis diaria privatissima publicari possent, quin invenirentur in eis quaedam vitia humana auctoris, quin legerentur de praelatis quibusdam iudicia ut illud *vecchio e rimbambito ... ha poco cervello* (p. 383, l. 34 s.), vel illud *e si scemo, che non e differentia da lui a un cavallo* (ibid. l. 20 s.), vel illud *O gran bestia quel vescovo* (p. 232, l. 28)? 45

¹ Beccatelli litterae 7. Oct. 1563 Tridenti datae apud [Morandi,] Monumenti di varia lett. II, 135.

² Notice des actes originaux du concile de Trente, par M. le P. A., dans le temps que ces actes étoient aux archives de l'hôtel Soubise (in ephemeride *Chronique religieuse* I [Paris 1819], 41—46) p. 46: *Massarel paroit avoir été réellement un honnête homme, comme l'attestent les légats. Son travail porte le caractère d'une grande exactitude. Il a été peu récompensé par une cour qui est dans l'usage de reconnaître bien autrement les services de ceux qui lui sont dévoués; et, quand je vois l'affectation de la cour romaine à cacher ces actes avec tant de soin et pendant un temps aussi long, je ne puis m'empêcher de croire que, si elle n'a pas voulu*

qu'on les comit, c'est qu'elle a pu les trouver trop vrais, trop exacts, trop fideles, et par cela même trop opposés à ses intérêts. Cf. infra p. XCVIII, adn. 9.

³ Verba p. 235, l. 17 s., praeterquam quod sunt dubia, huic non contradicunt.

⁴ Cf. ex. gr. p. 799, ad 25. Sept. 1548.

⁵ Cf. p. 771, l. is. et adn. 1. Adeptus est prioratum 13. Nov. 1550 (diar. VI).

⁶ Cf. eius testamentum, quod exhibebitur infra § 8.

⁷ Cf. infra p. 229, l. 30.

⁸ Cf. infra p. 213, l. 3 ss. (*quasi rimesso in mio arbitrio la morte et la vita di colui*); p. 289, l. 22 ss.

⁹ Diarium VII (Arch. Vat. Concil. 143) f. 50v.

P A R S A L T E R A .

D E S C R I P T I S M A S S A R E L L I .

4. D e d i a r i i s .

Nemo omnium, qui concilii Tridentini temporibus fuerunt, tantum contulit ad eius memoriam posteris tradendum, quantum Angelus Massarellus. Praecipua eius scripturarum genera sunt acta concilii et diaria, quorum hactenus opiniones modo falsae, modo confusae, rectae nusquam apud homines doctos viguerunt, maxime si quae relatio inter
 5 singula diaria intercederet quaerebatur. Quod ex Massarelli epistulis durante concilio scriptis ad nos pervenit, minoris est pretii; opera autem eius historica praetermittere non debet, qui plenam hominis eiusque litterarum imaginem vult exprimere. Et nos quidem primum de diariis, deinde de actis, tum de relationibus quas secretarius Romam misit, denique de aliis eius scriptis agemus; postremo Massarelli testamentum et nonnullos
 10 indices scripturarum ab eo relictarum antiquos, quos reperire potuimus, exhibebimus.

A. M a s s a r e l l i d i a r i u m I .

Res quae memoria dignae sibi visae sint diariis mandare Massarellus a cardinali Aleandro, domino suo, cuius commentaria nuper in lucem edita sunt¹, videtur didicisse, nec quamdiu vixit hanc consuetudinem prorsus deposuit. Et cum reliqua diaria omnia sermone latino conscripserit, in primo Aleandrum etiam eo est imitatus, quod sermonem
 15 Latinum miscuit Italico, et nescio an etiam usus sit chartis forma folii integri², non, ut in aliis, forma quam vocant in quarto.

Pro certo tamen hoc dicere non possumus, quoniam unius diarii primi codicem autographum non habemus. Qui num omnino unquam pervenerit in tabularia pontificia, valde est dubitandum. Nam neque in ullo ex illis antiquis librorum Massarellianorum curiae
 20 Romanae traditorum indicibus³, in quibus paene omnes alii codices a Massarello relictos occurrunt, commemoratur, neque Raynaldus vel Pallavicinus eum norunt⁴. Sed ea spes etiam reliqua erat, librum inventum iri in paucis Massarelli reliquiis, quas heredes ex eius scripturis sibi servassent. Nutriebatur ea spes Camilli Lillii *Historia Camerinensi* Maceratae 1652 impressa⁵; ibi enim identidem citatur diarium illud, et foliorum numeros
 25 a Lillio adiectos libri autographi esse crediderit, qui Massarelli manum novit et numeros illos cum foliis correspondentibus codicis Barberiniani XVI, 28 litterulas magnitudine Massarellianis non dissimiles habentis⁶ comparaverit. At omnes inquisitiones in Marchiae Anconitanae bibliothecis, Septempedae, Maceratae, Camerini factae fuerunt vanae, quod mirandum non erat, postquam nec Coluccius⁷ qui exeunte saeculo XVII, nec Gentilius⁷,
 30 qui medio saeculo XIX patriae bibliothecas et tabularia diligenter perlustrarat et sine difficultate admissus erat, ne nomen quidem, ne dicam aliud diarii vel autographi vel transcripti vestigium habuerunt, atque etiam frater Casimirus, qui materia a P. Bernardo Gentilio Septempedano suppeditata usus a. 1736 librum suum edidit⁷, omnino de eo silet.

35 Ad novam spem deinde erecti sumus Gentilii *Ecclesia Septempedana*⁷, cuius ultima paene verba haec sunt: *Hic animadvertendum putamus concilii Tridentini acta diurna ab Angelo Massarello episcopo Thelesino exarata apud Emum Zelada pariter extitisse* (antea dixerat de Astolfi Servantii diario cardinali Zeladae donato). Quid aliud poterant esse haec *acta diurna* quam diarii codex diu a nobis quaesitus, vel concilii Tridentini
 40 primi actorum originalium volumen alterum, quod maximi pro cognoscenda synodi historia esset momenti, sed et ipsum desideratur? Qui nuntius eo certior esse videbatur, quia quae de Servantii diario antea retulerat Gentilius documento probantur, et veri-

¹ Nuntiaturberichte aus Deutschland nebst erganzenden Aktenstücken. I. Abteilung, Bd. IV, herausg. von W. Friedensburg (Gotha 1893), p. 229—418.

² Hoc non ideo conicio, quod bina folia 4 s. in tomo *Concil.* 132 (cf. p. 250, adn. d) sunt in folio integro — nam haec tradebantur Cervino —, sed propter folia transposita, de quibus v. p. 382, adn. cl particulae enim perperam collocatae non singulorum, sed binorum foliorum (si spatium in nostra editione paginarum in quarto Massarellianarum occupatum contuleris [ex-

gr. p. 500 ss.]) videntur esse, et minus verisimile est bina, quam singula folia esse translocata. Sed huic conjecturae non favent quae dicuntur 1.25 ss. et adn. 6.

³ Quos exhibebimus infra § 8.

⁴ Cf. infra p. LXXXVII, 1. 1 ss.

⁵ De quo libro y. infra p. 244, adn. 3.

⁶ Id probatur collatis inter se spatiis, quae in diario I singulis paginis Barberiniani XVI, 28 et in diario III paginis tomi *Concil.* 91 occupantur.

⁷ Cf. supra p. LXIX, adn. 1.

simillimum erat familiarem Massarello mortuo codicem hereditate accepisse. In litteris deinde a Gentilio ibidem exhibitis narratur Zeladae libros et codices manu scriptos ad cardinalem Lorenzanam transisse — quod verum est saltem de libris manu scriptis, sed libri impressi sunt in Bibliotheca Vaticana — ; a quo bibliothecae capitulari Toletanae sunt legati, ut aliunde nobis innotuerat. Et quoniam alia praeterea in bibliothecis tabularisque Hispaniae latere nobis persuasum erat, quoniam Haenelii catalogus titulos non nullos exhibet, qui poterant esse codicum a nobis desideratorum, quoniam denique aliorum, qui non toti versantur in re, iudicia sunt fallacia, ipsi in Hispaniam iter facere decrevimus, societasque Goerresiana impensas promisit ac toleravit. Sed licet uberrimos fructus per ceperimus ex illo itinere, spes diarium inveniendi vana ac nulla apparuit, cum numeri catalogi Haeneliani nil fere contineant quam exemplaria scripturarum per se non admodum pretiosarum (cf. supra p. xxv, l. 34 ss.).

Itaque exemplaria transcripta adhibenda sunt ad textum recensendum. Quorum praeter fragmentum parvum a Massarello ipso excerptum (v. infra p. 250, adn. a) habemus tria: codices Barberinianos duos, Tridentinum unum.

Barberinianus XVI, 28 (numerus ant. 3151) est codex chartaceus saeculi XVI vel incipientis XVII, magnitudinis 27,2 X 18,4 cm, foliorum scriptorum 246, alborum 2; tegumentum est membraneum et flexibile. Ex codice tabularii Vaticani tempus aliquanto accuratius potest definiri: tomus enim *Concil.* 56 eadem manu scriptus, eodem involucrio vestitus, eiusdem formae, continet epistulas Caroli Vicecomitis ad cardinalem Carolum Borromaeum e concilio Tridentino missas, et in fronte hanc habet notam: *Monf Visconti fu, toinato dalla fine dei concilio, creato cardinale . . . ; si vede in queste sue lettere oltie ch era dotto, virtuoso, nobile e per aventura pare7ite di Borromeo, nipote di S. Br.* Ergo mortuo Vicecomite (obiit 13. Nov. 1565) codex est scriptus, nec statim post eius mortem, cum in hoc casu non necessaria fuissent verba *fu tornato dalla fine dei concilio*¹ *creato cardinale*, quia res in memoria etiam recenti erat; non obstant verba *nipote di S. B*, quoniam quasi una vox erat optimeque etiam de pontifice defuncto simpliciter *S. B* poterat dici. Rursus codicem exaratum esse censemus ante annum 1610, quo inter sanctos ecclesiae collocatus est Carolus Borromaeus; nam postea certe attributum *sanctus* nomini esset praemisum. Cum praeterea eadem manus in aliis tabularii Vaticani tomis occurrat, ut *Concil.* 74, f. 279—283 (epistulae Borromaei ad Moronum a. 1563 datae), *Var. Polit.* 103, f. 85—87 (*Patrimonia s. Petri*, ex collectionibus Massarelli, ut plurimum hoc volumine), t. 106, f. 42—144 (Massarelli *Diarium a Marcello II ad nostra tempora*) et f. 170—246 (Massarelli *Conclave Iulii papae III*), cumque cardinalem Franciscum Barberinum constet Urbani VIII licentia commodandi quidquid codicum vellet ex bibliotheca et tabulario pontificiis² prolixè usum et aliquos codices numquam restitutos: quid magis consentaneum quam conicere etiam hunc codicem ex tabulario Vaticano esse commodatum, ut pro bibliotheca Barberiniana transcriberetur, deinde, quamquam interim cod. XVI, 27 esset exaratus, retentum? Retinendi autem consilium ab initio minime fuisse inde elucet, quod codex novus numerum habet multo inferiorem (1108) quam commodatus, ergo multo prius est insertus, hic (3151) longe postea, probabiliter mortuo cardinali Barberino, vel saltem cum iam in oblivionem venisset, unde codex esset allatus.

Caeterum codex Barb. XVI, 28 est optimae notae, si consideraveris difficultatem legendi Massarelli autographum saepe festinanter et minus dilucide scriptum; maxime nomina propria, quae auctori sunt notissima, lectori aliena, si scripta sunt minus clare, difficultates parant transcribenti, quibus saepe scriptor huius codicis succubuit; sed quis tales errores evitare potest, nisi totus versatus in rebus concilii et qui illius temporis et conciliarium et curialium et litteratorum Massarelli amicorum nomina novit? Nonnumquam versus libri originalis omittitur, vel scriptor ab una voce delapsus est ad eandem vel similem, quae paulo postea legebatur, ut lacunae sint in exemplari; sed eiusmodi errores facillime oriuntur nec sunt maioris neglegentiae. Etiam varietas quaedam et inconstantia scripturae per totum codicem animadvertitur; sed hoc partim in ipsum Massarellum recidit, ut videmus ex parvo fragmento iam commemorato (*Concil.* 132, f. 4 s.)³. Omnino

Si bene memini, dixit mihi doctissimus vir F. Ehrle S. J., bibliothecae Vaticanae praefectus.
2 Instrumentum legitur in cod. Vat. 7763.

3 Ubi legimus *sapientia* et *sapienza*, *natione* et *nazione*, *iudicio* et *giudicio*, *confidentia* et *importanza*, *Tedeschi* et *Todeschi* etc.

ubi collationem facere licet inter exemplar transcriptum et librum originale, ut *Var. Polit.* 42 ss. (= Massarelli Diarium VII) et *Var. Polit.* 170 ss. (= Massarelli Diarium V), facere non possumus quin laudemus opus scriptoris. — Charta aliquibus locis atramento acido est corrosa, sed nusquam fere adeo, ut verba prorsus sint deleta.

5 Barberinianum XVI, 27 (num. ant. 1108; folia sunt 306, in 40) transcriptum esse ex codice, de quo hucusque egimus, iam dictum est; scribebatur probabiliter post quam cardinalis Franciscus Barberinus bibliothecarius est factus (anno 1626). Quod aliquando habet verba, maxime nomina, integra, ubi XVI, 28 eadem exhibet abbreviata, huic non obstat, quoniam facile scriptores abbreviaturas supplebant (et non raro per-
10 peram, cuius rei codex Tridentinus praebet multa exempla); nullo modo 28 ex 27 potest esse transcriptus, quoniam non intellexeretur, cur cod. 28 nomina exhiberet ab breviata, quae in 27 legisset integra, et lacunas indicaret, quae scriptor codicis 27 non animadvertit; omnino scriptio verborum in 28 est antiquior quam in 27. ■ Hic codex, quoniam fontem eius habemus, ad textum recensendum non est consulendus nisi eis locis, ubi
15 in codice 28 verba non amplius clare leguntur; nihilominus lectiones eius certis locis adnota- vimus, maxime ubi non errore ab alio codice videantur differre, ut lectores ipsi de eo possint iudicare. (Lectio p. 260, 10 facile ex p. 258, 30 corrigebatur, neque alio fonte opus erat.)

Codex Tridentinus (bibliothecae civicae) Mazzettinus 4237 (al. 102) est chartaceus in folio, paginarum 606; fuit in ea collectione, quam P. Mazzolenus¹ medio
20 fere saeculo XVIII undique sibi describendam curaverat. Ex tempore quo scriptus est codex satis apparet eum non ex tabulario Vaticano fluxisse, ut Theiner coniecit²; nam tunc iam per centum fere annos non amplius diarii Massarelliani primi codex ibi fuerat, sed in Barberinorum bibliothecam migraverat. Sed ne ex Barberinianis quidem codicibus est derivatus, cum lacunae, quas hi habent, in illo non sint; ergo vel ex ipso Massarelli
25 libro originali vel ex alio codice inde transcripto emanavit. Si omnia reputaveris, Bar- beriniano XVI, 28 est longe deterior; praeter multos enim locos corruptos, e quibus sensus elici non posset, scriptionem habet modernam {ora, onoranent, .ebdomada, abitus etc.}, pro *Mr* semper legit *Monsignor* (quod saepe ineptissimum est), nomina in originali ab breviata arbitrario suppleta exhibet, multa alia huiusmodi, quae semper referre in
30 apparatu nostro critico ex re non esse duximus. At rursus facultatem nobis dat ex plendi lacunas codicum Barberinianorum et nonnumquam scriptiones servavit Massarelli genuinas, ut illud *sequutus, ostendit* (p. 166, l. 13) etc.

Nihilominus, cum et Barberiniani et Tridentinus sua quisque vitia habeant, textum omnibus numeris absolutum exhibere non possumus. Quare valde dolendum est librum
35 autographum interisse vel saltem non esse repertum. Quamquam certos defectus iam in hoc ipso fuisse oportet, ut perturbatio illa ex perversa positione³ foliorum orta, de qua refertur infra p. 382, adn. c, quamque religiose transumpsit Woker in suam editionem; nam nisi in autographo iam fuisset, non in omnia exemplaria transisset. Similiter lacunae, quae reperiuntur et in B(arberiniano XVI, 28) et in T(ridentino), iam in codice
40 originali fuerunt, id quod exemplis ex reliquis Massarelli libris probatur. Sed maior vitiorum pars per scriptores est illata. Horum sanatio interdum fieri potest eo, quod B et T diverse eundem locum corruerunt, ut p. 152, l. 7 B habet *B. lo. Bocarini*, T *D. Ioannis Baptistae Cavini*; hic ad restituendum textum originale opus est scire cognato cardinalis Marcelli Cervini nomen fuisse Ioanni Baptistae. Interdum saltem unus
45 codex habet nomen genuinum, sed non semper est facile quod sit verum invenire,

¹ Cf. supra p. XVI, adn. 2.

² Acta I, p. xviii, adn. i.

³ Non est difficile hanc transpositionem animad- vertere, cum quinque locis sententiarum ordo valde sit turbatus (Woker lacunas ibi esse putavit), quae res ipsa hortatur ad inquirendum, num particulis aliter ordinatis textus possit sanari. Neque hoc conanti de sunt indicia certissima. Nam apud Dollinger p. 240 (nostrae editionis p. 386, l. 7) ad 24. Ianuarii 1546 (diem dominicam) legimus: *Il card. d'Inghilterra venne alie 22 hore dal card. S. Croce, dove ste Jno alie 23, ra- gionando della futura congregatione etc.* Post haec verba ipsa sine dubitatione Woker (p. 240, nostrae editionis p. 382, l. 11 ss.) adiungit: *Alie 21 hore dun- que fu la congregatione generale* (cui omnes tres legati

interfuerunt, ergo eodem tempore non inter se poterant visitare); p. 243, secundum Wokerum sub eodem die, dicitur (nostrae ed. p. 388, l. 35): *Hoggi era il giorno della congregatione* (sed diebus dominicis nun- quam tunc fiebant congregationes, immo diebus Martis et Veneris), *ma essendo la conversione di s. Paolo* (quam calendaria docent celebrari 25. Ianuarii) *si e trasferita a domani secondo l'ordine preso*. Denique ad 27. Ia- nuarii (Dollinger p. 251, n. ed. p. 393, l. 28) card. Madrucius dicit de sua propositione facta *nell'ultima congregatione di Venere*, quibus verbis et ipsis 22. Ia- nuarii significatur. Postremo quae inter Madrucium et Massarellum (vel Cervinum) agebantur de Vergerio et aliis die 25. Ianuarii, prorsus dirimuntur Wokeri incuria (p. 242 et 246, n. ed. p. 387 s.).

idque etiam ubi non de nominibus tantum agitur. Nam ne titulum quidem diarii, ut exemplo utamur, cum certitudine scimus, id quod adnotatione critica a p. 151 ostenditur. Titulus quem exhibet B vix originalis est, et quem habet T, est falsus, cum diarium a 22., non 23. Februarii 1545 incipiat. Nescio an Massarelli liber autographus titulum omnino non habuerit.

5

Quomodo ortum sit Massarelli diarium primum, num singulae relationes suis diebus sint scriptae, vel quae statim, quae postea, admodum difficile est dictu, cum autographum non liceat inspicere. Id autem dubitari nequit, et itinerarium p. 152 ss. et expositionem rerum Tridentinarum p. 156, l. 25 ss. non eisdem diebus, sub quibus scripta sunt, esse litteris demandata, immo postea demum, cum Massarellus per aliquantum temporis Tridenti fuisset, de descriptione civitatis hoc ultro apparet (cf. p. 479, adn. 3), de itinere diserte dicitur ab ipso auctore p. 185, l. 14-19 (cf. ibidem adn. 6). Sed iter Tridentinum ita ordine narrare rursus non potuisset, nisi saltem notulis in ipso itinere scriptis usus esset¹, et ubicumque res parvulae ac minutae referuntur, quae brevi in oblivionem adduci solent, has statim adnotatas vel similiter ex notulis suo tempore factis esse sumptas censebimus; et in uno casu ita factum esse firmissime potest ostendi (cf. infra p. XC, l. 5 ss.). Deinde ubi eadem res ad eundem vel proximum diem bis adnotatur², secunda relatio vix eodem die potest esse facta, quia credibile non est secretarium tam brevi oblitum esse priorem narrationem³. Caeterum naturale est diario, maxime hominis multis negotiis occupati, ut modo statim, modo aliquanto post eventus scribatur, ut ergo non generaliter dici possit, quomodo sit ortum.

10

15

20

Diarium quod nos primum nominamus Massarelli ab eo die incipit, quo crux data est legatis concilii, 22. Februarii 1545⁴ et Per spatium unius fere anni (usque ad 2. Februarii 1546) de rebus concilii refert. Quae ratio inter ipsum et ea, quae a nobis secundum et tertium vocantur, intercedat, satis inde elucet, quod materia in 250 paginis primi narrata vix duodecim primas paginas secundi (p. 424—435) occupat, ex tertio autem duodecim primae de congregationibus relationes ad tempus, de quo in primo agitur, pertinent; omnia alia quae in secundo et tertio narrantur, temporis posterioris sunt. Specie igitur (quod diarii secundi initia de rebus ante convocatum concilium gestis narrant) decepti sunt qui diarium primum continuationem vel complementum secundi esse putarunt⁴, cum e contrario hoc sit continuatio, tertium continuatio et complementum primi.

30

De actis congregationum nil fere legitur in diario primo, quia Massarellus tunc non praesens erat deliberationibus patrum; quae nihilominus de eis referuntur, speciem prae se ferunt, quasi ab aliis sint Massarello narrata vel aliunde ab hoc hausta et in diario scripta, ut aliquod fecisse videretur. Ita ad 18. Decembris 1545 (p. 354) relationis minor pars est de rebus vulgo notis, longe maior sunt illa capitula, quorum exemplaria in omnium manibus erant; similiter res sese habet p. 358 ad 22. Decembris; ad 29. Decembris (p. 362) narrat Massarellus quae a Cervino ei erant mandata ut referret primo praesidenti; de 4. Ianuarii 1546 nil fere habet; ad 13. Ianuarii (p. 374 ss.) nil exhibet nisi expositionem Cervini, quam domi habebat (cf. p. 374, adn. 2); quae ad 18. Ianuarii leguntur, et a domino suo domi et ab unoquoque praelato in via poterat accipere. Maximum diarii pretium 5 efficitur relationibus, quas exhibet secretarius de colloquiis cum primoribus in concilio hominibus, et iudiciis eius de rebus conciliaribus, ex quibus mens legatorum praelatorumque Italicorum colligitur; et quoniam sibi soli Massarellus librum hunc conscripsit, multa in eo dicuntur, quae publice narrare sine dubio perhorruisset⁶.

40

45

De auctore libri nunquam dubitatum est; nam semper is de se ipso in prima persona loquitur, et in reliquis quoque Massarelliani ingenii vestigia occurrunt.

Lingua in diario adhibita usque ad 2. Maii 1545 est Latina, ab eo die usque in finem auctor utitur lingua Italica, in omnibus reliquis diariis autem Latina.

50

¹ Hoc sequitur etiam ex voce *[s]acconcio* p. 185, l. 14.

² Ut fit p. 382, l. 1; p. 384, l. 4 ss. et saepius.

Etiam illud *alii 6 di Aprile* pro *di Marzo* p. 166, adn. 5 posterioris originis est indicium: nam primis diebus novi mensis consuetudine adductus aliquis scribere potest nomen praeteriti mensis, sed nunquam ultimis diebus unius mensis nomen sequentis, ut hic fecisset Massarellus. Cf. p. 173, 39 illud *proficiscebatur*; p. 174⁴ 221 3; 254 5; 260 3 et alibi.

⁴ Catalogus bibliothecae civicae Tridentinae: diarium primum *parebbe non essere altro che una continuazione o un complemento dei precedenti* (4236 = diaria II, III, IV) *diario*.

⁵ Cf. *Dollinger* I, 1, p. xxm.

⁶ Rarissime legimus: *scripto demandari non posunt* (p. 384, l. 26) vel *manet alta mente repostum* (p. 309, l. 2; cf. p. 308, l. 22; p. 328, l. 27) vel similia.

Prioribus saeculis praeter Liliū, qui aliquoties¹, et Raynaldum, qui semel² diarium hoc citavit, apud nullum alium auctorem eius vestigium invenimus; nec Sarpius nec, quod mirum sane est, Pallavicinus videntur librum novisse. Nostris temporibus in collectione *Dollingeri* (supra p. xiv, adn. 2) I, 1, p. 66—258 Ph. Woker editionem³ curavit, quae non iniuria ab omnibus est vituperata. Sed iniuria soli Wokeri culpa est tributa, cum nimis breve tempus ad praeparandam editionem ei videatur esse concessum, nec quae necessaria sunt ad eiusmodi opus suppeditaverint. Tradebatur enim ei exemplar diarii pro v. cl. Actonio Anglo non bene transcriptum ex codice Tridentino ipso non optimo, quod conferendi cum hoc codice, ne dicam cum Barberinianis, facultas non erat,⁴ nisi quod posterioris partis exemplar pro Drufifelio ex codice Barberiniano (non dicitur utrum XVI, 28 an 27) transcriptum ei concedebatur. Quare multa oportebat omittere, cum non intellexerentur; alia supprimebantur, quia Wokeri vel Dollingeri nimis parva ac levia videbantur, ut de valetudine, ambulationibus, epulis cardinalis S. Crucis. Sed alia quoque in Wokeri editione desiderantur, et cum interdum particulis deletis sententiarum nexus sit interruptus, ne ea quidem, quae remanserunt, bene intelleguntur. Quod tamen aliqui suspicati erant, ea suppressa esse in editione Dollingeriana, quae laudi ac decori essent concilio, eius indicium nusquam invenimus.

Wokeri acerrimus iudex extitit A. de Druffel, qui non pauca ad emendandum, nonnulla etiam ad corrumpendum textum congessit⁵ novamque diarii huius editionem est molitus⁶. Idem in compluribus libellis de Carolo V et de concilio Tridentino editis⁷ saepissime ex diario hausit. — Eas partes diarii, quibus res Tridentinae tempore concilii illustrantur, vir clar. Carolus Giulianus in ephemeride *Archivio Trentino* in scripta excerpsit⁸. — Etiam W. Friedensburg in relationum a nuntiis sedis apostolicae e Germania Romam missarum editionis volumine VIII⁹ non raro diarium adhibuit. Praeterea in nonnullis aliis libris editio Wokeriana citatur.

De rationibus in nostra editione administranda adhibitis infra in capite IV pauca dicentur.

B. Massarelli diaria II. III. IV.

Melius quam diarium, de quo modo egimus, reliqua Massarelli nobis sunt tradita; omnium enim, praeter extremam partem quinti, codices autographi extant in tabulario Vaticano. Secundum, tertium, quartum cum sexto, de quo postea est loquendum, tomo *Concil.* 91 (alius numerus in tergo scriptus legitur 33) comprehenduntur.

Hic codex chartaceus, in quarto, foliorum 418, partes varii coloris olim non junctas continet. Involucrum eius hodiernum pelliceum sero ei videtur esse indutum, cum aliud cum Pauli V insignibus (tegumentum hoc vetus membraneum in fronte codicis est insertum) laceratum esset. Primum huius tomi testimonium reperitur in indice antiquo (circa annum 1616) codicis Vallicellani G. 63 edito per G. Calenzium¹⁰ et infra¹¹ etiam a nobis exhibendo. Non liquet, an cum hoc tomo — qui involucro tunc egebat — unitae tum fuerint partes tomorum *Concil.* 142 et 143, cum paginarum (i. e. foliorum) numerus indicetur 518 et diarium pertinere dicatur usque ad tempora Marcelli II et Pauli III et ad annum 1558, tom. 91 autem habeat paginas 418 tantum¹² et finiatur durante concilio Tridentino secundo. Sed quomodocunque hoc sese habet, tom. 91 tunc etiam penes Massarelli heredes erat, sed paulo postea a Pallavicino, qui citavit exemplar Burghesiorum ex autographo haustum¹³, et a Raynaldo adhibebatur. Nullum aliud Massarelli opus tam saepe transcriptum est quam hoc; praeter exemplar enim Burghesiorum (I, 264. 265) aliud extat in ipso tabulario Vaticano (*Concil.* tom. 77), aliud in biblio

¹ Cf. infra p. 244, adn. 3; p. 261, adn. I.

² Annales eccl. ad annum 1545, n. 32; utitur codice tio⁸ (hodie XVI, 27), ergo deteriore.

³ Theol. Litteraturbl. XI (Bonn 1876), 396—403 et in libris adn. 4 et 5 citatis.

⁴ Cf. Monumenta Tridentina (München 1884 ss.) p. 121, adn. I.

⁵ Cf. adnotationem praecedentem; praeterea: Kaiser Karl V und die rom. Curie 1544—1546, pars I—IV (Abhandl. d. bayr. Akademie der Wissensch. III. Kl., Band XIII, 2; XVI, 1. 3; XIX, 2), München 1877

e Trento al tempo dei concilio, Archivio Trentino 1(1882)—111(1884); libellus etiam separate (Trento 1884) prodiit.

¹⁰ Nuntiaturberichte aus Deutschland, I. Abteil., VIII. Band, Gotha 1898.

¹¹ Documenti inediti (supra p. XVI, adn. 3) p. 422—426.

¹² 9 § 8, C, [XVI].
¹³ Cogitari posset de errore pro 418) indicis, nisi etiam Marcelli II et Pauli IV nomina comparerent.

¹⁴ Cf. infra p. XC, 1. 35; p. XCI, adn. 1.

thea Vaticana (cod. lat. 6687 et 6688), aliud in Corsiniana (Coi. 41. A. 21 [773]), aliud in Tridentina (Mazzett. 4235. 4250).

Haec exemplaria conferre cum libro originali non est inutile, quia optime inde quomodo scribarum errores etiam in aliis libris orti sint dignoscitur. Et codices quidem Burghesiani non admodum sunt accurati; ex. gr. p. 476, 38 pro *Foroiuliensis* ibi legitur *Foroliviensis*; 5 p. 477, 1. 2 *Minimorum* pro *Minorum*; 1. 11 *quod* pro *qui*; ibid. *cum aliis non senserint* pro *contra alios sens.*; 1. 13 *sequituros* pro *secuturos*; 1. 14 omitt. *hodie* (sed 1. 15 *nolint* bene correctum pro *nolit*); p. 478, 1. 13 *quod* pro *quae*; 1. 19 *externa* pro *hesterna*; 1. 21 *probat* pro *probis*; 1. 22 *etiam reperiantur* pro *esse reperiatur*; p. 488, 1. 30 *capitulum descerptum* pro *exemplum descripsi*; idque quamquam clarissimis litterulis 10 ibi Massarellus scripsit. Praeterea semper fere legimus *dubium* pro *dubium* et similia¹. — *Concil.* t. 77, f. 139—246 continet fragmentum diarii incipiens a 10. Maii 1545 (P. 438 > 1-36) et finiens 12. Sept. 1547 (p. 693); sed cum prior pars ex summario Barberiniano (de quo v. infra in hoc § litt. D) descripta sit (cf. p. 446, adn. a) p. 454, adn. d), posterior videtur hausta esse ex ipso autographo (cf. p. 457, adn. a), sed omissis 15 omnibus eis, quae non signata sunt signo illo. Caeterum scriptor huius codicis est unus e Massarelli familiaribus, qui manum domini sui optime novit et bene rem ad ministravit. — Codd. Vat. 6687. 6688 non ex ipso codice originali sunt repetendi, ut apparet ex p. 495, adn. a, p. 498, adn. a, neque admodum laudandi: cf. ex. gr. p. 483, adn. b) p. 499, adn. c et d) p. 505, adn. d) p. 506, 1. 25 legitur *linguarumque* 20 pro *hnguarumve*; p. 500, 1. 4: *Hodie multi larvati iverunt per civitatem, nulla habita edicti ratione, quod mirum, et de hoc conquesti sunt* (sic); p. 510, 1. 37: *indicto consensu* pro *indicto consessu*; cf. p. 514, adn. a; p. 531, adn. a. b. c. d etc. — Codex Corsinianus melioris notae nobis videtur esse. — Tridentinum non contulimus cum textu libri originalis; sed particulis per Druffelium publicatis cognovimus eum non 25 praestare Vaticanis vel Burghesianis.

Codicem Massarelli autographum (*Concil.* 91) non ab initio unum opus fuisse neque eodem consilio exactum iam significavimus. Titulus in primo folio litteris maiusculis scriptus hic legitur:

DIARIUM SACRI OECUMENICI ET
GENERALIS CONCILII TRIDENTINI
PER ME
ANGELUM MASSARELLUM DE SANCTO
SEVERINO AGRI PICENI IPSIUS CONCILII
SECRETARIUM.

Sequuntur decem folia vacua, non eiusdem chartae, sed postea, cum novum tegumen- 30 tum fieret, inserta; deinde unum folium album cum primo cohaerens et antiquum. Omnia haec folia non sunt numerata. Primum numeratum habet titulum: DIARIUM SACRI CONCILII TRIDENTINI SUB PAULO III PONT. MAX, ac deinde incipit textus, ut infra p. 407; quod folium 1 postea (non ante finem primi concilii) loco alius a Massarello est insertum, sequentia autem sunt antiqua. Haec prima 28 folia priorem **diarii secundi** 35 quod nos vocamus partem exhibentia ipsius secretarii testimonio scripta sunt mense Iunio anni 1545 (cf. p. 201, 1. 39 et adn. 4)², sed postea non pauca sunt mutata, ut ex adnotationibus nostris cognoscitur. A prooemio actorum et a diario apud *Le Piat* VII, 2, 32 ss. impresso haec prior diarii secundi pars verbis tantum differt et quomodo 40 Massarellus easdem res variare solitus sit demonstrat. — Diarii secundi pars altera (f. 29—63, p. 424—466) variis temporibus est scripta, sed primae relationes usque ad mensem Iunii 1545 certe simul cum parte priore³. Non ipsis suis diebus res esse adnotatas ex manus ductu colligitur, qui saepe per multos dies est idem, et ex indicis p. 426, adn. e) p. 427, adn. a. b. c. significatis, quibus demum libello color diarii da- 45 batur; re vera paene omnia sunt excerpta ex diariis I et III⁴. — Quamquam hae partes

¹ Cf. etiam p. 483, adn. b.

² Druffelii opinio 1. c. refutata etiam eo improbat, quod nullo modo Massarellus iam tunc ordinem procedendi in concilio statuere potuisset, et ordo a Theinero actis praemissus non quomodo res faciendae, sed quomodo factae sint dicit.

³ Manus ductus est idem qui ibi; deinde cum libelli pars prior mense Iunio 1545 sit ortus, non intellegitur cur non ad id ipsum tempus diarium sit continuatum.

⁴ Cf. maxime relationes diarii II inde a 26. Martii 1545 p. 424 ss. cum diario I p. 164 ss.

clare inter se differunt, nihilominus in unum diarium eas comprehendimus, quia altera continuatio est prioris, si pauca in huius fine (n. 44—47) excipias, et quia totum summariorum (de quibus infra litt. D) factum est fundamentum. Stellis ad sessiones in margine appositis¹ docebatur scriptor, ubi in summaria aliae relationes essent recipiendae. —

5 Caeterum libellus vel saltem altera eius pars non tam pretiosus est per se, quam quod typum quodammodo summariorum nobis repraesentat et Massarelli consuetudinem litterariam illustrat. Praeterea num Raynaldus et Pallavicinus recte locos quosdam citaverint ex eo cognoscitur.

Multo maioris pretii sunt **diaria tertium** et **quartum**, quae extrinsecus non
10 sunt separata, illud concilium Tridentinum a die 18. Decembris 1545 usque ad translationem (f. 64r—213v) complectens, hoc concilium Bononiense et parvum spatium inter eius suspensionem et Pauli III mortem praeteritum (f. 214r—338').

Nec diarium tertium unius et integri operis prae se fert speciem. Initium enim eius sunt congregationes concilii — ea superscriptio legitur in marginis superioris
15 angulo sinistro fol. 64r ←, quas in hoc libello comprehendere Massarelli consilium erat, priusquam ad scribenda earum acta est vocatus. Quibus congregationum actis inde a 15. Februarii ← paucis diebus postquam diarium I continuare desierat, probabiliter negotiorum onere detentus — alias narrationes adiunxit eiusdem generis, quod in primo nobis occurrit: de colloquiis inter ipsum et praelatos conciliares habitis, de epistulis
20 scriptis et acceptis, de adventu vel discessu praelatorum, de novitatibus in civitatem nuntiatis, de ipsius negotiis et rebus similibus. Sed a fine mensis Martii 1546 de congregationibus remittit lectorem ad acta a se scripta, quemadmodum etiam in fine diarii VI fecit², neque amplius relationes nisi alterius generis exhibet.

Illa pars, quae est de congregationibus concilii, propterea maioris nobis est momenti,
25 quod ad componenda acta a Massarello est adhibita. Cum enim versus finem synodi Tridentinae primae iuberetur acta eius compilare, de primis quattuor concilii mensibus, quibus in congregationes nondum erat admissus³, aliis egebat fontibus, et praeter commentarios Severoli ad proprium diarium recurrit. Unde vero relationum in hoc de congregationibus datarum materiam repetiverit, non prorsus liquet. Nam neque ex
30 Severolo, cuius diarium secretarius eo tempore nondum habebat, possunt esse haustae, neque in epistulis legatorum Romam missis omnia ea inveniuntur, quae in diario III de congregationibus nuntiantur⁴. Quare de cardinali Cervino, qui coram secretario suo de rebus in concilio actis locutus sit, est cogitandum, et nutus quidam ab ipso Massarello dati sunt observandi, ut illa ad 16. Februarii 1546 (p. 481, l. 8 s.) adnotata: *Fui mane*
35 *visitatum episcopum Bertinoriensem . . . deinde episcopum Feltrensem, qm de suo voto in hesternae congregatione exhibito collocutus est*; a quo rationes ad 15. Februarii expositas potest accepisse, vel easdem vidisse domi in scripturis domini sui (cf. p. 478, adn. 2; supra p. LXXXVI, l. 35 ss.). Neque licet praeterire, non de omnibus congregationibus referre Massarellum in diario, sed earum tantum dare conspectum, de
40 quibus commode aliquid accepisset; ut relationes de 22. et 29. Decembris 1545 de 4. 13. 26. 29. Ianuarii, 5. 17. 27. Martii sunt brevissimae, et aliarum ubertas in una vel altera parte tantum constat, quae facile haberi poterat, ut illa p. 500—502, quae ex scripto legerat archiepiscopus Aquensis, vel quae dixerat Feltrensis (cf. supra l. 35) p. 502—504. Omnia haec considerare oportet eum, qui de auctoritate earum
45 relationum vult iudicare⁵.

Cum ergo quae de congregationibus usque ad finem mensis Martii 1546 leguntur in diario minus sint originalia, quia partim in ipsius Massarelli notis, partim in aliorum narrationibus nituntur et mutata sunt redactione, etiam alia non suis singula diebus esse scripta, sed et ipsa aliunde transumpta litteris claris gravibusque satis indicatur. Aliter res
50 sese habet a folio 139 codicis vel a 30. Martii 1546; ab hoc enim die relationes scriptae sunt festinanter et manus ductus cotidie fere est alius, ita ut recenti etiam memoria

¹ Cf. p. 430, adn. e; p. 432, adn. d; p. 434, adn. b haec nota errore videtur deesse; p. 437, adn. e; p. 441, adn. d¹

² Cf. supra p. LXXIV, adn. 9.

³ Cf. supra p. XLIX, l. 8 ss.

⁴ Immo interdum contrarium: v. supra p. LXV, l. 52, et p. LXVI.

Concilium Tridentinum. I.

⁵ Cogitatio animum subire posset diarii de congregationibus relationes emanasse ex actis. Sed haec orta esse multo post diarium III non potest dubitari. Et cur Massarellus primis tantum concilii mensibus actorum epitomen diario inseruisset, postea non amplius? Cum post 1. Aprilis 1546 ad acta ipsa lectores remittit, cur idem non fecisset ante illum diem?

adnotationes litteris mandatas esse appareat¹. Et haec species diarii est per totum tempus concilii non modo Tridentini, sed etiam Bononiensis. Quamquam interdum unus vel aliqui dies relationes exhibent cum otio et plures eodem manus ductu scriptas, tamen ne has quidem sine notulis suo tempore scriptis factas esse certissimis ex argumentis colligere licet. In tomo enim *Concil.* 77 ex variis de concilio rebus composito² est s dimidium folium, in cuius una pagina leguntur nomina abbatum, qui interfuerunt primae (post apertionem) et sequentibus sessionibus³, in altera sunt reliquiae notularum a Massarello scriptarum litterulis parvis et difficillimis lectu, quae vix intellegerentur, nisi in diario repeterentur. Incipiunt sine titulo, cum dimidia pars folii, in qua legebantur priora, sit praecisa:

10

*venne Salpi
da Bitonto p decreto*

13. lune.

*cum Lorenzo spat. sega.
cum car& de decreto
carle a spasso [?] sega.
letanie legati. S. Trinit.*

14. Martis.

*Scripsi decretum mane
cum Rm0 a 16 usque i 8 A a 18 usque 24 cum Bit, a 24 usque
2dam noctis cum Sta f pro decr'to lustms
legati Romam scripserunt,
ego Falett. lui. Gentil.*

Quibus relationibus hae notulae fundamenta fuerint quaerenti sese offerunt dies 12., 13., 14. Septembris 1546 (infra p. 573 s.), ad quos paucis mutatis secretarius illas notas transumpsit. Sed, ut de aliis locis, ad quos id adnotavimus, taceamus, etiam relationes de diebus a 29. usque ad 31. Augusti, 1. et 2., 3. et 4., 5. et 6. Septembris, deinde a 7. usque ad 23. Septembris, a 24. usque ad 28. Decembris 1546 (p. 595 s.), 15 et a 29. Decembris 1546 usque ad 6. Ianuarii 1547 simul videntur esse scriptae secundum notas antea factas. Si ergo Massarellus eiusmodi memoriae adminicula constituerat, postea veris falsa admiscere potuit, ut ossa illa carnibus circumdaret; exempli causa quae una epistula continuerat, alii potuit tribuere et similia. Ideo maximi nobis est momenti, ut habeamus auctoris autographum, quoniam ex eo solo aliquatenus discerni potest, 20 sintne relationes originales necne. Caeterum illud est tenendum, in huiusmodi casibus agi de rebus minutis, cum res maiores ipsa natura recentiores maneant in memoria. At non semper notarum auxilio est usus Massarellus, ut p. 588, 1. 14 Algarensis episcopi adventum non ad 25. Novembris 1546 adnotasset nec Mendozae reditum ad 13. Octobris 1546 (p. 579, 1. 21) nuntiatum sub 14. iterum retulisset, neque etiam in errores ad 1. et 2. Martii 25 1547 (p. 620, adn. a. b notatos) incidisset, si relationes eisdem diebus scripsisset vel, ut ad mensem Septembris, aliquid antea scriptis consignasset. Quae de medio mense Septembris 1546 leguntur, adeo composite sunt scripta, ut statim non esse ea originalia suspicio moveatur.

De quarti diarii origine, indole, fide eadem prorsus valent, quae dicta sunt de 30 tertio inde a f. 139, quare plura de eo disserere non est necessarium.

Editio diariorum II—IV, si partem diarii II a *Le Piat* (VII, 2, 32 ss.) ex *Martene*, Coli. vett. mon. VIII, 1022 ss. transumptam excipias, nostra est princeps; particulae tamen, maxime tertii, publicatae sunt nostris diebus a Druffel, ut relatio de 3. Martii 1546 (p. 507 s.)⁴, alia a Friedensburg⁶. Sed iam multo ante Pallavicinus ex his 35 diariis hauserat exemplari usus Burghesiano⁷, quod commodius habere poterat quam

¹ Cf. infra p. 530, adn. b.

² Inest in eo diarii II et III fragmentum, de quo supra p. LXXXVII, 1. 45; p. LXXXVIII, 1. 12 ss.

³ Cf. infra p. 367, adn. 6.

⁴ Ergo coniectura p. 574, adn. a proposita est recipienda.

⁵ In libello infra p. 507, adn. 4 citato, praeterea in libro Monumenta Tridentina inscripto.

⁶ Nuntiaturberichte aus Deutschland, I. Abteilung, Bd. VIII (Gotha 1898) passim (cf. maxime p. 653 s.) et IX (1899).

⁷ Ex gr. 5, 7, 6 (adn.): *il qual diario e fra le scritture de' Signori Borghesi*. Nonnunquam citat etiam *memorie dei Massarello*, quae nil sunt aliud ac diaria in tomo *Concil.* 91 contenta, ut ex allegationibus 6, 14, 5. 6 apparet.

librum autographum, ut opinamur¹; Raynaldus² ipso codice usus originali, nonnunquam autem exemplari tomi *Concil.* 77 et summario Barb. XVI, 123, quorum propterea rationem habuimus in nostra diarii III editione, et quae infra (litt. D) accuratius describemus. Librorum denique, qui per excerpta Raynaldi vel Pallavicini diariorum relationibus usi
5 sunt, magnus est numerus.

C. Diaria V. VI. VII.

Ut sufficienter de his diariis possit disputari, necesse est prae oculis habere editionem, quare accuratorem de eis expositionem reicimus ad volumen secundum a diario V incipiendum et hic ea tantum, quae maxime ex re videntur esse, praemittimus.

Diarium quintum dimidiam fere ad partem est in codice *Concil.* 142 (105 foliorum), qui non totus Massarelli manu est scriptus, licet ab eo sit revisus; altera pars transcripta extat in codice Ottoboniano 2608, qui caeterum exhibet diarium integrum. Codex originalis iam ineunte saeculo XVII (vel exeunte XVI) erat mutilatus, nam exemplar tunc ex eo transcriptum³ ne ipsum quidem plus habet quam ille. Recensiones breviores extant complures, de quibus et de Onuphrii Panvinii libro inde hausto dicitur in prolegomenis tomi secundi. — Libellus nondum editus narrat de exequiis Pauli III, deinde de conclavi Iulii III usque ad huius electionem.

Diarii sexti codicem paene integrum Massarelli manu exaratum habemus in tomo *Concil.* 91 supra iam descripto. Post diarium Bononiense (IV) secretarius reliqua quaternionis folia (6) relinquens vacua nec numeris signata f. 239 incipit DE PONTIFICATU IULII III PONT. MAX. DIARIUM a *Dollingero* I, 1, 259—360 particulis quibusdam omissis publicatum, quod usque ad 8. Septembris 1551 (codicis fol. 418) tantum continuavit. Sed Ludovici Firmani diario caeremoniali (cf. supra p. xxxv, l. 28 ss.) lacuna hinc usque ad annum 1555 patens quodammodo expletur.

Massarelli diarium septimum et ultimum traditur nobis codice *Concil.* 143 et
25 habet titulum: DIARIUM A MARCELLO II AD NOSTRA TEMPORA, QUOD IN DIES CONSCRIBITUR. Codex licet sit autographus, non tamen proprie dici potest originalis, cum scriptus sit composite ac clare sine correctionibus vel lituris. Narrat primum *De obitu Iulii III et creatione Marcelli II pont. max.*; fol. 18T incipit *De electione et pontificatu Pauli papae IV*; f. 72r refertur *Creatio Pii papae IV*, deinde
30 etiam praeparationes et convocatio concilii Tridentini tertii et prima eius tempora usque ad 30. Novembris 1561. Terminatur diarium media in propositione, postquam narrari incepta est exemptio conciliarium in actis apud *Theinerum* II, 672⁴ relata.

D. De summariis concilii a Massarello compilatis.

Saepeissime in catalogis bibliothecarum atque etiam in diariis Massarellianis occurrit nomen summarii, et in libris manu secretarii scriptis, qui ad nos pervenerunt, complures
35 sunt illo nomine inscripti, ut *Concil.* t. 17, f. 1—21 (fragmentum epitomes commentarii Severoliani, v. supra p. L, l. 9 ss.); *Concil.* t. 44, ipsius Massarelli manu scriptus, apud Raynaldum saepe citatus sub numero 3232, habet titulum: SUMMARIUM CONCILII TRIDENTINI SUB PAULO III, et est foliorum 365, quorum in ultimo refertur de translatione concilii et additur: *Quid autem in ipso Bononiensi concilio actum fuerit, ex actis per me eundem Angelum Massarellum* [cuius et notariorum nomina sub singu-
40 larum sessionum actis leguntur], *etiam ipsius concilii tunc secretarium, collectis, quae in alio libello descripta sunt, dignosci potest.* Nescio an hic libellus sit is, qui in Barberianorum bibliotheca custoditur signatus XVI, 3 (numerus antiquus 123; etiam hic codex

¹ Minime hinc licet colligere Pallavicinum non visse codicem autographum, sed non distinguebat inter hunc et exemplar transcriptum, dummodo hoc integrum textum continebat. Cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. I. Abt., I. Bd. (Gotha 1892), p. xxxm; *Sickel*, Rom. Berichte I, 94.

² Cuius numeros suis quemque locis citavimus.

³ De quo (*Var. Polit.* 106) v. supra litt. B (p. LXXXIV, l. 33 s.).

⁴ Apud *Theiner*, Acta I, 21 et alibi citatur *Diarium privatum Massarelli nr. 25*; quod minime est tom.

Concil. 25, qui continet decreta concilii universa, immo intellegitur tom. *Concil.* 62 (olim 25A signatus), acta originalia concilii a. 1545 et 1546. Id etiam valde dubitaverim, num propter verba Massarelli in diario I, p. 168, l. 30 s. (*Quae consuetudines hac die in civitate Tridentina observentur, in alio maiori libello descriptae inveniuntur*) de opere perduto cogitandum sit; potius crediderim hanc descriptionem partem fuisse libri *Scripturae diversae visu lectuque dignae* vel alius similis, cf. infra huius capituli § 7. — Severoli librum falsum a nonnullis appellari diarium Massarelli supra diximus.

unus videtur esse ex illis, qui e Vaticano commodati nec redditi sunt) et inscriptus: SUMMARIUM SACRI CONCILII TRIDENTINI ET BONONIENSIS, cui titulo manus alia et posterior addidit: *sive diarium scriptum ab Angelo Massarello concilii secretario, ut palet ex pag. 1 J*; sed non in hoc folio, immo f. i5v (qui numerus 5 facillime legitur 7) ad 7. Ianuarii dicitur: *lectaque fuit per me [me super rasuram, ergo postea additum sed, ut videtur, ab ipso Massarello, cf. infra p. 471, l. 30] Angelum Massarellum secretarium concilii exhortatio R morum et IU morum DD. legatorum*. Codex e duabus partibus constat, quarum una, a scriptore exarata et a Massarello correctata, est de concilio Tridentino, pertingens usque ad f. 139', altera post folium album incipiens et paene tota ab ipso secretario scripta est summarius concilii Bononiensis et habet 107 folia separate numerata.

Tomus ille *Concil.* 44 significari videtur in diario III ad 25. Novembris 1546 (p. 588, l. 15; adnotatio 3 ibidem est corrigenda, cum Barberiniani XVI, 3 pars prior non sit scripta a Massarello), Barberinianus autem hic alio loco, p. 810, l. 24 (15. Novembris 15481 cf. supra p. XXXVII, l. 37 et adn. 3): *Inceptum fuit summarius actorum omnium concilii in libello in f et in folio a Ioanne scriptore*. Qui sit hic libellus in folio non dubium est post illa, quae diximus (cf. locos p. LXXXVIII, l. 13 ss.) de similitudine inter summarius Barberinianum et aliud in codice *Concil.* 77, f. 139—246, et huius titulus *Summarius sacri concilii Tridentini et Bononiensis, ex diario sub Paulo III* rursus de origine nos docet, si alia ratione haec nobis non esset nota¹.

Praeterea in tomo *Concil.* 79, f. 1—20 invenitur SUMMARIUM CONCILII TRIDENTINI SUB PAULO III 1545-46. ⁴⁷ > sed id admodum breve; item *summaria* sunt in tomis *Concil.* 95 (volumen integrum) et *Concil.* 148 (cuius folia non numerata sunt, sed fasciculi) fasc. 24 (num. ant. 19).

Summarius *Concil.* 77 maiorem ad partem construi potest ex diariis III et IV, componendo relationes lunula W signatas, et similiter *Concil.* 44 et 95 et Barberinianum; initia autem sunt similia diario II, maxime parti priori, et alterius partis sessionum relationibus substituuntur decreta integra, bullae etc.

Etiam diarii a *Le Piat* VII, 2, 32 ss. exhibiti nomen verum est summarius.

5. De actis concilii.

Quamvis magna nobis videatur vis diariorum a secretario relictorum, tamen quasi nihil est, si comparaveris cum ingenti mole actorum, quae paucissimis exceptis ab eodem composita quorumque variae formae posteris sunt tradita. Summae diligentiae, mirae constantiae, egregiae exercitationis hominem oportet fuisse eum, qui per vitam non ita longam praeter opera litteraria non parva, praeter plurimas epistulas et publice et privatim scriptas, denique praeter secretariatus conciliaris et pontificii negotia innumera materiam adeo diffusam partimque tractatu difficillimam continere, digerere atque in formam gratam et perspicuam redigere potuerit. Quod opus immensum Massarellus noster feliciter absolvit.

Sed minime nostrum est recensione singulas actorum explicare, ne dicam voluminum infinitam paene copiam describere, cum hic sufficiat exponere quo modo et quo tempore concilii acta a secretario sint compilata.

Massarellum non ante 1. Aprilis 1546 in congregationes generales admissum esse, ut patrum vota adnotaret, iam supra² ostendimus; ex verbis cardinalis Tridentini: *nisi habeamus hic secretarium vel notarium, nunquam aliquid perficere poterimus* (p. 41, l. 6), luce clarius apparet usque ad illud tempus secretarium vel notarium nullum inter fuisse congregationibus. Idem sequitur ex Massarelli relatione de 18. Ianuarii 1546: *Finita la congregazione si chiamano i notari, che si roghino di quel che si e concluso nella detta congregazione* (p. 380, l. 4), quibus illustrantur quae antea leguntur: *Presso a legati era Valtare parato con un imagine di crocefisso, sopra dei qtile altare si scrive le deliberationi* (p. 380, l. 2). Haec verba, nisi postea sunt addita (quod, cum

¹ Elucet ex signo illo ^ appposito eis particulis diarii, quae transumendae essent in summaria. Quod sigillum semper scriptum est atramento pallidior, ergo non simul cum textu. Relationi, quae infra p. 620,

adn. a legitur, non est appositum illud signum, quia eo tempore, quo relationes signabantur, ea iam erat deleta.

² Cf. p. XLIV, l. 6; p. XLIX, l. 8.

librum originale non habeamus, statui non potest), de eis tantum possunt intellegi, quae decreta essent in congregationibus, minime de singulorum patrum votis; illo autem die notarii propterea adhibebantur, quod causa quasi iuridica erat conclusa, i. e. de modo procedendi in concilio, ad quem omnes tenerentur.

Huic non obstat, quod Massarellus congregationum particularium coram Cervino habitatum ab initio deliberationes adnotavit¹, neque a minore ad maius concludendo inde colligi potest tanto magis in generalibus congregationibus protocolla esse scripta. Nam in particularibus seu classibus tertia pars tantum aderat conciliarium, in generalibus omnes; quare in illis opus erat ut scriberetur votorum saltem summa, i. e. utrum in affirmativam vel in negativam partem singuli abissent, in his non opus erat, quia omnes erant praesentes; nec rursus congregationes generales ita publicae erant, ut sessiones, sed coetus quodammodo privati ac familiares, quorum decreta sessionibus demum firma bantur. Postea autem, cum saepe dubium fuisset, quam sententiam singuli essent secuti, etiam in generalibus congregationibus vota scribenda esse constituebatur.

15 Quae ex hoc usu in Tridentino concilio observato colligi possint de conciliorum Constantiensis², Basileensis³, Pisani a. 1511⁴, Lateranensis V⁵ apparatu et actorum traditione, hic non est disserendum.

De sessionibus autem ab initio tabulas publicas esse confectas, et in his dissentientium saltem patrum vota adnotata esse non debuit Druffel⁶ dubitare, nec potuisset unquam dubitare, si Theiner sessionum publicarum acta editioni suae inseruisset, quorum omissionem Druffel iniuria approbavit⁷.

Cum secretarius quarto demum post apertum concilium mense congregationibus generalibus interesse eorumque acta scribere coepisset, neque ante 1. Aprilis 1546 protocolla extiterint, quaecunque nihilominus de illis congregationibus nobis tradita sunt inter

1 Cf. infra p. 475, 1. 14. Quae ibi adn. 2 dicuntur de classibus coram primo et tertio legatis habitis, sunt limitanda, cum iam ad 15. Aprilis 1546 Severolus referat: *Bitontinus ex scripto [legit] singulorum sententias, ut in classe cardinalis de Monte dictae fuerant*; quamquam Massarellus ad 7. Maii eiusdem anni (p. 545, 1. 24) dicit: *et hac die primum scribuntur quae dicta sunt in aliis etiam duabus congregationibus [particularibus]*. Unde etiam in illis usque ad hunc diem summam tantum votorum, ut in generalibus congregationibus, scriptam esse coniecerim. Nam etiam 10. Maii 1546 in generali congregatione querebatur card. Paecceus, *quod sententiae ex scripto recitate non integro recitantur, quoniam in ipsis rationes per patres adductae non recitantur*; hic modus ex priore tempore videtur esse retentus, quo *placet* vel *non placet* tantum erat adnotatum.

2 H. Finke, Forschungen u. Quellen z. Geschichte des Konstanzer Konzils (Paderborn 1889) p. 52, de clarat actorum publicarum (officialium) copiam parvam et de sessionibus tantum esse.

3 J. Haller quae in operis Concilium Basiliense inscripti tomis II. III (Basel 1897. 1900, cf. Histor. Zeitschr. LXXIV [1895], 385 ss.) edidit, protocolla synodi Basileensis vocavit multisque argumentis partim admodum miris id nomen nisus est probare. At si illa diaria Brunetus nomine concilii, non potius pro se ipso privatim scripsisset, num actis publicis immiscere licuisset res, quae nullo modo concilii decreta tangebant, ut II, 543, 4 ss. baptismum Iudaei, vel III, 13, 5: *Marchissa de Bada redemit unum pulcherrimum iuvenem, qui ad patibulum ducebatur*, vel III, 302, 15: *Nota quod flierunt ignes de carbonibus in ecclesia*, vel III, 427, 1 ss.: *fuit suspensus unus Iudeus per pedes et unus canis iuxta eum* etc., vel III, 577? 23: *Quidam Iudeus iudicialiter passus est tormenta, eo quod negaverat* etc.? Num in actis publicis declarari debet: *Die lune, die martis, die mercurii, die iovis et die veneris magister Nicolaus Amici promotor fidei scripsit avisata in deputatione communi, quia tunc fu i occupatis*

in causa Bambergensi etc., et simpliciter omitti huius deputationis acta (II, 203, 20 ss.)? Cf. III, 543, adn. a. Dubium sane protocollum! Similiter II, 392, 1 ss. lis mere privata exponitur, III, 146 resignatio concilium minime tangens. Et quale protocollum legitur III, 369, 2. 3: *Die Iovis 21. Aprilis in sacra deputatione pro communibus super materia Graecorum fuerunt scrutata aliqua vota!* Cf. III, 528, 5 ss. et plurimos alios locos. Et acta inter 10. Iunii et 29. Octobris 1435 iussu et nomine concilii scripta esse somniatur Haller a Bruneto, qui Basileae illo tempore omnino non erat, cum oratores concilii ad dietam Atrebatensem esset secutus! Nonne luce est clarius librum illum esse diarium, quod sibi ipsi scripsit notarius, ut instrumenta ab aliis petita inde derivaret, et Brunetum manuale suum similiter supplere voluisset, ac Firmanus suum supplevit inserendo res ipso absente Romae gestas? Nomen actorum imponebatur omnibus etiam de concilio Tridentino scripturis, quas alio appellatione compilatores vel archivorum custodes nesciebant.

4 Pisanum maxime exemplo fuisse Tridentino in actis formandis docet Th. de Sickel, Rom. Berichte I, 1013.

5 Deputationum concilii acta se non invenisse queritur Hergenrother, Conciliengesch. VIII (Freiburg 1887), 5673, et E. Guglia, Studien zur Gesch. des V. Lateranconcils (Sitzungsber. der philos.-histor. Cl. der kais. Akad. der Wiss. CXL [Wien 1899], n. X) p. 6 dicit huius concilii acta ne de congregationibus quidem, ne dicam de deputationibus, aliud nisi aridissima excerpta continere. Hac de causa valde dubito, num omnino protocolla propria scripta sint in his conventibus, quos *coetus privatos* appellat Raynaldus ad a. 1513, n. 26. Quomodo enim Tridentinum concilium, quod in caeteris imitatum est concilia priora, in hac una re non esset ea imitatum et auctore Madrucio demum protocolla in congregationibus scribi iussisset?

6 Monumenta Trid. p. 324, adn. 2.

7 Theol. Litteraturbl. X (Bonn 1875), c^ol^a 33^a.

acta concilii, aliis ex fontibus derivata esse elucet. Quod clarissime probatur actorum volumine originali *Concil.* t. 62, cuius partes priores, quae sunt de quattuor primis concilii mensibus, manus ductu longe diverso a ceteris partibus sunt conscriptae. Hi fontes, ut iam diximus², vel epistolae erant per ipsum vel alios officiales a legatis ad cardinalem Farnesium vel ad pontificem aliosve scriptae, vel relationes verbis ei factae seu a Cervino, seu ab aliis conciliaribus, vel notationes privatim in conventibus scriptae per hunc vel illum praelatum; maxime autem in conscribendis actis usus est secretarius commentariis Severoli; nonnunquam praeterea patrum vota originalia vel eorum epitomas eum habuisse crediderim³.

Iam quaeritur quo tempore acta primae concilii periodi a Massarello sint compilata, cum non paulum hoc referat ad eorum fidem iudicandam. Et licet nil certi nobis traditum sit de singulis operis immensi recensitionibus, tamen partim in diariis, partim in ipsis actorum voluminibus ansae quaedam reperiuntur, quibus coniectura potest fieri de tempore quo sint conscripta. Sed ante omnia monendum est non ubicunque in diariis occurrit vox *acta*, de actis propriis concilii esse cogitandum, cum etiam decretorum collectiones vel summaria eo nomine non raro significantur⁴.

Et actorum quidem forma originalis de congregationibus inde a 1. Aprilis 1546 habitis scripta est dum vota dicebantur, quare non amplius de ea est inquirendum; ea autem actorum pars, quae est de congregationibus ante illum diem habitis, quando sit compilata non desunt quaedam indicia. Nomina enim illorum abbatum, de quibus infra p. 367, adn. 7 (cf. supra p. XC, 1. 5 ss.), ab uno eorum scripta sunt, cum folium iam dissectum et notulae de mense Septembris 1546 in altera eius pagina scriptae iam in diarium receptae ideoque supervacaneae essent factae; nam illa nomina integra leguntur in media folii parte praecisa, quod valde mirum esset, si folium tunc nondum fuisset dissectum. Ergo secretarius non ante mensem Septembris 1546 conciliarium qui sessionibus interfuissent nomina est scrutatus, ergo neque integra concilii acta ante illud tempus digessit; sed eodem illo tempore eum versatum esse in compilandis actis ex his verbis ad 16. Octobris 1546 positus sequitur: *Iacobus meus scriptor incepit scribere acta concilii* (p. 580, 1. 16)⁵. Huius recensitionis vestigia videntur superesse in tomo *Concil.* 62, fol. 9. 10. 28. 36 (et forte quibusdam aliis, quae non adnotavimus)⁶; in fol. 36 leguntur nomina eorum, qui interfuerint sessioni 7. Ianuarii 1546 habitae, et inter ea illorum trium abbatum. Quae autem ad 17. Iulii 1546 leguntur: *Congregationes et acta concilii in ordinem redege* (p. 560, 1. 40), vel ad 8. Augusti eiusdem anni: *Dedi fratri Hieronymo Oleastfo acta concilii usque ad hodiernum diem* (p. 566, 1. 8) — ea certe non de actis integris sunt intellegenda, sed priore loco videtur significare Massarellus protocolla congregationum et generalium et particularium ab ipso scripta⁷, altero autem libellum similem illi, quem tradidit archiepiscopo Aquensi (cf. infra p. 230, adn. 1; p. 729, 1. 38 et adn. 4).

At forma actorum mense Octobri 1546 a scriptore incepta postea non suffecit Massarello, cum cardinalis Cervinus ad concilii acta componenda eum esset hortatus. Quae hortatio ipsa nobis indicat Massarellum nunquam antea iussum esse acta colligere, cum in hoc casu Cervinus sine dubio ad prius mandatum provocasset. Re vera autem 7. Novembris 1548 simpliciter scribit (infra p. 809, adn. 8): *H ora che voi dovete esser meno occupato, potreste mettere in ordine gli atti dei concilio diligentemente, per far stampare ancora essi*, et similiter 23. Novembris (v. p. 813, 1. 13 et adn. 1. 3; supra p. XV, adn. 1). Et dicto obediens Massarellus acta statim est aggressus; nam cum 12. Novembris Cervini litteras accepisset, iam ad 15. Novembris refert: *Inceptum fuit summarium actorum omnium concilii in libello in /f et in folio a Ioanne scriptore* (p. 810, 1. 24)⁸. Ad

¹ Cf. quae de hoc tomo diximus *Histor. Tahrbuch xvi* (1895), 765.

² Cf. supra p. LXXXIX, 1. 31 ss.

³ Quod etiam eo tempore factum est, quo ipse in congregationibus sedens acta scribebat, cf. infra p. 576, 1. 29.

⁴ Omnia fere de concilio volumina, quibus aliud nomen custodes tabulariorum induere nesciebant, in scripta sunt *Acta*, cum hic titulus sit generalis et omnibus scripturis aptus.

⁵ Adnot. 2 p. 580 hinc est corrigenda.

⁶ Folium 28 continet articulos infra p. 354 s. positos (cf. p. 355, adn. 2) et ipsum sine numeris (cf. p. 6, adn. 2). Charta illorum foliorum est flava et diversa a cetera.

⁷ Congregationum acta, quae initio diarii III leguntur, ante aestatem 1546 composita esse credo.

⁸ Summarium de quo dicitur ad 8. (p. 808, 1. 34) et 12. Nov. 1548 (p. 809, 1. 34), quod ad nos non videtur pervenisse, non poterat esse nisi brevissimum, cum neque antea neque postea de eo quidquam referatur.

23. Novembris legimus: *Scripti in quartae sessionis actibus* (p. 812, 1. 5); ad 26. Novembris: *Scribuntur acta inter tertiam et quartam sessionem Tridentinam, in quo tota die laboravi* (1. 21); ad 27. Novembris: *Scribitur in actis a quarta usque ad quintam sessionem Tridentinam* (1. 25); ad 28. Novembris: *Scribuntur acta prima post quintam sessionem de comparitione oratorum Chrm regis* (1. 29); ad 29. Novembris: *Scribuntur acta post quintam sessionem Tridentinam* (p. 813, 1. 5); ad 30. Novembris: *Scribuntur acta post quintam sessionem Tridentinum mense Iulio* (1. 8); ad 3. Decembris 1548: *Scripti in actis concilii mensem Septembris 1546* (1. 29); ad 4. Decembris: *Scribuntur acta concilii mense Octobris eiusdem anni* [1546] (p. 814, 1. 1); ad 7. Decembris: *Scribuntur acta concilii Tridentini mensis Decembris* (1. 17); ad 11. Decembris: *Scribuntur acta Tridentina mense Decembris* [1546] (1. 36); ad 13. Decembris: *Scribuntur acta Tridentina mense Ianuarii 1547* (p. 815, 1. 10); ad 14. Decembris: *Scripti in actis Tridentinis mense Ianuarii* (1. 14). Deinde venit commissio illa eundi Clodium ad inquisitionem de episcopo faciendam, et ad 17. Decembris 1548 legimus: *Reponuntur scripturae concilii in cassis apud D. Antonium Manellum* (p. 816, 1. 3). Sed quamquam semper hic de actis est sermo, tamen non pleniora concilii acta haec fuisse ex ipso nomine summarii in prima relatione posito apparet et ex epistula, qua Massarellus Cervini novis litteris 6. Februarii 1549 datis (cf. p. 823, adn. 3) respondit 13. Februarii 1549: *Quanto alie cose dei concilio, io ho ripreso quel ordine che principiai avanti che andasse a Chiozzo, cioe di finir un sommario di tutto il progresso, il quale ponero fra sessioni et sessioni autenticate, et hora so presso all'ultima session di Trento et spero di finirla in breve. Poi piacendo a Dio mi metterò a poner'insieme tutti gli atti compitamente. Questo modo mi e parso meglio per poter haver in mano tanto pii presto insieme questi atti in qualche forma* (p. 824, adn. 1, cf. L 1 s. ibidem). Quod ut faciat, monetur 20. Februarii a Cervino (p. 826, adn. 3: *Quanto alie cose dei concilio, mi pare che voi non perdiate tempo, et cosi devete continuare con quel ordine che sara meglio*), et ad 1. Martii 1549 adnotat secretarius: *Scribitur in sommario concilii mense Martio 1547* (p. 827, 1. 8); ad 7. Martii: *Scribitur congregatio prima ante translationem 8. Martii 1547* (p. 828, 1. 12); ad 11. Martii: *Fit novum pactum cum Ioanne de Toro scriptore*, cui industria patroni molesta videtur esse facta. Neque res postea celerius progrediebatur, cum 11. Aprilis demum Massarellus, plurimis aliis negotiis tunc occupatus, se revidisse acta concilii Tridentini nuntiet (p. 835, 1. 17), si omnino hic locus ad summarium est referendus, non ad acta impressa. Deinde mense Maio 1549 iussus est registrum Parmense compilare (p. 842, 1. 32 ss. et adn. 11; p. 843, 1. 9. 31 etc.), in quo diu laboravit². Deinde continuatio summarii videtur esse facta et concilium Bononiense inceptum; nam vix aliud significatur illo *registro concilii Bononiensis summati*, quod se scripsisse ait Massarellus 12. et 15. Iulii (p. 852, 1. 18. 28) et revidisse 18., 22., 23. Iulii 1549 (p. 853, 1. 22; p. 854, 1. 4. 13)³. Relationes autem de revisione actorum concilii Tridentini, quae inde a 25. Iulii leguntur, ad decreta impressa pertinere patet ex verbis ad 9. Augusti 1549 (p. 856, 1. 18 *Revidentur acta concilii Tridentini, quae perficiuntur, et vacatur rescribendo errata*), collatis cum aliis ad 18. Augusti (p. 858, 1. 28: *Remittuntur errata decretorum impressori*) et dies sequentes (p. 859, 1. 19; 861, 1. 3; 862, 1. 6 s.).

Non igitur de actis propriis, quae ceterum tam brevi tempore, quod dicitur in relationibus mensium Novembris et Decembris, nullo modo potuissent confici, sed de summariiis et de decretorum editione hactenus in diario III fuit sermo. Videntur autem intellegi diarii II relationes a tertia sessione (p. 434) usque ad finem, quas partes Massarellus tunc excerpsit ex diario III; scriptor hanc epitomen additis decretis, bullis etc. transcripsit in codicem Barber. XVI, 3 (*summarium in 40*), et ex hoc in alium, cuius magnum extat fragmentum in codice *Concil. 77*, f. 139—246 (*summarium in folio*). Cf. supra p. LXXVIII, 1. 13 ss.; p. XCII, 1. 14 ss.

¹ Decreta impressa revidebantur non statim (finita primis diebus (ergo corrigenda est ibi adn. 2); p. 760, erant 25. Octobris 1548, cf. p. 806, 1. 10), sed aliquanto postea (ut videtur, cum usu errores essent detecti), mensibus Iulio et Augusto 1549; quae revisio mense Aprili poterat esse incepta, deinde intermissa. Sed intellegi potest locus de revisione summarii. Relatio p. 724, 1. 14 interpretanda est de decretis im-

1. 15 de solis sessionibus.

² Prooemium registri revisum est a cardinali de Monte (p. 849, 1. 16. 32); 29. Iunii Massarellus librum misit cardinali Cervino (p. 850, 1. 6 ss.).

³ An cogitandum sit de registro decretorum impressorum? Cf. quae sequuntur.

His finitis secretarius volebat *poner insieme tutti gli atti compitamente* initiumque videtur fecisse etiam dum erat Bononiae mense Septembris 1549, paulo antequam concilium est suspensum. Ad 7. Septembris enim (p. 862, l. 15) narrat: *Incepi acta Bononiensis concilii*, et ad 10. Septembris, se scripsisse in eisdem actis (p. 862, l. 24). Quod nescio utrum dicatur de introductione voluminis actorum originalium (*Concil.* 5 t. 63) an de nova recensione. Similiter dubium est, quod postea dicitur ad 15. Septembris 1549: *Revidentur cum Trifone acta concilii Tridentini* (p. 863, l. 41); sed quoniam ad 18. Septembris legimus: *Vacatur eidem aptationi actorum concilii Tridentini voluminis magni* (p. 864, l. 37), et ad 19. Septembris: *Vacavi aptationi voluminis actorum Tridentini concilii*, verisimillimum est agi de volumine actorum concilii originalium in tomo *Concil.* 62 10 et eius continuatione, quae nunc desideratur, sed olim unum volumen cum illo videtur fuisse, quia appellatur *volumen magnum*. Quomodocunque autem haec sese habent, certe tunc non tempus suppeditavit Massarello, ut omnia perficeret, immo Romae eum primorum quattuor concilii mensium acta, quae nunc in fronte tomi *Concil.* 62 sunt, scripsisse eo magis statuere cogimur, quod commentarium Severoli Bononiae non habuit; 15 quem certe promotor primis diebus mensis Martii 1548 (cf. p. 748, l. 20) cum deputatis ad defendendam translationem Romam profectus secum portaverat, quia indigere eo poterat ad rem bene gerendam. Severoli autem libro usus est Massarellus in ea parte actorum componendo, et cum ante illius discessum nec tempus nec voluntas excerpenti commentarium ei fuisset, neque antea usquam huius vestigia inveniantur, actorum Tridentinorum volumen *Concil.* 62 cum eius continuatione nunc perditum¹, et Bononiensium *Concil.* 63 Romae post suspensum Bononiense concilium adaptata, finita, revisa, corio rubro vestita² esse oportet.

In secunda et tertia concilii periodis ab initio scribebantur acta etiam in omnibus congregationibus, quare formarum originalium, quae caeterum maiorem ad partem desiderantur, non amplius est de tempore inquirendum. Quo tempore autem duae aliae 25 totius concilii actorum formae, quae nunc sunt tomi *Concil.* 1. 3. 4. 17. 22, et aliae, tomi *Concil.* 114—122, sint compositae, utrum singula volumina singulis periodis finitis an omnia finito toto concilio, nunc, cum non liceat ipsos libros inspicere, decidere non possumus, neque res est magni momenti, ubi originalia acta nobis sunt servata; sed cum 30 in fronte tomi *Concil.* i dicatur etiam de ordine concilii sub Pio IV congregati, veri similis est saltem illam formam post annum 1563 esse ortam.

Praeterea in omnibus fere voluminibus collectionis *Concilia* inscriptae inveniuntur fragmenta actorum vel folia, in quibus Massarellus docet scriptores de ordine in scribendis actis observando. Quae quando orta sint inquirere nec facile neque operae pretium est. 35

Certum est duas ultimas actorum recensiones *imprimenda* inscriptas, quarum posterioris pars prima tantum videtur esse perfecta vel saltem sola superest, iussu Pii IV finito concilio esse compositas, cardinalesque a pontifice deputatos formam typis divulgandam examinasse³. Qui Romae degens illorum cardinalium adnotationes, quae sunt in tomo *Concil.* 134, f. 40—45, potest comparare, facile statuet, utrum prima forma imprimenda 40 10. Augusti 1564 — quo die incipiebant deliberare cardinales deputati — iam fuerit facta an demum facienda. Interim haec teneantur. Paleotti cardinalis adnotationes (*Concil.* 99, f. 185), quibus dies non est ascriptus, sunt de tomo *Concil.* 125, qui est primus imprimendorum primae formae, et cum Paleottus 12. Martii 1565 creatus sit cardinalis, deputatio autem cardinalium tantum erat (ut ex p. XV, adn. 4 elucet, ubi 45 Paleottus cum reliquis in aequo ponitur), vix ante illum diem tomus 125 vel initium primae formae imprimendorum potest esse finitum. Praeterea in *libello indicis* (*Concil.* 43, cf. p. XV, adn. 4) in folio primo legitur: *8. Octobris incepi*, folium 30 autem fuerat antea titulus novi libri ita inscripti: f. A. *Acta sacri concilii Tridentini ante apositionem seu primam sessionem. 2^a forma*; quare, cum examen primae non ante 1. Augusti 1565 50 esset finitum (supra 1. c.), vix alius annus ad illud *8. Octobris* potest suppleri, quam 1565. Si tunc demum scribebantur instructiones de conficienda actorum recensione, certe,

¹ Non potest credi ambas partes tunc etiam unum volumen fuisse, cum in fine tomi 62 Massarellus diserte ad aliud volumen lectores remittat.

² Saltem *Concil.* 63 (Concilium Bononiense), quod describitur ut *legato in corame rosso* infra § 8, G 1, [1]; de tomo *Concil.* 62 est dubitandum, cum teste

Contelorio (apud Sickel, Rom. Berichte 1, p. 92, adn. 1) hic tomus, qui in bibliotheca habuit olim numerum 5588 (cf. infra § 8, B), anno 1631 sine tegumine fuerit. Si postea demum est tegumento instructus, hoc (sicut etiam in t. 64) ad exemplum tomi 63 est factum.

³ Cf. supra p. XV, adn. 4; p. LXXIX, l. 9 ss.

antequam huius primum volumen perficeretur, hiems anni 1565 advenerat, et donec duo volumina (primae et secundae formae enim exemplaria simul mittebantur, ut ambae possent conferri) non parva a quinque cardinalibus, quorum in domus erant perlata, examinarentur, certe aliquot menses praeteribant, et Massarellus interim morbo implicitus
5 praematura morte operi imperfecto videtur esse ereptus.

Mutationes et redactiones actorum non in eum finem factas esse, ut veritas veletur, identidem contra Druffelium monstravimus², qui corruptionem ideo semper videtur esse suspicatus, quia ipsius iudicium odio Romanae curiae erat corruptum. Per multa sane initio actorum, de primorum quattuor mensium congregationibus, sunt mutata, sed ea
10 minime, ut fraudes vel dissidia tegantur; immo ut deliberationum progressus melius perspicatur, Massarellus ex Severoli commentario multa commodavit, cumque forma quae in primis foliis tomī *Concil.* 62 est, aliquanto propinquior sit verbis Severoli, tamen quae Massarellus mutavit nil sunt nisi verba, et eiusmodi mutationes semper induxit, quotiescunque librum aliquem transcripsit³. Quod autem non omnia e libro promotoris tran-
15 sumpsit, partim ea de causa videtur factum esse, quia secretarius ipse res praeparatorias non magni momenti esse credebat, partim quia mutationibus alterius non sicut propriis fidebat⁴. Etiam diariis suis non raro ad illustranda acta secretarius est usus vel ordinem rerum inde cognoscebat, id quod variis notis in eorum marginibus apposis ostenditur.

6. De relationibus a Massarello Romam missis.

Post singulas congregationes et magis etiam post singulas sessiones Massarellum
20 acta ad Romanam curiam misisse vult Th. de Sichel⁵. Hoc ita generaliter dici non potest, ut ex variis epistulis inter Romanos Tridentinosque missis apparet. Argumento a Sichelio allato⁶ id tantum probatur, acta certarum congregationum, in quibus de rebus maioribus agebatur, Romam esse missa, ut illarum annis 1562 et 1563 habitarum de episcoporum residentia, quae tantopere conciliarium et curialium animos commovebat.
25 Praeterea in Massarelli diariis interdum de actis Romam missis refertur, ut infra p. 551, l. 14, ubi agitur de peccato originali. Sed etiam haec res magni tunc erat momenti, quia non modo haeresis Lutherana erat refutanda, sed timebatur etiam, ne *questa congregazione saria tumultuosa per impedir che non si trattasse de dogna*, vel ne decreto adiungenda esset residentia episcoporum⁷. Pro omnibus congregationibus ergo nil inde
30 potest colligi; immo si in concilio agebatur de quaestionibus, quae in scholae umbraculis vel intra parietes ecclesiae solent disputari, non ita curabat curia, ut plena eorum acta

¹ In tomī *Concil.* 125 (imprimendorum forma prima, vol. I) fronte Massarellus pro informatione eorum quae *legenda sint* inter alia haec cardinalibus deputatis dicit: *Ostenditur Illis D.D. utraque forma, scilicet prima illa plenior et extensior, prout se habebat in prima istorum actorum notula, quae signata est <i>Prima formae, altera autem, quae a nobis reformata est, signatur <2>da formati* [i. e. *Concil.* 126], ut videant in quo differat haec secunda a prima, et quis ordo observetur in his actis congerendis. — Sciendum est etiam, quod hic scribentur ea tantum, quae sunt in actis apud secretarium. Nam alia, si qua fortasse acciderunt et hic non reperiantur scripta, ideo omitta su?it, quia eorum fides autentica fieri non poterat.

² Cf. supra cap. II, § 6; cap. III, § 3.

³ Cf. supra p. L, l. 22 ss. et adn. 2.

⁴ Cf. adn. 1 in fine. Obicere potest aliquis, ut velandi et corrumpendi studium subfuisse probet, verba cardinalis de Monte, quo pontifice acta sunt retractata: *Placuerit Dominis hanc nobis controversiam condonare; nam certum est, quod nolimus, ut rationes iste et conquisita argumenta in actis registrentur, et ideo faciemus nos legati, ut plures theologi huic oneri conquirendarum et dissolvendarum rationum incumbant, ex quibus deinceps faciemus quod nobis libuerit* . . . (infra p. 32, l. 29 ss.). Sed ex ultimis verbis verus sensus satis apparet, et melius etiam ex eiusdem cardinalis relatione ad card. Farne-

sium missa: . . . *Quando si sapessero le ragioni per le quali il concilio se fusse mosso a far questa determinatione, non potendo essere ragioni dimostrative, si potrebbero da maligni impugnare, et impugnandosi si debilitaria l'autorita dei decreto. Onde . . . proponemmo una via di mezzo, che senza ordinatione dei concilio ciascuno studiasse da per lui et facesse studiare privatamente le ragioni pro et contra, et si preparasse a render conto per quando bisognasse* {Druffel, Mon. Trid. n. 341, p. 388}. Nolebat ergo cardinalis apparatus eruditum proferri in concilio, minime volebat ut quae dicta essent in congregationibus supprimerentur. — Acta concilii certe non aliter sibi cogitabat quam acta sessionum, ut fuerant in concilio Lateranensi V, de quo v. supra p. XCIII, adn. 5. Ex verbis quae exhibebuntur infra p. XCVIII, adn. 4, non sequitur consilium acta corrumpendi, sed non publicandi.

⁵ Rom. Berichte I, 32.

⁶ Epistula Massarelli ad card. Borromaeum data 21. Ian. 1563, ni fallor, unicum est argumentum (p. 23, adn. 2): *Lunedì si finì l'esaminatione dei decreto della residentia, et con questa sara il sum mario di voti che restano dopo quelli che mandai alli giorni passati* (*Concil.* 146).

⁷ Legatorum litterae 28. Maii 1540 datae (29. missae) ap. *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. I, n. 439, p. 53^A-54^A. Timorem ortum esse aiunt *oltre alie pratiche et alie pensioni* congregatione ab Hispanis habita.

petiisset; et si petebat, in primo concilio legati acta transcribenda (per secretarium) curabant et epistulis propriis adiungebant (cf. 1 c.), neque secretarius ipse, quippe qui munere inferiore fungeretur, ausus esset ad card. Farnesium non iussus acta transmittere. Sessionum decreta statim pontifici esse proposita luce clarius est, sed ne illa quidem per secretarium ipsum, immo per legatos proponebantur.

5

Certe congregationum acta integra perlegere longum erat curialibus, quare de primo Tridentino concilio Severolus deliberationum summam iussus est referre¹, sed minime omnia vota singulatim. Quae res epistula cardinalis de Monte 2. Iunii 1548 ad Farnesium data satis illustratur; Farnesius enim 27. Maii² petierat ut mitterentur *acta duarum congregationum, quae praecesserunt translationem* ³, quibus indigebat ad tractandum cum oratore Caesareo, neque tunc opus fuisset ea petere, si suo tempore essent proposita: nam ita neglegenter scripturas conciliares, quibus semper in curia utebantur, custoditas esse credibile non est⁴.

10

De concilio Tridentino secundo Massarellus admonebatur a cardinali Maffeo, ut mitteret *li voti particolari deprelati nelle congregazioni, essendo venuto qui rorore, che molti tenevano che si dovesse concedere la comunione sub utraque specie*⁵. Ergo antea non erant missa vota particularia, nec tum desiderabantur, nisi quia rumor erat ortus et quia de communione sub utraque specie agebatur, quae res maxime controvertebatur in Germania. Quin etiam cum incepisset Massarellus vota integra scribere, haec mandati interpretatio ei est data: *Quanto alii voti particolari io non intendevo di haverli in scriptis, ma solo essere avisato: il tal prelado ha dato un bel voto, il tale stravagante, tanti ne sono statipro expeditione; delle quali Pacecco e minutamente avisato et se ne fa honore con N. Sr', et pare in certomodo che voi altri manciate*⁶. Epistularum a secretario ad cardinalem Innocentium de Monte series a 30. Decembris 1551 usque ad 6. Maii 1552 pertingens extat in Arch. Vat. *Lettere di Principi* t. 19, f. 441—467, et gratiae singularis, qua florebat Massarellus apud Iulium III, indicium est, quod ad ipsum cardinalem scribere ei licebat⁷. Quae secretarii epistulae supplemento videntur fuisse relationibus non nimis frequentibus neque prolixis legati, et easdem in curia partes egisse, quas in primo concilio egerant commentarii promotoris. Massarelli autem ex hoc tempore unicam tantum relationem novimus (*Concil.* 148, ubi etiam est relatio infra p. 400—404 exhibita), neque eam ad Farnesium, sed potius ad laicum, quem *Magnifico Signor* alloquitur secretarius, directam.

20

30

Nescio quo modo F. X. Kraus⁸ adductus sit, ut codices in ephemeride *Chronique religieuse* t. I (Paris 1819), 41—46, descriptos⁹ relationes a secretario Romam missas appellet¹⁰; nam volumina ibi vocantur *actes originaux du concile de Trente* et re vera sunt recensiones actorum posteriores (*Concil.* t. 114 ss.), de quibus supra disputavimus.

35

7. De reliquis Massarelli libris.

Restat ut de Angeli Massarelli laboribus historicis pauca adiungamus. Qui quanti sint aestimati a viris doctis illius aetatis docet testimonium Onuphrii Panvinii in libro

¹ Cf. supra p. XLV, 1. i ss.

² Litterae advenerunt Tridentum 30. Maii 1548, v. infra p. 769, 1. 22, cf. p. 770, 1. 8. 20.

³ Diarium IV, p. 770, 1. 8. 20.

⁴ Cardinalis legati responsum excerptis *Driffel*, Theol. Litteraturblatt IX (Bonn 1874), col. 485: *Mr Angelo e appresso al recopiare l'atti delle due congregazioni chieste da V. Sria Rma, ne si manera di mandarli domani o il di sussegnente. Altri che lei non sarebbe con mia permissione obbedito in questo. In le congregazioni ordinariamente sono state ditte mille sciochezze, da me in p7i?7a* [cf. 2 Cor. 11, 31], *e de poi da molti e quasi da tutti, e se sono fatte molte contese, etiam con mettere la mano alia barba a qualcuno* [cf. infra p. 90, 1. 25 ss.]. *Adunque si ha7i da pubblicare?* Cf. supra p. LXLVII, adn. 4.

⁵ Maffei litterae 10. Oct. 1551 datae ad Massarellum (Arch. Vat. *Concil.* 139, f. 189).

⁶ Idem eidem 24. Oct. 1551 (1. c. f. 198).

⁷ Cf. quae supra p. LXXIII, 1. 13 ss. dicta sunt de

auctoritate qua usus est Massarellus in secundo concilio Tridentino.

⁸ *Lehrbuch der Ivirchengeschichte* (inde ab anno 1872 quater Treviris editum) § 143, initio.

⁹ Cf. supra p. LXXXII, adn. 2. Caeterum auctor illius articuli non admodum accurate rem administravit: loquitur enim de *Camerino en Toscane*, dicit Massarellum a Pio IV [sic] creatum esse episcopum *apparemment in partibus* (!), et semper eum vocat episcopum Thelasinum. De duabus formis imprimendis falso asserit: *Il* [Massarellus] *propose d'examiner laquelle des dettx est preferable*, cum prima forma iam esset reiecta et ageretur tantum, quid in secunda mutandum videretur (cf. § 5 in fine).

¹⁰ In articulo adn. praeced. citato allegatur etiam *un Diarium, qui est aux archives, et sur lequel Massarelle inscrivait jour pour jour tout ce qui se faisoit au concile*. Fieri potuit ut Kraus his verbis falleretur. Sed diarium non esse registrum epistularum Romam missarum editio nostra docet.

Romani pontifices et cardinales S. R. E. ab iisdem a Leone IX ad Paulum papam IV per 500 posteriores a Christi natali annos creati. Venetiis apud Micli. Tramezinum 1557 (in 4°) P- depositum: Magna habenda est gratia ab omnibus historiae ecclesiasticae studiosis Angelo Massarello Sanseverinati Piceno, Romani Pontificis a secretis, cuius beneficio et singulari charitate, ut est vir omnium humanissimus, adiutus sum cuvi in omni hoc opere conficiendo, tum praesertim in hac parte, quae eorum pontificum et cardinalium seriem continet, qui absentes ab Urbe in Galliis Avenione commorati sunt. Me enim benigne et amice iuvit, mihi quae multa, quae ipse in hac materia conrogaverat, libenter tribuit, Nam inter caetera integras Urbani V, Gregorii XI, Clementis VII et Benedicti XI (XII) creationes mihi adcomodavit, quorum ita distinctam notitiam antea non habebam. Quae omnia ex bibliotheca Trivulziana, quae harum rerum erat locupletissima, se habuisse dixit¹. Et ex epistulis ab Antonio illo Augustino discimus maxime cordi fuisse Massarello, ut opus illud Panvinii quam accuratissimum in lucem prodiret. Scripsit enim Antonius Onuphrio 3. Iulii 1557 Roma: *Delii divi et dive*² vi mancano parecchi etiam nella seconda lista. *i-Andate adagio e non correte in fretta dice un certo madrigale, che vi canta Mr Angelo Massarello nella materia di cardinali. Ma esso fara come Mr Francesco Bini*³ et altri, di quali dice il card. di Medici al Faerno: «mandate fuori queste vostre fatiche, perche un di morrete colla semenza in corpo». Vos autem noni. Optime quidem haec verba usurpabat Antonius de Massarello, qui morte consumptus est, priusquam vel unum ex operibus suis edidisset, et 24. Iulii idem eidem scripsit: *Lodo il vostro discorso e consiglio nel publicar le cose che avete ben digeste, ed ogni di sarete a tempo di corregger gli errori. Mr Angelo et altri, che vi consigliano il contrario, si muovono per troppo amor che vi portano, credendo che con questa tardita saranno le cose vostre piu nette*⁵. At Massarelli ipsius epistula 13. Novembris 1557 ad Panvinium data monstratur non sine causa eum suasisse, ut opus mature praepararetur: *Ho visto gran parte dei vostro libro de cardinali et rincontratolo con le mie notationi et ci ho trovato assai o vogliam dir scorrettioni o errori. Non so se voi lo havete gia dato a ristampare, come avisate di voler faree*, et Augustinus 27. Novembris Panvinio scribit: *Mr Angelo dice che vi mandera una copia grande di errori nel libro di cardinali, che non lo ristampate senza questo. Io lo sollicitaro a scrivervi e mandarli*¹, et iterum 11. Decembris: *Mr Angelo dice aver trovato molti errori di importanza nel libro di cardinali, et che di gratia non li ristampate finctie lui vi li mandi. Io gli dico che mi piacera che ci faccia accorger, quanto mal e precipitar le cose, che vi mandi presto quanto piu puo*⁸. Re vera episcopum Thelesinum paulo post misisse illas correctiones colligimus ex eiusdem epistula mox citanda. Nihilominus non videtur convictus fuisse Panvinius, cui 30. Aprilis 1558 ita Massarellus respondit: *Non vorrei che voi revocaste in dubbio, se voi o io dicemo il vero, perche vi accerto firmissimamente, che quel che io ho notato tutto e vero et l'ho cavato con una diligentia esatissima et fatica intollerabile per farvi piacere et honore. Il che e stato il scopo di quanto ho fatto et faro per voi. Se altro occorre ctio io posse, eccomi qua al vostro commando, et vi bascio le mani. Et de rebus Panvinio missis ibidem dicit: Ho vtandato solo da Innocenzo VII in qua per haver queste resolutissime notationi vere et cavate tutte o da registri o da diarii. Di quelle piu inanzi non le mando, per non haverne quella certezza, che ho di queste*⁹. Panvinius Venetiis 1567 alteram libri de cardinalibus editionem publicavit, in qua Massarelli correctiones adhibuisse censendus est; certo id dicere non possumus, cum librum ipsum inspicere non licuerit.

Sed iam codices a Massarello compositos summatim saltem describamus.

a) Initium fiat a codice bibliothecae nationalis Victorio-Emmanuelianae Romanae n. 269, qui a Massarello fere solo est scriptus. Unde in dictam bibliothecam

¹ Cf. Giov. Rossi, Catalogo de' vescovi di Teles (Napoli 1827) p. 136 s. De Trivultio cf. infra p. 408, adn. 3.

² Nescio an fuerint praeparatoria operis *De antiqua apud gentes religione seu potius superstitione*.

³ De quo (et ipso auctore libelli de conclavi lullii III) agendum erit in tomi II prolegomenis. Interim cf. J. B. Saegmüller, Die Papstwahlbulen (Tiibingen 1892) p. 2; A. Pieper, Die papstl. Legaten und Nuntien I (Münster 1897), 2.

⁴ Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis epistolae Latinae et Italicae nunc primum editae ab Ioanne Andresio (Parmae 1804, 8°) p. 272.

⁵ Ibid. p. 275.

⁶ Cod. Vat. lat. 6412, f. 12. In quo codice f. 1—12. 18 sunt epistolae Massarelli ad Panvinium scriptae.

⁷ Antonii Augustini epistolae cit. p. 302.

⁸ Ibid. p. 304.

⁹ Cod. Vat. 6412, f. 18.

venerit nescimus; forma est in 40, tegumentum nostris diebus est factum, foliorum numeri non sunt constantes, praeterea prius aliter folia erant numerata. Haece autem potissimum in codice continentur:

f. 1: *Creatio Innocentii pp. VI*, et citantur fontes: *ex registro eius et Mari*^o, et ita fere semper.

f. 11: *De electione et pontificatu Urbani pp. VI, e diario regni Neapolitani bibliothecae apostolicae et e registro Clementis VII antipapae et Benedicti XIII* (adnotatur etiam, si differunt fontes).

f. 42 f* *registris collegii Gregorii XII*, et postea: *Gregorius XII Senas intrat, e chronico Senensi*; ad 19. Iulii 1408 legitur: *cum quo* (Gregorio) *erant 5 cardinales, videlicet 4 ab eo Luc^s creati et unus ex antiquis*, et ad vocem *unus* in margine adnotatur: *adverte, an sit verum, id scribitur in historia Senensi*.

f. 51: *De creatione, pontificatu et actionibus Alexandri V. Ex registris camerae apostolicae*.

f. 130: *Diarium Florentinum de Martino V et Eugenio IV et cardinalibus eius temporis, et concilio Florentino*; deinde f. 131 (quod antea habebat numerum 205) fons allegatur: *Ex diario Florentino lingua vernacula*; f. 157: *Cardinales 17 ab Eugenio IV Florentiae creati. Ex libro collegii cardinalium in cardinali Trivultio x*.

f. 165: *Diarium pontificum et cardinalium a Pio II usque ad Leonem X* (non Massarelli manu scriptum).

f. 209: *Diaria consistorialia Leonis X* (f. 217: *Ex libro collegii Rm^{orum} cardinalium*).

f. 229: *Hadriani pp. VI diarium consistoriale*; f. 230: *Conclave Hadriani VI. Ex libro collegii Rm^{orum} cardinalium*.

f. 237: *Diarium consistoriale Clementis pp. VII*.

f. 259: *Cardinales creati a Paulo pp. III usque ad annum 1544*; f. 260: *Conclave Pauli pp. III*; f. 262 (antiquus folii numerus 1): *Prima creatio cardinalium Pauli pp. III 1534*.

f. 266: *Diarium D. Petri Pauli Gualterii Aretini ab a. 1532 usque ad annum 1544*. (hic numerus postea est additus).

Hic codex (ex annorum numeris appositis, qui 1544 non transcendunt) scriptus videtur fuisse, antequam Massarellus ad Tridentinum concilium primum Roma discessit. Iam tum ergo magnum eius fuit studium diaria conscribendi.

b) Archivum Vaticanum quattuor habet codices² Massarellianas scripturas continentes: Arm. ar. XI, t. 43: *Angelus Massarellus de Sancto Severino agri Piceni episcopus Thelesinus de pontificibus et cardinalibus diversi tractatus et notationes. A*. Hoc volumen et tria alia, quae sequuntur, sunt in folio, involuta pergamina, tegumentorum margines inflexi.

f. 1: *De cardinalium origine*.

f. 26: *Varii modi creandi Romanos pontifices a Petro ad Iulium III*.

f. 34: *De auctoritate S. R. E. cardinalium sede vacante*.

f. 45: *Signa* (sententiae) *pontificum*.

f. 49: *Cardinales qui scripserunt in aliqua scientia*; cardinales ex diversis ordinibus religiosi sumpti.

f. 62: *Cancellarii et bibliothecarii S. R. E. usque ad Paulum IV* (sic; re vera ad saeculum tantum XI series pertingit).

f. 68: *Quod b. Hieronymus fuerit S. R. E. presbyter cardinalis* (incipit *Memini me*, et saepius invenitur in variis tomis).

f. 72: *Pontifices, qui excommunicaverunt imperatores et reges*.

f. 85: *De titulis* [cardinaliciis] *Urbis*.

f. 94: *Coemeteria in Urbe Roma* (enumerantur 33).

f. 95: *Basilicae, titidi, diaconiae et ecclesiae Urbis antiquae, quae hodie MDLV extant, et recentiores, qui ab anno MCCCCL constructi sunt* (ordine alphabetico).

f. 99: *Regiones Urbis*, deinde viae et loca insigniora.

f. 100 ss: *Varia ad historiam pontificum pertinentia, bullae et alia, partim ex Platina card. t. VI*.

¹ An intellegendum est in [bibliotheca] cardinalis Trivultii? (cf. supra p. IC, 1. 11),

² Codd. XI, 43—45 in archivum venerunt post annum 1616, cf. infra § 8, G2 in fine, et K1, 5. 6.

f. 196: *Quaedam compilatio vitarum summorum pontificum a Petro usque ad Honorium III.*

f. 240: *Vitae pontificum a Petro ad Gregorium XI cum cardinalibus et actionibus.*

f. 294: *Vitae nonnullorum pontificum, incipientes ab Urbano V.*

5 f. 315: *Divisiones consistoriales sub Bonifacio pp. VIII.* Cf. infra p. 241 s.
(Volumen habet folia 346.)

Arm. XI, 44, continuatio, habet eundem titulum, in fine *B*, et continet res similes ac tomus prior, hinc inde collectas. Animadvertite f. 440: *Vita Ioannis Dominici card. Ragusmi a Io. Carolo scripta, anno 1477 edita.* Ad Massarellianae aetatis historiam
10 pertinent f. 584 electio Pauli III, f. 589 vita cardinalis Hieronymi Aleandri; f. 591 Gropperi epistula 15. Martii 1557 ad Paulum IV data; et partim f. 600: *Promotiones cardinalium a Leone IX usque ad Iulium III.*

Arm. XI, 45: *Angelus Massarellus de Sancto Severino agri Piceni scripturę diversę visu lectuque digne*, permulta continet de camera apostolica sub Paulo IV, deinde

15 f. 132: *Bulla Iulii III super reformatione conclavis una cum votis cardinalium* (quae vota partim sunt longissima).

f. 182: *De Tiberis navigatione* (a bibliothecario ad Paulum III directum),

f. 192: *Res Germanicae* (ex scripturis Aleandri, ut videtur).

f. 324: *Tractatus de re frumentaria* (ad Iulium III a. 1551 directus). Deinde
20 plurima ex Aleandri scripturis.

f. 499: *Conversio divi Pauli*, carmen epicum Tiresiae Foscarari [cf. *Fantuzzi*, *No-
tizie degli scritt.* Bol. III, 355 ss.] cardinali de Monte dedicatum a. 1547. Et alia.

f. 603: *Privilegia ecclesiae Aquilegensis.*

f. 628: *Compendio della historia di Eccelino Romano ex chroriico Rolandini Pata-
25 vini.* — (Codex habet folia 652.)

Varia Polit. 103 (olim signat. E 2488), volumen in folio, corio viridi vestitum, tegumentum nostris diebus est reparatum.

f. 1—29 (in 8°, foliorum numeri antiqui, tegumentum proprium cum titulo a Massa-
rello scripto, textus a scriptore eius solito): *Iura ecclesiae Romanae visu lectuque digna.*

30 *Collecta per me Angelum Massarellum de S. Severino agri Piceni episcopum Thelesinum.*

f. 85: *Patrimonia s. Petri vel principum donationes.* (In margine: *Ex registro
epistularum s. Gregorii pp. et lib. 2. Io. Diaconi card. S. R. E. de vita s. Gregorii.*)
Eadem manus quae est in cod. Barb. XVI, 28, *Concil.* 56 (et postea f. 103 ss. 341 ss.).

35 f. 88T: *Ex libro censuum Romanae ecclesiae, qui in Castro S. Angeli asservatur.*

f. 91—102: *De monarchia Sicilia.*

f. 103: *Scripta statum Ferrariae concernentia* (manus quae f. 85).

f. 137 ss.: *Varia de Sicilia et Neapoli,*

f. 301: *Gregorius XI contra Florentinos.*

40 f. 341: *Negotia concernentia statum Parmae et Placentiae* (manus quae f. 85).

f. 382—405: *Bullarum in castro S. Angeli custoditarum index.* *Varia.*

c) In **bibliotheca communali Septempedana** (cf. supra p. XXIII, 1. 17 ss.)
denique praeter fasciculos ad concilium pertinentes sunt duo volumina in 40, pergamena
vestita, quae maiorem ad partem ipsius Massarelli manu scripta continent res eiusdem
45 fere generis et partim easdem ac tomi Arm. XI, 43—45. Quae quanti etiam hodie sint
aestimanda nuper ostendit *P. Kehr*, *Diplomatische Miscellen* (in *Nachrichten der k. Ge-
sellsch. der Wissensch. zu Gottingen, philol.-histor. Klasse*, 1898, p. 496—512), qui non
nulla ex his voluminibus excerpserit. Hic sufficiat historicorum animos ad illas res ad-
vertisse.

8. Scripturarum a Massarello relictarum indices antiqui.

50 Maxime nostra interest scire, quibus temporibus et per quos homines singulae
scripturae Massarelli pontificibus Romanis sint traditae, cum inde non raro possit cognosci,
ubi vel qua via eae sint quaerendae, quas adhuc desideramus. Ex. gr. cum diarium I
in nullo indice reperiatur, verisimillimum est nunquam illud in tabularium vel biblio-
thecam pontificum pervenisse; et rursus si eorum, quae tradita esse curiae perhibentur,
55 nonnulla desunt, dispersa et variis tomis archivi perperam adiuncta videntur esse, et licet

casu magis quam opera inventum iri sperandum sit, tamen ubi ea quaerere debeamus non est dubium. Et iniuria desperavit Th. de Sickel reperiri unquam posse inter ea, quae ad nos pervenerunt, libros seu fasciculos in antiquis indicibus exhibitos, quia quae in his de argumento et qualitate librorum dicantur nimis vaga sint, nec sufficiat foliorum vel paginarum numerum scire, cum fasciculi minores postea in unum volumen sint comprehensa¹; nam tituli a secretario singulis tomis vel fasciculis inscripti accuratissime recepti sunt — id quod brevi animadvertit, qui non fugit quaerendi laborem — in inventaria, et folia titulos habentia quamquam saepe sunt separata ab ipsis fasciculis, tamen hi ipsi non longe remoti a titulis et sine nimia difficultate inveniuntur; atque etiam numerus foliorum ab inventariis relatus non raro optime congruit cum fasciculis conservatis. Itaque unumquemque paene fasciculum in inventariis relatum contigit nobis inter scripturas conciliares tabularii Vaticani reperire, ut ex tomorum foliorumque numeris, quos in indicibus infra exhibendis ascripsimus, unusquisque videbit; de reliquis autem quod nobis non contigit facile perficient alii, cum sine dubio etiam alia ibidem sint conservata. Similiter nimis generaliter dicit Sickel patrum vota ac sententias ita fuisse divulgata, ut operae pretium non sit inquirere, sintne exemplaria Massarelliana conservata necne². Ea enim vota, quae longius divulgabantur, sunt paucissima, eaque vel auctorum doctrina vel indole vel oppositionis vehementia vel alia quacumque re insignia, neque illis paucis rerum in concilio actarum recta imago nobis exprimeretur; longe maior autem pars votorum semel tantum est tradita et periisset, nisi Massarellus ea actis inseruisset.

Et primo quidem loco ponendum censuimus Massarelli testamentum, in quo libros ligatos in auro legavit sedi apostolicae, reliquos libros dimisit ad arbitrium executorum testamenti, cardinalium Moroni et Amulii³.

A.

Massarelli Testamentum.

Dat. 16. Iulii 1566. — Arch. Vat. *Concil.* t. 23. f. 165. Exemplar transcriptum 4.

205	349, 12 <i>prelati</i>	231	375, 18 <i>casi meritamente</i>
206	349, 46 <i>manicare</i>	232	376, 16
207	350, 3° <i>tornava</i>	233	377, 1 <i>quando nulla</i>
208	351, 29 <i>t 1° fresto</i>	234	378, 8 <i>moversi</i>
209	353, 23 <i>spedire</i>	235	378, 46 <i>et di nuovo</i>
210	354, 28	236	379j 36 <i>gran parte</i>
211	355, 26	237	380, 20 <i>relationi</i>
212	356, 18 <i>per molte</i>	238	381, 22. Hinc usque ad p. 246 textus apud <i>Doellinger</i> est turbatus, cf. in nostra editione p. 382, adn. c.
213	357, n <i>medesimo</i>	247	390, 2 <i>a moribus</i>
214	358, 4 <i>S. Croce</i>	248	390) 35 <i>scrivesse</i>
215	358, 39	249	391, 18 <i>qui scritto</i>
216	360, 1	250	392, 14 <i>rispo?dendo</i>
217	361, 8 <i>poi la cosa</i>	251	393> 3 <i>riniette</i>
218	362, 26	252	393> 36 <i>ragionamente</i>
219	363, 27	253	394, 31 <i>loro in altra</i>
220	364, 15 <i>di Trento</i>	254	395, 21 <i>per levare</i>
221	365, 16 <i>piglio</i>	255	396, 13 <i>et darii</i>
222	366, 11	256	397, 14 <i>per conferirme</i>
223	367, 24 <i>Motulense</i>	257	397, 47
224	368, 25 <i>non viene</i>	258	398, 46 <i>cardinali</i>
225	370, 6 <i>haveva fatto</i>		
226	371, 3 <i>advertiti</i>		
227	372, 2 <i>credere</i>		

Herculis Severoli

concilio Tridentino commentarius

(a die ii. Decembris 1545 usque ad 16. Ianuarii 1548).

Herculis Severoli

de concilio Tridentino commentarius*.

1545 -

11. Decembris.

Indicuntur aperitio concilii, ieiunium, processio.

DIE Veneris¹ ii. Decembris 1545 circa horam 23.1 venit cursor celeris² ab urbe Roma cum commissione Sⁿⁱ D. N. de aperiendo omnino concilio die dominica proxima, id est die 13. huius, et super hoc portavit breve speciale² eiusdem Dⁱ N. et litteras R^{mi} cardinalis de Farnesio³. Quo viso R^{mi} d DD. cardinales statim fecerunt⁵ per publicum preconem in tota civitate preconizari dictam concilii aperitionem pro die dominica proxima et processionem per omnes clericos Tridentinos die crastina de mane faciendam, et indixerunt ieiunium omnibus prelatis et aliis Christifidelibus pro die crastina, nuntiantes omnibus, ut in proxima aperitione concilii confessi et contriti venirent etc. Que omnia etiam per edicta publica fuerunt nuntiata,
Eadem die fuit omnibus prelatis indicta congregatio in domo R^{morum} cardinalium et legatorum pro hora 20. diei sequentis.

Arch.
Vat.
Conc.
vol. 98
fol. 1r

12. Decembris.

Habetur processio. In congregatione legitur bulla aperitionis et praeparatur sessio.

Die sabatig de mane, videlicet die 12. Decembris 1545¹ fuit facta solemnis processio clericorum Tridentinorum, in qua non interfuerunt prelati⁴.

Eadem die hora 20. fuit congregatio in palatio legatorum in aula R^{mi} de Sancta Cruce propter loci comoditatem^c, in qua interfuerunt infrascripti, videlicet:

R ^{mus} car(j) q ^{ue} jv[onte] j	R ^{mus} card. Tridentinus ⁶
R ^{mus} card de sancta Cruce > legati	Archiepiscopus Aquensis
R ^{mus} carc[Anglicush] j	Archiepiscopus Panormitanus

a de titulo cf. Prolegomena. b corr. ex sabati. c sic. corr. ex per e corr. ex ordinaverunt. f et communicati (quod habet Dollinger) deest in Ms. 8 corr. ex Veneris. h corr. ex Ingl.

¹ Massarellus (Diar. I): »alle 22 hore«; Legatorum epistula ad card. Farnesium (Druffel, Monum. Trid. [München 1884 ss.] n. 264, p. 236): »alle 22 hore et mezza«: nemo ex horologio horam requirebat.

² Incipit: Anno superiore. Dat. 4. Decembris 1545. Exemplum originale asservatur in Arch. Vat. Conc. tom. 132, f. 177; impressum extat ap. Raynaldum, Annal. eccl. 1546 n. 8, et saepe typis mandatum est. Quoniam huiusmodi documenta imprimuntur in nostra collectione cum actis, hic non amplius laudabuntur libri, qui ea exhibeant.

³ Dat. Romae 7. Dec. 1545: Druffel, Mon. Tr. n. 260, p. 233.

⁴ Massarellus (Diar. I): »Alla quale ando il card. di Trento et molti prelati, ma non già in ordinanza, ma solo per devotione.« His ultimis verbis solvitur discrepantia, quae videtur esse inter Massarellum et Severolum.

Concilium Tridentinum. I.

⁵ Errat Druffel (Mon. Tr. p. 267, adn. 3) negando cardinalem Christophorum Madrutium huic congregationi interfuisse eaque in re ad Seripandi testimonium provocando. Nam mirandum sane esset, si is ecclesiae cardinalis idemque princeps civitatis, in qua celebrabatur concilium, in ipsa prima congregatione abfuisset, quod certe expressis verbis nuntiaret Massarellus, qui, ut ipsum cardinalem invitaret, missus erat a legatis. Unde Madrutius, nisi comparendi consilium habuisset, utique excusationem protulisse censendus est. At id ipsum negat Druffel, invitatum esse hunc cardinalem, ut veniret ad illam congregationem (Mon. Tr. p. 237), quamvis Massarellus claris verbis contrarium dicat (Diar. I: »S. S^{mi} R^{me} mi mandorno dal card. di Trento a notificarli detta congregatione et invitarlo a venire«). Verba enim illa t^{em}entre S. S^{mi} e R^{me} erano insieme nullo modo de congregatione accipienda sunt, sed de consilio privato, quod habuerunt legati mane eius diei,

Archiepiscopus Upsalensis	Episcopus Castelmaris	
Episcopus Feltrensis	Episcopus Thermularum 1	
Episcopus Giennensis	Episcopus Astoricensis	
Episcopus Sancti Marci	Episcopus Siracusanus	
Episcopus Lancianensis	Episcopus Agatensis	5
Episcopus Belicastroensis	Episcopus Civitatis	
Episcopus Chiozzensis	Generalis Minorum	
Episcopus Bertinoriensis	Generalis Heremitarum	
Episcopus Vigorniensis (Anglicus) b	Generalis Carmelitarum	
Episcopus Sidoniensis	Generalis Servorum 1	10
Episcopus Fesularum	D. Sebastianus Pighinus, auditor rote	
Episcopus Capacensis	Hercules Severolus, procurator.	

(Sedendo non fuit habitus ordo inter prelatos) 3.

c. IV Quibus omnibus sedentibus card. de Monte gravi oratione patribus exposuit, qualiter tandem expectata dies venerat, [in qua] oecumenicum concilium in civitate Tridentina 15 indictum ad laudem Dei omnipotentis celebrabitur, cuius initium erit die crastino omnino, hocque ex mandato Smi D. N., cuius breve ad eosdem legatos directum legit continens in effectum, ut die predicta, videlicet crastina, concilium incoharetur. Quo per eundem lecto dixit eisdem patribus excusando se et D.D. legatos, ne quispiam ipsorum admiratur 20 retur de temporis brevitate, cuius exiguitate vix considerari poterant considerata, quia in causa fuit cursor, quem ipsi pro breve huiusmodi habendo miserant ad Smum D. N., qui propter casum equi fregerat crus in via 2, et alius, qui eius loco deputatus fuit Rome ad hoc munus, per biduum ab impetu fluminis, quif vocatur Palea, retentus fuit. Quam ob rem, cum temporis angustia non patiat de proponendis in sessione nunc tractari, ideo videri sibi abunde fieri, si die sequenti summo mane omnes convenirent 25 in ecclesia Trinitatis ibique assumptis pivialibus processionaliter ad locum concilii, id est in ecclesiam sancti Vigili, se transtulerint, ubi per eum cantetur missa, et per episcopum Bituntinum fiat sermo de concilio, et deinceps alie ceremonie solite in initiis aliorum conciliorum fiant. Et hec omnia modo placeant suis paternitatibus, cetera vero in aliis sessionibus et congregationibus disponentur. Petitque a patribus, ut super his suam 30 dicerent sententiam.

a Ms. Ispalensis. b add. alia manus. c Ms. Termopilarum. d scriptum in margine. e Non iam legitur in M s.; videtur esse avulsum. f sic. g Hic aliqua correctae sunt, sed tantum form alia. h Sic clare scriptum est, non conicerent, ut vult Druffel {Theol. Litt.-Bl. [Bonn] 1876, p. 396 et Mon. Tr.p. 267 3} secundum codice? Tridentinum.

dum alii celebrabant processionem; quo in consilio concipiebantur illae litterae, quae mittebantur ad card. Farnesium (Druffel l. c. n. 264). Cum enim his clare dicatur, quamvis die postero post congregationem scribere consilium fuerit legatorum, tamen eas scribi ante congregationem, quia cardinalis Augustani litterae supervenerint Romam mittendae, quis artibus histrionalibus legatos usos revera post congregationem scripsisse illam epistolam audacter dixerit? Excusabantur legati ad Madrutium non ideo, quod non invitassent, sed quod non prius, i. e. die proximo, vel quod non ad privatum consilium invitassent (l. c.: *scusando, se non havevano fatto piu presto quesf officio* etc., cum hoc consilium primo in domo Madrutii habituri fuissent).

Praeterea in diario II Massarellus generaliter dicit: »fit congregatio omnium praelatorum«, nulla prorsus adiecta exceptione. Nec Seripandus (cuius historiae novam recensionem curabimus) eo modo interpretandus est, quo intellexit Druffel, cum ille aperte dicat, convenisse praeter card. Tridentinum archiepiscopos, episcopos etc., id est primum et quem ultro adesse consentaneum sit Tridentinum, deinde alios, minime vero: excepto Tridentino. Si legimus apud Pomponiui Melam 3, 8, 75: »Carmani praeter capita toto corpore hirsutia, num capite calvos esse putabimus?

1 Recte ostendit Druffel (l. c. p. 267) discrepare inter se Acta et hoc nostrum diarium et Seripandum in 2 Massarellus (Diar. I) hoc obscure significat; aliam de hac re narrationem non habemus.

numerandis episcopis, generalibus, abbatibus, qui interfuerint vel non interfuerint huic congregationi et sequenti sessioni. At solvi potest difficultas. Seripandus enim, cuius relatio scripta sit tempore satis posteriore, non debet audiri contra Severolum vel Massarellum. Deinde Severoli negligentiae tribuendum esse censeo, quod Hipporegiensis et Bituntini episcoporum nullam facit mentionem; qui, si abfuissent, certe notati essent a Massarello ut in civitate praesentes, in congregatione absentes. Nam eos Tridenti fuisse ea die dubitari nequit. Alia differentia orta est ex codicis Tridentini (vel editionis Wokerianae) textu corrupto, in quo deest generalis Carmelitarum expresse nominatus a Severolo in libro originali 13. Decembris. Unde crediderim oblitum esse promotorem, quando praelatos 12. Decembris enumerabat, duos esse Franciscanorum ordines: conventualium et observantium, et utriusque generales unum existimasse (Codex enim clare exhibet *generalis Minorum*, non *generales*). Abbates a solo Seripando inter praesentes nominati certe eo tempore abfuerunt neque reversi sunt nisi peracta sessione (cf. Epist. legatorum ad card. Farnesium 19./20. Dec. 1545 apud Druffel p. 249, n. 277); praeterea mirandum esset, quod non ante 29. Decembris de eorum admissione deliberabatur.

Quibus auditis omnes singulariter suam dixerunt sententiam, laudantes omnes Deum optimum maximum et Smum D. N., illis gratias summas agendo de tam ingenti beneficio. Et ne singula proseguara, solus **Giennensis**¹ sententie legati adversari visus est dicens, incongruum esse concilium tam expectatum auspicari, nisi lectis bullis indictionis concilii et mandatis ipsorum DD. legatorum, cum utique hec necessaria sint ad fundamentum eorum presidentie et ad robur et iurisdictionem concilii. In eamque sententiam iverunt omnes Ispani et regni Sicilie et Neapolib et etiam alii complures².

Aliquibus³ tamen videbatur, lectionem non esse necessariam neque facultatis neque indictionis, cum de indictione notorie omnibus constet, de facultate vero satis per illud breve Sm D. N. appareat, in quo illos suos de latere legatos ad concilium Tridentinum appellat. Obtinissetque, ut arbitror, sententia huiusmodi, verum RTM DD. legati nolentes super questione nullius momenti disceptari dixerunt, se habere scripturas et omnia parata, verum⁴ (ab eis dictum esse, ut ea in alia sessione legerentur, quia propter) ⁷ brevitatem temporis non putabant, ea omnia posse legi die crastino, (cum plures sint et magne bulle super hoc confecte)⁶ Nihilominus, (ut satisfiat omnibus et superflua questio omittatur)^f, legentur⁸ die crastino ultima bulla indictionis concilii in civitate Tridentina et eorum mandatum, cetera vero in alia congregatione ordinabuntur.

Aliquibus etiam placebat, ut futura sessio ad aliquam diem destinaretur, sed pluribus nihil huiusmodi fieri placuit.

a *Quod antea his verbis dictum erat*: Cetera vero ab eis dicta si proseguar, vereor ne frustra laborem parum utilem (*antea*: ineptum) sumpsisse videar, quamobrem quorundam dumtaxat explicare decrevi. Inter quos...
b sic. 0 *Druffel* (*Litt.-Bl. I. c.*) id. d in marg. add. *pro deletis in textu*: propter difficultatem temporis.
e add. in ?*margin*. *Druffel* (*i. c.*) errat *sequendo Ms. Trid.* f in marg. s *Druffel* vult legerentur, sed false.

1 Petrus Paceccus, postea cardinalis. De hoc Hispanorum episcoporum capite disputatum est in Prolegomenis.

2 Eodem modo Seripandus simpliciter dicit: assensere Hispani, Neapolitani, Siculi. Quare vix dubitari potest (ut fecit *Druffel*, Mon. Tr. p. 2673), utrum ii omnes significantur, qui episcopatus Neapolitanos obtinebant, an soli ei, qui missi erant ab imperatore; praeterea episcopos Aquinatem, Cavensem, Bituntinum Neapolitanos, quamquam a pontifice missi fuerant, legatis sese opposuisse aliunde constat: *Massarellus* (*Diar. X ad 22. Ian. 1546*) ideo vituperat Aquinatem et Bituntinum, quos iam 13. Ian. inter contradicentes numeravit, et in epistula, quam card. Cervinus 26. Ian. 1546 scripsit ad card. Farnesium (*Druffel*, Mon. Tr. n. 311, p. 345), propria manu (*Druffel* l. c. adnot. b) addidit: »che La Cava et Bitonto si ritiraron nella buona strada«. Jacomellus vero Bellicastrensem episcopum in sessione secunda habita 7. Ianuarii 1546 cum iis fuisse, qui dissentiebant, clare acta demonstrant (*Theiner*, Acta genuina ss. oecum, concilii Tridentini I [Zagrabiae 1874], 38 a). Nec quia *Druffelio* (l. c. p. 286, adn.) mirum videtur, debet negari; nam maior hac in re Massarello fides habenda est, cuius diligentiam nemo ignorat, quam Severolo, qui etiam Panormitanum archiepiscopum nominare omisit, cum in sessionibus iam ab initio Massarelli praesens fuerit nec Severoli notationibus, ut pro congregationum actis (cf. tractatum *Hercules Severoli und sein Tagebuch über das Trienter Konzil*. Histor. Jahrb. XVI [1895], 749 ss., et prolegomena), indiguerit. Cf. quae ad 7. Ianuarii 1546 adnotabuntur. Jacomellus, ut erat homo sollers ac versatilis, si contradicendo legatorum gratiam amiserat, varia officia praestando facile eam sibi reconciliabat. In epistula, quam scripsit 13. Aug. 1545 fratri suo Romae versanti, «phisico di S. S.^{ma}», quamque, si videatur, legere eum iubet S. S.^{ma}, »et non ad altre persone», gloriatur »con la pratica, qual io ho fatto con molti di questi prelati, di quali di molti en ho facta la anatomia et cognosco oves S. S.^{ts}»; et postea: »che 35 prelati, quali sonno qui, ch' io ne ho vinti, quali

potria minar meco in lo inferno, et ho confirmati molti, de quali haveva poca speranza»; et denique: »Io non fo altro se non per quanto posso ridurre et confirmare quelli prelati, quali cognosco haverne di bisogno» (*Arch. Vat. Carte Farn. 4*). Quid mirum, si querebatur Madrutius »de Bellicastrensi, qui in urbem minus honesta scribebat»? (*Massarellus*, *Diar. III*, 15. Febr. 1546; cf. *Theiner* I, 53.) Cavensem denique episcopum Io. Thomam de S. Felice minime fuisse eum, qui sententiam libere declarare non audeat, luce clarius apparet cum ex actis congregationum generalium de iustificatione habitatum et maxime ex causa illa famosa cum episcopo Chironensi, tum ex initio huius epistulae, quam 27. Febr. 1546 dedit ad Bemardinum Maffium, secretarium familiarissimum et Pauli III et card. Alexandri Farnesii: »Quanto pivi predico la bonta, la cortesia e le grandezze dei nostro padrone, tanto piu fermamente credo, o che non mi tiene per servitore, o ch' io sia troppo disgratiato, perche son riputato indegno de quelli favori, che per un cavallo, per una mula, per quattro quattrini suol ottener nella corte ogni persona.« Si erat »disgratiato» apud card. Farnesium, facile litterae de nimia eius libertate ad illum scriptae eius rei causae erant. 25. Ianuarii 1546 card. Madrutius Massarello narrabat Cavensem queri: ideo legatos classes particulares instituisse, ut ipsius excludendi praetextum haberent; quod, quamvis a Cervino negetur, nihilominus non nimiae inter episcopum et legatos concordiae testimonium est (v. *Massarellum*, *Diar. I die dicto*). — De Cornelio Musso episcopo Bituntino vide infra p. 4, adn. 3. — Inter »alios complures» fuisse Braccium Martellum, Faesulanum, et Iacobum Nachiantum, Cloadiensem episcopos ac fortasse etiam Gallos, quis dubitet?

3 Praecipuus horum fuit ipse primus praesidens, ut tradit *Seripandus*: »Huic postulationi Io. Maria stomachose quidem respondit eam esse cardinalium et sanctae apostolicae sedis legatorum dignitatem atque amplitudinem, ut eorum dictis ac factis stare omnes debeant, nemoque mortalium eorum quae vel dicunt vel faciunt rationem reposcere possit, neque de eorum potestate inquirere.«

Fuit igitur secundum premissa facta conclusio, ut ^die crastino)»a ceremonie et alia fierent, ut a cardinali de Monte fuerat explicatum, bulla indictionis concilii in civitate Tridentina et mandatum Rm^m legatorum legeretur et insuper pronuntiaretur, per premissa apertum esse concilium. Et ita omnes responderunt *placet*. Et deinceps fuit episcopo Feltrensi iniunctum per Rm^s legatos, ut ipse die sequenti legeret bullam et mandatum predictosb. Qui onus libenter accepit.

13. Decembris.

[Sessio I.] Legitur bulla indictionis et mandatum legatorum. Concilium declaratur apertum. Excusatur orator Caesaris.

Die dominica 13. dicti mensis Decembris Rm DD. legati et ceteri prelati in presentia plurium Christifidelium convenerunt in ecclesia sancte trinitatis Tridentina, <ubi per DD. legatos habitus [est] sermo cum patribus infrascriptis de futura indictione sessionis. Convenerunt patres, ut proxima futura sessio esset in die Iovis post epiphaniam, que erit septima Ianuarii). Indequ prefati Rlm cardinales et prelati induti pivialibus et mitris albis una cum clero Tridentino processionaliter recesserunt cantando antiphonam: *Veni creator spiritus*, et brevi circuito facto pervenerunt ad ecclesiam cathedralen s. Vigiliis ibique in loco specialiter deputato pro sessionibus faciendis¹ sederunt omnes infrascripti, videlicet:

is

Rm cardd.:	de Monte J	Episcopi:	Siracusanusb
	de Sancta Crucel legati		Civitatensis
	Anglicus		Thermularum f
	Tridentinus		Castellimaris
Archiepiscopi:	Aquensis		Lancianensis
	Panormitanus		Aquinatensis
	Upsalensis ⁶		Bellicastensis
	Armachanus		Sidonienensis
Episcopi:	Hipporigiensib		Britonoriensis ⁸
	Feltrensis		Chioziensis ^b
	Fesularum	Generales:	Minorum observantie
	Gienensis ^b		Minorum conventualium
	S. Marci		Heremitarum
	Capacensis		Carmelitarum
	Cavensis		Servorum 2
	Vigornienensis		
	Agatensis	D. Sebastianus Pighinus, auditor rote et	
	Astoricensis	Hercules Severolus, procurator	
		<Duo legati regis Ferdinandi et alii multi) ¹	

25

30

Et deinceps Rm^s card. de Monte missam solennem de s. spiritu celebravit, qua missa finita predictus Rm^s card. de Monte concessit omnibus astantibus et presentibus indulgentiam plenariam in forma ecclesie consueta. Quo facto episcopus Bitontinus de mandato Rm^m DD. legatorum ascendit¹ ambonem ibique habuit orationem, cuius initium fuit: *Gaudete in Domino*, in qua quidem oratione multa de necessitate concilii et multa etiam de laudibus tam Sm D. N., quam ceterorum principum Christianorum disseruit, hortando omnes ad novam vitam, ad novos mores imbuendosk, ita ut omnes pene commovisse videretur³.

a m marg. b sic. c Tota de hac die relatio scripta est alia manu. d in margine; que erit septima Ianuarii Severoli manus. e Ms. Hipsalensis. f Ms. Termopilarum. s om_ DdlUnger_ h add. Severoli manu. 1 Ms. assendit. k sic; fortasse legendum induendos.

¹ Pratanus (Lc Piat, Monum. ad hist. concilii Trid. VII [Lovanii 17^7]? 2> 4 ! novam recensioem dabimus volumine altero): «magnaque summorum virorum et matronarum nobilium, quae e finitimis locis ad sacrum hoc spectaculum Tridentum venerant caterva comitante locum templi editiorem tabulis pineis concinnatum conscenderunt.»

² De generalibus et abbatibus cf. p. 2 adn I.

³ Le Piat I, 12—22; epitomen habet Sarpius, Istoria dei conc. Trid. II, 28. Celebris est ac vetus hac de oratione controversia, aliis in coelum usque attollentibus eam (Hortensii Landi Encomion ap. Tiraboschi, Storia della lett. ital. XIII, 2346. Milano 1824), aliis vituperantibus ut vanam, ridiculam, profanam

Qua oratione finita, cantatis letaniis et aliis de more servatis ceremoniis, episcopus Feltrensis de mandato predictorum DD. legatorum ascendit ambonem ibique alta et intelligibili voce legit bullam indictionis concilii in civitate Tridentina ultimo loco per S¹ D. N. factam, et successive similiter legit mandatum deputationis predictorum DD. legatorum per Smum D. N. factum sub bulla plumbea cum auctoritate in dicto concilio presidendi et prosequendi et pertractandi, que circa concilium necessaria fuerint.

Quibus lectis predictus Rms card. **de Monte** sedens iuxta altare coram predictis omnibus gravem et ornatam habuit orationem *, in qua primum laudavit Smum D. N., qui hoc tam necessario tempore concilium indixerit, et deinceps prelatorum et aliorum, qui ibi convenerant, maxime laudavit constantiam et fortitudinem, qui propriis commodis neglectis ad hanc civitatem maximo cum eorum incommodo convenissent. Qua finita interrogavit omnes predictos patres, an placeret sibi decernere, ut per premissa concilium diceretur apertum et aperiretur in effectum. Cumque omnes respondissent *placet*, iterum predictus Rms cardinalis sciscitatus¹ est ab iisdem, an placeret eis, futuram proximam sessionem pro die septima mensis Ianuarii proxime futuri indicare. Qui omnes similiter responderunt *placet*.

Quo facto coram predicta⁰ eisdem Rms patribus et sancta sinodo comparuit D. doctor **Alfonso** ², vicegerens oratoris Cesarei, et coram eisdem exposuit, qualiter illis D. Didacus de Mendoza, qui a Sermo D. imperatore orator et procurator specialiter deputatus fuerat, propter gravem eius egritudinem non potuerat se' ad presentiam huius sacri concilii venire. Quo tamen eius voluntas omnibus manifesta esset <ac etiam ut omnibus palam constet, voluntatem Cesaris nunquam a concilio abhorruisse>a, petiit coram eadem sancta sinodo quasdam literas ad eandem sinodum destinatas legi, ac facto produxit quoddam mandatum in personam predicti D. Didaci petens, illud per eandem sinodum videri et examinari.

Quibus auditis Rms card. **de Monte** annuente ad id sancta sinodo fecit publice per Claudium eius secretarium³ legere literas predictas, in quibus continebatur de impedimenti et egritudine ipsius D. Didaci, petens, ne propterea aliquod preiudicium sacratis simo imperatori suo inferretur. Quibus lectis predictus Rms card. de Monte respondit eidem Alfonso in hec fere verba, videlicet: Audivit hec sancta sinodus petitionem vestram, et cum eidem constet de egritudine D. Didaci, facile eius excusationem ad mittit⁸, et quo ad mandata pertinet, per sanctam sinodum legetur et de eo iudicabitur.

Quibus sic ut premittitur factis Hercules procurator alta et intelligibili voce de omnibus et singulis premissis petiit, per predictum D. Claudium et D. Nicolaum Driel notarios unum vel plura publicum vel publica instrumentum vel instrumenta fieri.

a M s. assendit. b M s. sciscitatus. 0 sic. d in marg. e M s. legis. f M s. inferretur. s M s. admitti.

maximeque a dignitate tanti concilii alienam (cf. *Sarpus* 1. c. *Maurenbrecher*, Tridentiner Ivonzil J. 1 list. Taschenb. 1886, p. 207 *. *Cantu*, Gli eretici d' Italia II [Torino 1866], 247. *De Leva*, Storia documentata di Carlo V, t. IV [Padova 1881], 71). Fuit sane suae aetatis sui que populi frater Cornelius ingenio imbutus, nec habemus cur quasdam ineptias eius orationis negemus. Melius fortasse fuisset, si minori cum studio *Pallavicinus* (Istoria dei conc. di Trento V, 18) illius episcopi partes tuitus esset; nam de gustibus non est disputandum. Alicuius momenti est iudicium Seripandi, qui haud magni sermonem fecisse videtur, cum nihil prorsus de eo dicat. Mas sarellus loquitur de oratione ut «satis pia et luculenta» (*Theiner*, I, 27b), quamquam paulo post iniquissime de eius auctore iudicet, quippe qui cum dissentientibus steterit: «ha assai buone lettere, ma di giudicio et di prudentia e si scemo, che non e differentia da lui a un cavallo» *Diar.* I ad 22. Ian. 1546. Sed et ipse litteris idoneis opportuno tempore ad Farnesium cardinalem scriptis curiam Romanam et prudenter cedendo legatos placabat; hoc demonstratur verbis Cervini supra (p. 3, adn. 2) memoratis, illud epistula Archivi Vaticani (Carte Farn. 4) ad card. Farnesium Tridenti 7. Ian. 1546 data: ... »Cedano gli Innocenti et gli Alessandri et i Calisti et i Gregorii et i Silvestri istessi a Paolo Terzo! Per quelli nacque, per questo rinascera il nome

di Christo, tanto piu glorioso, quanto e piu grand' opera anco di Dio il ricomperar gli huomini che li creargli» ... Legati »sanno la mente mia et hanno non una sola, ma molte caparre della diligentia et vigilantia ch' io uso all' honor di S. S⁴, che lo stimo sempre congiunto con l' honor di Dio» ... »Come questi giorni fui quasi vicino a errare in grosso per esser coito all' improvista, onde havuto poi un cenno solo, non solo mi ritrassi et mi riscessi, ma gli awisai d' un modo da remediare ogni cosa, che dalli altri si fusse potuta machinare.« ... »S' in ogni cosuccia vorro andare a seconda, perdero forse il credito, coi quale solo nelle cose gravi vi potro giovare. Patite dunque alie volte, che con quella prudentia, che 111' insegna san Paolo [videtur significare I Cor. 9, 19 ss.], io mi converta in Protheo et siate sicuro che come povero di tutto il resto, cosi di fede mi troverete ricchissimo et udirete, che la mia lingua sara spada et lancia.«

¹ Incipit: *Dies tandem optatissima*, et extat apud *Raynaldam* 1545 n. 41 et *Le Piat* I, 22.

² De Alfonso Zorilla et Didaco de Mendoza vide quae adnotantur ad Massarelli diarium I.

³ Claudius della Casa, qui postea nominatur notarius concilii, de quo saepissime Massarellus in diariis suis; cf. Indicem.

18. Decembris.

Articuli de ordinando concilio, de victu et aliis. Facultas praesidentis recipiendi mandata. Galli postulant dilationem. Legatio regis Portugalliae.

aDie Veneris 18. Decembris hora 22. fuit facta congregatio in palatio Rmum in camera Rm de Monte, in qua fuerunt omnes cardinales et episcopi, (qui in publica sessione interfuerant, paucis admodum exceptis)b. Rms card. **de Monte** exposuit omnibus, plura esse peragenda circa hoc presens concilium Tridentinum ad laudem omnipotentis Dei incohatum, quorumc quaedam extrinseca erant, aliqua vero intrinsecaJ. Extrinseca sunt, ut omnes devote et pie versentur tam in dandis votis, quam in aliis: inprimis autem omnes ieiuniis et orationibus rogent Deum, ut mittat paracletum, illumina-
v natorem veritatis, admonuitque omnes, ut eorum quoque familiares admonerent, ut et ipsi sancte et | religiose et inprimis caste et modeste in omnibus se haberent, ut mores eorum, qui huc concilii causa convenerunt, sint nedum Tridentinis, sed omnibus Christi- fidelibus firmum testimonium eorum intentionis. Dixit insuper, considerata esse, que ad securitatem prelatorum et concilii pertinent. De rebus quoque ad victum necessariis (de loco pro pauperibus, infirmis) d habendam esse rationem. Preterea, quia inter aliquos de precedentia erat contentio, curandum erat, ut et hec aliqua ratione componerentur. Et hec de extrinsecis. Intrinseca vero erant, que materie deinceps proponende, quo ordine, quis ordo in consultationibus tenendus2, (de missis in singulis ecclesiis sexta feria celebrandis, de indulgentiis propterea dandis)4 et de aliquorum deputatione, qui in congregationibus referrent8 maxime super mandatis, quif quotidie perferuntur et per ferentur. Deputandos quoque esse aliquos, qui singulis sessionibus orationes haberent <et de multis officialibus ad concilium necessariis deputandis deliberandum)4, et denique cogitandum, an ceteri episcopi, quorum frequentior g numerus desideratur, sint exspec tandi, et quamdiu. Que omnia, quoniam maturo consilio peragenda sunt, videri sibi melius fieri, si ad proximam congregationem referantur, que, si videbitur Dominis, erit die Martis proxima.

Quibus explicatis dixit, pervenisse ad eius aures, aliquos3 condoluisset, quod ipse in proxima sessione inconsulta sinodo recepisset mandatum oratoris Sermi imperatoris ei presentatum in sinodo per nuntium D. Didaci, oratoris Cesarei. Cuius rei causa valde admirabatur, primo quia receptio f mandati et etiam literarum, si perfererenturf, posset

a *Hic rursus Severoli manus incipit.* 11 *pro delete:* episcopi predicti preter archiepiscopum Armaca-
nensem. 0 *M.s.* quarum. d *in marg.* e *M.s.* referent. f *sic.* * *M.s.* frequentio.

1 Verba ipsa apud *Theiner*, Acta I, 31, paulum aliter apud *Seripandum*.

2 Indicare videtur bis verbis actum esse de illa quaestione, incipiendumne sit a dogmatibus an a re formatione, quod *Massarellus* refert in diariis II et III. Quem verba genuina exhibere illorum articulo- rum, quos proponebant legati patribus, immerito *Druffel* (Monum. Trident. p. 250J) negavit. Ego quidem eos articulos sine numeris a legatis editos esse credi derim, postea et *Massarellum* et *Seripandum* suo quem que modo numeros addidisse, ordinem vero originale eum fuisse, quem dat *Massarellus*; nam *Seripandus* cum dicat, illis eisdem verbis ac legati conceperint, se subscribere, non tamen accurate eodem ordine se illos exhibere dixit. Et *Seripandi* dispositionem meliorem esse nemo negabit; sed item nemo negabit *Seripandum* eum fuisse, qui pravum ordinem tacite corrigeret — et qua de causa *Massarellus* logicam articulo- rum dispositionem in pravam pervertisse putandus erit? Mutatam vero esse primam formam, antequam praelatis trade rentur exempla, nullo verbo indicatur. Praeterea *Pratani* Epitome (*Le Piat VII, 2, 5*) eundem ac *Massarellus* exhibet ordinem. Ceterum nequaquam inter utramque formam tanta intercedit quantum *Druffel* vult differentia; nam illud «Proposuerunt etiam . . .» *Massarellianae*

narrationis additamentum esse adeo luce clarius est, ut ipse *Druffel* concesserit. Quae ergo remanet differentia? (Quod illud »autem« deleatur, ne minima quidem ratio est.) *Massarellus*, cum congregationi non interfuerit (cf. *Prolegomena*), aut ex epistula nuntiis apud *Caesarem* degentibus scripta (*Diar. I 20. Dec. 1545 sub fin.*), in qua certe de illa re fiebat sermo, cum de ea maxima inter imperatorem et pontificem lis esset, aut ex epi scopi cuiusdam narratione didicit, quid ibi actum fuerit, et narratio eius eo minus est reiicienda, quia cum *Se veroli* concisa relatione videtur convenire. Argumenta, ad quae provocat *Druffel* p. 251, vana esse alio loco ostendi (cf. *Proleg.*). Promotoris libellus mittebatur ad cardinalem *Farnesium*, cuius respectu facile rem, quae ne a curia Romana legatis crimini daretur timen dum erat, leviter tantum auctor attigit. Sed lectis articulis de ea quaestione verba facta esse a cardinali de Monte ac deinde controversiam ortam, propter *Massarelli* verba negari vix potest, immo praelatorum Gallorum cedula (Cum Rma® et 1117M f D nes V. inter alia multa proponant . . . quibus de rebus potissimum . . . tractari conveniat) confirmatur. Ceterum cogitari posset de ordine, quo praelati sententias dicerent.

3 Videntur fuisse iidem Galli, qui paulo post com memorantur.

ipse iure suo acceptare, legendas tamen in sinodo, prout et fecerat de mandato, in quo nihil ipse decreverat, sed tantum acceperat mandatum in sinodo videndum et examinandum, idque se fecisse consulta satis sinodo, dum caputa super premissis ad eius interrogationem annuisset. Quod et verum fuit.

5 His expositis omnes diversis verbis, singulariter tamen dictis sententiis proposita laudarunt. Soli Galli, videlicet archiepiscopus **Aquensis** primo loco et deinceps episcopus **Agatensis** suo loco, adversari predictae sententiae visi sunt dicentes, videri sibi nimis propere agi non expectatis ceteris, habereque eos in mandatis a rege suo, ne antea ipsi in concilio sententiam dicerent, quam eo certificato¹, quia intendebat mittere oratorem | asuum, suos prelatos et plerosque viros spectata² doctrina. Propterea suplicabant, ut tantisper supersederetur, donec rex eorum certior factus esset de aperitione concilii et posset oratorem et alios mittere. Quibus dictum fuit per Romanos legatos, quod ea, quae nunc proposita fuerant et quae in futura sessione terminantur, sunt preparatoria, quae nullo modo regiam maiestatem tangunt, in quibus non est etiam valde desideranda prelatorum copia. Ceterum in gravioribus habebitur ratio temporis, interim ipsi poterunt ad regem haec omnia nuntiare. Quod et totob consensui placuit. Verum adhuc magis instantibus Gallis res ad sequentem congregationem dilata fuit².

His peractis quidam frater Dominicanus³ a rege Portugalie huc cum litteris ad sinodum missus petens licere sibi in congregatione verba facere fuit admissus. Et statim ostendit, se habere literas sui regis ad sinodum, quas tamen volebat legi in publica sessione, ut habuerat in mandatis a rege suo; si tamen placeret patribus nunc eas legere, legantur, dummodo etiam iterum deinceps in publica sessione legerentur. Placuit congregationi, ut littere ipse tunc legerentur. He quidem littere et docte et graviter continebant, se maximo gaudio repletum esse audito nuntio huius sancte sinodis celebrande, quam in Domino humiliter rogabat ad ea sancte et pie peragenda, cuius causa Tridentum legitime congregati convenerant, aiebatque destinasse se et oratores et episcopos complures, qui huic sancte sinodo interessent. Verum quoniam non tam cito, ut ipse voluisset, se itineri acingebant, tres in illis litteris specialiter nominatos expeditiores mittebat, quibus petebat ut fides adhiberetur in omnibus, quae eidem sancte sinodo ipsi suo nomine exponerent. Quibus lectis petiit idem Dominicanus loco regis sui se tantisper in congregationibus et aliis actibus <ad concilium> spectantibus admitti, donec oratores ab ipso rege destinati adventaverint⁴, hancque esse sui regis intentionem affirmavit, de qua etiam ex quibusdam memorialibus sibi datis et manu eiusdem regis subscriptis constare dicebat, quorum memorialium alterum caput materna Portugalensium lingua conscriptum legit patribus⁴.

His auditis conclusum fuit, ut eiusdem capituli latina haberetur interpretatio et consideratis omnibus sequenti congregatione statueretur. Placere tamen videbatur omnibus, ne is nomine regis admitteretur, nisi aliter de mandato doceret, quippe quia verisimile parum videbatur, tam magnum regem velle, ut tam privatus, quam ille est, locum suum in tam magno consensu teneret.

a M. s. capud. b sic. c Druffel (perperam sane) vult secundo. d Ultima huius paginae linea desecta est a ligatore, sed in sequenti pagina a scriptoris manu suppleta. e M. s. spectanti, sed Severolus sine dubio scripserat spectata. f sic (saepissime). g in marg. h Non iam certe statuendum, quia totum paeje desectum sed t medium legitur adhuc.

1 Haec verba, si non ipse parum intellexit, certe ita, ut alii perperam intellegant, reddit Druffel (Mon. p. 275) dicendo: »dass ihnen von ihrem Könige der Auftrag erteilt sei, vor jeder Meinungsäußerung bei ihm anzufragen«, quasi, qualem singulis occasionibus sententiam dicerent, interrogare debuissent, cum Severolus, ut e contextu apparet, nihil aliud dicat nisi hoc: vetuisse regem legatos suos quicquam agere in concilio, nisi antea de concilii initio ipsum certiores fecissent, ut oratorem pluresque praelatos mittere possit. Ad 20. Dec. Severolus (v. p. 8 lin. 12) clare dicit regem imperasse, ut, cum primum concilium initiaretur, certior fieret.

2 Consentit cum hac Severoli relatione epistula legatorum 19. Dec. 1545 ad cardinalem Farnesium data (Druffel, Mon. Tr. n. 277, p. 251); ignorabat promotor episcopos Gallos iam antea privatim cum legatis hac de re collocutos esse, unde facillime eius silentium declaratur. Massarellus hoc tempore meliorem notitiam habet earum rerum, quae domi apud legatos, Severolus earum, quae in congregationibus generalibus agebantur. Druffelii iudicium hic eo turbatur, quod Massarellum huius diarii auctorem esse tenet.

3 Hieronymus ab Oleastro ord. Praed.

4 Hieronymi orationem et regis epistolam exhibet Le Piat III, 292. 294.

Severolus.

[1 545. Dec. 20. 22.]

20. Decembris.

Communicatur cum patribus petitio scripta Gallorum, concluditur de ea die sequenti.

Die dominico 20. eiusdem fuit missa episcopalis in ecclesia cathedrali celebrata per episcopum Salernitanum¹ in loco ad concilium deputato, presentibus R^{as} legatis et aliis, de quibus in proxima congregatione, et evangelio finito per quendam magistrum Joannem Antonium ordinis Carmelitarum² fuit habita docta sane et luculenta oratio inprimisque ad evangelii explanationem accomodata; tum demum de concilio et patribus nonnulla dicta sunt. 5

Missa finita exiverunt omnes non conciliares, ac tunc ibidem congregatis patribus **Rmus carf] de Monte** dixit, sibi perlatam fuisse in scriptis petitionem D.D. archiepiscopi Aquensis et episcopi Agatensis, de qua in proxima congregatione patres audiverunt. Hanc, si placet sancte sinodo, legatur. Cumque omnes respondissent placere, Claudius, a secretis card. de Monte, eandem cedula legit continentem in effectum: se a chr^o rege huc destinatos esse, ut concilio interessent, ita tamen, ut cum primum concilium initiaretur, certior fieret, ut posset mittere suos legatos et prelatos. Quamobrem petebant per concilium supersederi, donec rex certior fieret et posset suos prelatos et legatos destinare³. 15

5 Lecta cedula semotis de more archiepiscopo Aquensi et episcopo Agatensi, ut vota liberiora essent, diverse a patribus sunt dicte sententie. Aliquibus omnino placebat negari, quod petebatur, idque card. **Tridentinus** et cum eo nonnulli afirmabant, ne quodammodo sinodo tam diu et tam magno labore congregata fieri videretur iniuria. Alii, debere prius constare sinodo, qua auctoritate freti Galli hec peterent. Alii humaniorem secuti sunt sententiam, ut siliceta responderetur, sinodum non tractaturam res ad regnum Galiea aliquo modo spectantes, antequam rex fieret certior et suos mittere posset. Media sententia placuit, ut siliceta interrogarentur Galli, an possent de aliquo super hoc man dato sibi a rege facto docere. Cumque Galli advocati essent, responderunt, se non habere, quod possent ostendere, esse tamen hanc regis sententiam affirmabant credique sibi id a sinodo postulabant. 20 25

Quibus episcopus **Giennensis** dixit, cavendum esse, ne, si hoc illis concedatur, sequatur, ut quilibet episcopus nomine suorum vel aliorum principum multa sibi eorum nomine deinceps credi desideret. Verum res adeo dilata est, ut propter hore tarditatem res ad proximam congregationem reiceretur. 3°

22. Decembris.

Concluditur responsum dandum Gallis. Comparet Sotus ut procurator generalis Dominicanorum. Missus Portugalliae. Deputantur quattuor, ut inveniant modum rerum tractandarum.

Die Martis 22. Decembris hora 20.⁴ fuit congregatio in palatio R^{mx} legatorum, in qua interfuerunt prelati et alii, de quibus in proxima congregatione.

a sic. b ita hoc loco ipse Severolus. c deletum: qui etiam in habitu episcopali (*Sever. cogitat de dignitate cardinalicia novissime Pacecco collata*).

¹ Ita clare legitur in M.s., sed erravit Severolus, cum neque huic congregationi neque omnino huic concilio sub Paulo III habito interfuerit episcopus Salernitanus. Falso scriptor, qui hunc errorem observasse videtur, correxit *Thermularu?n*. Massarellus in diariis et I et III nominat episcopum Syracusanum, et certe secretarius maiorem personarum notitiam habebat, quippe cui saepe cum singulis agendum esset; promotor autem facile errabat unum episcopum imparatori subditum cum alio confundendo.

² Cognomen est Marinarius. Orationem eius exhibet *Le Plat* I, 23—32.

³ Verba ipsa cedulae extant in actis (*Theiner* I, 32b) et in *Massarelli* diar. I ad 22. Dec. *Le Plat* III, 295.

⁴ De tempore, quo incepta sit congregatio, differunt auctores; Severolus dicit hora 20., *Massarellus* in diar.

I secundum cod. Barb. h. 21., secundum cod. Trid. h. 22., in diar. III et in actis (*Theiner* I, 33a): h. 22. Errasse crederes Severolum, cum nimis longa videatur congregatio a 20. hora usque ad 2. noctis protracta; nam res in ea actae, quamquam sunt plures et de iis certatum esse dicitur, nihilominus non tam diu (i. e. 6 horas) patres tenuisse videntur, qui nondum diuturnis consessibus assueti erant. Praeterea congregatio 18. Dec. h. 22. incipiebatur consentientibus auctoribus. Lectio cod. Barberini errore librarii orta esse posset. Sed cum etiam legati ipsi epistula ad card. Farnesium scripta (*D ruffel*, Mon. n. 279, p. 253) hoc tempus vindicent, Severolo fides praebenda et Massarellus ex aliis congregationibus tempus sibi concinasse censendus erit. Huc accedit, quod etiam congregatio 29. Dec. habita ab hora 20. »usque ad tertiam pene horam noctis protracta fuit« (*Severolus* ad illum diem).

Et primo loco fuit | propositum per Rm^m de Monte de responsione danda super sv
petitione Gallorum, et diversis diversa sentientibus diu res protracta est. Alii quidem
concedendum esse, quod petebatur, sed pauci tamen ¹, alii omnino negandum esse
contendebant. Media sententia obtinuit, ut siliceta responderetur nomine sancte synodus
5 his pene verbis, videlicet: Sanctam synodum ², •(quantum cum Deo posset) a habituram
rationem eorum, que tam magni tamque potentissimi regis nomine petita fuerunt, interim
vero rogare regem ipsum, ut quanto citius posset, suos oratores huc mittat et prelatos
sui regni ad veniendum sollicitet ². Hecque responsio in scripturam redacta decreta
est, ipsis Gallis maximopere gratias de huiusmodi responsione sinodo agentibus.

10 Deinde quidam ex Dominicanis fratribus Ispanus, Sotum nominant^{ff}, intromissus
in congregatione dedit quasdam literas Rm^o de Monte, in quibus vicarius Dominicanorum
scribebat eidem Soto, se propter capituli instantis incumbencia minime potuisse huc ad
concilium accedere; propterea ipsum loco sui hic deputabat. Quibus literis lectis fuit
quesitum, an placeret hunc admittendum esse, cumque omnes <(fere)g propter viri doc-
15 trinam patribus cognitam annuissent, Rm^o de S. Cruce admonuit patres, non esse facile
in hoc dicendam sententiam, cum bulla Smⁱ D. N. cautum | sit, ne quispiam omnino per
procuratorem in concilio admitteretur: quamobrem posse admitti quidem hunc Sotum
uti virum doctum et prudentem, non autem uti procuratorem, ita ut neque eius loco
sedeat. Quod quidem de non admittendo eo uti procuratore placuit omnibus. Cum
20 vero inde orta esset difficultas, quomodo admitteretur, id est cum voce decisiva, an
vero cum deliberativa tantum, placuit, ut hec questio ad aliam congregationem differ
retur^{ff}, admitteretur tamen interim Sotus in congregationibus.

Deinde de Dominicano, qui in locum regis Portugalie³ se admitti petebat, dicte
sententie. Placuit omnibus, nequaquam ipsum loco regis admittendum, quoniam verba
25 litterarum regis hoc inuere non videbantur, deliberandum tamen, an uti vir et probus et
doctus et tanquam solus ex provincia illa admittendus foret in congregationibus et aliis.

Postremo de his capitulis, que in congregatione diei Veneris 18. huius proposita
fuerant, dominorum sententie sunt petite, dumque in diversas diversi sententias protra
herentur, res ad secundam pene horam noctis dilata est, laboratumque est diu | in modo 6*
30 inveniundo, quo brevius et dilucidius dicerentur sententie, ne frustra tempus absume
retur. Placuit tandem, ut deputarentur per Rm^{os} legatos quatuor³, qui super premissis
una cum ipsis legatis quererent, sciscitarentur et modum tractandarum rerum adinvenirent
examinarentque omnia in his capitulis contenta et deinceps in sequenti sessione referrent,
ut hi siliceta, qui deputabuntur, nihil decernere valeant, sed duntaxat se informare et
35 referre, eorumque officium mense uno finiretur. Nam solemnem deputationem fieri non
placuit, antequam synodus magis adaucta esset numero prelatorum, quorum plerosque
adventare propediem dicebantur¹.

29. Decembris.

Procuratores card. Augustani. Mandatum oratoris Caesarei. De facultatibus praesidentium et ordinando concilio.
De admittendis in sessione, praesertim de generalibus et abbatibus. Deputantur tres ad examinandas promotiones.

Die Martis 29. Decembris hora 20. fuit congregatio in loco solito, in qua inprimis
fuerunt admissi duo vicarii card. Augustani, ita tamen, ut haberent tantum vocem consul-
40 tivam. Deinde fuit lectum mandatum oratoris Caesarei et statutum, ut omnibus prelatibus
eius fieret copia, ut in sequenti congregatione possent suam super eo sententiam dicere.

a sic. b Post haec verba deleta sunt: curaturam quantum cum Deo poterit ut salva synodus dignitate
{deinde: ut mos geratur regi, deinde: ut tanti tamque maximi regis ratio habeatur} in omnibus que cum Deo
poterit. o D ruffel (Litt.-Bl. 1876, p.396) vult quantumcumque rite; postea (Monum. p. 275 adn.) coniecit cum
decore. a in marg. e D ruffel data. f D ruffel coniecit nominatus. s supra lineam add. h M s. differeretur.

¹ Difficultas a D m ffelio (Mon. 2751) inventa simpli-
cissime solvitur hac interpunctione, quae et rerum na-
turae consentanea est neque codici repugnat, quippe
qui nullam prorsus hic verborum distinctionem exhibeat;
praeterea hoc modo Severolus conciliatur cum epistula
legatorum {D ruffel, Mon. n. 277} et epilogo Pratani
{Le Piat VII, 2, 6}, qui unici hac de re nobis
sunt fontes.

C concilium Tridentinum. I.

² Verba ipsa Theiner I, 33a et in Massarelli
diar. III ad 22. Dec.

³ Fuerunt Hipporegiensis, Feltrensis et Cavensis
episcopi et Pighinus auditor Rotae. Placuisse haec
deputatio videtur solis legatis eorumque asseclis, quo-
niam ipsi deputati onus recusare maluerunt, et ipse
praesidens in sequenti congregatione id defendendum
putabat, quod proxima fecerat.

Tum demum card. **de Monte** exorsus dixit, mirandum non esse, quod in proxima congregatione non adeo multa firmata fuerint, quoniam hoc accidere solet in omnibus principiis, que semper difficiliora esse in omnibus negotiis consueverunt, | quamquam si recte omnia perpendantur, se multa una cum suis R^{ms} collegis ex his, que proxima congregatione a patribus dicta fuerunt, colegisse⁰. Que antequam explanaret, admonuit patres, iniuste admodum de illis aliquos conqueri, quod sibi tam facile in proxima congregatione asumpsissent onus deputandorum virorum super agendis, quoniam id factum fuerat, quo citius iam diu protracta congregatio finiretur, non quo patrum existimatio minueretur, cuius tantum esset et eo amplius studiosus, quantum proprie vite. Cuius rei poterant coniecturam facere ex eo, quod, cum ipse podagra vehementer laboraret, nihilominus non potuit congregationi etiam cum magno suo crutiato non adesse. Quod ad rem pertinebat, ex eorum dictis collegisse, ut de iisb, que ad divinum cultum et indulgentias pertineta, ac aliis ad cultum pertinentibus (quando ab omnibus ipsa laudata fuerunt, si patribus placeret)⁰, ipsi decreta facerent, que deinceps in proxima congregatione legerentur (et a patribus probarentur vel reicerentur)^d. Quod ad securitatem pertinebat, R^{ms} Tridentinus satis prestaret in hoc loco; poterat tamen scribi de hoc S^m D. pape et imperatori ac etiam aliis. De erario⁶ et que illum comitantur, S^{ms} D. N. providebit, deque ea re eorum nomine litteras datas esse. De annona, de pretiis domorum et aliis, que hanc rem concomitantur, R^{ds} episcopus Cavensis, commissa | ius apostolicus, una cum R^{mo} Tridentino curabunt. De magistratu, quando externa f con- gregatione pretor civitatis fuerat propositus, se hoc laudare, quia virum optimum esse audiverat, verum quoniam is laicus esset, indignus esset, ut clericis ius diceret, propterea placere sibi, ut ad munus ipsum R^{ds} D. Sebastianus Pighinus, rote auditor, assumeretur, si patribus placeret. De iisb vero, qui ad vocem vel decisivam vel consultivam essent admittendi, videri sibi, si patribus videretur, ut propter rei gravitatem res ad frequentiore sinodum reiceretur, interim tamen in proxima congregatione fieret decretum, ne alicui propterea, quod admittatur, ius acquiratur.

Quibus ab eo graviter explicatis R^{ms} card. **Sancte Crucis** addidit, etiam de iisb habendam esse rationem, qui in proxima sessione^e essent admittendi, cum, ut patres novissent, alii admittantur ut decisores, et hi sunt patres, videlicet episcopi, et si qui alii habent vocem, alii vero admittuntur ut oratores principum, alii ut testes, inter quos sibi videbatur habenda ratio tam laicorum nobilium ¶ huius civitatis, quam etiam theologorum, quorum numerus erat satis amplus. (Cum enim, inquit, hoc concilium oecumenicum sit, aliquem eicere prope nefas esset.)" Addidit etiam decernenda ita omnia, ne de loco in sedendo fieret controversia.

Diverse a patribus super iisb sunt dicte sententie, in eamque sententiam una omnes (paucis duntaxat exceptis)¹ ire videbantur, ut (de [de]cernendis circa divina,) k de securitate, de erario⁰, de annona ac etiam de magistratu¹ cum his, que a R^{mo} de Monte dicta fuerunt, convenirent. Nihil tamen eorum in scriptis redactum est.

De admittendis vero ad vocem decisivam placuit omnibus, ut res ad frequentiore sinodum reiceretur, interim vero plerique neminem admittendum esse contendebant preter episcopos. Resque in eam sententiam inclinare videbatur, quando R^{ms} de **Monte** auditis omnium sententiis dixit, se libenter et equo animo libere loquentes audire, propterea quoque ei, si libere loqueretur, succensendum ¶ non esse¹. Volo, inquit, principio vos scire, hoc concilium auctoritate S^m D. N. collectum esse, in quo etiam ipse D. N. mediantibus nostris personis preest, et propterea non ita de concilio isto iudicandum esse, quemadmodum de Basiliensi et Constantiensi factum est, in quibus, quia papa' non aderat, plerique nona suam iurisdictionem² sibi usurparunt. Nunc vero aliter agendum esse, ut siliceta in primis eis, uti pape ministris et eius loco presidentibus, honos adhiberetur debitus, quod" si fieret, nihil non ex equo processurum. Nunc autem de

a sic. b Ms. is. c in marg. d intra lineas add. e Ms. errario. f sic; i. e. extra concilium. g corr. pro congregatione. h deletum videlicet comitum. i supra lineam postea add. k in marg. add. 1 deletum omnes, paucis admodum exceptis. m Ms. succensendum. n deletum eo tendere dixit quod videret plures.

1 Ex hac responsione iure concluditur inter repugnantes fuisse episcopos Faesularum et Clodiensem, maxime cum postea summi pontificis auctoritas defen-

datur, quae illis aliquantum molesta erat, et regularium iura vindicentur, de quibus derogare illi nitebantur, 2 i. e. quae non eorum erat, sed papae.

admittendis ad vocem decisivam, quando propter generales, qui aderant, sententias patrum dictas esse planum erat, postquam inter patres convenerat, ut ad frequentiore sinodum res reiceretur, non videre se, quomodo generales ipsi possent interim ea poss[ession]e, in qua in hoc concilio et in aliis pluribus fuerant, indicta causa | spoliari, sv
 5 Quod etiam si patres contenderent, se non passuros, ut, qui a papa ad concilium destinati fuissent, spoliarentur de facto, cum utique etiam predo in sua poss[ession]e tuendus sit.

His ab eo explicatis **Giennensis** dixit, se arbitraturum¹, ut dicte a patribus sententie non ad eiectionem generalium tenderent, sed ne abbates regulares et alii, 10 quorum numerus esset maximus, ante admitterentur ad vocem decisivam, quam frequens conventus patrum hoc declarasset. Cuius sententiam omnes fere secuti sunt.

Tum demum **Rmus** de Monte gravi podagre dolore percussus discessit, remanente tamen congregatione et reliquis duobus legatis. Quorum alter, videlicet **Rms S. Crucis**, exposuit patribus, adesse tres abbates ordinis S. Justine, qui mandato **Smi D. N.** huc ad 15 concilium venerunt, qui petunt, se in concilio admitti. Et multum propterea altercantibus patribus, (cum alii quidem eos admittendos esse censerent, non ut abbates tamen, sed uti a sede apostolica destinatos, alii vero rem omnino differri postulabant usque ad frequentiore sinodum, sed et alii admittendos cum voce consultiva tantum, quoad decerneretur dicebant,) b tandem placuit, eos recipiendos esse uti a **Smo D. N.** destinatos, 20 atenta⁰ eorum doctrina et vita et aliis qualitativis patribus notis, cum voce tamen declaranda per sacram sinodum et cum decreto, quod propterea nullum ius novum eis acquiratur, neque rursus illis preiudicium fiat¹.

a M. s. arbitratum.

b add. in marg.

c sic.

d M. s. rursus.

1 Differentias, quas *D ruffel* (Mon. p. 278 s.) vult (*D ruffel* 1. c.) odorabimur? Sed Clodiensis pro esse inter legatorum epistolam 31. Dec. 1545 datam et inter Massarelli, Severoli Seripandique relationes, re vera non existere accuratius rem examinanti apparet. Nam illa epistula et Severolus et Seripandus contra generalium abbatumque ius vocem dandi protestatum esse consentiunt; ceterum legati non ita accurate ut Severolus rem exponunt; ergo illorum litterae ex huius commentario sunt interpretandae. Nec card. de Monte, cum, qua voce generales abbatesque omnino uterentur, synodum frequentiore decernere concederet, interea vero possessionem generalium tuendam esse diceret, inepte se gessit. Quin eius oratione motus Paceccus omnibus fere approbantibus non ad eiectionem generalium patrum sententias tendere statuit, ergo generales eandem atque in prioribus conciliis vocem habere proposuit. Num hoc aliud est, quam quod dicit Seripandus: honorificentissime decretum fuisse, ut singuli generales sententias dicant, quae, ac si essent episcoporum, non consulendi tantum, verum etiam decidendi vim atque efficacitatem habeant? Decretum illud non pro toto concilii tempore, sed tantum, quoad frequentior synodus decidisset, valere, Seripandus tum non habebat cur premeret. Revera nihil umquam aliud statutum est. Card. Farnesii epistula 21. Jan. 1546 scripta commonebat legatos ad constantiam, si postea de eadem re disputaretur. Legatos non credidisse abbatibus se a pontifice missos esse dicentibus, falsissime *D ruffel* (p. 279) ex verbis *come dicano* colligit, cum eiusmodi verba sint usitatissima, nec per se minimum dubium significant. — Massarelli relatio (*Theiner* I, 34), qui primum dicit tres illos abbates admissos esse »cum voce per synodum declaranda«, deinde addit: »De infulatis autem abbatibus placuit, eos admitti ad vocem decisivam et consultivam«, non propterea sibi ipsa contradicit; nam non de illis tribus solis erat sermo, sed de abbatibus in genere, et merito diversum debet esse iudicium de infulatis abbatibus et de non infulatis, nec apparet notum fuisse synodo (et episcopo Clodiensi die 4. Ianuarii oppugnanti), illos tres esse infulatos. Cur ergo falsationem postea factam

testationem intellegemus considerantes Massarelli relationem, quam dat in diario III: »Fuit etiam propositum de abbatibus et generalibus ad utramque vocem admittendis; sed nihil conclusum publice, sed sub secreto, videlicet quod in veritate vocem utramque habeant.« Actorum ille locus hoc modo oriebatur, ut Massarellus primum in Severoli commentario niteretur, postea illud secrete conclusum ex suo diario adderet. Qui eo facilius rem male intellegebat, quod congregationibus non interfuit, sed tantum a Cervino instruebatur, ut cardinali de Monte quae post huius discessum acta essent referret.

Inde hic mihi rerum connexus (imprimis e Severoli diario eruendus) videtur esse. Legati ab initio id studebant, ut generalibus et abbatibus, quippe qui maxime Romano pontifici morem gererent, vox decisiva concederetur. Quare Cervinus rem ad frequentiore synodum reiciebat sperans interea legatos suo arbitrio eam ordinare posse. Sed plerisque patribus (Sever. supra p. 10, l. 4 f) placebat, ne interim praeter episcopos alius admitteretur, antequam synodus decidisset. Quibus rebus lacessitus primus praesidens docet synodum, quod discrimen intercedat inter ipsam et concilia Basiliense vel Constantiense, in quibus alii iura papae sibi usurparint. Et primum quidem patres infestos esse ratus *generalibus* (qui in bulla convocationis non nominantur), hos in possessione esse et usque ad decretum a synodo faciendum admitti debere monstrabat. Cui Paceccus respondit generales extra litem esse, sed abbatum rem iam agi, idque ob eorum numerum maximum. (Nam cum ceteri ordines universi singulos generales habeant, Benedictinorum varia genera clericique regulares uniuscuiusque domus proprium habent abbatem, unde abbatum infinita multitudo potuisset in concilio vota dare et episcopos longe superare.) Inde exacerbatus primus praesidens discessit, Cervino cetera ordinanda relinquens. Qui patres admonuit de tribus praesentibus abbatibus tantum esse decernendum, iisque a papa destinatis, et »multum altercantibus patribus« id effecit, ut illi admitterentur, »cum voce tamen de-

Postremo tres antiquiores episcopi deputati fuerunt ad tres menses proximos, ut viderent titulos promotionum singulorum episcoporum et de ordine eorum ac oratorum et reliquorum (loco)a in sedendo cognoscerent, et cogitarent, qui in sessionibus publicis deinceps essent admittendi tam de numero laicorum quam clericorum, et omnia referrent
 9r patribus in congregationibus. | Episcopi ad hec deputati fuerunt episcopus Yporegiensis, 5 episcopus Cavensis, episcopus Feltrensis; (fuit autem in eorum delectione dictum, ut tribus mensibus peractis alii secundum ordinem promotionum eligerentur,) duoque hec postrema in scriptis redacta ac decreto patrum firmata sunt. Hic finis congregationis, que usque ad tertiam pene horam noctis protracta fuit.

1546.

4. Ianuarii.

Litterae card. Farnesii. Breve decimarum. De iure nominandi officiales. Admonitio ad patres. De securitate et custodia concilii. De titulo decretorum. Creantur officiales. Quae bullae et a quo legi debeant. De ordine concilii deputatorum relatio. Quae vox danda sit abbatibus. Statuitur dies tertiae sessionis.

Die lune 4. Ianuarii 1546 hora 20. fuit congregatio in loco solito, in cuius principio 10
 Rma card. de Monte dixit, literas habere ad ipsos legatos nomine D' N1 pape con scriptas2, in quibus laudabat S. S48, que hactenus in hac sancta synodo gesta fuissent, hortabaturque patres et illos admonebat ad maiorem prosecutionem, ita ut inprimis, sicut equum est, de fide tractetur et de iis quidem articulis, qui magis christianam rem publicam turbare videantur, parcendo tamen interim hereticorum nominibus, dum spes 15 aliqua est, ipsos ad gremium ecclesie redituros. Ceterum de officialibus (concilio neces sariis)b curatum esse hactenus, ut haberentur, et viri probatissimi quidem, qui cito iter arriperent. Pro erariod vero nunc se mittere duo milia ducatorum; sed et alie pecunie, cum opus fuerit, ab eo ministrabuntur.

Addidit idem Rms de Monte, Stm S. misisse breve3, in quo omnes prelati et 20 qui concilio intersunt (cum potestate sententiam dicendi)6 liberarentur concilio durante ab onere solvendi decimas. Quod breve patribus lectum fuit, et ab omnibus (eius rei gratia)b laudatus fuit (sum operef) b pontifex. Addiderunt tamen patres, ulterius rogandum esse Snum D. N., ut, qua benignitate ipsos leva|verat ab onere solvendi decimas, eadem quoque ministros et servientes prelati levaret. Quod Rm legati pollicitif 25 sunt se facturos nomine sinodi4.

Addiderunt nonnulli quod id, quod ex literis card. Farnesii recitatum fuisset de officialibus destinandis a Smo D. N. ad concilium, non satis cum auctoritate concilii con venire1, quippe cum manifestissimum sit, absente papa ad concilium pertinere sibi officiales deputare5. Quibus Rms de Monte dixit, audivisse se sepius ex optime memorie 30

a supra lineam add. alia manu. b in marg. c sic, sed fortasse legendum est maiorum.
 d Ms. errario. e add. supra lineam. f sic.

claranda per sacram synodum». Interea utramque vocem praesidentes, ut papae voluntatem exequerentur, secreto eis concedebant. Cum vero die 4. Ianuarii iterum quibus consultiva vel decisiva vox competere disputaretur, et Clodiensis episcopus contraveniri decreto prioris congregationis obiceret, abbates ut infulatos vocem decisivam habere legati contendebant. Unde nova exorta est controversia, »de quibus abbatibus papa [in bulla convocationis] intellexerit4 cui finem imponebat card. de Monte proponendo, ut illi tres abbates admitterentur ut totam eorum congregationem repraesentantes (simili modo, ac generales suum quisque ordinem repraesentabant).

Massarellus totum rerum ordinem perturbavit referendo vota non secundum tempus, quo habita sunt, sed secundum dignitatem eorum, qui dicebant. Debebat enarrare primum orationem primi praesidentis, deinde Cervini, tum alteram Montis, tum Pacecci; deinde referre Montem abiisse Cervinumque praesidium suscepisse. Sed non modo ea omnia neglexit, sed et quae ipse notaverat commiscet cum eis, quae ex Severolo

hauserat. Neque id ei accidisset, si integrum Severoli commentarium prae oculis habuisset, cuius epitoma tantum pro conscribendis actis usus est (cf. Histor. Jahrb. 1895, P- 7^8 ss.). Congregationem, quae per sex horas protracta fuit, tribus orationibus non expleri luce clarius est.

1 Certe fuit dies quarta Ianuarii et dies lunae, erratque Sarpus (12, c. 31) ponendo diem quintum; nec minus pravum est, quod adnotatur ad hunc Sarpium locum in editione Florentina (I [1858], 313): sextum Ianuarii 1546 fuisse diem lunae.

2 Druffel, Mon. n. 283 (d. d. 31. Dec. 1545), p. 255 ss. (et n. 284, eadem die dat., p. 259).

3 Incipit: *Circumspecta Romani pontificis*, dat. Romae 1. Ian. 1546, extat variis locis, ex. gr. apud Le Piat III, 377. Reimprimetur cum actis.

4 Fecerunt epist. data 6. Ianuarii (Druffel, Mon. n. 292, p. 314), sed frustra; v. card. Farnesii epist. dat. 22. Ian. (Druffel n. 306, p. 336).

5 Cf. quae de hac re dicuntur ad sessionem 7. Ianuarii, infra p. 18, adn. 2.

card. Contareno, tum etiam id usu didicisse, ut plerumque controversie oriantur ex eo, quod loquentes ad invicem se non intelligunt. Id profecto nunc contigisse, quando, cum patribus fuerint littere recitate, non ut super iisa que in litteris continebantur dice-
 rentur patrum sententie, sed ut cum synodo comunes ipsas literas facerent, nonnulli
 5 tamen aliter id essent interpretati. Volo, inquit, vos scire, Smum D. N. maxime studiosum
 esse, ut omnia concilio necessaria vobis adsint, non enim ea subministrat, ut vobis in
 hoc legem imponat, sed vestro iudicio ipsos, quos destinabit, examinandos relinquit.
 Quod tametsi non nisi suo magno sumptu contingere possit, nihilominus dignitatis et
 honoris huius synodi studiosus nihil pretermittere intendit, quod vos iuvare possit.
 10 Quoniam autem verba prolata a nonnullis eo tendere videbantur, ut crederent pontificis
 auctoritatem aliquo modo per apositionem concilii iminutam, in hoc eos labi et errare
 facile se cognoscere, cum utique magis aucta quam aliquo modo imminuta sit auctoritas
 ex concilii apositione, quoniam tunc summam iudicandi potestatem pontifex maximus
 obtinet, cum in patrum concilio residet. Cui **Astoricensis** dixit: Scimus quidem et
 15 nos, qua potestate fungamur, ut silicet in his, que in concilio tractantur, concilii sit
 potestas et statuendi auctoritas, in iisa vero, que extra concilium geruntur, scire aucto-
 ritatem remansisse apud pontificem maximum*.

Demum fuerunt recitata decreta composita per **Rms b** de Monte², in quibus sacra
 synodus admonet omnes prelatos, ut vita et moribus casti sint, in mensa sobrii et
 20 a vaniloquiis alieni, familiasque suas ita, uti bonos prelatos decet, gubernent et regant,
 ipsique divino cultui se omnino mancipient semelque saltem singulis septimanis missas
 celebrent. (In omnibus vero collegiatis vult, ut quolibet die dominico celebretur missa
 de spiritu sancto, in aliis vero saltem litanie dicantur)c. Eademque sacra synodus iubet,
 canonem Toletani concilii renovando, ne quis indiscretis vocibus perstrepat vel risibus vel
 25 tumultuosis disceptationibus tumultuosas voces efundatb3 sub pena arbitrio synodi statuenda.
 Quo lecto idem **Rms de Monte** rogavit patres, ut super iisa suas dicerent sententias.

Primusque omnium **Rms Tridentinus** decreta, uti a **Rms** legatis composita fuerant,
 probavit, ipsaque decreta firmanda esse probavit. Tum addidit: quoniam de cultu nunc
 agitur, non ab re erit, ut scisciter vota patrum, an eis placeat, ut pro maiori omnium
 30 tutela omnes omnino [prohibeantur arma deferre, quod si placeat, id publico decreto »v
 etd proclamato firmabitur, ita tamen, ut omnes privatim suas proprias familias admoneant,
 quod si adversus legem latam venerint, se penas laturus. Et ne, inquit, omnino aliquod
 scandalum vel seditio in civitate esse possit, curabo, ut pretor civitatis valde ampliorem
 manum secum habeat, ne quis impune delicta se admisurumb putet.

a Ms. is. b sic. 0 in marg. add. Post celebrent deletum est: in votis vero dandis omni
 prorsus ... a Druffel conicit etiam sed Ms. habet et.

1 Falsum hic rerum contextum conficiebat *Druffe*haranno a Roma, perche questo concilio non e simile al
 (Mon. Tr. p. 284 *) dicendo primum praesidentem
 patres offendisse, cum diceret se velle Romam scribere
 interrogaturum de concilii titulo, et deinde Asturicen-
 sem episcopum concilii auctoritatem defendisse. Sine
 causa cardinale pontificis iura praedicasse ex Severoli
 verbis nemo colligere potest, nisi qui ea non legit;
 nam cum dicatur: »Quoniam verba prolata a nonnullis eo
 tendere videbantur, ut crederent pontificis auctoritatem
 aliquo modo per apositionem concilii im[m]inutam«, quis
 non videt satis causae fuisse cur praesidens hanc
 auctoritatem integram esse contenderet? Illud Romam
 scribendi consilium tum demum est prolatum, cum
 Faesulanus acriter instaret, ut verba illa *universalem
 ecclesiam repraesentans* adderentur. Id non solum ex
 Pratani {*Le Piat* VII, 2, p. 8) relatione apparet, quam
 ipse *Druffel* (l. c.) affert, sed etiam ex epistula Anonymi
 cuiusdam, quae extat in codice bibliothecae Vaticanae
 lat. 6208 f. 52 (scripta paulo post 7. Ian. 1546):
 »Molti vescovi reclamasseno che tal titolo era diminuto
 et che bisognava giongere *universam ecclesiam repre-
 sentans*. Ma li Rmi legati non hanno voluto che si se
 scriva senza nuovo consulto di S. Stil et hanno pro-
 testato che ogni volta, che 'l concilio tentasse cose
 contra la auttorita della sede apostolica, S. Rme Srle ritor-

Basilense. Item hanno protestato che in concilio non
 si ha a dispuettare della suprema potesta dei papa,
 ma quella supposita, come principio manifesta se
 attende a distirpare l'eresie {*M s.*: le regie) et a
 riformare la cristianita et procurare la pace esterna
 et domestica, et per questo solo il concilio se e
 aperto«. Scriptor ipse interfuit concilio, ut apparet
 ex fine: »nuoi theologi siamo stato in piedi ben quattro
 hore, di modo che mi e venuto a noia«.

2 Incipit: *Sacrosancta synodus . . . agnoscens cum
 b. Iacobo . . .* extat in editionibus decretorum. Vitu
 perabatur a nonnullis, »quod tota phrasis decretorum
 sapiebat magis stilum notariorum et causidicorum —
 significatur praesidentem esse iuris doctorem! — quam
 gravitatem concilii et maiestatem legumlatorum* (*Ano-
 nym*i relatio apud *Druffel*, Mon. n. 295, p. 321).

s Concilium Toletanum XI. (celebratum a. 675) c. X
 {*Bruns*, Bibl. eccl. I, 1 [Berolini 1839], 308; c. 3,
 C. 5, q. 4). Tridentina synodus hic imitatur Constan-
 tiensem, quae idem Toletanum allegabat, cf. *Le Piat*,
 Can. et decr. p. 13; *Druffel*, Mon. p. 3213. Quod
 displicebat nonnullis, quia sic videretur »synodus
 universalis petere ornamentum et auctoritatem a
 provinciali« (*Druffel* p. 321).

Omnes deinceps quod a Tridentino dictum fuit laudarunt et ei insuper gratias egerunt; placebat tamen pluribus, ne validior manus sumptu ipsius Tridentini, sed magis apostolico aleretur. Quibus idem **Tridentinus** dixit, se, quamdiu id posset, suo sumptu curaturum; tum demum auxilium se petiturum, cum omnino ei facultas hoc faciendi deesset *.

Cumque decreta a Rms legatis composita plures laudavisse[n]t, episcopus **Fesulanus** [dixit], se in ipso decreto desiderare, ut verba in aliis conciliis apponi solita adderentur, videlicet *sacra synodus universalem ecclesiam representans*, quoniam illud *universalem ecclesiam representans* omissum fuisset, quod tamen maximi momenti esset. Non enim, inquit, cetus iste, tametsi adhuc pusillus est, minus ecclesiam universalem representat, quam Constantiensis et Basiliensis synodus olim fecerint.

Cumque omnes fere, qui post sententiam dixerunt, Fesulano adhesissent, addito etiam ab aliquibus, ut loco eius, quod dictum esset *sacra synodus*, diceretur *sacro sancta*, cumque porro bis sancta sint oecumenica concilia, **generalis Servorum** | dixit, non multi facienda illa verba, quandob, ut apertissimum est, recens inventa essent^a, nec in veteribus conciliis aliquo modo usurpata.

Tum **Pighinus**, auditor rote, addidit: Verba ipsa, que desiderantur a nonnullis, si recte ea que hactenus gesta sunt inspiciantur, re vera adsunt. Cum enim concilium oecumenicum (quod idem sonat, quod *universale* et *universalem ecclesiam representans*) indictum auctoritate apostolica fuerit, moxque in proxima sessione decretum fuerit, oecumenicum concilium esse apertum et iurisdictionem² habere, nonne, cum dicitur *sacra synodus*, dicimus synodum oecumenicam et universalem ecclesiam representantem ut silicet⁴ omnia ad principium referantur?

Laudavit R^{us} **de Monte** et generalis et Pighini sententiam; sed alia quoque se ratione motum fuisse, ne verba ipsa adderentur, quoniam, inquit, cum nullum maius telum adversus hostes nostros habeamus quam hoc, quod ecclesiam universalem representamus, noluimus ipsis, quos ad synodum alicere⁴ cupimus, in primo congressu ansam prebere. Addamus, quod longe diversa est ratio inter istam et Constantiensem et Basiliensem synodos, quarum prima, silicet^d Constantiensis, quam omnes veneramur, propter scisma, quod aderat, hoc necessario fecisse constat, non tamen ante hoc titulo usam fuisse, quam facto speciali⁶ decreto super hoc, Basiliensis vero, quod apud me semper conciliabulum fuit, solo odio, quo Eugenium prosequeretur, id non eque bene sibi usurpasse. Quorum rationes | cum procul sint a nobis, non debemus eos imitari, cum maxime hoc possit magis his temporibus nocere, quam nostram auctoritatem iuvare. (Quod si nulla alia de causa agendum esset, profecto nostra id agere deberemus, ne inflati videamur, exemploque nobis esse potest pontifex noster, qui cum ecclesiae sit caput, se servum servorum omnium appellat.)^{f3}

Dicte sunt iterum super his a patribus sententie, cumque imprimis Rms **S. Crucis** et Rms **Polus** auctoritate firmassent, quod a Pighino dictum fuerat, Rms **Tridentinus** dixit, sibi profecto compertum esse, protestantes verba illa egre laturos esse; quam ob rem hortabatur^g et laudabat, ne apponerentur omnino. Cuius sententiam secuti sunt fere omnes, exceptis admodum paucis. Placere tamen videbatur nonnullis, ut, cum frequens esset conventus, de hac re aliquid statueretur.

His peractis statutoque, ut decretum, uti conscriptum fuit, ita in proxima sessione decreto patrum firmaretur, tum demum de officialibus in presentiarum concilio per necessariis actum est, ut silicet⁴ duo notarii deputarentur, unus procurator, unus vel duo votorum scrutatores et unus concilii custos ac secretarius unus⁴. De secretario nihil actum est⁶, quoniam Marcus Antonius Flaminius, qui literis Rm Farnesii probabatur,

a Ms. adesissent. b quum videlicet falso corrigebat Druffel. 0 inventum esset coniciebat Druffel.
d sic. 0 Ms. specialali. f in marg. * Ms. ortabatur.

1 Quae difficultates inde proventurae fuissent bene admonuit Druffel, Mon. p. 282.

2 Ita clarissime legitur in codice; non nostrum est de eis disputare, quae inde sequuntur; cf. Druffel, Mon. p. 317*.

3 Addidisse videtur (Massarellus, Diar. I ad II. Ian.) card. de Monte se Romam scripturum esse, ut, quae sit voluntas pontificis hac de re, certior fiat; quo audito patres valde commovebantur. Cf. supra p. 13, adn. I.

4 Inter articulos 18. Dec. 1545 promulgatos nonus de pluribus secretariis proponebatur.

6 Discrepare videtur Severoli relatio et Massarelli, qui omnibus diariis se eo die secretarium concilii factum esse perhibet. Quae hinc Druffel (Bonner Theol. Litteraturblatt 1876, n. 17) contra Massarelli sinceritatem colligebat, alio loco (cf. Histor. Jahrb. XVI [1895], P- 751 ss. et Proleg.) frivola esse ostendi, et Druffel ipse tacite videtur revocasse (Mon. Tr. p. 282*),

onus recusare maluit, id valde egre ferentibus patribus propter hominis excellentem doctrinam et bonos mores¹. De custode concilii, quoniam consuetum esset hoc munus maximo aliquo duci demandare, quippe cum custos imperatoris vices sustineat, propterea, quia nullus talis hic aderat, cui hoc munus demandaretur, convenerunt patres, ut Rm⁸ Tridentinus aliquem probate virtutis et | fame pro custode nominaret, qui tam diu officio fungeretur, donec alius a synodo deputaretur². Scrutator votorum ab omnibus probatus fuit Pighinus, auditor rote³. Addiderunt aliqui cum eo vicarium card. Tridentini¹, sed magis placuit, ut Pighinus solus hoc onus subiret. Procurator Hercules Severolus destinatus est; notarii: Claudius, a secretis card. de Monte, Gallus, et Nicolaus Driel, Germanus, familiaris Pighini⁵.

Preterea de legendis bullis multis, que legenda³ essent, actum est et de eo deligendo, qui hoc onus subiret. Sunt quidem bulle ipse ad septem numero 6, in quibus (gesta)^b a prima indictione concilii usque ad hanc postremam continebantur. Et placuit patribus, ut pro lectis haberi possent, quando idem factum fuisse in aliis conciliis constabat, tum etiam quia in eis legendis nimium temporis absumeretur; (legerentur tamen bulla de prelati non per alium ad concilium veniendis et breve super aperitione concilii 7.)^b et ideo dictum est, ut, si qui prelati illas videre vellent, a notariis, penes quos essent, fieret eis copia. (Tum decreto firmatum est, ut prelatus, qui missam celebraret in sessionibus, munus legendi subiret.)⁰

Est postremo actum, ut Cavensis, Yporegiensis et Feltrensis referrent synodo de his, que in proxima congregatione sibi mandata fuerant, quorum alterum caput, videlicet de ordine episcoporum, iam ipsi facto compleverant. Dederant enim iam magistro ceremoniarum cedulam, in qua ordinate secundum tempus promotionum nomina archiepiscoporum et episcoporum conscripta fuerant, iuxta cuius formam iam patres nullo protinus verbo | facto vocati a magistro ceremoniarum considerant. Locum autem pro oratoribus principum se destinasse dicebant ad latus cardinalium e regione episcoporum.

b add. alio atramento in marg.

c postea alio atramento inter lineas add.

cum ea non repetat; prorsus in se concidunt, postquam Massarellum huius diarii auctorem non esse luce clarius demonstratum est. Severolus, qui ipse interfuit congregationi, accuratius refert quam Massarellus, qui non intererat. Tamen certe accipienda sunt ut vera, quae hic narrat (Diar. I ad 4. Ian.), propositum se fuisse a Cavensi et Bertinoriensi episcopis, et alios consensisse, et quamquam non ut perpetuus secretarius, sed donec alius nominatus esset, accipiebatur, nihilominus re vera alius numquam electus est, et legatos iam tum nullum alium eligere voluisse crediderim; nam Priolo, qui postea a card. Farnesio commendatus esse videtur (cf. legatorum ep. apud Druffel, Mon. Tr. n. 332 p. 379), tali modo hoc munus offerre poterant, ut hic illud non recusare non posset, intellegens alium iam ab illis esse destinatum. In Antonii Manelli, qui fuit concilii depositarius, libro pecuniarum pro concilio expensarum (ed. Calenzio, Documenti inediti... sui concilio di Trento [Roma 1874] p. 1—15*) Massarellus iam 13. Dec. 1545 et 3. Ian. 1546 vocatur secretarius concilii (ibid. p. 5); nec minus ipse Massarellus in actis publicis concilii (Theiner I, 36b) se secretarium factum esse hoc die memorat. Sed ne differunt quidem re vera Severoli et Massarelli relationes, ut ostendisse mihi videor (Histor. Jahrb. XV, p. 765). — Minime huc pertinent, quae Druffel Mon. p. 2821 ex diario III ad 5. Apr. 1546 affert; v. quae infra dicuntur a. h. d.

¹ M. Antonius Flaminus inter primores suae aetatis numerandus est, qui antiquorum litteris studebant; nihilominus, ne secretarii officium susciperet, non solum valetudinem, sed etiam — imperitiam scribendi latine excusabat (De Leva, Storia docum. di Carlo V t. IV [Padova 1881], 77). Mortuus est Romae 18. Febr. 1550; fides eius orthodoxa multis erat suspecta. Cf. Reusch, Der Index der verbotenen Bitcher (Bonn 1883) p. 384 s. Druffel, Mon. Tr. p. 256 3.

² Druffel, Mon. Tr. p. 282: »Den aussern Schutz des Concils uberliess man einstweilen dem Kardinal Madruzzo, welcher seinen Bruder, den Baron Nicolaus Madruzzo, betraute. Als dessen Stellvertreter tritt der Graf Sigmund von Areo auf« — recte quidem; sed curnam idem reprehendit (ibid. adn. 2) C. Giulianum, qui eadem fere dixerit (Archivio Trentino I [Trento 1882], 196)? Massarellus in diariis suis II et III tradit: »Custodia concilii remissa est ad card. Tridentinum«. Ergo hic creandi custodem munus habuit, et si 12. Ian. 1546 petebat a Cervino, ut frater suus pronuntiaretur custos concilii isque id se procuraturum esse pollicebatur, fieri poterat, ut eius collegae id supervacaneum esse dicerent, quia Tridentini cardinalis esset. In actis (Theiner I, 30b) comes Sigismundus de Areo vocatur custos concilii, non »gewiss irrig«, (ut opinatur Druffel Mon. Tr. p. 2822), sed suo iure, cum is eo die custodis munere functus sit, licet non fuerit custos continuus vel primarius. Extat in Arch. Vat. Cone. vol. 77, f. 113 catalogus officialium (cf. Proleg.), in quo dicitur Nicolaus Madrucci custos concilii, et Sigismundus co?tes de Archo locumtenens dicti capitanei.

³ De quo videnda sunt Prolegomena, ubi disputatur de officialibus concilii.

⁴ Sigismundus a Diruta, de quo dicitur infra ad Massarelli diar. III ad 1. Maii 1546.

⁵ Vide quae dicuntur ad 7. Ianuarii.

⁶ Si omnes bullae et brevia comprehenduntur, quae edebantur in causa concilii, plura sunt quam septem; quae selecta sint ad legendum, non constat.

⁷ Illa incipit: Decet nos, dat. Romae 17. Aprilis 1545 (Martene VIII, 1051; Mansi, Suppl. V, 574; Le Piat III, 276); hoc incipit: Anno superiore, dat. 4. Decembris 1541; (Raynald K 46, n. 8; Mansi, Suppl. V, 578; Le Piat III, 287).

De admittendis vero in congregationibus sibi visum fuisse, ut singuli generales binos in theologia magistros secum ducere possent, laici vero ad nutum Rm Tridentini respicerent, quippe cum eorum ipse notitiam habeat. Ceterum scire oportere, qualiter omnes, qui vocem habent, sedebunt, ceteri vero stabunt, cum utique is mos in aliis conciliis fuerit idque maxime conveniat rei gravitati, de qua nunc agitur.

5

Quo igitur modo, inquit (episcopus **Clodianus**)^b, admittentur tres illi abbates, de quibus in proxima congregatione actum fuit, admittendi erunt⁰, cum utique adhuc ambigatur, an ipsi vocem habere debeant?¹ At, inquit Rms **S. Crucis**, sedebunt, et mitrati quidem, dabuntque vocem, que ita demum obtinebit, si declarabitur per synodum, eos vocem habere, alioquin pro nihilo habebitur eorum vox. Tunc **Clodianus** inquit: 10 Si hoc admittimus, contravenitur expresse decreto facto in proxima congregatione, quo cautum fuit, ut abbates ipsi admitterentur cum voce declaranda per frequentiore synodum. Non igitur oportet, antequam declaratio fiat, ipsos admitti. Rms **S. Crucis** dixit: Habent privilegium, ut mitra et baculo utantur, vultisne eos privilegio apostolico exuere? At **Clodianus** Privilegia ista, inquit, sunt valde omnibus gravia episcopis, 15 quorum iurisdictio ab istis abbatibus pene usurpatur. Non enim huc venimus, ut eorum i3r privilegia ampliarentur, sed magis, ut [reformarentur et restringerentur. Rms **S. Crucis** dixit: Abbates sunt, papa vocat abbates, ut in bulla constat. Vos non potestis illos excludere. Indeque orta est inter plures contentio, de quibus abbatibus papa intellexerit. Et diu inter se altercantibus **Feltrensi** et **Astoricensi**, tandem Rms **de Monte** 20 [dixit]: Ut huic controversie finis modo inveniatur, possumus abbates istos, si placet, cum suis mitris et pivialibus admittere, non ut abbates quidem, sed ut totam eorum congregationem representantes, ita etiam, ut eorum sit unica sententia³. Quod, tametsi nonnulli³ oppugnavissent, plerique tamen probaverunt.

De tertia sessione demum tenenda postremo habitus est sermo. Placebat plane 25 Rms legatis, ut intra quindecim dies post sessionem, que erit dies⁶ Iovis, sessio haberetur. At Galli postulabant, ad duos menses et ultra protrahi, ut possent prelati ex Galliis adventare. Placuit tandem, ut ad mensem proximum tertia sessio haberetur (id est die quarta Februarii)^b. Hic congregationis finis, que ad tertiam horam noctis protracta est.

7. Ianuarii.

[Sessio II.] Oratio episcopi S. Marci. Leguntur oratio, bulla, decretum. Patrum sententiae de decreto. Firmantur officiales nominati. Dies tertiae sessionis.

Die Iovis 7. Ianuarii 1546 fuit sessio in ecclesia s. Vigili in loco solito, in qua 30 episcopus Castellimaris missam celebravit, et fuerunt omnibus interessentibus concessae per diaconum solite indulgentiae, videlicet quinque annorum et totidem quarantenarum (in forma ecclesiae consueta) \ Missa finita episcopus S. Marci habuit orationem doctam r3v sane et eruditam, qua adhortatus est | sanctam synodum ad gubernacula naviculae Petri fluctuantis et pene submersae. Cuius fluctuationis duas esse causas predixit, alteram corruptionis 35 morum, alteram vero cultus et religionis, quarum prima, nempe mali mores et precipue sacerdotum (flagitia)^f, causam huic secunde dedissent, et propterea de ipsa inprimis disserendum esse duxit⁶ tum demum ad fidem conversus rogavit patres, ut provincie, quam ceperant, soli Deo intendentes vacarent³. Dicta oratione, expulsis omnibus non conciliaribus prelati omnes pivialibus et mitris induti sederunt. Erant namque⁶ infrascripti, videlicet: 40

Cardinales legati tres videlicet:	Archiepiscopi:
card. de Monte,	Aquensis, Gallus
S. Crucis et	Upsalensis, Gotus
Anglicus ⁸ ,	Panormitanus, Siculus
et preterea card. Tridentinus ⁱ .	Armacanush, Scotus.

a pro deleto: congregationibus.

h in marg.

0 sic.

d pro deleto: plerique.

e Ms. die.

f supra lin. add.

s Ms. Anglici.

h Ms. Armicanus.

¹ Deputati sine dubio a legatis instructi erant, ut causam abbatum silentio praeterirent, cum secretum illud consilium (v. supra ad 29. Dec. 1545, p. II, adn. 1) iam captum fuisset; sed Clodiensis episcopus hos circulos turbavit.

² Postea, ipsis abbatibus dissentientibus, difficultates ortae sunt, cf. *Druffel*, Mon. p. 279.

³ Oratio legitur apud *Le Plat* I, 32—38.

⁴ Abfuit episcopus Giennensis, nuper creatus cardinalis, sed nondum insignibus cardinaliciis ornatus.

15	Episcopi: Hipporegiensisa Cavensis Feltrensis Placentinus ¹ Claramontensis, Gallus Foroiuliensis Fesulanus S. Marci Caputaquensis Soranusb ² Mutulanus Castellimaris Thermularum ³ Agatensis Siracusanus Lancianensis Bituntinus Vigorniensis ⁴	Episcopi: Sidoniensis Pacensis Astoricensis Belcastrensis Bertinoriensis Aquinatensis Chiozzensis Canariensis Generales: s. Francisci observantium s. Francisci non observantium s. Augustini Carmelitarum Servorum ³ Legati duo regis Romanorum et plures nobiles et insignes Germani, itemque theologorum magna manus.
----	--	--

Tunc demum card. de Monte intonavit letanias, que deinceps per capellanos i4r
 20 fuerunt expedite. Peractis denique ceremoniis in alia quoque sessione celebratis Rm legati
 habuerunt doctam et gravem orationem ad universam synodum, simili tamen argumento
 cum illa, quam habuerat episcopus S. Marci. Quam quidem orationem Angelus, a secretis
 cardinalis S. Crucis, ex scripto recitavit⁴. Quo facto episcopus Castellimaris ascendit
 25 nutu legatorum ambonem et legit bullam S¹1D. N., qua iubentur omnes episcopi venire
 personaliter ad synodum, nisi legittime impediantur, de quo impedimento teneantur
 legittime docere, et eo casu teneantur excusationem mittere notificando omnibus, quatenus
 si quis aliquem procuratorem constituisset, debeat illud revocare et personaliter ipse
 accedere sub gravissimis penis. Et deinceps legit breve eiusdem D. N. pape, in quo
 Rm legati mandabatur, ut tertia dominica adventus concilium aperirent⁵. Item legit
 30 decretum de cultu et divinis peragendis, de quo in proxima sessione est facta mentio.
 Item decretum, quod nulli omnino per sessionem huiusmodi vel per responsionem per
 verbum *placet* vel alio quovis colore acquiratur aliquod ius novum.

Quo lecto interrogavit⁶ patres, an illis placeret⁷ decreta huiusmodi. Omnes
 responderunt *placet*, excepto archiepiscopo **Aquensi**, episcopo **Fesulano**, **Caput-**
 35 **aquensi**, **Pacensi**⁸, qui omnes dixerunt, sibi placere decretum, sed cum additione
 illorum verborum, videlicet *universalem | ecclesiam representans*, et episcopo **Clare-**
montano¹, qui dixit debere nominari regem Galliarum expresse in decreto, sicut

a M. s. Yporegiensis. b add. inter lineas, sed ipsius Severoli manu. c M. s. Termopilarum.
 d M. s. Vigoriensis. e Saepius series praelatorum mutata est. f sic. Post hoc deletum est Astoricensis.

Omittit enim eius nomen conciliarium in sessione prae-
 sentium index ille, quem habemus ipsius Cervini
 manu scriptum Arch. Vat. Carte Farn. I, et in variis
 indicibus, qui sunt ibidem Conc. vol. 77, et in cod.
 Barb. XVI, 103, f. 22r. Erravit Anon. in cod. Vat.
 6208, f. 52 inter praesentes numerando Paceccum.
 Quibus de causis abfuerit, in notis ad Massarelli diar.
 I dandis apparebit.

¹ Hic deest in Wokeri editione vel librarii Tridentini
 vel editoris errore, sed legitur in libro originali.

² Cum praesens fuerit hic praelatus in civitate
 nec sessioni defuisse memoretur, Severoli catalogus ut
 prior praeferendus est Massarelliano. Omnes episcopi
 apud Severolum nominati sunt 26, quem eundem nu-
 merum dant acta. Sed ultro etiam Massarelli diar. I
 nominat Soranum, qui sola scriptoris neglegentia deest
 in editione Wokeriana.

³ Abbates inter praesentes numerantur in Massa-
 relli diar. I et in epistula legatorum 9. Ian. 1546
 ad Farnesium data (*D ruffel*, Mon. n. 297, p. 323);

Concilium Tridentinum. I.

Severolus inter theologos videtur eos comprehendisse
 vel omnino oblitus esse. Cf. supra p. 2, adn. I; p. 4, adn. 2.

⁴ Auctor admonitionis, de cuius laudibus omnes con-
 sentiunt, fuit card. Polus. Cf. *Seripandum* apud *Dollinger*
 p. 18, et *Anonymum* apud *D ruffel*, Mon. n. 295, p. 320:
 j. Huius orationis tanta fuit eruditio, pietas et ingenuitas
 et sine affectatione ditionis castitas, quod, cum praeter
 duos collegas et scribas omnes ignorant authorem, vix
 tandem [sic] lectis decem lineis neminem potuit amplius
 latere, cunctis in card. Polum Anglicum oculos inten-
 dentibus et ferentibus aegre, quod non esset ab ipso
 authore habita, ne in tam eleganti et vegeto orationis
 corpore defuisset sua anima attentionis. (In sigillo harum
 litterarum ego legendum censuerim [PH JYLO THEVS;
 enumeratio conciliarium non fit summatim, [ut contendit
D ruffel p. 3214], sed nominatim. In fine epistulae
 legendum est ut infra p. X8, adn. 2.)

⁵ Vide supra ad 4. Ian. p. 15, adn. 7. Hinc ap-
 paret congregationem illam 13. Dec. 1545 tunc non
 iam sessionis auctoritatem habuisse.

nominatur imperator, et **M otulensia** et **Castellimaris** (et **A storicensi**),” qui dixerunt placere quoad titulum synodi pro hac vice tantum *.

His peractis cum ei offerrentur plures alie bulle legende, accepit illas in manibus et ostendit patribus et dixit: »placetne vobis, ut habeantur pro lectis et quod registrentur cum decreto, quod omnibus petentibus fiat copia?» Et omnes responderunt: Placet.

Deinde (cum iam ex ambone descendisset, iussu legatorum) 0 interrogavit patres, an eis placeret deputare scrutatorem votorum D. Sebastianum Pighinum, auditorem rote, promotorem vero concilii Herculem Severolum, notarios vero Claudium et Nicolaum supradictos, et omnes responderunt *placet* 2.

Deinceps interrogavit patres idem episcopus Castellimaris, an sibi videretur, quod sequens sessio teneretur quinta feria post festum purificationis, et omnes responderunt *placet*. Quibus finitis Hercules Severolus, promotor concilii, alta voce petiit, per notarios deputatos fieri de omnibus et singulis gestis unum vel plura instrumenta.

13. Ianuarii 3.

Disceptatur de titulo concilii. De excusandis absentibus.

Die Mercurii 13. Ianuarii fuit congregatio in loco solito, in qua proposuit Rm^s de Monte, se perspexisse in proxima sessione aliquem tumultum factum fuisse a patribus, propterea quod in eo decreto, quod lectum fuit, non fuissent apposita illa verba *universalem ecclesiam representans*.] aliquos quoque post sessionem (privatim) 0 ab eo desideravisse, ut saltem illa verba *oecumenica et universalis*, que pretermissa videbantur, apponerentur. Cuius rei causa non poterat non mirari, quippe cum alterum caput de representatione universalis ecclesie fuisset in precedenti congregatione ab omnibus pene firmatum et roboratum, alterum vero neque quidem controversum fuerit, cum legeretur patribus decretum. Posse tamen (verba illa *oecumenica et universalis synodus*) b, si patribus placeret, in decreto ipso addi, quoniam nullum adhuc eiusdem decreti exemplum extractum fuisset. Non enim, inquit, ut mihi quidem videtur, ita in

a Ms. Mutilensi.

b in marg.

c supra lineam add.

d sic.

1 Nescio quomodo *D ruffel* (Mon. Tr. p. 286. adn.) castrensis idem. Pacensis idem. Astoricen-
s idem.

contendere possit, in indice eorum, qui dissenserint, nullum Gallorum nominari, cum primus omnium nominetur archiepiscopus *Aquensis* (Aix) et a Severolo et in actis (atque etiam in Massarelli diario III). Praeterea non audeat *D ruffel* (l. c. p. 285 x) uti in dicibus dissidentium, quamquam hi aperte nominantur in actis, et etiam apertius traditi essent, si integra acta ad nos pervenissent. Laudavit *D m ffe* (Bonner Theol. Litt.-Bl. 1875, coi. 338), quod *Theiner* acta sessionum, ut quae statim postea innotuerint et saepe impressa sint, omiserit. At nec satis innotuerunt nec usquam impressa sunt; hoc si essent, non potuisset ipse dubitare illis indicibus uti. Rectos esse illos indices apparet ex actis originalibus (Conc. tom. 62 f. 6ir) et ex hoc folio separato Massarelli manu scripto, quod inventum in volumine quodam archivi Vaticani inserendum curavi in eisdem Massarelli actis (Conc. tom. 62, post fol. 61): Vota patrum in secunda sessione 7. Ianuarii 1546 Tridentina. Archiepiscopus *Aquensis*: placet decretum, dummodo addatur in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*. *Panormitanus* idem cupit. Episcopus *Claramontanus*: Placet decretum, sed cupit exprimi regem chrmm post imperatorem. *Fesulanus* cuperet apponi in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*. *Caputaquensis* cuperet apponi in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*. *Motulanus*: Placet (inquit) pro hac vice tantum. *Castellimaris*: Placet, dummodo in congregationibus generalibus discutiatur, utrum addi debeant in titulo decretorum verba illa *universalem ecclesiam repraesentans*. *Lancianensis* cuperet poni in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*. *Belli-*

Bituntinus in sollemni sessione resistere legatis — praesertim tacente Madrucio et absente Pacecco — videtur noluisse, ne nimis card. Farnesii gratiam amitteret; sed postea a Massarello recensetur inter contradicentes in congregationibus; idem an de *C lodiensis* putandum sit nescio. — Oblitus est Severolus archiepiscopi *Panormitani*, qui et ipse Massarello teste (qui sessionibus intererat) de titulo questus est. Ita tantusdum sese opponentium numerus efficitur apud promotorem quantus apud secretarium, i. e. novem (minime autem quattuor erant contradicentes, ut apud Severolum. *D ruffel*, Mon. Tr. 324).

2 »Non defuerunt tamen ex hiis qui dixerant, placet, placet*, quibus postea displiceret, conferentibus cum aliis paulo diligentius» idque hac de causa maxime: »cum nulla pars ecclesiae indigeat magis reformatione quam curia Romana, non deberent constitui officiales concilii homines missi ad hoc a pontifice, ut qui non aliunde quam ex litibus curiae Romanae vivunt, sed deberent eligi a toto concilio viri eruditissimi et nemini addicti (*Ms. adietti*), praesertim cum promotoris officium sit investigare, in quibus rebus labefacta sit ecclesia tam in religione quam in moribus et administrationibus ecclesiasticis, et eas omnes afferre decernendas concilio — hoc enim non est in facultate unius advocati rotae Romanae — sed oporteret eligi [ita legendum est in *Ms.*] tres aut quattuor theologos doctri et integritate vite insignes» (*Anonymus* ap. *D ruffel* n. 295, p. 321).

3 Complura ex hac relatione transumpsit *Raynaldus*, Annal. 1546, n. 9.

sancta hac synodo a nobis dicende sunt sententie et in ipsis obstinate perseverandum est, sicuti in profanis hominum conciliis fieri nonnunquam solet, sed mentes nostras auditis maxime maioris partis sententiis ita refrenare debemus, ut credamus, sepius nos falli et decipi posse. Ceterum, quod de illis verbis (*universalem ecclesiam representans*)¹ traditum fuisset, videri sibi, ut (queratur)², an concilium hoc Tridentinum universalem ecclesiam representet. Et planum esse, quod re vera illam representat; nam et alia concilia vetustiora, quamvis istis inflatis verbis usaa non fuerint, nihilominus dubium non esse, quin representaverint universalem ecclesiam, ut est tex[tus] in c. [2] *Maiores*, [C.] 24, q. 1. Nihilominus putajre se, tum ex rationibus alias adductis, tum etiam quoniam decretum, quod factum fuisset, adhortaretur nos, non autem iuberet, omnino verba illa inflata reicienda esse, et eo maxime, quoniam adhuc legati Cesaris et regis Gallorum absunt et prelatorum paucus est numerus; quamobrem possemus esse de ridiculo hostibus nostris, si audirent triginta plus minus episcopos sibi universalis ecclesie titulos induxisse. (Et postremo, cum Sm^sD. N. synodum istam universalem et oecumenicam appellaverit, non debemus a nomine per ipsum indito recedere)bx.

Tum addidit card. **S. Crucis**, se nuper⁶ Constantiensem sinodum diligenter percurrisse et cum infinita fuerint in eaf decreta, non invenisse tamen, ipsos (patres Constantie)⁷ hac prefatione inflata usos nisi quindecies et non nisi ex magna causa, puta, cum actus iurisdictionales aliquos exercebant, ut in citatione contra Ieronimum de Praga, in condemnatione errorum Ioannis Hus et quando contra Ioannem XXIII procedebant. In aliis vero casibus non usos fuisse illo titulo². Quamobrem videri satis sibi, si hoc tempore et in huiusmodi decreto proposito *oecumenicam et generalem synodum* adderemus, ne, si huic inflato titulo nos consentiamus, adversus mandatum nostrum quicquam fecisse videamur. Est enim, inquit, mandatum, (quod a summo pontifice [habemus,])¹ limitatum iuxta formam litterarum indictionis, quod profecto transgrederemur, si alius titulus nostro consensu huic synodo inderetur, quam quod¹ ab ipso pontifice inditum est³.

Tum card. **Anglicus** pie, ut semper solet, et christiane admonuit patres, ut nollent que sua, | sed que Dei essent querere. Si enim unusquisque nostrum secummet qualis esset consideraret, cognosceret profecto, neminem nostrum esse, qui munus suum aliquo modo adimpleat. Sunt enim plures, qui ne episcopatum [quidem] suum aliquando visitarunt, aliqui ita raro, ut nequeant de eo reddere rationem. Sic et nos non nostra munera recte subimus. Quapropter non ex nobis, sed ex Deo quod boni ex hac synodo profecturum est proveniet. Non debemus igitur aliquo modo, si cum Deo ambulaturi sumus, ista inania et prorsus inutilia perquirere, sed magis tempus, quod in re nihili consumitur, in rebus seriis et alicuius momenti absumere. Et quidem si consideramus a capite, nulla prorsus utilitas ex hoc titulo nobis acquiritur, nullus decor; nulla postremo necessitas nos cogit. Quare igitur tam frustra agimus?

Quod cum card. **Tridentinus** probavisset, card. **Giennensis** dixit, nullum penes se dubium esse, quin hic cetus tametsi parvulus totam ecclesiam representaret omnino, itemque posse se facile ostendere, etiam vetustis temporibus titulum huiusmodi usurpatum fuisse, cum constet, apostolos ipsos ita (nomine synodus)¹ ¹ scripsisse: »Placuit spiritui sancto et nobis et toti ecclesie.«⁴ Verum quoniam necessitas nulla in presentiarum adesset apponendi illa verba, propterea placere sibi, ut omitterentur.

Cumque plures in eandem ivissent sententiam, nonnulli tamen nullis moti rationibus adhuc persisterent, ut verba illa apponerentur, episcopus **Astoricensis** dixit, hanc, de qua agitur, disceptationem posse trifariam dividi, an scilicet¹ de iure verba ipsa essent apponenda, an de consuetudine, et an postremo de iure congrui, id est, an his temporibus deceret. Et quidem si ad | primum respiciamus, iure quidem cautum esse, ut concilium universalem ecclesiam representet, non autem, ut hic titulus proponatur

a M^s. hec. b in marg. ° correctutn pro siquidem [quod, delere oblitus est auctor] verba ad ius referantur, consideretur an controvertatur ab aliquibus ... a M^s. use. 6 Druffel se per. At recta lectio iam ex actis (Theiner I, 39*) colligi poterat. f M^s. eo. s add. supra lineam. h Druffel nam si. * in marg., corr. pro nostrum. k sic; Druffel indueretur. 1 sic. m pro deleta synodo congregato (sic).

1 Difficultates ex huius orationis epitoma non oriuntur nisi eis, qui Massarellum ex Severolo hausisse ignorent, cum ipso Druffelio teste (Mon. 2902) in hoc diario aptissima videantur praesidentis verba; quae apud secretarium minus clara videntur, ex eius fonte sunt illustranda.

2 Cf. infra p. 39, adn. I.

s Uberiorem et accuratiorem Cervinianae orationis sensum exhibet Massarelli diar. I ad 13. Ian., ubi plura de ea dicuntur.

* Act. 15, 28 (sed deest et toti ecclesiae in vulg. editione).

conciliis; propterea, quantum ad ius pertinet, omitti posse. Si vero consuetudinem respiciamus, nulla consuetudine hoc satis probatur, quoniam neque Constantiense concilium semper eo titulo utitur, neque Basiliense concilium ita probatur, ut ex eo consuetudo valida deduci possit. Sed quando et consuetudo et ius adesset, tempora tamen hoc pati minime videntur, cum maxime nihil proficiant verba huiusmodi, si in presentiarum addantur. Et propterea sibi placere, ne apponerentur omnino. Addidit **generalis minister ordinis Heremitanorum**: non enim, si in decreto huiusmodi omittantur, propterea prohibitam synodum, ut, cum res vel occasio postulaverit, apponantur. Placuit igitur, ut mandaretur notariis concilii, ut decretum publicarent eiusque copiam petentibus facerent, additis illis verbis in principio *oecumenica et generalis* x.

Deinceps (duo fratres Dominicani) a Portugallensesb petierunt % se in congregatione admitti, ut verba facerent in illa, exposueruntque se habere septem mandata diversorum episcoporum, quos vellent excusare 2.

Quo dicto cum exivissent Dominicani, **Hercules Severolus**, promotor concilii, dixit, valde necessarium esse aliquos a synodo deputari, qui absentium procuratoria viderent et de causis absentie se informarent, ut posset cognosci, qui absentes excusandi essent et qui non, ad effectum, ut posset contra contumaces | procedi. Tunc synodus omnium voto ad hec cognoscenda deputavit archiepiscopum Aquensem, Gallum, episcopum Helveticum et episcopum Astoricensem, qui viderent de premissis et referrent in congregationibus.

Quo facto, cum hora iam esset tarda, **Rms de Monte** dixit patribus, ut cogitarent pro sequenti congregatione, quo modo quave via¹ procedendum esset deinceps in tractandis iis, que tractanda erant, nempe de fide, de moribus, de pace, an scilicet⁶ simul vel separatim, et a quo sumendum exordium et qualiter.

Quibus dictis dimissa est congregatio.

18. Ianuarii.

Quo ordine procedendum sit in tractandis materiis.

Die lune 18. Ianuarii hora solita fuit congregatio, in qua **Rms de Monte** petiit a patribus, ut suas explicarent sententias super iis, que in proxima congregatione dicta fuerant, nempe qua via quove ordine procedendum sit in tractandis dogmatibus et iis, que ad reformationem morum pertinent, quoniam de pace S^{ms} D. N. providit hactenus et providebit continuo 3. Nos, inquit, erimus hodie auditores eorum, que a sancta hac synodo reterentur, et deinceps una vobiscum executores (eorum, que sancta synodus decreverit) ¹¹.

Tunc **Rms Tridentinus** Maluissim, inquit, vestram prius audire sententiam, quam dicere, quoniam ex vestra prudentia multum adiutus fuisset; verum postquam placet, ut sententiam prius dicam, iussis obtemperabo 4. Non enim mihi obscurum videtur neque | cognitu difficile, quin nostri (corrupti) ¹ mores, nostri, (id est) ^k totius christiane reipublice, ansam dederint protestantibus falsa ista dogmata adinveniendi et ita christianam rempublicam conturbandi. Proinde opere pretium facturi videmur, nisi aliter S^{mo} D. N. placeat, si ¹ a moribus et ⁶ ad nostri imprimis reformationem procedamus, ut iis compositis facilius totus orbis colla nostris iussibus et ordinationibus supponant⁶. Interim tamen

" corr. pro quidam frater Dominicanus. b Ms. Portugalensis. o corr. ex petiit. a cod. qui
modus quave via. 6 sic. f Ms. is. * Ms. pertinet. h in marg. 1 supra lineam.
k pro deletis inquam, scilicet. 1 corr. pro ut.

¹ Attamen decreta sine illo titulo prodierunt, idque propter epistolam card. Farnesii, qua in decretis semel discussis et probatis quidquam mutari vituperabat (*Druffel*, Mon. p. 336, n. 306).

² Ergo non solus Massarellus (diar. I ad 12. Ian.) de hoc mandato narrat (*Druffel*, Mon. p. 276 nota), sed etiam Severolus. Fuit praeter Hieronymum ab Oleastro Georgius a S. Iacobo.

³ Seripandus et Severolus non contradicunt inter se (*Druffel*, Mon. 291 2), si recte rem consideraveris. Proponebat praesidens etiam Severolo referente (ad 13. Ian., supra lin. 22) tres illas res: de fide, de moribus, de pace, et cum dixerit in principio congregationis 18. Ian.,

de pace minus pertinere ad concilium, quoniam providerit et provisorius sit papa, tamen patres, qui ad tria respondere praeparati venerant, non impediabantur, quominus etiam de pace sententiam dicerent. Cf. legatorum epistolam datam 19. Ian. 1546 (*Druffel*, Mon. p. 334, n. 304).

⁴ Prorsus oppositum huic consilio dederat Paceccus legatis per Massarellum 10. Ianuarii; cf. *Mass.* diar. I a. h. d. At 7. Aprilis etiam Giennensis legatos rogabat, ut suas ante omnes dicerent sententias; hi vero, illo constantiores, id negarunt omnino se facturos, ne viderentur velle sua auctoritate alios in sententiam trahere (v. Severolum a. h. d.).

non ab re esset, protestantes ipsos amabiliter et fraterne monere, ut una nobiscum se quoque reformari patiantur, et ad hanc synodum invitentur¹.

Card. **Giennensis** sententiam Tridentini probavit, hoc addito, ut deputarentur in primis viri graves et prudentes in teologia, qui errores istos hereticorum iam in ante actis conciliis damnatos colligerent, ut ea deinceps per sanctam hanc synodum iterum probarentur, hocque in primis faciendum esse dixit, antequam reformatio morum inciperetur. Addidit preterea scribendas esse literas nomine synodusa, in primisque ad Smum D. N., tum etiam ad imperatorem, ad regem chr""m, adhortando ipsos et | alios Christianorum is principes ad favendum huic concilio, ad mittendum nuntios proprios, et ut eorum prelatos io adhortarentur ad veniendum ad concilium.

Archiepiscopus **Aquensis** dixit, non ante graviora ista tractanda esse, quam frequentior esset conventus et rex posset suos nuntios et prelatos huc mittere, quod propediem facturus erat. Si tamen tractanda hec sunt, primo a dogmatibus incipiendum est, quippe quoniam totius rei sunt fundamentum, et deinceps ad mores [procedendum].
15 Sed ante omnia de pace tractandum esse et nuntios destinandos pro parte synodus" ad christianos principes, ut eorum discordias durante concilio componerent².

Feltrensi episcopo placebat, ut tria hec possent simul tractari, si ad deputationes deveniretur, ut in aliis conciliis proximis factum fuisse legimus, ut silicet® tres deputationes prelatorum fierent, quarum una esset de fide, altera de moribus, altera de pace.

20 Dicte sunt deinceps varie a patribus sententiae; pluribus tamen placere videbatur, ut a reformatione morum inciperetur, sicuti a Tridentino dictum fuerat. Alii simul omnia, ut Feltrensi placuerat, alii in primis dogmata omnia discutienda esse contendebant. Quod maxime **Bituntinus** episcopus probabat³, tum quia ex sententia D. N. pape videbatur, | tum etiam ne, si hoc concedamus, heretici ipsi ex hoc insolescant magis
25 et iam se vicisse iactent et arbitrentur. Quod exemplo veterum conciliorum probavit, in eamque sententiam plures iverunt.

Verum in sentiis dicendis res adeo protracta est, ut diei finis esset. Quamobrem Rm legati patrum sententias laudarunt, ex quibus se collecturos dixerunt, que in proxima congregatione patribus proponerentur. Interim patres cogitarent tum super iis, que dicta
30 fuerant, tum etiam, que in proxima sessione firmanda essent.

Deinde statutum est a patribus referente Rmo **de Monte**, ut deinceps due fierent congregationes ordinarie in qualibet hebdomada, videlicet die lune et die Veneris hora 20. diei, donec alia hora comodiora videretur.

22. Ianuarii.

Excusatio episcopi Augustae Praetoriae. Card. Tridentinus a reformatione incipiendum censet, alii aliter sentiunt. Decernuntur epistolae scribendae pontifici et christianis principibus.

Die Veneris 22. eiusdem congregata sinodo in loco solito congregationis archiepiscopus **Aquensis** de mandato presidentium retulit, se una cum suis collegis, videlicet
35 Feltrensi et Astoricensi, vidisse mandatum et causas excusationis episcopi Augustani⁴, viderique sibi, causam excusationis legitimam" esse, nempe qui aiebat suam diocesim

a sic.

b M. s. ebdomada.

¹ Massarellus (diar. I et III ad h. d.) narrat proposuisse hoc Tridentinum nomine episcopi Caputaquensis; videtur cardinalis privato colloquio id secretario dixisse. Sed minime placebat patribus, qui Lutheranorum superbiam hoc modo augeri putabant (diar. I). Seripandus ad Caesarem scribendum esse aiebat (cf. eius relationem), ut is haereticos ad concilium mitteret.

² Videtur obsequio Madrucii deterriti esse alii, ne longius resisterent legatis; nam non consensisse Aquensem praeponendae causae dogmatum aliunde apparet. Sed utique, cum de pace tractandum esse consuleret, rem protractum iri sperabat. Id considerantes non habebant legati, cur de Gallorum consensu Romam nuntiarent (contra *D ruffel*, Mon. 296 s.). Immo eo inclinasse Gallos scribunt legati, ut etiam de capite pacis agatur. Ep. 19. Ian. apud *D ruffel* p. 334, n. 304.

³ De Bituntini sententia tradunt contraria Severolus et Massarellus, quorum priori non dubitaverim assentiri. Verisimillimum est secretarium, qui aliis in rebus illum episcopum difficilem se praeuisse cognoverit, etiam in ea congregatione eius mentis illum fuisse conicere (cui sententiae vicinus est *Maurenbrecher*, Histor. Taschenb. 1886, p. 232). Cornelius Mussus ceterum non is fuit, qui curialium consiliis sese multum opponeret; eius cum legatis simultates ex alio fonte sine dubio ortae tum iam compositae erant (cf. quae dicta sunt p. 4, adn. 3). Hoc modo quae *De Leva* (IV, 92), *Maurenbrecher* (I. c. 232. 235), *D ruffel* (I. c. 297) tangunt difficultates nescio an solvantur.

⁴ Est episcopus Augustae Praetoriae (hodie Aosta) in provincia Tarantasiensi. Procurator eius fuit, ut tradunt Acta, episcopus Hipporegiensis.

circumdatam esse a Vallesanis hereticis, qui nuper adversus suam diocesim conspirationem fecissent¹, quod testibus fide dignis constabat. Quamobrem placuit omnibus, | ut Augustanus tamdiu legitimam a causam non veniendi ad concilium haberet, quamdiu duraret impedimentum huiusmodi, quod aliquo tempore brevi cessare posse sperabatur.

Mox card. **de Monte** dixit, se una cum suis collegis ex his, que in proxima congregatione dicta fuerant, collegisse, ut maiori parti placere videretur, utrumque articulum, videlicet dogmatum b fidei et reformationis simul et semel tractari, propterea nunc se sciscitari ab ipsa synodo, an placeret, ut simul et semel pari passu in causa dogmatum 0 et reformationis procederetur, deque ea re in proxima congregatione decretum fieret.

Tunc **Tridentinus** cardinalis Maluisse, inquit, vestram hanc sententiam in proxima congregatione scivisse, quoniam non tamdiu hac in re laborassem, nempe quoniam credidisset ea, que a vobis proponerentur, ita bene digesta et examinata fuisse, ut vestram in sententiam tuta conscientia ire possem. Nunc, quando res in consultationem deducta est, cogor id exprimere, quod mihi meus dictat animus et spiritus, qui quando que humilissima respicere non dedignatur; verum quoniam sententia mea multis a me rationibus corroborata est, eam, si placet, ex scripto recitabo. Quod cum omnibus placuisset, cedulam legit, qua graviter admodum et pie, ut videbatur², multa adduxit, propterea quod videretur sibi a moribus inprimis auspicandum, illudque inprimis, quod adversariis nostris hec fuerit prima discedendi a nobis causa, et alia pleraque in hanc sententiam accomodata³; tum demum multa ad ostendendum, quod si nos mundi erimus et ab omni labe et sorde alieni, paracletus ille spiritus, quem nos invocavimus et hic adesse credimus, | a nobis non discedet neque nobiscum stare erubescet. Sunt enim in nos totius christianitatis occulia coniecti, quos si viderint prius facere et docere deinde, ut Christus nos docuit, profecto nobis obedire non dedignabuntur.

Tum card. **de Monte**, cum animadvertisset, aures (et animos)³ totius synodi ex verbis Tridentini vehementer comotosa, laudavit sum operea ea, que a Tridentino de synodi reformatione dicta fuerant, gratiasque altissimo egit, quod talem ei spiritum dedisset. Et ne, inquit, tam sanctum tamque bonum opus, quale est, quod ab ipso propositum est, eius et legatorum Sni D. N. causa impediatur aut differatur, hodie paratum esse (a synodo)⁶ se reformari credereque, suos collegas ab hoc minime dissentire. Et ut res serio fiat, si synodo placet omnesque pariter se reformari patiantur, nunc in manibus notarii episcopatum Papiensem⁷ et quecumque alia sacerdotia haberet, que cum cardinalatu de iure incompatibilia essent, se dimissurum luxusque omnes omnemque pompam et servientium numerum ad synodi prescriptum se relicturum⁴. Hec enim reformatio, que in nobis est, dicto facto expediri potest, eiusque causa nullum impedimentum afferetur tractatui de dogmatibus, quod a plerisque bonis desideratur. Est enim de dogmatibus a nobis duplici ratione tractandum, una scilicet, ut errantes adversarios nostros, si fieri poterit, ad viam salutis reducamus, altera vero est non minoris facienda ratio eorum, qui in grege quidem nostro sunt, verum adversariorum insidiis et machinationibus ita titubare ceperunt, ut, nisi celeri remedio huic eorum morbo obviam i eatur, facile essee, ut se in adversariorum numero conscribant. Quamobrem si eorum obliti nos reformationem morum (externorum)^d aggrediemur, quod maximum quidem pelagus est, cum non utique sola Romana curia reformatione indigeat, sed omnes reges, omnes principes et universus Christianus orbis reformandus sit, quod non nisi diuturno tempore fieri potest, ipsi, ipsi nos erimus causa damnationis tot animarum, que a nobis presidium et iure merito expectant.

Tum card. **Tridentinus**, cum omnis synodus in eum occulosa coniecisset, dixit: Non ita ego, uti **Rms de Monte** interpretatus est, sententiam dixi, sed quia, ut sibi a

a sic. b *Secunda manus delevit syllabam tum in dogmatum.* c *Ita habet Severoli manus. Secunda manu supra lineam add. fidei et syllaba tum deleta est, ut legendum videatur dogma fidei; sed fortasse volebat delere totam vocem dogmatum et corrigere fidei pro dogmatum.* d *add. supra lineam.* e *pro deletio in presentia synodi quantum in eo esset.*

¹ De his Vallesanis (Vallaisans) haereticis cf. *M. Boccard*, Histoire du Vallais (Geneve 1844) p. 167 ss., praesertim p. 174 ss.; *J. Hergenröther*, Handb. d. allg. Kirchengesch. III 3 (Freiburg 1886), 172.

² Num his verbis *ut videbatur* promotor de card. Tridentini bona fide se dubitare significabat?

³ Quem cum postea dimittere cogerebatur ab impe-

ratore, valde conquestus multisque modis ut recuperaret conatus est, ut apparet ex Massarelli diario IV.

⁴ Cardinalis Tridentinus non modo duos habebat episcopatus (Tridentinum et Brixinensem), sed permagnis ut saecularis princeps vigeat divitiis, quare omnia huiusmodi verba multo magis etiam ipsum quam cardinalem de Monte spectabant.

spiritu sancto dictatum fuerat, credebat⁰, magis proficuumb esse in presentiarum morum universorum quam fidei tractatum. Neque hoc dixi propterea, quod me imunem³ ab hac reformatione futurum putem, quandoquidem scio in me plura quam in quovis alio reformanda esse. Hoc etiam non ignoro, quod tametsi sepius unus melius duos regat
5 episcopatus, quam alius beneficium simplex, nihilominus ego non recusabo etiam hodie, si oporteat, alterum ex episcopatibus meis renuntiare et omnia facere, que synodus statuet.

Tunc card. **S. Crucis** Nos, inquit, hoc loco coram Deo sumus, cui verba dare neque possumus neque debemus. Equidem si hoc fecerimus, ut re ipsa inprimis nos nostra contempsisse mundus cognoscat (et que Dei sunt tantum quesivisse)^c, profecto
10 tanto maiorem de nobis expectationem hominibus dabimus, (quanto facilius est dicere, quam executioni mandare)⁰, cui etiam expectationi favente Deo satisfacere poterimus. Porro quod ad ea, que proponuntur, non videri sibi, quomodo quispiam a contradicere possit, quia si ius consideramus, si antiquorum conciliorum ordinem perspexerimus, nunquam prepostero ordine, id est] primo de moribus et deinceps de fide, tractatum fuisse
15 cognoscere poterimus. Nec quisquam dixerit, mores tunc non adeo collapsos esse, quoniam si ea, que Calcedonense concilium precesserunt, quispiam consideret, animadvertere poterit, corruptam illam hereticorum disciplinam ex pravis moribus originem habuisse, et nihilominus patres illos primo a fide cepisse, quin imo de sola fide tractasse, quam si recte tenuerimus, mores nostri non mali esse poterunt.

20 Quod magnopere card. **Polus** laudavit. Hodie, inquit, vere mihi videtur spiritus sanctus inter nos esse, quando video, omnes non de eis, que sua sunt, sed que Dei, disceptare. Humana enim fragilitas hoc nobis plerumque solet afferre, ut, quamvis de bonis operibus loquamur, nunquam tamen nostras operationes nostramque trabem, quam in oculis agerimus, respiciamus. Quod de nobis hodie dici non poterit, cum prima
25 causa primique errores nostri sint, qui inspiciantur et damnentur. Verum quod ad rem attinet, videri sibi omnino impossibile tractare de moribus omisso tractatu de religione; qui enim mores esse possunt, ubi collapsa est religio? Sic enim, si paulo altius respexerimus, intueri poterimus Deum ipsum dantem duas tabulas Moisi, quarum prima et precipua fidem continebat et religionem, secunda vero mores. Sic Dominus noster
30 Iesus Christus, quando discipulos ad predicandum misit, dixit: »ite et predicate evangelium omni creature^{*1}, non dixit in moribus instituendos, quoniam sciret, ubi religio integra est, difficultera malos mores habere locum. Et quod ad mores attinet, non eo referendum est, ut rex ieiunio et cilicio⁰ | se maceret, non ut dives omnia bona, que
35 habet, det pauperibus, non ut episcopus moderate indutus sit, non ut divinis quotidie intersit, quamquam et hec non mala sint, sed ut rex quidem subiectos quo debet imperio, immo pietate paterna confoveat, dives familiam suam uti christianum decet nutriat et instruat, episcopus verbo et opere verbum Dei seminet populo suo, ut qui duos habet episcopatus alterum dimittat, qui similiter alia, que legitime³ tueri non possunt, dimittant.

Quibus ab eo maximo fervore maximeque pietate explicatis, ita ut nullus non
40 comoveretur, card. **Giennensis** dixit, quod attinet ad reformationem, non privatam esse oporterea, sed generalem, ut generalis fructus, cuius causa huc venimus, colligatur; verum placere sibi summo opere, quod card. de Monte proposuerat, ut siliceta de fide et moribus simul trattaretur, quoniam eorum coniuncta ita causa videtur, ut neutrum eorum sine altero diu durare possit. In eam sententiam mox iverunt omnes, uno aut
45 altero excepto. Addebant tamen nonnulli, ut, si casu alterum eorum tantisper post habendum esset, mores hi essent, et in re fidei potius incumberetur.

Addidit **generalis minister Servorum**, se ex hereticorum libris, quorum testimonium citavit, hausisse, quod nostri mali mores ex mala nostra institutione procederent, idque ab omnibus hereticis probari. Quoniam igitur modo, nisi firmemus quod
50 tenere debeamus, possimus nostros mores ad eorum prescriptum conformare?

Deinde omnium ore statutum est, ut conscriberentur nomine synodusa littere «v SmD. N., quibus gratias ei ageretur⁰ eorum, que hactenus erga hanc sanctam synodum egisset, tum suppliciter rogaretur, ne ab eo quod incepisset² deficeret iuvando, pacem cum principibus firmando aliaque faciendo, que ad firmitatem et robur eiusdem synodus³
55 facere viderentur. Alie quoque littere conscriberentur imperatori, regi clir³ et aliis

a sic. > Ms. proficuam. • in marg. d Ms. quipiam. • Ms. silicio. f Ms. ausisse.

regibus et principibus christianis¹ adhortando illos ad favendum huic sancte synodo. Et quoniam nullum adhuc synodus secretarium habet², fuit data provintia conscribendi litteras huiusmodi episcopo S. Marci³, ita ut litteris conscriptis primo presidentibus ostenderentur, deinde in congregatione legerentur. Illeque⁴ ut decreta in proxima sessione firmarentur statutum est. Destinatique fuerunt ad decreta huiusmodi componenda⁵ 5 Pighinus auditor rote et (Hercules Severolus)^a procurator concilii.

Postremo **Rms de Monte** proposuit patribus, ut cogitarent (pro prima⁶ congregatione)⁰, quomodo deinceps in tractandis rebus procedendum esset, an videlicet per deputationes vel facta divisione concilii in tribus partibus, ita ut unicuique parti unus ex presidentibus preesset semper, et hoc, ut facilius materie tractarentur; nam deinceps 10 in generalibus congregationibus que in particularibus conventibus tractata erunt firma buntur. Addidit quoque cogitandum esse, si que alia in proxima sessione firmanda essent, ac etiam quomodo | respondendum esset promotori concilii, si is episcoporum absentium contumaciam accusaret, an silicetb decer[nen]dum esset, illos contumaces fore, vel qua alia via respondendum vel tacendum potius⁰ 15

26. Ianuarii.

Deliberationes per classes fieri statuitur. Quae in proxima sessione firmanda sint.

Die Martis 26. eiusdem hora solita fuit congregatio, in qua patres rogati a **Rmo de Monte**, ut sententiam dicerent, an placeret pro commodiore rerum tractatu, ut synodus tota in tres classes divideretur assignando unicuique ex legatis alteram, an magis quod aliquorum fieret deputatio, quorum onus esset materias pertractare et mox in synodo referre, (ut in precedenti congregatione dictum fuerat) a 20

Card. **Tridentinus** dixit, placere sibi ut magis ad deputationem deveniretur, quam ad classicam illam tripartitam divisionem, ne dum queritur ut labor minuatur, valde crescat. Cuius sententiam et card. **Giennensis** et alii complures variis adducti rationibus probabant. **Turritano** (et **Materano**)^a archiepiscopis et pluribus aliis classica illa divisio placebat magis, tum ad invidiam fugiendam, tum ad laborem dividendum. **Feltrensi** episcopo tertia placebat sententia, ut silicetb classica fieret tripartita divisio, dummodo ex unaquaque classium aliqui elligerenturb, quorum labore materie colligerentur et etiam disputarentur, antequam in consultationem proponerentur. Cuius sententiam secuti sunt non pauci. 25

Cumque a patribus graves essent dicte sententie (diversis adhuc diversa sentientibus)[†] 30 card. **de Monte** dixit: Adeo vos, patres, hodie ancipites et diversa sentientes esse conspicio, ut quorum maior fuerit opinio non prorsus sciam. Ego certe utrunque modum bonum esse credo; veruntamen video, quod uterque modus idem pene sonat, cum nihil aliud sit classica ista divisio quam amplior deputatio. Unum tamen ex hac classica divisione comodib perspicio, ut facile possimus ex divisione ista ad deputationem devenire, ut silicetb quelibet classis tres vel quatuor ex suo corpore elligatb; nam si voluerimus ex toto isto corpore, ut nunc est, congregato ad deputationes devenire, non erit, ut arbitror, facilis hec selectiob. Verum quoniam hac in re malod vestram quam meam sententiam sequi, si placet, exquirantur singulorum vota, ita ut maior pars obtineat. 35

a in marg.

b sic.

0 deletum: Hic congregationis finis.

d Ms. mallo.

1 Ad quos scriptae sint litterae vide *Massarelli* diar. I ad 29. Ian.

2 Quod animadvertendum est propter ea, quae a Severolo et Massarello dicuntur de actis in congregatione 4. Ian.; cf. supra p. 14, adn. 5 et *Massar.* diar. I ad h. d.

3 Sine dubio quia is humanioribus litteris excellebat; cf. *Druffel*, Monum. 302 *. Minus eius ingenio *Seripa?idus* favebat (ad 29. Ian.).

4 Scilicet, ut simul ageretur de dogmatibus et de moribus, et ut scriberentur illae epistolae.

5 Inde, quod Seripandus in sua de litteris lectis sententia Severoli prudentiam se laudasse refert, etiam epistulis conscribendis hos una cum episcopo S. Marci

destinatos esse conici posset (*Druffel*, Mon. p. 299 *); nam de decretis hunc loqui non videtur verisimile, quia et antea et postea de epistulis agit. Sed verisimilius est Seripandum, postquam de Martirani (episcopi S. Marci) epistulis iudicium tulit, et de decretis a Severolo confectis et in congregatione lectis (cf. *Massar.* diar. I ad 28. Ian.: «quanto alia congregatione di domani, che si leggerà prima il decreto da farsi nella sessione prossima») loqui.

6 Prima, i. e. proxima; utitur Severolus hac voce sensu usitatissimo e. g. in epistula legatorum ad card. Farnesium 27. Ian. 1546 (ap. *Druffel* p. 349): Per le prime (sc. lettere) si mandara la nota etc.

Quod cum placuisset, collectis singulorum sententiis, cum inprimis **Tridentinus** ex sententia recessisset et classicam magis distributionem probavisset, plures | eum secuti ^{23*} sunt, ita ut hanc sententiam 27, alteram vero soli 12 probarent.

1^{um} dicte sunt diverse a patribus sententie de his, que in proxima sessione S statuenda essent. Aliquibus enim, ut **Tridentino**, placebat decretum fieri, ne quis omnino prelatorum absque synodi licentia abire posset, alii² ut fulminarentur censure contra impediētes venientes vel recedentes ad concilium K Nonnulli probabant, ut Nicenum symbolum decreto firmaretur, alii, ut quatuor prima concilia, alii, ut octo firmarentur. Nihil tamen conclusum est, cumque propter proximitatem diei, in quo tenenda est
10 sessio, parum multa fieri posse videretur, tractatum est de sessionis prorogatione². Alii quibus placebat, ut ad octo dies prorogaretur, aliis ad 20, alii ad mensem dixerunt; plures tamen ne omnino fieret prorogatio sentire videbantur.

Tandem, cum nihil omnino super hoc conclusum fuisset, soluta est congregatio dicentibus legatis, se hoc unum efecturosa, ut siliceta divideretur synodus, deinde
15 divisione in tres partes facta inter se sorte dividerent classes.

29. Ianuarii³.

De epistulis ab episcopo S. Marci confectis dicuntur sententie. Quis eas subscribere debeat.

Die Veneris 29. ejusdem hora solita fuit congregatio, in qua fuerunt recitate ab ^{23v} episcopo S. Marci littere ab eodem mandato synodusa ad S^m D. N., ad imperatorem, ad regem chr^m, ad regem Romanorum, ad regem Portugaliea et ad regem Polonie conscripteb, in quibus omnes principes graviter et erudite hortabantur^o ad favendum
20 huic concilio, ad excitandum prelatos eorum et cetera huiusmodi. Pontifici vero maximo gratie agebantur et referebantur cumulatissime eorum, que hactenus gessit pro pace in populo christiano conservanda, itidemque hortabatur, ne ab inceptis desisteret, prelatos vero omnes iterum moneret et ad veniendum ad concilium modis omnibus compelleret.

Lectis litteris graves fuerunt dicte a patribus sententie. Placebat card. **Tridentino**,
25 ut littere, que ad regem Romanorum destinate essent, paulo uberiores essent, com memorando eius egregia adversus Turchas facinora, itemque ut admoneretur ad excitandos reliquos Germanorum principes ad veniendum ad concilium, quod et in litteris ad regem Polloniae destinatis a plerisque desideratum fuit.

Giennensi cardinali placebat, ut in litteris ad Cesarem destinatis Cesar ipse ad
30 personaliter interessendum in concilio rogaretur.

Alii litteras ad summum pontificem destinatas iminutasa esse | dixerunt in ea ^{24r} parte, ubi rogabatur ad iubendum prelati^s Italicis, ut ad concilium accederent. Idque primus archiepiscopus **Materanus** asseruit, quoniam, inquit, papa non solis Italicis, sed omnibus orthodoxis episcopis preest et imperat. Cuius sententiam secuti sunt omnes.

35 **Feltrensi** episcopo placebat, ut littere quoque ad dominium Venetorum et ad reliquos Italie principes conscriberentur.

Illud vero ridiculum fuit, quod quidam dixit, videlicet, ut littere quoque ad regem Nubie, quem presbiterum Iohannem appellamus, itemque ad Arabos¹ et Armenos destina-
rentur. Que res adeo omnibus risum excitavit, ut tota pene synodus in risum erumperet.

40 Tunc episcopus **Castellimaris** optimum esse dixit, ut littere ipse ab omnibus episcopis subscriberentur, vel certe ab aliquibus nomine ipsius synodusa

Cui card. **de Monte** dixit: Sicut patimur facile, te episcopum et magnum quidem in ecclesia Dei intueri, ita tu non iniquo animo ferre debes, nos nostro, siliceta cardinalatus, legationis et huius presidentie munere fungi; hoc enim subscribendarum litte-
45 rarum munus non ad omnes episcopos, sed ad presidentes duntaxat pertinet⁴.

a sic. b cod. conscriptas.

¹ Questus erat Trivultius episcopus Placentinus in congregatione, prope Mirandulam se esse penitus ex spoliatum, et postulabat, ut poenae statuerentur contra eos, qui praelatos ad concilium venientes molestassent vel impedivissent. Cf. *Sarpi* I. 2, c. 31.

² Advenerat mane eiusdem diei epistula cardinalis Famesii, qua legati omni modo a dogmatibus incipere iuebantur. Quare variis praetextibus utendum eis

Concilium Tridentinum. I.

erat, ut impedirent, quominus decretum de simul tractandis rebus fidei et morum publicaretur. Id diffi-
cillimum vel impossibile videbatur, si sessio die statuta celebranda erat; tamen Seripandus effugiendarum difficultatum viam inveniebat.

³ Cf. Raynaldum ad annum 1546, n. 12.

⁴ Verbis acrioribus hoc dixit legatus teste Seripando, ita quidem, ut magnopere indignarentur praelati

Tum demum ipse cardinalis episcopo ipsoa S. Marci nomine synodusa de suscepto labore egit gratias, tum demum patrum sententias laudavit, quas quidem dixit dignas esse, quarum haberetur ratio. Quamjobrem iniunctum est eidem episcopo S. Marci, ut eadem, que a patribus desiderata sunt, litteris (recitatis)b adiungeret.

3. Februarii.

Decernitur symbolum recitandum in sessione et decretum de modo procedendi omittendum.
Quibus de rebus et de titulo decreti disceptatur.

Die Mercurii 3. Februarii hora solita fuit congregatio, in qua **Rms de Monte** 5 dixit satis patres heri intellexisse, quenam fuerata causa, quod congregatio non fuisset habita die lune, ut ordinatum fuerat, quippe maximasa dissensiones, que inter principes oboriri videbantur, quinimmo iam oborte essent, ni celeri remedio provisum fuisset². Verum quod ad rem attinet, instare diem sessionis, propterea deliberandum illico esse, an magis expediat sessionem proximam prorogari vel potius ut habeatur, et si habenda sit videndum, num conveniat a promulgatione decreti de simul (procedendo)d tam circa dogmata quam circa mores abstinere; non dicimus abrogare decreto, sed illud differre, donec plenior sit synodus. Quod nobis quidem faciendum videtur, ne videamur fratres nostros, qui in itinere sunt, contempsisse. Sunt enim ex Germanis nonnulli in itinere, ex Gallis vero plures, ex Urbe similiter propediem hic aderunt multi. Quamobrem equum, imo necessarium pene videri, ut abstineamur³nunc a decreti ipsius promulgatione. Veruntamen ne sessio omnino sit vacua, cogitavimus³ valde honorificum et proficuum esse
⇒ |profiteri eam fidem, quam sancta Romana ecclesia profitetur exemplo veterum conciliorum, quorum initia fere semper a professione fidei auspicata fuere, tum demum aliquid a nobis dicendum erit, ut in absentium gratiam videamur tardiusculi fuisse. Postremo, inquit, 20 consultandum erit, quis dies futurus sit tertie sessionis, num silicetaplaceat diem proferre vel sub silentio id preterire, ne iterum ad has angustias deveniendum sit.

Quibus ab eo explicatis⁴voto omnium recitatum est decretum compositum super professione fidei, quo continebatur, qualiter considerans hec sacrosancta synodus maximum pondus eorum, pro quibus congregata est, volens propterea, quod sanctam synodum decet, 25 vestigiaf sanctorum patrum imitari, fidem sancte Romane ecclesie eisdem verbis, quibus in eadem Romana ecclesia habetur, firmiter profitetur: *Credimus in Deum patrem* etc.

Tum card. **Tridentinus** Placet, inquit, omnino cras sessionem haberi, placet quoque professio fidei et decretum ut lectum est ita firmari; placet itidem decretum de simul procedendo nunc usque ad fratrum nostrorum adventum subteriri. Postremo placet, ut 30 dies future alterius sessionis omnino prescribatur, ad quintam siliceta feriam post dominicam Letare. Cuius sententiam cum card. **Giennensis** multis probavisset, j omnes fere ceteri paucis exceptis in sententiam iverunt, ita tamen, ut non pauci diem sessionis future nollent promulgari, sed liberum remanere synodo, quando indicenda foret.

Fuere tamen sex ad summum, qui nullo modo decretum de simul procedendo sub- 35 ticendum esse censuerunt, et inprimis **Pacensis** et **Astoricensis**, qui nullo modo subticiri posse contendebat⁰, dolueruntque mirum in modum, nulla superveniente causa sententiam synodusapro libito legatorum imutaria. Quod si ita, inquit **Pacensis**, faciendum est, frustra in resolutionibus et congregationibus tempus consumimus. Cui cum card. **de Monte** dixisset boni consulendum esse quod ab ipsis factum fuerat, scireque eum oportere 40 hoc non sine maxima causa factum fuisse, Quoniam, inquit, modo hoc ego boni consulere possum, dum video synodum a vobis deceptam iri? Fuit enim nobis omnibus ostensum decretum, quod nobis sum mopere placuit et placet, et nunc absque ulla ratione subticetur.

a sic. ^ supra lineam. ° In sequentibus aliqua levioris momenti correctae sunt in codice. d supra lineam scriptum secunda manti. c Deletum D. Hugo Boncompagnus eius iussu legit. f pro deleto exempla.

et murmurantes discederent; quin ante solitum tempus legatus congregationem dimittere coactus fuisse videtur; cf. *Massarelli* diar. I; *Pratanus* p. 12.

1 Die 2. Februarii habitae erant congregationes particulares, quarum acta non scripsit Severolus, quoniam a secretario, qui eidem ac promotor classi interfuit, scribebantur. Cf. quae ipse dicit infra p. 30, l. I.

2 Quae aliae causae eaeque magis urgentes extiterint, colligitur ex card. Farnesii epistulis 21. et 27. la-

nuarii datis: *Druffel*, Mon. n. 306. 312 (p. 336. 348). Cf. *Pratanus* p. 12 s.; *Seripandum* a. h. d.; *Druffel* l. c. p. 302 ss., 307 ss.; *Maurenbrecher*, Histor. Taschenb. 1886, p. 247 ss.

3 Monuerant hoc imprimis Fanensis episcopus et Seripandus in classi habita coram Cervino; cf. Seripandi relationem ad h. d. et acta huius congregationis particularis scripta a Massarello in ipsa congregatione (*Theiner* I, 45).

Tunc card. **de Monte** Feram, inquit, semper libere loquentes, ut sepius protestatus sum, libere, inquam, cum honesta reverentia tamen, que nobis uti legatis S^m D. N. debetur. Quod si factum ab aliquo non fuerit, sentient me talia non passurum, quale² certe pati non debeo quod D. Pacensis dixit, nos silicet² synodum decepisse, j Quod 2»
5 quantum a veritate absit, volo magis reipsa in futurum ostendere huic sancte synodo, quam nunc verbis ostendere.

Cunque² multa hinc inde verba dicta fuissent¹, addidit **Astoricensis**: Ego certe ut differatur promulgatio decreti vel non differatur non multi facio; verum modus, quo dilatio ista queritur, mihi placere non potest¹. Tandem tamen, cum plura **Tridentinus** et **Giennensis** dixissent in favorem legatorum, res sopita est.

Altera tamen non multo post secuta est controversia, quoniam **Fesulano**, **Caputaquensi** itemque **Pacensi** promulgari non placebat decretum⁰, nisi apponerentur verba illa *universalem ecclesiam representans*, quod reliqui patres omittendum esse censabant, dicebatque **Fesulanus** nunquam se consensurum, nisi illa verba apponerentur.

15 Cui card. **de Monte** dixit valde dedecere episcopo² eam improbare sententiam, quam plures, immo omnes probarent. Et ne quotidie de hac tam tenui re fiat controversia, unde synodus turbetur, si placet, ego rem ponam in consultatione, ita tamen, ut si maior pars verba non esse addenda existimaverit, ulterius non fiat de hac re a D. Fesulano questio.

Cui **Fesulanus**: Ego semper permanebo in hac eadem sententia, quia ita mihi
20 mea dictat j conscientia.

2iv

Tunc card. **Anglicus** dixit: Quod conscientia dictat proferendum est; verum postquam semel atque iterum dictum est et aperte cognitum eius dictum non probari a maiori parte, possumus et debemus tuta conscientia opinionem nostram dimittere, et quod amplius est, a malo est.

25 Cunque nec adhuc **Fesulanus** acquievisset, dixit card. **de Monte**: Creditisne, Domine Fesulane, licere vobis singulis diebus impune totam hanc synodum conturbare? Certe, si hoc creditis, erratis valde. Debetis enim, et hoc est officium vestrum, sententiam dicere, mox autem dictis maioris partis acquiescere. Quod ni feceritis, providebitur, ne impune id vobis liceat.

30 Tum singulorum vota exquisita sunt singulariter, omnesque solo ipso Fesulano dissentiente probarunt decretum, uti fuerat lectum, itemque probatum est aliud decretum de sessione tenenda feria quinta post dominicam Letare. In quo quidem decreto fit mentio de absentibus expectandis, ita tamen, ut interim rerum et articulorum examinatio non differatur, prout sancte synodo videbitur.

4. Februarii.

Sessio III. Publicantur decreta tribus dissentientibus.

Die Iovis 4. Februarii fuit sessio sollemnis, in qua archiepiscopus Panormitanus
35 missam celebravit, j qua finita Chatarinus² Pulitus ordinis Dominicanorum habuit doctam 27r
sane et pietate plenam orationem 2, qua hortatusd est patres, ut voluptatibus, ambitione et timore postpositis ea peragere vellent, ad que huc a Deo vocati essent. Cantatis deinde letaniis et aliis de more peractis ceremoniis archiepiscopus **Turritanus** de mandato DD. presidentium ascendit ambonem, ibique alta et intelligibili voce legit duo
40 decreta, alterum quidem de professione fidei Romane ecclesie facienda, alterum vero de sessione quinta post dominicam Letare tenenda. Quibus lectis interrogavit² patres, an placerent eis ea, que ab ipso lecta essent. Cui card. **de Monte** et successive omnes responderunt: *placet, et ita credimus et confitemur*, exceptis **Fesulano**, **Caputaquensi** et **Pacensi**, qui dixerunt se ita credere et confiteri, de decretis vero sibi
45 placere, ut in quadam cedula per eos notario porrecta (continebatur)f3.

a sic. b Ms. fuisset. c Ms. decretur. d Ms. ortatus. e Ms. hic. f add. supra lineam.

¹ Non igitur Caputaquensis et Pacensis, ut *Druffel* (Mon. p. 366, adnot. 2) asserit, sed Pacensis et Asturicensis fuerunt illi duo, de quibus legati ad card. Farnesium 4. Febr. 1546 (*Druffel* 1. c.) scribunt.

² Prelo prodiit, ut plurimae aliae orationes et similia documenta, brevi postquam est habita, Romae

in platea Parionis, 2 folia 40; inserta est copia in codice nostro post fol. 26. Praeterea extat apud *Le Piat* I, 46—52.

³ Quae protestationes recensentur a Massarello inter acta. Sine causa sufficienti *Druffel* (Mon. p. 367) rationem a legatis adductam, cur illi episcopi scrip tam

Quibus peractis Hercules Severolus promotor concilii petiit per notarios concilii unum vel plura fieri instrumenta.

8. Februarii 1.

De titulo. De ordine procedendi. Num classes instituendae. De receptione librorum sacrorum.
De potestate praesidentium.

z7v Die lune 8. Februarii fuit congregatio generalis, in qua card. **de Monte** dixit se duo habere, quae patribus diceret de preterita sessione, et duo de his, quae ad futuram pertineant. Quorum primum est de titulo decretorum promulgatorum. Quodaquidem, si recte inspiciatur, satis amplum est et decorum, cuius rei testes locupletissimi nobis sunt, ut sepius dictum est, antiqua omnia concilia, quorum nullum reperitur usum fuisse hoc quoda a nobis eflagitatura titulo. Nec quisquam exemplum Constantiensis concilii nobis obiciat, quoniam valde diversa ratio est in illo, tempore scismatis congregato, et in isto, quod sub vero, solo et indubitato papa convocatum fuit. Addamus, quod synodus illa Constantiensis non dicit verba illa de omnibus conciliis, sed de se tantum loquitur. Sed quicquid sit, habemus posteriora exempla, concilii silicet Florentini et Lateranensis, in quibus nunquam tali titulo synodus presente papa usa est, quod tamen magis facere poterat. Quamobrem hortor et precor eos, qui dissenserunt, ut velint tandem sententiae maioris partis acquiescere, nec ultra de re tam frivola tamque nullius momenti verba facere et rerum graviorum cursum et tractatum impedire. Alterum caput est, quod pertinet ad illud, quod ordinatum fuerat, ; ut simul et semel tam de fide quam de moribus tractaretur et procederetur in utroque. Cuius rei causa nonnulli doluerunt, silicet quoniam sibi videatur a nobis absque aliqua causa pretermisum, ne super id, quod ordinatum fuerat in preterita sessione, statueretur decretum. Qua in re rogo patres, ut boni consulant, quod a nobis non sine magna et urgente ratione factum est. Primum quero ab iis, quid propterea perierit synodo. Certe quando substantia decreti manet, nihil perit. Si enim quod scripto quidam desiderant re ipsa prestabitur, nonne omnes, qui nostras intuentur actiones, magis laudabunt nos, quam fecissent videntes aridum et adeo siccum decretum, ut nihil contineat preterquam quod pontifex noster sepius in suis litteris dixit, (nempe ut profiteremur tractaturos nos de fide et moribus) d. Cuius decreti verba cum mihi ostensa fuissent, non potuerunt mihi placere; quamobrem addendum putavi, ut citarentur absentes ad (veniendum et) contradicendum, (et alia quedam, quae mihi pernecessaria videbantur) Quod tamen quoniam aliquibus magne estimationis viris non placuisset, abstinui ab eius lectione in congregatione. Equi igitur et boni quod factum est omnes consulant et porro sciant nos adeo honoris et incrementi huius synodi studiosos esse, ut nihil nobis magis cordi sit. | Quod attinet ad ea, quae deinceps tractanda erunt, cogitavimus optimum esse, si in primis, antequam ulterius progrediamur, declarentur a nobis et sancta hac synodo, quae scripture sint canonice, et quae non. Nam si hoc fecerimus, scient omnes, quibus armis uti velimus contra adversarios nostros, et nostri, quorum aliqui debiles sunt et adeo titubantes, ut iam nec evangelii quidem ubique plenam fidem adhibeant, confirmabuntur. Quamobrem de hoc, si vobis placuerit, tractabitur in privatis deputationibus, et deinceps etiam in publica congregatione. Reliquum est, ut sciatis ad privatas illas congregationes nos devenisse, ut labor minueretur, non ut augeretur, et propterea videtur nobis, ut a congregationibus

a sic. b M s. is. c M s. propterquam. d add. in marg. e add. supra lineam. f M s. hgc.

protestationem dederint, in dubium vocavit, Pallavicino et Levae credulitatem exprobrando. Dicunt legati episcopos ita egisse *per fare manco rumore*, et quamvis votum scriptum non minoris sit ponderis quam viva voce prolatum, tamen multum interest, deturne protestatio scripta ad satisfaciendum conscientiae, an moveatur altercatio inter patres in sollemni sessione. Ea de causa card. de Monte in congregatione 12. Ian. 1547' ipse iubet eos, qui aliquam decreti partem non probent, id in ipsa sessione chirographo manu propria subscripta significare (cf. Severolus ad h. d.). Verbum *dixerunt*, quo utitur Pratanus (Ze Piat VII, 2, 14), non est premendum.

1 Raynaldus ad annum 1546, n. 17 et 18, transumpsit maiorem partem eorum, quae dicit auctor noster de hac congregatione. Severoli relatio nunc primum nobis exhibet eius acta authentica, quare et Massarelli diario I est praeponenda, cum secretarius narrationibus per colloquia acceptis et litteris legatorum (quae ob causas faciles cognitu non semper plenam et integram veritatem exhibent) nitatur. Ne ipse quidem nimium suo diario credidisse videtur, cum postea in scribendis actis epitome potius Severoli, etsi admodum brevis est, uti maluerit, quam suis ipsius notationibus. Cf. Prolegomena.

istis generalibus abstineamus tantisper, donec ex privatis aliquid hauserimus, quod dignum sit, ut in generali congregatione statuatur.

Addidit card. **S. Crucis** pleraque verba ad comprobationem eorum, quae a card. de Monte dicta fuerant de sessione preterita, laudavitque, ut omnino ab hoc tam necessario principio post fidei confessionem auspicarentur patres ad plurium imitationem, qui ante nos ita faciendum esse existimarunt, et in primis sancti apostoli, ut habetur in eorum canone penultimo et ultimo², et in concilio Laodicensi et aliis conciliis, quorum apud nos magna est auctoritas.

Dicte sunt deinde a patribus sententiae. Quorum primus card. **Tridentinus** cardinalis de Monte sententiam tam super approbatione librorum quam super congregationibus generalibus non habendis (laudavit) b.

At **Giennensi** videbatur nullo modo nos posse neque debere ponere in contrariam id, quod a tot conciliis et sanctis patribus probatum fuerat, sed simpliciter loca illa colligere et absque aliqua hesitatione firmare. De congregationibus vero nullatenus sibi videri dimittendas esse generales congregationes propter particulares. Ceterum quod de decreto dictum fuerat, nihil ulterius querendum esse, modo re ipsa prestetur, quod ordinatum fuerat.

Cuius sententiam plerique probaverunt. Nonnulli tamen, et in primis **generalis Servorum**, hunc laborem superfluum esse existimabat³, quoniam, inquit, in scripturis sanctis nulla est inter nos et Luteranosa controversia, et quamvis plerique ex ipsis epistolam Pauli ad Romanos⁴ non esse Pauli, et alteram Iacobi eius non esse contendunt, probant tamen ipsas uti a spiritu sancto dictatas. Quamobrem frustra hoc assumimus negotium, quando ipsi re ipsa nobiscum conveniunt, licet verbo dissentiant.

Contraria tamen placuit sententia.

De congregationibus vero generalibus statutum est probantibus omnibus, ut una congregatio generalis esset in qualibet hebdomada⁵ feria sexta, particulares vero j conventus toties haberentur, quoties necesse esset.

Illud tamen non est omittendum, quod **Astoricensis** 6 dixit cardinali de Monte: Rogo, inquit, Rm^e preses, quando Tua Rm^a Dñi dixit decretum sibi non placuisse, et propterea illum a reiecit, qua auctoritate id vobis facere licuit. Non dico disputandi gratia, sed quia scire hoc et adiscere cupio, quoniam mihi nullatenus videtur posse presidem sua auctoritate id reicere, quod synodus probavit. Ego quidem sub pluribus presidentibus consiliariorum Caesaris munus iudicandi in Hispania sustinui, neque mihi videor vidisse ipsos presidentes a Cesare nostro deputatos tale quid unquam sibi usurpasse.

Cui card. **de Monte** Satisfaciam, inquit, petitioni et dubitationi vestre, quoniam tam benigne me interrogastis. Et primum scire vos volo, quod id, quod a me factum fuit, poterat pene fieri a quolibet alio de concilio, scilicet⁷ antequam decretum promulgaretur ei addere et demere quicquid opportunum videatur; (nam firmatum quidem erat decretum sive res decernenda, verba autem decreti nequaquam) Ceterum quod ad auctoritatem presidentie attinet, longum esset omnia referre, quae mihi et collegis meis presidentie causa licent. Unum illud teneo indubitanter, ut omnia nobis liceant, quae a iure prohibita nobis non reperiuntur. Quod satis ex generalitate nostri mandati patere potest.

Quibus ab eo dictis Astoricensis nec verbum quidem addidit, ita ut magis probare videretur, quod a cardinali dictum fuerat, quam improbare.

a sic. b add. (secunda manu?) supra lineam. c Ms. ebdomada. d deletum diu. e add. in marg.

¹ Dixit praecipue de titulo decreti, sc. de verbis *universalem ecclesiam repraesentans*, ut refert Massarellus in diar. III, qui propter familiaritatem, qua utebatur cum suo patrono, facile id scire poterat.

² Spectat ad hodiernae numerationis canonem 85. et — ut mihi videtur — ad admonitionem finalem, quae extat in pluribus codicibus.

³ Celebrato inter annos 343 et 381, verisimiliter 360 (*Hefele*, Conc.-Gesch. I 2, 746 ss.), can. 60. *Bruns*, Biblioth. eccl. I, 1, 79.

⁴ Sine dubio generalis dicebat epistolam ad Hebraeos, ut apparet ex Cervini oratione habita in classe 11. Februarii (*Theiner* I, 5^a a) ⁵ nec notum est epistolam ad Romanos Paulo tum abiudicatam fuisse.

⁶ Non intelligendum est *altera* in ordine epistula-

rum Iacobi, quae minime extat nec umquam extare credita est, sed altera in ordine earum, quae impugnantur. Hoc modo omnes coniecturae, quibus emendare textum conati sunt *Maurenbrecher* (*Histor. Taschenb.* 1888, p. 313), *Druffel* (*Mon.* p. 387), *Seeberg* (*Beiträge zur Entstehungsgeschichte der Lehrdekrete des Concils von Trient*, in *Zeitschrift für kirchl. Wiss. u. kirchl. Leben* XI [1889] 552), supervacaneae fiunt. Saeculo XVI. vox *alter* saltem ab Italis saepissime pro *alius* usurpatur, similiter ac lingua Italorum dicitur: *un altro*.

⁷ Non in fine congregationis Asturicensem hoc dixisse et ex Severoli verbis colligitur et Massarelli diario III clare probatur, qui accuratorem hic rerum seriem explicat, quam ille.

11. Februarii.

Classes.

30t Die Iovis fuerunt congregationes particulares, quas brevitatis causa, et quia ea omnia ipsa in generalibus congregationibus tractanda erunt, omittendas esse censui.

12. Februarii.

De receptione librorum sacrorum, quos omnes probandos esse decernitur.

Die Veneris 12. Februarii fuit congregatio generalis, in qua **Rms de Monte** prefatus dixit: Noverunt paternitates vestre, qualiter omnis fides nostra ex revelatione divina est. Hanc revelationem tradidit nobis ecclesia partim ex scripturis, que sunt in veteri 5 et novo testamento, partim etiam ex simplici traditione per manus. Igitur ut omnia ordinate a nobis tradantur et proficiantur, sequens est, ut post fidei professionem a nobis factam scripturas quoque sanctas probemus; quo peracto deinceps quoque de traditione ecclesiastica, que sine scriptura est, in alia tamen congregatione, discutimus, et successive, si qui abusus tum in vertendo ipsas scripturas, tum etiam si videbitur in 10 docendo et predicando illas invenerimus, eos quoque recidere extra propositum non erit. Nunc de scripturis agamus, de quibus in particularibus conventibus heri habitus est sermo. Et ut dicam, quid ex conventibus illis hauserimus, omnes fere probarunt, ut omnes libri sacri tam veteris quam novi testamenti ita probarentur, quemadmodum a pluribus sanctis conciliis probata⁶ fuerunt, et novissime in concilio Florentino. Qua in re rogamus nunc 15 in plena hac congregatione patrum sententias.

Quibus addidit card. **S. Crucis**: Duo ego subiciam, que in mea particulari congregatione tractata fuerunt. Unum est, an facienda sit simpliciter approbatio ipsarum 30v scripturarum, sicut Florentinum et vetusta concilia [fecerunt], an magis distinguere, qui sint libri sacri, ex quibus fundamenta nostre doctrine eruantur, qui vero sint canonici quidem, 20 sed non tales quales priores, sed ideo recepti ab ecclesia, ut ex iis multitudo instrui possit, quales sunt liber Sapientie, liber Proverbiorum et si qui sunt similes. Idque videretur e re esse, quoniam ambiguum est valde nec adhuc ab ecclesia determinatum, quamvis et Augustinus et Hieronimus et alii veteres sepius <(de his nonnulla) tradiderint³. Alterum est, an sicco pede approbatio ista a nobis facienda sit, an vero additis rationibus et 25 solutis argumentis, quibus adversarii maxime innituntur ad confringendas multas ex scripturis sacris. Hic enim, ut nostis, potissimum ab ipsis infringuntur: liber Machabeorum, quem penitus reiciunt, epistola Pauli ad Hebreos, una Petri et altera Iacobi epistula canonica³, item Apocalypsis Ioannis et alia quedam.

Tunc dicte sunt a patribus sententie, inprimisque **Tridentinus** laudavit, utb, tametsi 30 omnes scripturas, quas Florentinum concilium enumerat, ipse probaret, non tamen ante probandas censebat, antequam adversariorum rationes audirentur et dissolverentur.

At **Giennensi** contraria placebat sententia, nempe ut nulla habita discussione nulloque tractatu ita omnes libri probarentur, quemadmodum a Florentino concilio probate fuerunt, ita ut nec differentia aliqua inter libros adnotaretur. 35

Cuius sententiam omnes fere secuti sunt, ita ut nemo de approbatione librorum dissentiret. Aliqui tamen, nec pauci quidem, et inprimis **Fanensis** episcopus disputationem 30r omnino reiciendam esse dicebat³; ceterum j disquisitionem faciendam putabat exemplo apostolorum, qui cum de legalibus legis veteris reiciendis a nonnullis dubitaretur, conquisitione facta sententiam dixerunt; quam quidem conquisitionem non ideo fecerunt, ut dubi 40 tarent ipsi, sed ut debiles in fide conquisitione illa confirmarent. Ita nos ad exemplum illorum posse nostra tutari et confirmare, adversariorum vero argumenta dissolvere.

a M. s. proparunt.

b sic.

c add. in marg.

1 Dimidiam fere horum actorum partem paucis mutatis exhibet Raynaldus ad annum 1546, n. 19. Massarelli acta omnino nituntur in his, quae partim verbatenus transumpsit.

2 Fanensis episcopus et Seripandus in classi, cui praesidebat Cervinus, hoc consuluerant; cf. Acta.

3 Ne hic quidem (cf. supra p. 29, n. 5) emendatione opus est; nam una-altera dicitur in ordine

epistularum catholicarum, de quarum authenticitate dubitabatur. (Epistolae catholicae vocantur *canonicae* x. i. iam a Damaso papa in decreto Gelasiano, ab *Iunilio*, Instit. reg. div. legis 1, 6 [M. 1. LXVIII, 19; ed. *Kihn* in appendice libri »Theodor v. Mopsuestia und Iunilius Africanus als Exegeten«, Freiburg i. B. 1880, p. 479] et *Cassiodoro*, Inst. div. script. 8 [M. 1. LXX, 1120]). Cf. p. 29, adn. 5.

De librorum vero discrimine, tametsi plures rem utilem nec minus quidem necessariam eam esse iudicarent, plurium tamen sententia prevaluisse visa est, ut questio huiusmodi posteris intacta relinqueretur, quemadmodum nobis a nostris patribus relicta fuit. Addidit **generalis Servorum**, omnino relinquendam esse intactam huiusmodi questionem, quoniam in his, in quibus inter se Hieronimus et Augustinus dissentiunt non consuevit ecclesia iudicium suum interponere.

Dictis sententiis card. **de Monte** dixit: Ut mihi quidem videtur, omnes pene, uno tantum et magni quidem nominis, excepto, probant, ut ita probentur libri, quemadmodum in Florentino concilio probati fuerunt. De disquisitione vero facienda certe, ut dicam quid sentiob, mihi videtur extra propositum, et esset ostendere nos de nostris principiis dubitare, et eo maxime, quia legem prescriptam habemus per Gelasium in c. **Maiores**¹, ne silicetb disputemus ea, quae semel a nostris patribus determinata et discussa fuerunt. Verum quoniam hodie satis dictum videtur, si placet Dominis, omnia indiscussa ad sequentem congregationem reiiciamus.

Tunc card. **S. Crucis** Quoniam, inquit, inter nos colloqui non potuimus, addam et ego sententiam meam. Ex his tribus, quae a nobis proposita fuerunt, alterum caput, quod est de approbatione earum scripturarum, quae a maioribus nostris comprobatae fuerunt et precipue per canonem ultimum apostolorum, per concilium Laodicenum², per concilium Cartaginenseb tertium³ et Africanum quartum⁴ et postremo per Eugenium in concilio Florentino⁶, ut mihi quidem videtur, quoniam inter nos est extra omnem controversiam, decretum firmandum esse arbitror. Et non iniuria quidem, quoniam patres illi, qui Florentino concilio interfuerunt, et doctissimi fuerunt et magnopere in hac re diligentes et accurati, ut ex comprobatione eorum animadvertere possumus. Et imprimis respiciamus ad librum Hesdre, quoniam duo quidem sunt eius libri posteriores, qui a plerisque apocryphi⁵ reputantur, eos non plane approbavit Florentinum concilium, sed simpliciter dixit Hesdre⁶. Sic et in aliis plerisque locis caute admodum processerunt. Secundum vero caput, de disquisitione facienda, mihi placeret summopere, non quidem hereticorum, sed nostri causa, ut silicetb et nos et episcopi omnes interrogati de his possimus reddere rationem omni poscenti.

Interrogob, inquit card. **de Monte**, an hanc disquisitionem velitis deinceps in gestis concilii apponere, an non, et si vultis, an ante decretum, an post.

Cui card. **S. Crucis**: Hoc synodo deliberandum relinquam. Mihi tamenb ut disquisitio habeatur placet; quomodo vero facienda sit vel qua via, deliberandum censeo.

Tunc et card. **Anglicus** idem quod card. S. Crucis dixerat faciendum esse probavit, cardinali **de Monte** dissentiente.

Mox j card. **Tridentinus** e sententia recedens libros omnes probandos esse laudavit, uti a patribus dictum fuerat.

Tunc card. **de Monte** Quando, inquit, hodie super iis inter nos non convenimus et congregatio satis longa fuit, reiiciamus haec ad sequentem congregationem. Et ita soluta est congregatio.

15. Februarii.

De receptione librorum sacrorum. Num distinguendum sit inter singulos libros, et num disquisitio facienda.

Die lune 15. eiusdem fuit congregatio generalis, in qua card. **de Monte** dixit: In proxima congregatione tria proposita fuerunt, primum silicet\ an libri veteris et novi testamenti omnes recipiendi suntb, qui ab aliis conciliis, et precipue a Florentino recepti fuerunt; secundum, an inter librum et librum sit distinguendum, ut maior aucto-

a M.s. discentiunt.

b sic.

c M.s. apographi.

a M.s. discentiente.

¹ c. 2, C. 24, q. 1. ² Cf. p. 29, adn. 3.
³ Celebratum a. 397, can. 47 (36). *Bruns*, Biblioth. eccl. I, 1, 133; *Denzinger*, Enchiridion (7 Wirceburgi 1895) n. 49 > P' 14.

⁴ Vix aliam synodum intellegere potest quam concilium Carthaginense IV. (a. 398 habitum) quod antiqui dixerunt, vel *statuta ecclesiae antiqua*, de quibus diuturna est controversia, in quorum primo canone de Deo veteris et novi testamenti auctore est sermo tra. 1, 1, 40). Vel perperam indicem, quem dat

Innocentius I in epistula sua ad Exuperium Tolosanum c. 7, ad hanc synodum traxit, quam in Cervini collectione ille fortasse sequebatur.

⁵ Bulla Eugenii IV *Cantate Domino* (decretum pro Iacobitis) 4. Februarii 1442 apud *Harduin*, Conc. coli. IX, 1031. *Raynald*. 1442, n. 1—7. *Denzinger*, Enchiridion n. 600, p. 166.

⁶ Duos libros Esdrae habet canon modernus, quorum alter nonnumquam vocatur Nehemiae, ut in concilio Florentino.

ritas tribuatur uni quam alteri; tertium, an aliqua disquisitio facienda sit et rationes adversariorum dissolvende. De primo quando omnes convenire videmur, ut siliceta libri probentur, nunc de reliquis duobus a vobis dicende sunt sententie; nos autem id facile probabimus, quod vos probasse cognoverimus.

Tunc **Tridentinus** cardinalis: Facile adducor, ut probem libros recipiendos esse, et sine distinctione quidem, quemadmodum a patribus nostris traditi sunt. Verum non ante hoc faciendum puto, quam rationibus adversariorum convulsis et prostratis. Quod nisi fecerimus, vereor equidem, ne ipsi, qui iam invisos nos habent, ne tantillum quidem faciant concilium et j auctoritatem nostram. Sunt etiam alii, qui si audiverint nulla ratione nos moveri, sed pro ratione haberi, et summa quidem, omne quod a patribus nostris decum 10 est, minus profecto nobis credent. Hocque omnino faciendum esse exempla patrum nostrorum nos movere possunt, nam quoties de verbo *omusiona* a veteribus illis etiam post Nicenum concilium disceptatum est¹, quoties adversantes rationibus convicti? Profecto sepius.

At **Giennensi cardinali** contraria placebat sententia, ne siliceta disquisitio aliqua fieret omnino, ne adversarii ipsi aliquando gloriari possint, suis rationibus veritates nostras et patrum nostrorum traditiones nobis dubitabiles reddidisse. Qamobrem, inquit, ne ulterius ab aliquo de re huiusmodi oriri possit dubitatio, sub pena anatematis probandos omnes libros nostros censerem, et ita nostri quoque, quorum aliqui, et imprimis Gaetanusa ille noster non erubuit² de plurium librorum nostrorum auctoritate disputare et ipsorum aliquos ceu apogrifosa refutare¹, (taliam amplius facere non auderent)⁴. 20

Dicte sunt deinceps (graves)⁶ a patribus sententie, et ita varie quidem in hoc articulo de disquisitione facienda vel non facienda, ut difficile fuerit cognoscere¹, an plures Tridentini an Giennensis sententie assentirent. Librorum vero approbationem a et sine distinctione quidem fieri omnibus pene placuit, j non paucis probantibus, ut anathema quoque in decreto approbationis adiceretur. 25

Tunc card. **de Monte** auditis omnium sententiis dixit: Duo iam inter nos dubitatione carent, unum, ut libri recipiantur, alterum, ut sine distinctione. De tertio vero, quando video non modicam esse controversiam, hanc, si placet, sopire poterimus, si placuerit Dominis hanc nobis controversiam condonare; nam certum est, quod nolumus, ut rationes iste et conquisita argumenta in actis registrari^o, et ideo faciemus nos legati, ut plures 30 theologi huic oneri conquirendarum et dissolvendarum rationum incumbant, ex quibus deinceps faciemus quod nobis libuerit. Et tamen, ut vere dicam quid sentio², nunquam mihi placuit hec conquisitio, quoniam pati non possum, ut de nostris principiis ineatur disceptatio.

Cui card. **Giennensis** Maior, inquit, pars probavit, ne conquisitio fieret omnino.

Id **Tridentinus** negabat, et nec bene nec cum dignitate rem tantam tam sicco pede pertranseundam esse censebat, ne adversariis daretur ansa vocandi concilium istud papisticum, quod plane facient, si ita nos in sententiam ire cognoverint. 35

Ita multis nullo servato ordine disceptantibus res diu protracta est. Tandem, ut huius rei finis aliquis inveniretur, quoniam et de anatemate ponendo controvertebatur inter plures, divisim interrogata sunt patres | a promotore concilii, et primum an placeret^{4°} omnibus, ut libri omnes comprobarentur, qui in Florentino concilio probati fuerunt. Et omnes responderunt *placet*. Deinde interrogata an placeret, ut in decreto anathema apponeretur.

Card. **de Monte**, qui una cum collegis legatis pro uno voto computatur, respondit *placet*, eumque secuti sunt **Giennensis** et alii viginti duo. Cum **Tridentino** vero, qui anathema prorsus reiiciebat, fuere quatuordecim, (et ita plurium votis concurrentibus 45 statutum est, ut anathema apponeretur)^d.

Rursus controversia super disquisitione facienda orta est, tandemque pluribus placere visum est, ut omnes cogitarent domi sue et disquisitionem propriam facerent, et si quis

a sic.

b *deletum* et hereticorum rationes convulse sunt.

c *corr. pro* erubuerunt.

d *in marg.*

e *add. supra lineam.*

f M. s. cognoscere.

¹ Apud multos suorum aequalium, quin apud sui ipsius ordinis theologos Caietanus pessime propter commentarios, quos in sacram scripturam ediderat, audiebat, e. g. apud Ambrosium Catharinum, qui et ipse concilio interfuit et libros sex invectivarum contra eum edidit, apud Alphonsum de Castro et Gabr. Prateolum, qui eum haereticum appellant. Minus severum est iudicium Melchioris Cani (Locis

theol. 773>5)> aequissimum Paliavicini (VI, 17, 2: 18, 2). Cf. *Quetif et Echard* Scriptores ord. Praed. II (Paris. 1721)> 14- *Hausle* et *Scheeben*, Kirchenlexikon II 2, 1679. Librum, quem 1881 edidit *Sckillbach*, De vita ac scriptis Thomae de Vio Caietani, non vidi.

² Abhinc usque ad verba *protracta est* (lin. 38.) particula impressa extat ap. Raynaldum 1546, n. 20, qui perverse ad 12. Febr. eam traxit.

studiis teologalibus non satis imbutus hoc facere per se non valeret, adhiberet teologosa, et si quid preterea desideraret, legatos quoque ipsos adire posset, <qui D.D. legati poterunt facere, ut teologi^o faciant aliqualem disquisitionem, non tamen auctoritate synodi, sed propria>b. Et ita soluta est congregatio, que ad tertiam pene horam noctis protracta est.

18. Februarii.

Quae in classibus sint disputata.

Die Iovis 18. Februarii fuerunt congregationes particulares, in quibus propositum fuit an, postquam statutum fuerat recipiendos esse libros veteris et novi testamenti, placeret, ut sequenti loco de traditionibus apostolorum sermo haberetur, an magis, ut de abusibus scripturarum decerneretur, antequam de traditionibus fieret sermo. Et a maiori parte in omnibus congregationibus probatum est fuit, ut prius traditiones quoque recipere, et deinceps abusus tam traditionum quam scripturarum purgarentur.

23. Februarii.

De classibus hac die habitis.

Die martis 23. eiusdem fuerunt congregationes particulares, in quibus actum est, ut traditiones apostolorum reciperentur una cum scripturis sacris et ex unaquaque congregatione deputati sunt unus theologus, alter canonum professor ad concipiendum decretum.

26. Februarii.

De recipiendis traditionibus una cum libris sacris. Deliguntur patres ad decretum formandum.

Die Veneris 26. eiusdem fuit congregatio generalis hora et loco solitis, in qua etiam card. **de Monte**, tametsi podagra graviter laboraret, interfuit et patribus exposuit, se ex his, que in proximis congregationibus tractata fuissent, duo collegisse, unum ut traditiones reciperentur, alterum ut decreti conscriptio demandaretur aliquibus. Quibus expeditis erit, inquit, presens congregatio expedita.

Addidit card. **S. Crucis**: Volo vos scire, patres, in congregatione, que coram me habita est, aliquos¹ animadvertisse, ne simpliciter apostolorum traditiones reciperentur, ne una cum aliis eorum traditionibus et obsoleta quedam recipere videremur, veluti illud quod tradiderunt, a sanguine et suffocato abstinendum esse. Quibus dictum fuit nolle nos omnes apostolorum traditiones recipere, sed eas duntaxat, que per ecclesiam recepte ad nos usque pervenissent. Alios quoque desiderasse, ut traditionum enumeratio fieret; quod tamen a nobis in eadem congregatione receptum non est, quia nunc agimus, an sint traditiones, quales vero sint, particulariter suo j [loco] tradendum erit.

Mox dicte sunt a patribus sententie, primusque card. **Giennensis**, quoniam Tridentinus aberat, probavit traditionum receptionem; enumerationem autem traditionum fieri periculosum⁰ esse dixit, et propterea ab illa omnino abstinendum. De deputandis vero ad decretum faciendum placebat, ut hii essent, qui in congregationibus particulare nominati fuerant.

Giennensis sententiam[^] de traditionibus recipiendis omnes pene probarunt. Placebat tamen archiepiscopo **Turritano** et nonnullis aliis, ut generaliter omnes ecclesiastice traditiones susciperentur, ne, si de apostolorum tantum traditionibus mentio fieret, reliquae reiectae et explosae viderentur. Quod tamen receptum non est ea scilicet⁰ ratione quoniam de aliis quoque traditionibus suo deinceps loco agendum esset.

At **Clodianus** episcopus nullo modo traditiones apostolorum simpliciter accipiendos esse censebat. Cum enim, inquit, pro explorato habeamus omnia, que ad nostram salutem pertinent, in libris sacris scripta esse, nescio qua ratione velimus nisi aliqua specificatione facta et matura discussione prehabita illas recipere, nisi forte hic agere

a sic. > add. in marg. 0 deletum de receptione traditionum ab apostolis nobis relictarum.

¹ Fuerunt procurator cardinalis Augustani (Cladius Jaius S. J.) et Seripandus; cf. acta congregationis Concilium Tridentinum. I.

particularis apud *Theiner*, Acta 55b, 56^o et Seripandi relationem ad hanc diem.

velimus quemadmodum de receptione librorum actum est, qui sub pretextu auctoritatis Florentini concilii recepti sunt, cum tamen bulla Eugenii super hoc confecta longe post dissolutionem ipsius Florentini concilii edita fuerit, ut ex eius data aparerea potest. Quod vero ecclesiasticae traditiones vel sub nomine ecclesiasticarum nunc fieret decretum, nullo modo se prolaturum dicebat, quoniam tot ieiuniorum indictiones, tot ceremonie, s que plerumque frustratorie^a essent, nimis populum christianum pregravarent.

35r **Fesulanus** | episcopus ex scripto sententiam proferens valde condoluit quod, cum duo proposita prius in particularibus congregationibus fuissent, alterum quidem caput de traditionibus, alterum vero de scripturarum abusibus, de uno tantum in presentiarum sermo fieret, nempe de traditionibus. Qua in re animadvertendum esse dicebat, ne io propterea et inconstantes et leves ab omnibus reputemur.

Astoricensis vero episcopus admodum se dolere dixit, quod in re, que nullam haberet difficultatem, iam mensis pene integer absumptus foret, cum certe totum hoc negotium, videlicet de libris et traditionibus recipiendis, una congregatione perfici potuisset. Pergamus igitur ad abusum non solum scripturarum, verum etiam, quod magis 15 refert, hominum, et non conteramus frustra tempus.

Tum **Britinoriensis** episcopus, quasi Fesulano succensere vellet, inquit: Non possum, patres, quosdam equo animo ferre, qui eorum sententiae quoniam adversari nefas putant, cum ipsi omnium sententiis semper se adversarios prebeant. Fuit quidem propositum, utrum placeret prius de abusibus scripturarum, quam de traditionibus 20 discutere, sed placuit maiori parti, immo omnibus, tribus aut quatuor exceptis, ut prius de traditionibus ageretur^o. Quomodo igitur possumus inconstantes iudicari, si id agimus, quod universi patres probarunt? Inconstantes porro et nullius iuditii essemus, si relictis tot amplissimorum patrum sententiis ipsos sequeremur.

35v De enumeratione traditionum plures Giennensis sententiam probavere. Placebat 25 tamen **Senogaliensi** episcopo, ut enumeratio aliquarum precipuarum fieret, quo magis adversariorum machinas subverterent, alias vero sub generalitate comprehendi, ne pretermisse viderentur. Cuius sententiam secuti sunt nonnulli. Additum quoque a nonnullis fuit, ut septem sacramentorum[¶] quosa precipue ex apostolorum traditionibus habemus, in eodem decreto anecterentur. 30

Contraria sententia obtinuit, ut silicet³ nulla fieret specificatio. De decreto vero faciendo omnes onus in electos in congregationibus vel ad eligendos per presidentes reiecerunt.

Omnium votis explicatis card. **de Monte** Diutius, inquit, congregatio nostra protracta est, quam ab initio concepissem. Quod propterea evenit, quoniam multi, immo omnes fere super eo, quod non sunt rogati, sententias dicunt, nec quisquam est, 35 qui tametsi nihil habeat plus, quam alius dixerit, idem nihilominus repetere malunt, quam in alterius sententiam ire. Et propterea non nostra est culpa, si, ut aliquis patrum dixit, uno mense tam pauca constituimus; non enim possumus nos, antequam unum quod propositum est perficiatur, ad alterum pertransire. Propterea si patres deinceps^d in dicendis sententiis modum habebunt, plura faciemus, quam hactenus facta sint; sin 40 minus, omnis culpa vestra erit. Quod vero dictum est, ut abusus nedum scripturarum, sed etiam hominum pertractentur, non sat intelligo, quippe cum sciam scripturarum 36r abusus non ex libris ipsis, sed ex hominibus provenire. | Ceterum de aliis abusibus hominum suo loco pertractabitur; nunc de his, que proponuntur, agendum est. Ad Clodianum vero episcopum conversus dixit: Bulla ipsa Eugenii, quamvis data sit post 45 finem concilii, tamen habet insertam bullam aliam in se, que fuit in Florentino concilio edita, ut apparet in eius data, et hec est bulla, in qua fit librorum mentio¹.

Addidit card. **S. Crucis**: Quoniam de aprobatione librorum facta in concilio Florentino plerosque dubitare conspicio propter aprobationem libri Baruch, quando in aliis libris habet Africanum et Cartaginensem concilium autores², volo vos scire, quod liber 50 ipse Baruch etiam a vetustissimis patribus nostris⁶ receptus fuit, ut videre est in libro Athanasii, qui Omocanon³ a Grecis nuncupatur, ubi expresse Baruch una cum Zacharia

a s(c) b J(f)S frustratorie. c Post haec verba deletum est Quare igitur ad normam istorum quatuor contra ceterorum sententias agendum sit non video. d M s. deinceps. e M s. nostri.

1 Uberiorem huius orationis epitomen exhibent acta {Theiner I, 59}, pro qua conficienda Massarellum schedis cardinalis usum esse coniecerim. Recte dixisse legatum monuit Hefele, Conc.-Gesch. VII, 781.

2 Cf. supra p. 31, 1. 25.
3 Athanasius non scripsit nomocanonem — hoc genus scripturae posterioris est aetatis —, sed eius epistula 39 (Migne, Patr. gr. XXVI, 1436) exhibet indicem librorum

recipiunt" tanquam unum duntaxat prophetam. Quo factum est, ut alia concilia deinceps crediderint aprobandoa Zachariam et Baruch tanquam eius sequelam aprobasea

1 Tum card. **Anglicus**, cum adversus Fesulanum et Astoricensem oculos coniecisset, Sunt, inquit, aliqui, qui nos ut leves et inconstantes, alii vero, qui ut tardos et in re nihili
5 diutius laborantes acusanta. Quod profecto non alia ratione illis evenire puto, nisi quod ipsi satis ea, que tractantur, non intelligant. Nanque si considerarent hii, quomodo satanas hoc tempore nos cribrare cepit, quomodo, inquam, omnis nostra religio ab ad versariis nostris in dubium revocatur, profecto non parum nos fecisse neque rem nihili putarent in receptione librorum et traditionum. Que quidem res tanti momenti sunt, ut
10 nihil maioris potuisset fieri. Est enim ecclesia ista tanquam castrorum acies ordinata, que non ante ad bellum neque ad certamen progredi potest, nisi prius ordinetur. Hic nempe est ordo, ut prius muniamur armis, deinceps vero, ut decertemus | cum adver sariis. Qui quidem ordo mox omnibus patebit, cum decertandum erit. Et quia aliquis descendendum esse ad hominum abusus dixit, sciat, quod expeditis abusibus scripturarum
15 (et traditionum)^b erit expedita maxima pars totius negotii nostri; nam abusus scripturarum sub se continent ordinem et modum predicandi verbi Dei et libros ipsos interpretandi, traditionum vero abusus totam pene disciplinam ecclesiasticam respicere videntur. Nam et confessiones et omnes ceremonie nostre ad ipsas traditiones respitiunt.

Que cum dixisset, interrogata sunt patres per card. **de Monte**, an eis placeret, ut
20 in decreto de recipiendis libris una et traditiones apostolorum reciperentur, et omnes pene responderunt placere. Deinceps interrogata sunt iterum patres, an eis placeret, ut onus conficiendi decreti esset eorum, qui in particularibus congregationibus nominati fuissent. Qui sunt hi, videlicet: archiepiscopus Turritanus, archiepiscopus Materanus, archi episcopus Armacanus, episcopus Feltrensis, episcopus Pacensis, episcopus Belcastrensis.
25 Et omnes dixerunt *placet*.

Postremo vero card. **de Monte** admonuit omnes, ut se prepararent ad dicendum in proximis congregationibus de abusibus scripturarum et traditionum. Mox soluta fuit congregatio.

1. Martii.

Congregationes particulares. De abusibus scripturarum sacrarum.

Die lune <i. Martii>" fuerunt congregationes particulares, in quibus tractatum est de
30 diversis abusibus scripturarum sacrarum, nempe de variis et dissonantibus translationibus, de doctoribus legentibus, de interpretibus scripturarum varia sepius dicentibus, de predicatione verbi Dei, qui esse debeant, per quos constitui, et que ipsi debeant predicare. Additum est de emendandis et purgandis missalibus et horariis et omnibus ad meliorem formam redigendis.

5. Martii.

Deputantur patres ad colligendos abusus librorum sacrarum.

35 Die Veneris 5. mensis Martii fuit congregatio generalis hora solita, in qua card. **de Monte** dixit: Audivimus vos, patres, in congregationibus particularibus docte et diserte de abusibus scripturarum diserentesa, et quoniam omnes fere convenisse videntur, ut deputatio fieret aliquorum, quorum onus esset colligere abusus singulos et eis medelam adhibere, proinde hodie convenimus huc, ut illos, si vobis placet, deputemus. Qui autem
40 sint elligendia, vos diiudicabitis.

Omnibusque annuentibus⁰, ut ad electionem deveniretur, card. **Tridentinus** dixit, se ellectionem a huiusmodi ad legatos reicere. Card. **Giennensis** dixit suo iuditio nomi nandos esse aliquos, qui in priori deputatione non fuissent nominati, et debere addi aliquos extra congregationem, ut etiam eorum, qui de corpore concilii non sunt, ratio
45 haberi videretur. Nominavit autem archiepiscopum Aquensem et cum eo aliquos ex con gregatione, duos autem extra congregationem.

a sic. b add. *supra lineam*. 0 Ms. anuentibus.

sacrae scripturae. Quae epistula inserebatur, ut opinor, Photii nomocanoni tit. 50 (cf. *Hergenrdther*, Photius III [Regensb. 1869], 96), quem latine vertit Gentianus Hervetus, Cervini familiaris (impressa est eius versio

Parisiis 1561, v. *Fabricius*, Bibi, graeca XI [ed. IV., Hamburg 1808], 23).

1 Raynaldus, ad annum 1546, n. 20, falso ad 12. Febr. hoc inseruit.

1 ridentini sententiam omnes secuti sunt, duobus aut tribus exceptis, qui nominatos
a Giennensi probarunt. Placuit legatis, ut hi deputarentur, videlicet: archiepiscopus
Aquensis, episcopi Senogaliensis, Cavensis, Castellimaris, Fanensis, Bitontinus, Astori-
censis | et generalis minister ordinis s. Augustini. Et his additi sunt tres extra congre-
gationem, videlicet frater Alphonsus de Castro Ispanus, frater [Ricardus]b Cenomanus 5
Gallus et frater Ambrosius Catharinus. Qui omnes haberent facultatem colligendi omnes
scripturarum abusus et remedia contra ipsos abusus. Quibus collectis omnia referrentur'
prius Rms legatis et deinceps in congregationibus.

Qua de re interrogata patres per promotorem concilii omnes responderunt: placet.
Mox card. **de Monte** dixit, qualiter super huiusmodi abusibus scripturarum habituri 10
essent congregationem die lune proxima, in qua intervenire omnes teologia, qui Tri-
denti sunt non habentes locum in concilio. Et hoc dixit duplici ratione fieri: una, ne
silicet tot reverendi patres, qui ex longinquis partibus huc accesserunt, viderentur a
sancta hac synodo neglecti, tum etiam, quia facile fieri poterat, ut ex tot virorum pro-
borum sententiis aliquid boni hauriretur ad ipsius et suorum collegatorum maiorem huius 15
rei eruditionem. In qua congregatione invitavit omnes praelatos ire volentes, ita tamen,
ut audientes sint, nihil autem dicant. Addidit quoque se cogitasse, ut theologorum et
doctorum huiusmodi congregatio saltem bis quolibet mense haberetur.

Et ita dimissa fuit congregatio, que propter carnis privium admodum brevis fuit 1.

17. Martii.

Disputatur de abusibus scripturarum. De translatione biblicorum in linguam vulgarem.

38r Die Mercurii 17. Martii fuit congregatio generalis in aula maiori, in qua **Rms de** 20
Monte exposuit, se ex nonnullorum fide dignorum relatu audivisse, qualiter sua et
suorum collegatorum familie in hoc carnis privio, dum nimis genio indulgere studuisset³,
non adeo belle neque uti decebat modeste se gessisse. Curabimus igitur, inquit, ne
amplius tale quid admittant; quamobrem vos quoque, patres, oratos volo, ut sue familie
unusquisque se legitimum a custodem prebeat, ac inprimis unusquisque se talem prebeat, 25
ut dignus ab omnibus iudicetur, qui in tanto consessu, ubi universum orbem iudicaturi
sumus, sedeant². Et quoniam debemus non solum boni esse, sed etiam tales in habitu
et ornatu apud omnes videri, propterea bonum esse iudicamus, ut vestimentorum ratio
a nobis habeatur. Solebant enim prelati omnes ante aliquot annos non aliter in pu-
blicum prodire, quam vestibus talaribus et caputio induti. Que laudabilis consuetudo 30
post direptionem urbis³ pene antiquata fuit. Quamobrem hortamur⁶ vos omnes, ut de
his ad invicem colloqui vellitis et quod tanto consessu¹ deceat deliberare. Non enim in
his legem aliquam vobis imponendam duximus, nisi quam vosmetipsi vobis imponetis. —
Erat hodie legendum decretum, quod mandavimus fieri super receptione librorum
38v scripture | sacre et traditionum apostolicarum. Verum quoniam non usquequaque per- 35
fectum est, reicietur ad proximam congregationem, et interim curabimus, ut ad omnes
Dominos eius copia deferatur. Nunc, ne tempus conteratur, referant patres, quibus man-
datum fuit, ut abusus scripturarum et remedia querent.

fune archiepiscopus **Aquensis** ex scripto recitavit, patres ad hoc deputatos inter
alios scripturarum abusus hoc precipuum adinvenisse 4: 40

Quod propter diversas biblicorum editiones diversasque translationes, quibus utuntur
legentes, disputantes et predicantes, sepius veritatem propter nimiam contradictionem
pugnando amittit. Propterea visum est huic morbo mederi posse, si unum biblicorum
volumen habeatur, quia ab omnibus allegetur, cuius auctoritas tanta sit apud omnes, ut
nulli liceat ad aliam editionem confugere. Que autem debeat esse biblia, visum est, ne 45
quid novum auribus inculcari videatur, ut a vulgata editione non recedatur.

sic. b lacuna in codice. c Ms. referrentur. d Ms. auriretur. e Ms. ortamur. f Ms. is.

1 Die 8. et 9. Martii fuerunt congregationes theo-
logorum; cf. *Massarelli* diar. III et acta.

Quo potissimum spectaverit haec admonitio, luce
clarius est legentibus ea, quae *Massarellus* in diar. III
ad 3. Martii narrat de choreis ductis in palatio car-

dinalis Tridentini, et maxime ea, quae Cervinus de
eiusmodi rebus iudicabat. Cf. *A. v. Druffel*, Sitzungs-
ber. d. K. Bayr. Acad. 1875, II, 446 s.

3 Intellegit illum »Sacco di Roma« 1527.

4 Verba ipsa exhibentur inter acta.

Huic proximus et coniunctus abusus est corrupta lectio vulgate editionis, que quidem in omnibus bibliis, hebraica siliceta et greca et latina conscriptis non minimam hesitationem^a sepius legentibus prebent. Huic morbo optimum remedium adhiberi posse censuit deputatio, si maxima diligentia ! magnoque studio conquisitis undique vetustis exemplaribus^b unum bibliorum opus emendatum restituatur, unum siliceta lingua hebraica, alterum greca, ita ut a translatione septuaginta interpretum, quam etiam apostoli probarunt, non discedatur; tertium vero latina lingua conscribatur. Et quoniam huius rei magna erit impensa, propterea hoc onus reiciendum esse censuimus ad Smum D. N., quem credimus pro sua pietate erga religionem christianam et sanctam hanc synodum non recusaturum, sed sponte suscepturum et maxima qua pollet virtute perfecturum. Quod etiam eo libentius ad ipsum reieciimus, quoniam ex Vaticana ipsius bibliothecae multum huic operi adiumentum provenire speramus.

Tertius abusus est impressorum quamplurium improbitas, qui libros sacros passim absque alicuius licentia imprimunt, unde menda plurima et alia mala quandoque semina propter nonnullas glosulas, quas eisdem tacitis sepius auctoribus adnectunt. Propterea optimum remedium esse iudicavimus, ne quis deinceps impressor libros aliquos sacros absque licentia suorum ordinariorum vel summi pontificis audeat imprimere, nec aliquas glosulas^c vel explanationes adnectere, nisi consultis ordinariis et propalato j auctore earundem, <sub pena ducentorum ducatorum et alii penis arbitrio synodi imponendis>. Et ne ullo unquam tempore bibliorum opus, quod a Smo D. N. expurgabitur et prelo mandabitur, amittatur, censemus utile esse, ut apud omnes ordinarios triplex huiusmodi bibliorum opus maxima cum diligentia conservetur.

Quibus ab eo explicatis episcopus **Cavensis** inquit: Habet episcopus Bitontinus quedam de his abusus vobis dicenda, que si placet in medium afferet. Cui cum cardinales et synodus annuisset, **Bitontinus** episcopus eadem, que ab archiepiscopo Aquensi recitata fuerant, longiore ornatioraque sermone recensuit, additis rationibus, quibus deputatio ad singula ita ordinanda mota est. Et hec, inquit, hactenus excogitata a nobis fuerunt; alia sunt, que nondum matura sunt, que suo tempore exponentur.

Tunc episcopus **Astoricensis** inquit: Quod de pena ducentorum ducatorum ab Aquensi et Bitontino contra impressores absque licentia relatum est, mihi nullatenus placuit nec placet, quia non potest synodus penam pecuniariam laicis de iure imponere; quamobrem melius iudicavi, si adiceretur excommunicationis^d pena.

Cui **Bitontinus**: Maior pars inclinavit, ut pena pecuniaria imponeretur, quoniam experientia cognitum est, excommunicationes parvi fieri ab huiusmodi librariis.

Tunc card. **Giennensis** dixit: 1 Animadvertant deputati ad colligendos abusus circa translationes bibliorum in linguam maternam, quia solet hec sepius nonnulla scandala parere; itemque videtur providendum, ne deinceps bibliorum tam varie interpretationes hactenus edite et depravate relinquantur in manibus hominum.

Cui card. **Tridentinus**² Nollem, inquit, si possem, adversari sententie Rmi D. mei Giennensis; sed pro ea que nobis a Deo data est libertate loquendi cogor ea dicere, que mihi adeo vera videntur, ut tergiversari non valeant. Illud est siliceta, ne unquam patiamur versionem bibliorum in maternam linguam inter abusus numerari. Quid enim dicent adversarii nostri iisd, quibus quotidie vana predicant, si sciverint velle nos e manibus hominum sacram scripturam evellere, quam sepius Paulus apostolus nunquam ab ore nostro separandam esse censuit. Scio ego Germana nostra lingua mihi per manus traditam esse orationem Dominicam itemque symbolum fidei et pleraque alia, que omnes patres familias in tota Germania suis filiis adhuc infantibus docere solent, ex qua institutione nullum unquam scandalum memoria hominum advenit. Et utinam grece et hebraice j lingue professores nunquam in Germania fuisset, quia hac molestia nos hodie careremus, et infelix Germania non ita misere in tot hereses dilapsa fuisset. Non enim hereses et mala semina ab idiotis et maternam tantum linguam scientibus unquam orte sunt, sed ab iis, qui se eruditos professi sunt. Quamobrem oro, ne nobis, patres, in mentem veniat aliquando, ne dicam ut hanc rem inter abusus numeremus, sed etiam controvertamus posse abusum nuncupari.

a sic. h Ms. esitationem. 0 add. in marg. superiori. d Ms. is. c Ms. materna . . . lingua.

¹ Raynaldus ad annum 1546, n. 33, exhibet haec vota, quae contineri dicit falso in actis Massarelli.

² Ad verbum paene transumpsit Raynaldus ad annum 1546, n. 33.

Tunc card. Giennensis: Non dixi hunc esse abusum, sed considerandum dixi, an esset abusus, quoniam sciebam hac de re aliquando in Ispania latas et observatas leges, quas Paulus II confirmasset.

Cui Tridentinus: Paulus pontifex et omnes pontifices aliquando possunt et potuerunt errare (non dico quod erraverint); Pauli autem apostoli evangelium errare non potuit, qui voluit evangelium Christi nunquam ab ore nostro amoveri. Proinde dico de hac ipsa re controvertendum non esse. 5

Tunc card. de Monte, qui podagre magno dolore cruciabatur, Alia, inquit, die de abusibus et remediis scripturarum agemus. Plenius interim omnes cogitent ea, que dicta hodie fuerunt, ut in proxima congregatione possint sententiam dicere. 10

Et sic missa fuit congregatio.

23. Martii.

Habentur classes.

4ir Die Martis 23.^a eiusdem fuerunt congregationes particulares, in quibus de decreto facto super librorum et traditionum receptione, itemque de abusibus scripturarum collectis disputatum fuit.

27. Martii.

Examinatur decretum de receptione librorum: num differentia facienda sit singulorum librorum sacrae scripturae, numque traditiones pari pietatis affectu sint recipiendae. Difficultates de »anathema*.

Die sabatib 27. eiusdem fuit congregatio, in qua interfuerunt quadraginta episcopi, 15 card. tamen de Monte podagra graviter laborans abfuit. In cuius locum b card. **S. Crucis** dixit: Expectavimus aliquando amplius ad celebrandas congregationes, quam ante, propter impedimentum fratris et maioris nostri card. de Monte. Verum quoniam iam tempus sessionis instat, ulterius differendum non esse existimavimus. Plura hodie a nobis agenda sunt, quamobrem patres hortor, ne velint extra rem aliquid dicere, neque dicta ab aliis 20 rursus repetere. Et quia inprimis de decreto facto a patribus super receptione librorum et traditionum agendum erit, de illo inprimis referet archiepiscopus **Materanus**, deputatorum ad id conficiendum decanus (nam Turritanus aberat).

Qui quidem ex scripto inprimis decretum ipsum recitavit, tum demum rationibus quibusdam adversus ipsum decretum in particularibus congregationibus adductis respon- 25 dere nixus est.

4iv Dicte sunt deinde a patribus sententiae, primusque card. Tridentinus placere sibi summopere decretum dixit, si unum duntaxat fuisset additum, scilicet¹ ut librorum distinctio fieret, j qua hi, qui vere sacri et ad fundanda nostra dogmata boni sunt, ab iis, qui ad instruendos adolescentes et ad istoriam tantum habendam facti sunt, separarentur iuxta 30 Hieronimi et Augustini sententiam.

Giennensis vero in decreto hoc unum maxime desiderabat, ut silicet^b particulae quaedam novi testamenti, que in Luca et Iohanne tam ab hereticis quam a nostris controvertantur, specialiter enumerarentur¹.

Quibus mox **Materanus** archiepiscopus respondit; nam librorum differentiam b con- 35 suito omissam fuisse dixit, quoniam antea in congregatione quadam generali firmatum fuerat, ne omnino propter huius rei difficultatem differentiam librorum hoc presertim tempore attingeretur^b. Particulas vero illas Luce et Iohannis (partim)⁰ ad exemplum concilii Florentini omissas^d fuisse, quoniam sibi mandatum fuisset, ut iuxta concilium Florentinum libri reciperentur, partim etiam ne iis, qui infirmi sunt, in primo congressu ansa quoda- 40 modob preberi videretur, cogitantes propterea melius esse, ut aliquando de his particulis unum particulare decretum fieret.

Quo factum est, ut deinceps pauci in sententiam cardinalium descenderent.

43 Mox **Senogaliensis**⁷ episcopus duo preterea se in decreto desiderare dixit, unum, ut non simpliciter traditiones apostolorum [recipiantur], sed enumeratis aliquibus | ex 45 ipsis, ne incerta synodus¹ oratio videatur; secundum vero, ne anathema^f omnino poneretur

a Ms. 22. b sic. c supra lineam add. d Ms. ommissas. e Ms. is. f Ms. anathema.

1 Luc. 22, 43. 44. Io. 8, 1—11. Verisimile est locus cum aliis duobus citatur in dubitationum cardinalem etiam allegasse Mare. 16, 9—20, qui cap. 2.

violantibus libros vel traditiones, aut saltem anathema ad traditiones non extenderetur. Addebatque, in hoc deputatos mandati fines excessisse.

At episcopus **de Nobilibus** nolebat *psalmos David* in decreto nominari, sed *psalterium* seu *psalmos 150*, propterea quod constet apud fere omnes, alios quoque
5 ultra *David psalmos* aliquos composuisse.

Fesulanus vero se decretum probare dixit, si tamen illa verba demerentur, videlicet *presidentibus in synodo tribus apostolice sedis legatis*, quoniam hec nullo modo veterum exemplo addita fuissent. Cui cum [archi]episcopus **Aquensis** respondere cepisset, card. **S. Crucis** dixit: Ne velitis hunc frustra laborem sumere, quoniam ego ex vetu-
10 stissimis quisque conciliis hoc observatum fuisse Fesulano ostendam¹. Cui **Fesulanus**: Nullibi in (conciliorum)^b decretis ostendi potest de legatis sedis apostolice factam mentionem. Card. **S. Crucis** Hoc, inquit, accidit, quoniam omnes canones uno die simul promulgabantur, et propterea satis erat in principio sessionis de ipsis legatis semel fieri mentionem; at hic cum separatim fiant decreta, in unoquoque de legatis apostolice
15 sedis fieri mentionem oportet\

Mox reliqui patres sententiam dixerunt, ac inprimis **Fanensis** episcopus acriter decretum impugnavit, primum quod iniquum sibi videbatur dicere, nos pari pietatis affectu | et scripturas sacras et traditiones ecclesiasticas suscipere. Sunt enim, inquit, inter has multa discrimina. Scriptura enim sacra indelebilis est penitus, et traditionum
20 apostolicarum plerique mutabiles sunt et pro ecclesie ar[bitri]o tolli et immutari possunt, et quamvis ab uno spiritu sancto profecte sint, non tamen equali gradu habende sunt, quoniam omnis veritas a spiritu sancto est, et tamen non omnis scriptura veritatem continens par est potestatis. Preterea cum suscipiamus apostolorum traditiones non scriptas in libris sacris ad eum effectum, ut dogma conficiamus, quod directo contrarium
25 sit dogmati Lutheranorum, quo dicunt nihil tenendum esse, quod non sit in sacris litteris scriptum, quare non potius dicendum est hoc modo, videlicet: *Item, quoniam sancta hec synodus scit^c quamplura alia esse in ecclesia a spi⁷itu sancto dictata, que in sacris litteris non sunt prodita, propterea illa quoque suscipit et veneratur*. Nam hoc modo melius synodus^{*} intentio explicatur et ansa calumniatoribus aufertur. Nam statim quod traditiones apostolorum a nobis ita receptas viderint, dicent: quas traditiones
30 isti suscipiunt, quorum ipsi violatores existunt! Nam certum est comunicarea hominem sub utraque specie, ut stantes a paschate ad pentecostem, ut adversus orientem oremus, traditiones esse apostolicas, quarum aliquae | consulto ab ecclesia imutate sunt, aliquae
43r vero Christianorum socordia relicte. Nec satis tuti videmur respondendo, quod recipimus eas duntaxat, que ad nos pervenerunt, quoniam adversarii dicent factum per nos esse, quominus pervenerint, et propterea dicent eas nos traditiones suscipere, quas volumus, quas vero nolumus, hac via excludere. De psalmis vero nullo pacto hi mihi nominandi videntur aliter, quam fecerit D. N. Iesus Christus, qui interrogatus dixit: »in prophetis et in psalmis de me scriptum est«². Quod autem anathema apponeretur saltem eo modo, quo
40 dictum est, sibi nullatenus tutum videri. Nam dicere: *Si quis libros aut traditiones violaverit, anathema sit*, est illaqueare nimis hominum mentes: nam verbum *violare* ad transgressionem refertur, et velle omnem transgressorem traditionum anathema esse nimis durum est, neque hoc deputatis mandatum fuit, sed duntaxat ut nolentes acceptare libros cogerentur sub pena anathematis, non ut ipso iure anatematizarentur, et hoc de non recipientibus
45 libros⁴, non autem de transgressoribus traditionum et eorum que in libris continentur.

De his que ab episcopo Fanensi dicta fuerunt, diversi diversa senserunt. | **Bitontinus** 43v enim episcopus verba illa *pari pietatis affectu et apostolorum traditiones* adversus Fanensem episcopum optime in decreto stare contendit. Inquit enim, si auctorem tam traditionum quam scripturarum inspicere voluerimus, utriusque unum auctorem spiritum
50 sanctum esse inveniemus, quod quamvis de aliis quoque veritatibus dici possit, tamen non in universum, neque spiritu sancto ad hoc specialiter inspirante, ut in traditionibus et scripturis. Nec satis est dicere quasdam apostolorum traditiones iam abolitas esse, quoniam considerandum esset, quod non omnia, que ab apostolis dicta et tradita fuerunt,

a sic. b in marg. c M s. sit. a M s. libris.

1 Arch. Vat. Cone. tom. 62, f. 142'—143T: »Tituli logicam: »1546. Tridenti, Apr.«. Ibidem f. 144 sq. conciliorum antiquorum*, qui nescio an a Cervino sint »Tituli concilii Constantiensis«. Cf. supra p. 19, adn. 2, et collecti (scripti manu Massarelli); habent notam chrono- ad Massarelli diar. I sub 13. Ian. 1546. 2 Luc. 24, 44.

ita tradita esse, ut perpetuo servantur, sed aliqua ut perpetua, veluti que ad fidem pertinent, alia ut temporaria, ut de sanguine et suffocato, alia vero ut consulerent. Et propterea nihil mirum, si aliquae traditiones iam abolite essent. Nam et quedam similiter in libris sacris scripta sunt, que non servantur, quoniam de consilio sunt, ut illud: »petenti tunicam da et pallium*1, et: »cedenti unam maxillam porrige et aliam«2. Idem quoque episcopus defendit *psalterium David* posse dici, quoniam, tametsi non omnes psalmi essent Davidis, tamen solere res denominari a digniori et nobiliori. Verba autem, quibus violatores anatematizantur, magis clara fieri desideravit. Iam enim plures et inprimis **Materanus** archiepiscopus dixerat verba illa desumpta fuisse ex capitulo [2] *Si quis omnem* [C.J. l. qu. 7] ubi habetur: *Si quis omnem traditionem sive scriptam sive non scriptam violaverit, anathema sit*. Quod Gratianus ex septima synodo se accepisse fatetur, dixeratque quod, quamvis verbum illud *anathema sit* videatur ipso iure innodare, tamen comunitera doctores illud verbum intelligunt *anathema sit*, id est fiat, ut siliceta necessaria sit sententia. Et similiter quod verbum violare non ad omnes transgressores refertur, sed ad eos tantum, qui cum contemptu transgrediuntur.

Adversus quem nonnulli et inprimis **Pientinus** et **Astoricensis** episcopus dixerunt, verbum *anathema sit* ipso iure transgressorem innodare nulla interveniente sententia, idque comunitera adversus card. Alexandrinum³ in dicto c. *Si quis omnem* traditum esse.

Non defuerunt deinde, qui Fanensi episcopo assentirent, sed adeo varie adeoque diverse dicte sunt sententie, ut nulla certa sententia inde firmari potuerit.

Mox **generalis s. Augustini** considerandum esse dixit, quoniam decretum ipsum repugnantiam in se continebat; nam dum traditiones apostolorum recipimus, etiam eorum canones recipimus, in quibus recipitur liber Iesu filii Syrae non ut canonicum, sed ut adolescentes adiscant; at nos illum ut canonicum recipimus, quare animadvertendum est. Item advertatur, quoniam, quamvis verba illa *Si quis omnem traditionem violaverit* ex septima synodo deprompta neque intentioni synodi neque tempori deserviunt, et quatenus deservirent, in eo, quod dubia sunt vel minus apta nobis videntur, non inconvenit illa ampliare, declarare et etiam prorsus tollere. Hoc enim conciliare est omnino, lucem obscuris dare, non autem obscura et que interpretatione egeant condere, et maxime his temporibus.

Dictis omnium sententiis, cum iam hora esset prima noctis et patres omnes in audiendo fessi, card. **S. Crucis** dixit: »Audivimus patrum sententias, doctas sane et disertas. Verum quoniam ex his, que dicta sunt, nulla certa conclusio haberi potest, ne deinceps hunc laborem iteremus, curabimus, ut omnia capita a patribus tacta annotentur*, cuius omnes, si hic modus placet, poterunt scribere opinionem suam per *placet* vel *non placet*, et ita quod maior pars decreverit servabitur. Et ita poterimus in futurum servare, si hic modus placebit, facta tamen prius diligenti omnium rerum discussione in particularibus congregationibus.

Mox interrogavit patres, an eis placeret, ut deputatis ad colligendos abusum scripturarum iniungeretur, ut ipsi decretum super huiusmodi abusibus componerent, et responsum fuit placere, fessis iam omnibus tum in dicendo tum in audiendo, et ita missa est congregatio.

1. Aprilis.

Examinantur dubitationes patrum de decreto. Constituitur Massarellus scriptor votorum. Quo ordine dicenda sint vota. De approbandis vel reprobando translationibus.

Die Iovis prima Aprilis 1546 hora 12. fuit congregatio generalis, in qua fuit celebrata missa de spiritu sancto, et card. **de Monte** legit orationem *Adsumus, domine* etc. Qua finita dixit: Cum ea, que nos agimus, patres, ad omnipotentis Dei gloriam et honorem spectent, opportunum iudicavimus congregationes deinceps de mane facere, tum ut re divina peracta et celebratis de more ceremoniis, tum etiam ut ieiunii rem tantam, quantam acturi huc venimus, perageremus. Legi ego hodie s. spiritus invocationem hac

M s. annathema. c Deleta Quoniam hora tarda est, experientia nos docet quod

2 5' 40'' T
Matth. 5, 39 Luc. 6, 29.

Nescio quis hic sit; num ille »cardinalis«, qui glossam scripsit in decretum, de quo *Schulte*, Gesch. d. Quellen u. Litt. d. can. Rechts I (Stuttg. 1875), 145?

4 Quod si contuleris cum eis, quae dicit card. Tridentinus in congregatione generali habita i. Aprilis (infrap. 41, 16), non amplius dubitabis ante hunc diem acta in ipsis congregationibus a Massarello non scripta esse, et a Severolo privatim tantum.

conditione, ut deinceps munus huiusmodi inter patres dividatur. Nunc autem quando huc accessimus, ut tandem decretum de librorum et traditionum receptione, de quo toties sermo habitus est, absolveretur, rogo vos, patres, quod etiam sepius factum a me est, ut quam brevissime fieri potest sententias dicatis super his dubitationibus, que a Dominis
5 meis ex preterita congregatione collecte fuerunt et vobis omnibus date.

Tunc card. **Tridentinus** Nisi, inquit, habeamus hic secretarium vel notarium, nunquam aliquid perficere poterimus. Cui card. **de Monte**: Et nos item cogitaveramus, quamobrem, si placet | adhibebimus D. Angelum; is est a secretis card. S. Crucis. Cum-
que et Tridentinus ipse et patres una anuissent, vocatus est D. Angelus, cui iniunctum
10 est, ut vota singulorum dum dicerent adnotaret¹.

Deinceps dicte sunt sententie, super his, de quibus in proxima congregatione facta est mentio, sed ita varie in variis articulis fuerunt patrum² sententie, ut vix quisquam enumerare posset, quid de unoquoque articulo maior pars tenuisset. Quod cum animadvertisset card. **de Monte**, dixit: Propter hanc tarditatem difficile est, ut nunc possimus
15 singulorum vota in tot difficultatibus enumerare. Propterea, si placet, vota ipsa omnia ita, uti sunt per secretarium conscripta et collecta, dabuntur deputatis, qui considerabunt, quid in unoquoque articulo a pluribus dictum fuerint et secundum eorum opinionem decretum ipsum aptabunt.

Interim dum dicerentur sententie² accidit, quod cum archiepiscopus **Aquensis** dixisset, se una cum tota deputatione, que facta fuit ad abusus scripturarum colligendos, quedam circa ipsum decretum adnotasse, **Turritanus** archiepiscopus dixit: Non venit hic vota per deputationes dare, sed singuli singula dent vota. Cui cum episcopus **Senogaliensis*** — nam et is unus ex deputatis est — dixisset: Eramus congregati³ ad munus, quod nobis incumbit subeundum, quando cursor mihi portavit | cedulam dubi-
tationum (super decreto factarum)⁴; quam cum legerem, dictum fuit, quando hic iam con-
gregati sumus ad sublevandum patribus laborem, bonum erit, ut una omnes conveniamus,
25 quid de unaquaque questione dicere velimus, et unus pro omnibus dicat. Quamobrem quod casu factum est et ut sublevaretur congregatio, non est aliter quam boni consulendum⁶.

Cui cum **Turritanus** semel atque iterum dixisset: Non licet dare vocem per deputationes, sed unusquisque dicat votum suum, et iam clamor factus esset, card. **de Monte** dixit: Non licet quidem hodie aliter quam voces singulorum audire; propterea D. archiepiscopus dicat vocem suam, vel se remittat ad alium ex suis sociis, et itidem poterunt facere alii, et ita utriusque intentioni satisfiet. Tunc archiepiscopus **Aquensis** dixit se ire in eam sententiam, quam D. episcopus **Senogaliensis**¹ dicturus
35 esset. Quo deinceps dicente et ceteri eiusdem deputationis in eiusdem Senogaliensis² sententiam iverunt.

Illud quoque pretereundum non est, **Fesulanum** episcopum adhuc in sententia permansisse, ut siliceta demerentur ex decreto verba illa: *Presidentibus tribus apostolice sedis legatis*, et ut illa adderentur, que addi consueverunt in Constantiensi et Basiliensi
40 synodo, de quibus alias a se dictum fuisset latissime; ea sunt videlicet: *universalem ecclesiam representans*. | Fesulanum episcopum nemo secutus est, plures tamen eius
vesaniam admirabantur, qui in re nihili, et ubi nullum sectatorem haberet, toties obstreperet.

Expedito negotio decreti card. **de Monte** ³ Adhuc, inquit, restat, ut de abusibus scripturarum, de quibus toties facta est mentio, agamus, de illis siliceta quatuor abusibus
45 a deputatis collectis et vobis transmissis. Sed rogo iterum, utamini brevitate.

Tunc card. **Tridentinus** se probare dixit, quod a deputatis maximo adhibito iuditio et labore factum fuisset.

At card. **Giennensis** Multa habeo, inquit, que me dubitare faciunt, et inprimis mihi parum provisum videtur circa multiplices translationes bibliorum, nisi post huius

sic. b M.s. patres. O M.s. congregati. a add. supra lineam. e M.s. consulendu.

Permagni momenti est hoc animadvertere, quia eo neglecto numquam Severoli et Massarelli auctoritate reCt^a. P^orPen^aere possemus. Cf. Prolegomena, et *Asscne t* lar. III ad i. Aprilis 1546.

mmum vota annotavit **Massarellus** in actis, quae primum hac die in ipsa congregatione scripsit. Cum antea Severoli relationes multo uberiores fuerint Massarelli, secretarius abhinc accurate notat patrum dis-

Concilium Tridentinum. I.

putationes; unde quantum nos fugerit, dum solo promotoris libro uti nobis licebat, quo et rursus secretarius fonte utebatur, facile conici potest. Sed Severoli commentarium abhinc non inutilem esse ex ipsa hac congregatione apparet, ubi uterque auctor alterius relationem supplet; atque etiam in reliquis congregationum actis Massarellianis Severoli vestigia reperies.

³ **Raynaldus** ad annum 1546, n. 39. 40.

A

vulgate editionis approbationem reiciantur omnes alie editiones, itemque hereticorum translationes omnes damnentur.

Cui episcopus **Fanenensis**, unus ex deputatis, Si placet, inquit, ego facile has dubitationes resolvam. Nam advertendum est, quod nos non ducimus pro abusu diversas et varias esse bibliorum translationes, quoniam et hoc antiquis semper temporibus toleratum fuit et hodie tolleraria debet; sed dicimus abusum esse plures haberi translationes ut authenticas, et quibus in disputationibus, interpretationibus et predicationibus utamur. Propterea hanc unam solam autenticam esse volumus vulgatam editionem, tum quia antiqua est et semper in manibus Christianorum habita, tum etiam, ne adversariis ipsis detur ansa dicendi, nos hactenus libros non probos habuisse. Si enim, inquit, libros bonos non habuerunt, quomodo bona dogmata et bonas ceremonias habere potuerunt? Alias autem non reiecit, quoniam nolimus christianam libertatem restringere; immo ne hereticorum quidem translationes reicere volumus, idque exemplo veterum. Nam constat Aquilam, Symacum et Teodotionem a hereticis quidem fuisse, et nihilominus ab illa antiqua ecclesia non fuere reiecte illorum translationes. Accedat ad hec, quod nundum isti, qui translationes fecerunt, fuit hactenus palam ut hereticus publicatus.

Tunc card. **Giennensis**: Est et aliud, quod me torquet. Nam vultis vulgatam editionem recipere, et dicitis illam mendosam esse. Hoc mihi implicat contrarietatem.

Cui **Fanenensis** episcopus Non dicimus, inquit, vulgatam editionem corruptam esse — nam illam ipsam integram et incorruptam habemus — ; sed dicimus aliquos ex libris, qui circumferuntur, mendosos esse, quod non inconvenit neque decreto nostro contrariatur. Emendationem autem in **Smus D. N.** ideo reiecit, quoniam, cum ad ipsam faciendam tria requirantur precipue, videlicet antiquorum exemplariorum copia, multa hominum doctorum peritia et denique non minima pecuniarum quantitas, habemus nos duntaxat ex his tribus unum, scilicet peritorum copiam, exemplaria et pecunias non habemus. Que tamen omnia ipsi pontifici maximo facile adsunt.

Tunc **Giennensis** Non adnotatum est, inquit, inter abusus haberi translationes in linguam vulgarem.

Cui cum **Fanenensis** respondere vellet, card. **de Monte** dixit: Non est alicuius novas questiones proponere, sed nostrum id est munus, et id cum tempus erit facientibus. Ceterum cum adhuc non quiescerent, card. de Monte advocatis sono campanae familiaribus missam fecit congregationem.

3. Aprilis.

Examinantur eadem dubitationes; de versionibus sacrae scripturae; de editionibus per episcopos approbandis.

Die sabatia 3. Aprilis hora 12. fuit congregatio, in qua celebrata missa et facta de more sancti spiritus invocatione card. **de Monte** dixit: Huc hodie accessimus, ut de quatuor illis abusibus scripturarum tractemus, quamobrem dicant super his patres sententiam.

Tunc card. **Tridentinus**: Tria habeo dicenda, que heri angustia temporis pretermisi. Primum est, quod mallem hic libros emendari quam Rome, idque magis ex rei et synodi dignitate videtur. Non enim deerunt exemplaria antiqua neque pecunie, quoniam utrunque **Smus D. N.** pro eo quo synodum hanc amore prosequitur utrunque abunde suppeditabit. Secundum est, quia non videtur mihi, quod hominibus conveniat scripture interpretatio, sed soli ecclesie. Tertium est de impressoribus librorum sacrorum, in quo unum desidero, ne scilicet libri aliqui sine nomine auctoris imprimantur.

Quibus ab eo explicatis **Giennensis** cardinalis dixit: Plura sunt, que in hac abusuum collectione me offendunt, et imprimis mihi videtur, quod recipere hanc vulgatam editionem pro authentica et non reicere alias sit nihil agere. Propterea desidero, ut omnes alie editiones et translationes, etiam illa **LXX** interpretum, reiciantur omnino, maxime autem reiciantur ille, que ab hereticis translate fuerunt. Sed ante omnia desidero, ne recipiatur biblia, nisi optime prius expolita et ad normam veterum exemplariorum emendata. Cuius emendationem hic magis per deputatos ab hac sancta synodo, quam Rome

^a sic. Abhinc scriptiones singulares, nisi maioris momenti sunt vel eis sensus dubius efficitur, non amplius notabuntur. ^b sic, iteratur. ^c post haec deletum quam ob rem non satis bonum erit. Deinde sequuntur haec verba Tertius ille abusus est sumovendus [sic], quae sitie dubio et ipsa auctor volebat delere.

fieri cupio. Hec de duobus primis abusibus. Quantum ad tertium attinet, de interpretatione scripturarum secundum sensum ecclesie, quoniam iam de hoc satis in iure provisum est, et interpretans contra directum sensum ecclesie est ipso iure hereticus, quam obrem videretur <mihi>³ optime provisum, si prohiberetur | omnibus non doctoratis in universitatibus munus interpretandi, itemque si laici omnino prohiberentur ab huiusmodi munere interpretandi sacras scripturas, quoniam laicorum est discere, non docere. Ad quartum abusum, de impressoribus, sibi videri optime provisum, si provisio facta in Lateranensi concilio 1 sessione decima per sanctam hanc synodum reciperetur et probaretur, addita etiam, si placebit, pecuniaria pena,

io Sententiam card. Giennensis **Turritanus**, **Fesulanus** et alii secuti sunt. Cum tamen Turritanus de facienda hic emendatione bibliorum sermonem cepisset habere, card. **de Monte** dixit: Missam faciamus particulam istam. Queritur enim tantum, an una biblia, id est vulgata editio, quam emendatissima haberi et probari debeat pro canonica, et quod dictum est de remittenda emendatione illius ad **Smum D. N.**, est dictum pro facilitatione materie. Non enim aliud est pontifex, aliud est synodus, sed utriusque unum est corpus, cuius ipse papa est caput, quem hic nos representamus.

Non defuerunt deinceps, qui Tridentini sententiam probarent; alii abusus ipsos, uti a deputatis¹ collecti fuerant, simpliciter probabant, alii sententias dividebant, ut silicet partem eorum, que a cardinalibus dicta fuerat⁰, probarent, partem vero reicerent, alii omnium linguarum vulgatas editiones probari desiderabant, cum tamen non satis scirent, an ceterae lingue habeant vulgatas editiones, quemadmodum nostra habet. A nonnullis etiam dictum fuit, ut supplicaretur **Sm D. N.**, ne deinceps facile cuiquam doctorandi facultatem concederet et concessas revocaret, quoniam horum doctorum ignorantia plerunque varie hereses oriri videntur.

25 Tum episcopus **Milipotamensis**¹, cum de primis tribus abusibus pauca quedam locutus fuisset, ad quartum conversus, silicet de auctoritate episcoporum prestanda in libris imprimendis, Video, inquit, undique multas difficultates, quoniam, si ius consideramus, vere spectat ad episcopum cognoscere, que doctrina⁰ in sua diocesi seminetur et imprimatur. Si vero consideremus qualitatem personarum, dicam intrepidus: sunt pauci omnino episcopi, qui ad hoc munus sint apti. Eo enim res redacta est, ut qui auctoritatem habent approbandi libros, ne illos quidem intelligant, qui vero doctrina pollent, auctoritatem non habeant. Non dico quod non sint aliqui docti; sunt enim, sed pauci. Quamobrem actum de re erit, si hec auctoritas episcopis relinquatur, quoniam multi erunt ex illis, qui consentient impressioni cuiuslibet libri *per una fogazza*². Quo dicente adeo | risum patribus commovit, ut in cachinum profunderetur. Eius sermonis tamen finis eo tendebat, ut auctoritas prestanda libris imprimendis non ad episcopos, sed ad sedem apostolicam deferretur⁶. Cum enim de universali re agatur, et que in manibus omnium Christianorum venire debent⁰, non alia auctoritate exire debent, quam illius, qui omnibus preest.

Eius sententiam **Capacensis** episcopus et nonnulli alii secuti sunt, aliquibus tamen volentibus, ut inquisitor hereticorum, qui est a papa deputatus, una cum episcopis auctoritatem interponerent⁹.

Dictis omnium sententiis card. **de Monte** dixit: Adeo varie fuerunt sententie, ut nihil certi super his colligi a nobis possit; poterunt deputati ipsi ex his, que audiverunt, decretum ipsum super ipsis abusibus faciendum ad voluntatem maioris partis accommodare. Cui **Fanensis** episcopus Non poterimus, inquit, hoc facere, nisi super uno quoque articulo discutiantur patrum sententie, ita ut sciamus, quid maior pars sentiat.

Tunc card. **de Monte** interrogavit patres per D. Angelum pro secretario se gerentem, utrum placeret eis, in futurum libros anonos edi posse, ut silicet libri novi deinceps sine auctoris nomine invulgari non possent. Et patres fere omnes responderunt non placere: ceterum que hactenus edita essent examinarentur, et probanda probarentur et reicienda reicerentur.

a *deletum, fortasse per errorem.* b *M s. deputatos.* c *sic.* d *M s. Milipotanus.* e *M s. deferretur.* f *sic, pro divulgari (nam corrigendum esse »in vulgari [sc. lingua] edi« vix crediderint).*

¹ Intellegitur concilium Lateranense quintum habitum a. 1510, cuius sessio X. et alia et hoc disponit, *Hefele-Hergenrother*, Conc.-Gesch. VIII (1887), 650 s.

² *fogaccia, focaccia* est panis sine fermento, panis,

qui ad focum familiarem coquitur; Boccaccius nov. 50 et 73 habet proverbium *vender pane per focaccia* (cf. *Du Cange*, Glossarium mediae et infimae latinitatis, s. v. *focacia*). Hic significat rem vilem.

Rursus interrogati sunt patres, utrum eis placeret habere unicam editionem tantum, qua omnes in lectionibus, predicationibus et disputationibus pro autentica uterentur. Et responderunt omnes *placet*.

Iterum idem cardinalis interrogavit patres, an omnibus placeret, ut vulgata editio, que in manibus habetur, pro autentica ab omnibus haberetur. Cui interrogationi varie 5 admodum responsum fuit; aliquibus scilicet desiderantibus, ut in unoquoque idiomate una similiter autentica haberetur, ne alioquin ceteris nationibus iniuria fieri videretur, hoc **Gien nensi** nequaquam placebat, ne hoc modo et bibliorum editio in materna lingua approbari videretur, alia, ne eas editiones probare viderentur, quas non novissent. Addiderunt non nulli, nullam esse neque apud Hebreos neque apud Latinos biblia^a, que sub nomine 10 vulgate editionis comprehenderetur, et propterea facile fieri, ut esteri nostrum hunca decretum irriderent. Non defuerunt qui dicerent, hoc decretum propter Latinos tantum fieri.

Verum adeo res verborum multitudine a multis turbata est, ut inde in aliam questionem transiliret synodus, an scilicet laici essent omnino prohibendi ab interpretatione scripturarum, dico interpretatione que fit per scripturam, id magnopere **Giennensi** contendente, ut 15 scilicet prohiberentur, contra vero **Tridentino** totis viribus probante. Synodus partim Tridentino partim Giennensi favere videbatur. Quod cum animadvertisset card. **de Monte**, Dicantur, inquit, super huiusmodi articulo sententie, et quod synodus voluerit decernatur. Tunc **Tridentinus** | in eam se iturum sententiam dixisset^a, quam card. Polus diceret, cuius conscientie et doctrine adeo fidebat, ut nequaquam cum eo se errare posse crederet^a 20 Nolente eo dicendi munere fungi card. **Anglico** res iterum in controversiam posita est^a adeo ut nullis dictis amplius sententiis congregatio per cardinalem de Monte dissolveretur^a

5. Aprilis.

Comparitio secundi oratoris Caesarei. Leguntur decretum de receptione librorum emendatum et abusus a deputatis collecti.

Die lune 5. Aprilis de mane hora consueta fuit congregatio generalis, in qua re divina peracta et facta per card. de Monte spiritus sancti invocatione card. **de Monte** dixit: Fuit nobis presentatum mandatum oratoris Caesarei; placetne ut legatur? Et cum 25 omnes respondissent *placet*, D. Angelus a secretis legit mandatum Cesaris, in quo constituitur Didacus a Mendotia ad interessendum nomine Cesaree Maiestatis in sessionibus et aliis publicis privatisque consultationibus, necnon ad interponendum votum et auctoritatem eiusdem Ces. M^{ti}s, ubi opus fuerit. Et successive legit aliud mandatum, in quo eadem Ces. M^{ti}s nolens propter infirmitatem Didaci a Mendozza impediri prosecutionem a 30 concilii, constituit procuratorem suum ad concilium huiusmodi D. Franciscum de Tolledo consiliarium suum ad omnia in mandato Didaci contenta, ita tamen, ut stante infirmitate vel alio legitimo impedimento ipsius Didaci possit ipse D. Franciscus solus, alioquin ambo simul interesse debeant, promittens ratum et gratum etc.

Quibus lectis card. **de Monte** dixit: Placetne, patres, admitti eundem D. Fran- 35 ciscum? Et responsum b fuit placere. Quo facto episcopus Cavensis et cum eo duo alii episcopi l ad ipsum D. Franciscum expectantem in thalamo cardinalis S. Crucis [iverunt] et ipsum deduxerunt in congregationem c, in qua assignatus fuit eidem locus paulo post cardinales, ad manum tamen sinistram ipsorum cardinalium. Mox ipse D. Franciscus porrexit D. Angelo a secretis quandam cedulam legendam, quam idem D. Angelus le^ait. 40 Ea continebat ardorem et enixam intentionem Sue Ces. M^{ti}s ad concilium celebrandum, in quo tamen fatebatur Smum D. N. pari cum eo passu semper anhelasse⁴, quamobrem, quoniam iam desiderata dies advenerat, ne propter Didaci egritudinem impedimentum fieret vel mora aliqua concilio, se a Cesare missum, cuius desiderium esset, ut omnia <(in religione)6 ad pristinum candorem restituerentur. Commemoravit autem pene omnia 45 m ea cedula, que a Cesare ipso dicta et facta sunt causa religionis. Qua lecta card. **de Monte** dixit: Libenter et equo animo sancta synodus mentem et intentionem Cesaris audivit, et vos ab eo missum alacri fronte suscipit, tum quia ab ipso Cesare missum, tum etiam propter propriam virtutem. Verum quoniam ex scripto nobiscum locuta est D O V a, sancta quoque synodus similiter in proxima sessione ex scripto respondebit s°

Mox iubente eodem cardinali de Monte Angelus a secretis legit decretum factum et emendatum | super susceptione librorum, in quo verba illa de anathemate ita mutata

^a sic.

^b M s. resposum.

^c M s. congregatione.

⁴ M s. anelasse.

⁵ supra lineam.

fuerant: *Si quis autem hos libros non susceperit, vel traditiones ipsas pertinaciter contempserit, anathema sit.* Reliquum vero decreti parum omnino imutatum a fuerat. Quo lecto card. **de Monte** rogavit patres, ut dicerent sententias quanto brevius possent, ut tandem decreto suprema manus imponeretur.

S Tunc card. **Tridentinus** Non quidem, inquit, animo contradicendi, sed ut vere dicam quid sentio: duo me in hoc decreto turbant. Unum est, quoniam recipiuntur evangelia *prout in ecclesia leguntur*; quod dum ea intentione factum est, ut ne scilicet de particulis illis Luce et aliorum, de quibus apud nonnullos hesitatum est, amplius dubitari possit, eo incidimus, ut neque totum quidem evangelium recipere videamur, quoniam non omnes evangelii partes in ecclesia leguntur. Alterum est, quoniam suscipimus omnes libros sprete distinctione Augustini, Hieronimi et aliorum. Saltem vel in hoc debemus animadvertere, ut libri, qui minoris auctoritatis reputantur, in decreto ultimo loco post magis canonicos reponamus. Nam in hoc decreto liber Thobie, quod a Hieronimo inter apogrifosa [recensetur], nominatur ante multos libros, de quorum fide nullatenus unquam dubitatum fuit.

15 **Giennensis** Tridentini de evangeliiis sententiam probavit, in reliquis decretum bene stare dixit. Eius sententiam cum nonnulli secuti essent, | **Senogaliensis** episcopus dixit: Non possum silere, quo dolore afficiar, dum video per huiusmodi decretum suscipi tantum traditiones que ad nos pervenerunt, et propterea reiectas" videre illas traditiones, que propter christianorum socordiam et negligentiam antiquate fuerunt, cum maxime deceret inprimis sanctum hoc concilium illas in lucem revocare. Addidit preterea de Actibus apostolorum, qui non suo loco videantur enumerati, quippe post epistulas Pauli et aliorum, cum tamen gesta illa ad epistularum ipsarum interpretationem multa conferre videantur.

Huius opinionem nonnulli secuti sunt, plures vero desideraverunt, ut suprema manus decreto per ~~Rms~~ presidentes imponeretur, quoniam nonnulla in eo esse videbantur, 25 que non admodum latina essent, alia vero etiam ad invicem male sonantia. Addidit **Astoricensis** verbum *pertinaciter* in decreto positum maiorem penam quam anathematis desiderare, quoniam qui pertinaciter traditiones apostolorum contemnit, hereticus est.

Mox **Clodiensis** Non possum, inquit, pati, ut sepe dixi, ut pari pietatis affectu sancta hec synodus et traditiones et sacram scripturam suscipiat. Hoc enim, ut vere 30 dicam quid sentio, impium est.

Dictis omnium sententiis **Pacensis** episcopus dixit: Non possum equo animo ferre, quod Clodiensis appellaverit synodum hanc impiam et impia decernentem. Hoc enim mihi animadversione dignum | videtur. Addidit **Britinoriensis**: Hoc dicere heresis est. Tunc **Clodianus** inquit: Dixi et repeto, mihi videri impium hoc decretum, ut ego eadem veneratione suscipiam traditionem illam apostolorum, qua cautum est, 35 ad orientem oremus, et evangelium Iohannis. Cui card. **de Monte**: Certe mihi videtur hoc non pretereundum silentio, quod Clodiensis dixit. Propterea optime, si patribus placebit, huic rei consultum esse existimabo, si advocatis etiam aliis theologis discutiatur, an decretum huiusmodi impium sit, et siquidem cognitum fuerit summam pietatem continere, Clodiensis veniam a sancta synodo petat, sin autem bene dixisse noverimus, decretum emendetur. Verumtamen sciat is, in posterum sibi a conviciis moderandum. Nam quemadmodum desideramus, ut omnibus libere liceat suam dicere sententiam, ita volumus omnes a convicio temperari. Cui **Clodiensis** Non dixi, inquit, synodum 40 impiam esse, sed dixi decretum in illis verbis mihi impium non videri. Ceterum verbum hoc *impium* non eo respicit, ut quid hereticum continere videatur, sed quod ita sanciendo non omnino pie, hoc est benevolenter prosequimur greges nostros nimis in hoc gravando; pietas enim ad parentes refertur, religio ad Deum. Cui card. **de Monte** dixit: Deus sit mihi testis, quod amo | et diligo in fratrem (episcopum Clodianum)" propter doctrinam et ingenium eius; verum Deum precor, ut det illi saniolem sensum. Et ad illum 50 conversus Erant, inquit, partes vestre dicere quod dolebatis*, si quid offendiculum feceratis, et captivare intellectum vestrum, nec credere plus solus scire, quam tota synodus sciat. Episcopus **Clodianus** Doleo, inquit, si quemquam offendi; at opinionem meam, nisi

a SC

b Ms. reectas.

c supra lineam.

Multo meliorem haec lectio sensum praebet, quam volebatis, quod habet Massarellus in actis retractatis (Cone. tom. 62, f. 160) nam originalia perdita sunt. Immo in his actis secundae formae minus copiosa

est narratio et desunt haec verba, quae postea transumpsit ex Severoli epitomes parte ibidem f. 171/174 inserta, scriptoris errorem (*quod debebatis*) perperam corrigendo. Cf. Prolegomena.

rationes mihi allate fuerint, mutare non possum, hocque mihi facere licet, antequam in sessione decretum promulgetur; ceterum postquam promulgatum fuerit acquiescam.

Mox episcopus **Bitontinus**, unus ex deputatis, fecit verba ad synodum super abusibus scripturarum a deputatione collectis. Antequam, inquit, decreta ipsa legam, illud scire synodum oportet, pro constanti posuisse deputationem nostram, episcopos et parochos in propriis ecclesiis residere, quoniam sciebat, quod nisi hoc fiat, frustra omnem laborem a se sumi. Qua in re nihil statuere voluit deputatio ipsa, pro certo habens omnes curas sibi commissas amplexuros esse. Capita autem decretorum sunt huiusmodi, videlicet:

1. Ut in omnibus ecclesiis cathedralibus, ubi est prebenda teologalis vel quodvis aliud stipendium, cogat episcopus prebendam vel stipendium ad lectionem saltem latinam | sacre scripture; ubi vero non est, instituat, aut si per capitulum instituenda est, iuxta consuetudinem institui currenda, et si tenuis fuerit, ex massa episcopali et capitulari usque ad sexaginta ducatorum^a ad minus augeatur, idque si redditus utriusque masse simul ad duo milia ducatorum ascenderit; quodsi minor fuerit, vel ex toto clero urbis et diocesis supleatur pro rata, vel ex beneficiis simplicibus per unionem ordinarii; cui si aliquid obstat, exoretur sumus^b pontifex ut provideat. Similiter in gymnasiis publicis <(et in monasteriis monachorum)^b instituat sacra lectio, ad quam etiam laici admittantur.

2. Ut fiat auctoritate sancte synodus^c compendiosa introductio <in sacra scriptura^d pro iis qui ad ea studia se conferre volunt^d. Pro pueris vero fiat catechismus in lingua latina et vulgari, in quo initia quedam christiane religionis apponantur. Episcopi autem et parochi teneantur semel quolibet mense audire puerorum examinationem.

3. Ut episcopi omnibus diebus dominicis saltem predicent populo verbum Dei. Quod si aliqua causa iustae aberit ab episcopatu, curet per alium predicari. Eadem quoque cura parochos in suis parochiis distineat. Regulares non possint predicare nisi vocati ab episcopo civitatis et habita licentia a suo superiore^e. Et quod episcopo predicante nullus alius eadem hora predicare audeat. Cum autem regulares predicaverint, debent ab episcopo fidem reportare, quam episcopus gratis dare teneatur. Si predicator errores aut scandala predicaverit, puniatur ab episcopo una cum suo prelato. | Ut regulares, qui extra claustra vagantur, et clericis seculares non admittantur ad predicandum, etiam pretextu privilegiorum, nisi prius consulto pontifice. Questuarii vero a predicatione reiciantur. Predicatores abstineant a contentiosis disputationibus, et solam sacram scripturam predicent.

4. Ut ex diversis editionibus et translationibus latinis sacre scripture sola vulgata editio pro autentica recipiatur et habeatur.

5. Ut nemo sacram scripturam ad suos sensus contorqueat, sed omnes sequantur ecclesiam et comunem sensum orthodoxorum patrum.

6. Ut impressores absque licentia superiorum ecclesiasticorum non audeant libros sacre scripture imprimere, et presertim hanc vulgatam editionem. Ut nulli liceat imprimere aliquos libros vel apud se impressos retinere, nisi probati sint ab ordinariis locorum. Regulares vero examinationem petere non possint, nisi petita licentia a suis prelati.

7. It nullus deinceps audeat uti dictis sacre scripture ad sortes, ad detractiones, ad sthemata, ad insignia, et contrafacientes post canonicam monitionem infames sint et ab ingressu ecclesie arceantur.

Quibus ab eo lectis rogavit sanctam synodum, ut vellet laborare, ut ad ipsorum abusuum expeditionem in proxima sessione deveniri [possit]. Illud etiam addidit, non laborasse sibi deputationem, sed toti synodo, propterea approbarent ipsi patres, corrigerent, et quibus in locis placeret immutarent.

Tunc card. **de Monte** Video, inquit, nos undique angustiis circumdatos esse. Nam vacuum pene celebrare sessionem turpe omnino est et indecorum, prorogare autem sessionem vix sine scandalo possumus. At ea promulgare, que satis discussa non fuerint, periculosum est valde. Quamobrem in hac difficultate mihi videtur ut experiamur, si possibile sit omnia expedire, et si placet, cras habebimus congregationes particulares, in quibus de decreto iterum super libris et traditionibus recipiendis necnon de ipsis abusibus discutietur; alia congregatio erit die Mercurii, in qua si omnia expediri poterunt bene erit, sin autem, consilium capiemus vel faciente vel prorogande sessionis.

a sic. b in marg. c M s. is. d corr. pro ad sacram scripturam pro instruendis.
e M s. iuxta. f M s. repetit predicare non possit [sic]. s M s. clericis.

1 sc. episcopos et parochos.

Idque patres omnes probaverunt, cardinali tamen **Giennensi** mirum in modum desiderante, ut de quatuor primis abusibus tantum, qui posteriori loco hic recensiti sunt, sermo haberetur. Volebat quoque, ut de laicis sermo haberetur, ut scilicet prohiberentur ab interpretatione scripture. Cui etiam indignabundus card. **de Monte** dixit: Cum opus fuerit, 5 etiam de hoc nos proponemus. Et sic missa fuit congregatio hora decima octava diei.

6. Aprilis.

Habentur classes.

Die Martis hora 20. fuerunt congregationes particulares, in quibus card. Giennensis in classe cardinalis S. Crucis interfuit, card. vero Tridentinus misit secretarium suum cum quadam schedula, quam ipse legit in qualibet congregatione.

In his congregationibus actum est de responsione danda oratori Cesareo in scriptis, 10 de decreto ipso susceptionis librorum et traditionum per cardinales aptato, ubi disceptatum fuit iterum, an traditiones et libri pari pietatis affectu vel simili suscipiendi essent mox etiam de omnibus abusibus collectis per deputatos in quibus et maxime de illis, de quibus antea disceptatum non fuerat magna fuit controversia, in reliquis vero ad modum pauca. Et duravit congregatio usque ad 2. horam noctis.

7. Aprilis.

De habenda sessione et de tractandis in ea I.

Die Mercurii hora 12. fuit congregatio, in qua celebrata missa et facta invocatione spiritus sancti card. **de Monte** dixit: Tempore ipso valde urgemur, quamobrem, ne partum immaturum agamus, cogitavimus inter nos melius esse, si vobis videbitur, quod sessio habeatur, ut in ea de quatuor abusibus antea discussis duntaxat agamus hodiea; nam hi, preterquam quod discussi sunt, magis comitantur scripturam ipsam. Nam de pre- 20 dicationibus et prebendis teologalibus non est hic proprius omnino locus, quamobrem etsi non hodie de illis egerimus, agemus postea, cum de generali reformatione religiosorum agetur. Nunc antequam ulterius procedamus, sciscito ex vobis, | an decretum, uti heri lectum fuit, placeat vobis, et an velitis, quod stet *simili vel pari pietatis affectu*.

Super quo dicte sunt sententie. Et pene omnes, duobus duntaxat vel tribus 25 exceptis, dixerunt, ut *pari pietatis affectu* staret.

Habemus igitur, inquit card. **de Monte**, firmam conclusionem unam, super decreto de libris suscipiendis. Nunc iterum rogo, an placeat haberi cras sessionem, et an placeat, quod super quatuor abusibus discussis fiat decretum et in crastina sessione legatur.

Et card. **Tridentinus** dixit placere sibi, ut sessio haberetur, ut decretum iam 30 statutum de libris publicaretur, et aliud fieret super ipsis quatuor iam discussis abusibus.

Eius sententiam secuti sunt plures ex patribus, deputatis tamen non parum contra dicentibus, et inprimis **Fanensi**. Nam, inquit, abusus a nobis collecti coniuncti sunt et indivisam fere habent materiam, quamobrem vel nihil eorum expediatur vel omnes, sed magis omnes; nam nihil in his tribus postremis a nobis dictum est, quod non a 35 iure prius dictum fuerit, et propterea non admodum difficilis res esse potest.

Tridentini tamen sententia vicit.

Mox quatuor ipsi abusus recitati fuerunt, et deinceps interrogati patres, ut sententiam super illis dicerent. Quorum | primus card. **Tridentinus** Antequam, inquit, sententiam dicam, cuperem valde D.D. presidentium sententias audire et eorum rationes. Nam 40 non dubito, quin sepe auditis eorum rationibus in eorum sententiam descenderem. Idque etiam tunc **Giennensis** firmabat, et uterque eorum presidentes ipsos rogabat, ut suas ante omnes dicerent sententias. Id presidentes negarunt omnino se facturos, ne viderentur velle sua auctoritate alios in sententiam trahere².

Tunc **Tridentinus** placere sibi dixit collectionem illorum quatuor abusuum, de- 45 siderare se tamen, ut eis adderetur prohibitio, ne in posterum libri sine auctoris nomine ederentur, ut in proxima generali congregatione conclusum fuit. Ceterum deputati ipsi decreto ipso a super abusibus supremam imponent manum.

a sic.

¹ Haec congregatio prorsus deest apud *Theiner* I, 88. Extat Conc. tom. 62, f. 167/17° et publicabitur cum actis.

² Cf. supra ad 18. Ian. p. 20 (adn. 4) et *Massarelli* diar. I ad 10. Ian. 1546.

Tridentini sententiam et **Giennensis** et maior pars patrum probavit. Multi tamen fuerunt qui desideraverunt, ut nonnulla verba comutarentur in decreto ipso; plures quoque decreti faciendi onus in legatos ipsos reiecerunt. Facta est igitur conclusio, ut deputati ipsi decretum conficerent illudque presidentibus ostenderent, qui illi supremam adderent manum.

Deinde actum est de responsione oratori Cesareo etiam tunc presenti danda in 5
56v proxima sessione, quam D. Angelus legit. In qua | gratias agebatur" Cesaree Mu, orator autem ipse benigne suscipiebatur et amplexabatur a sancta synodo. Ceterum mandatum ipsum quantum de iure debebat synodus admittebat¹. Idque ea ratione factum est, quoniam iam in mandato ipso adderata, ut ipse orator in omnibus consultationibus et sessionibus admitteretur etiam ad interponendum votum et decretum Cesareg Mti², quod a iure absonum 10
est. Et interrogati patres, an eis placeret ita respondere. Omnes responderunt *placet*.

Mox idem card. **de Monte** interrogavit patres, an placeret eis ut mandata ipsa, de quibus nudiustertius actum est, in sessione crastina legerentur, et omnes responderunt *placet*.

(Deinde interrogati sunt patres de proxima futura sessione, an silicet patribus placeret non dicere diem vel magis dicere, et si dicenda esset, qua die. Ea in re non- 15
nihil controversie fuit, volentibus aliquibus, ne omnino sessio indiceretur, alii, ut statim post octavam pascatis. Plurium sententia vicit, ut silicet feria quinta post pentecostem indiceretur, ne videremur ab inceptis desistere.)^b

Denique hoc quoque restat, inquit card. **de Monte**, ut videlicet agamus de accusanda contumacia prelatorum. Sunt enim multi pene in foribus concilii, qui tamen venire 20
spernunt. Quamobrem, si placet, promotor concilii contumaciam accusabit. At **Tridentinus** sibi nequitiam videri inquit hoc bene actum, propterea quod facile Germani episcopi, qui quodammodo cera apensi a nobis pendent, indignari possent ex hac accusatione contumacie. Quamobrem videri sibi accusandam, non esse, et si accusetur, excipiendos esse Germanos. Cui card. **de Monte** dixit: non enim sinodus est nunc 25
s21 declaratura quemquam, sed tantum promotor | officio fungetur suo, quod etiam absque patrum decreto fieri posset². At **Tridentinus** Tametsi, inquit, nihil processura sit sinodus, tamen propter iustas causas patribus satis notas Germani mihi excipiendi videntur.

Giennensi vero contra videbatur, ut silicet accusatio fieret omnium absentium³. Cuius sententiam secuti sunt pene omnes, **Astoricensi** excepto, qui acusari contumaciam iustec non posse dicebat nisi prius affixis citationibus in valvis ecclesie. Cui et auditor rote **Pighinus** et advocatus **Achilles de Grassis** responderunt. Nam, in quiunt, tametsi apertum non fuerit concilium in die statuta in litteris convocatoriis concilii, tamen quia citati fuerunt ipsi prelati ad totam causam et ad actum, qui habet tractum successivum, propterea etiam post elapsam diem non excusantur a veniendo. His dictis 35
missa est congregatio.

8. Aprilis.

Sessio IV. Contumaciae absentium accusatio differtur. Publicantur decreta.

Die Iovis octava Aprilis 1546 hora decima tertia convenerunt omnes prelati in domo Rm^m legatorum, et facto plurium conventu coram eisdem Rm^s legatis fuit lectum decretum super quatuor ipsis abusibus et probatum a patribus. Deinde etiam card. **de Monte** dixit presente oratore Cesaris: Patres, orator Cesaris et nonnulli alii non 4°
57v contemnende auctoritatis admonuerunt nos, quod ex accusatione contumacie | possent facile nonnulli magni principes et inprimis Cesar ipse valde indignari. Quamobrem

a sic. b in marg. c M s. iuxte.

¹ Mandatum, oratio, responsum: *Le Piat* III, 400 ss.

² Repugnare inter se haec verba et illa alia epistulae legatorum 21. Martii (*Druffel-Brandi*, Monum. Trid. p. 453, n. 383): »Noi (legati) lassaremo accusare la contumacia delli absenti in questa prima futura sessione«, perperam putat *Brandi* l. c. p. 453. 467. Cf. Rom. Quartalschr. XII (1898), fasc. 2.

³ Formalem tantum inter Tridentini et Giennensis sententias intercedere differentiam ex Massarelli actis originalibus (Cone. tom. 62, f. 169) elucet. »Card. de Monte [interrogat]: an videatur accusari contumacia indistincte vel tantum de praelatis Italiae, vel generaliter. Card. Tridentinus: Germanis ex-

ceptis placet. Card. Geennensis: Placet generaliter sine differentia, sed suo loco habebitur ratio Germanorum. Aquensis: Placet (dei. ^«[eraliter]). Turritanus: Placet ut Tridentino. Materanus: Placet generaliter, sed ut Geennensi» etc. Ergo Paceccus ipse illud *generaliter* valde limitaverat, ita ut etiam Tridentinus (post Aciensem iterum locutus) ei consentire potuerit: »Edoctus, quod nihil fere sit accusare contumaciam, consensit, quod generaliter accusaretur« (*Massarellus* l. c.). Et revera paucissimum differt, utrum generaliter accusetur et Germani statim excusentur, an ab initio hi ex accusatione excipiantur, Sed cf. p. 49, adn. 3.

consultius puto, ut non accusetur contumacia pro nunc. Cui omnes pene presentes prelati et inprimis card. **Tridentinus** et **Giennensis** anuerunt.

Deinde in ecclesia cathedrali in loco solito celebrata fuit missa de spiritu sancto per archiepiscopum Turritanum, et habita fuit oratio per generalem Servorum, in qua docte et diserte de cruce Christi et eius triumpho ac demum de ecclesia et dogmatibus contro-

versis disseruit, ad quorum reparationem prelatorum animos concitavit, revocans ad memoriam non solos clericos et sacerdotes corruptos esse, sed principes et christianos universos*.

Mox cantatis de more letaniis et aliis de more factis ceremoniis per ipsum card. de Monte episcopus Turritanus ascendit ambonem et legit decretum de susceptione libro-
rum veteris et novi testamenti una cum traditionibus apostolorum, adiecto, ut si quis
libros ipsos non susceperit, vel traditiones sciens prudensque negaverit, anathema esset.
Deinde subsequenter legit quatuor decreta, quorum vis superius recitata est, hi sunt
quatuor ultimi <ex septem> ab abusibus supra recitatis. Itemque dixit proximam futuram
sessionem futuram esse ex decreto sancte synodus" feria quinta post pentecostem.

Quibus ab eo lectis interrogavit sanctam synodum, an placerent ei omnia, que ab
eo lecta fuissent. Respondit card. **de Monte** et successive card. **Tridentinus** et **Gien-**
nensis placere, reliquorum vero vota per Angelum a secretis et Robertum Urbinatum
notarium collecta fuerunt. Inter quos **Fesulanus** protestationem alias a se factam
repetiit, **Clodianus** vero dixit se decreto paritutum. (**Bergomensis** dixit placere
sibi, sed quod loco illorum verborum *pari pietatis affectu* ponatur *summo vel toto*
affectu. Reliqui omnes dixerunt *placet* 0

Mox aliqui ex patribus dolere ceperunt, quod prelatorum absentium contumacia non
acusaretur. Quod cum per concilii promotorem ad D.D. presidentes relatum fuisset, placuit
eis, ut Tridentini et Giennensis sententia super his scrutaretur a promotore. Quos cum
omnino repugnantes invenisset, re ad presidentes iterum relata et rursus hac de re ad
monito oratore Cesareo card. **de Monte** dixit patribus: Ut scitis, in proxima congre-
gatione, patres, conclusum fuit, ut contumacia acusaretur; verum post audivimus ex non
nullis maxime auctoritatis³, aliquos principes facile egre hanc rem laturos. Propterea
dicatis, an placeat accusari contumaciam, vel magis in aliam sessionem differri. Collecta
subinde fuerunt vota, agente pro scrutatore votorum promotore concilii, et tandem longe
maior pars consensit, ut accusatio contumacie differretur, nonnullis dicentibus, | ut saltem
pro prelatiis Italicis acusaretur. Sed maior pars differendum esse sensit.

Deinde card. **de Monte** interrogavit patres, an eis placeret, ut mandata oratoris
Cesarei una cum eius petitione et synodi responsione legeretur, et responderunt omnes
placere. Quo facto D. Angelus a secretis legit utrunque mandatum ac petitionem et
responsionem factam, de qua supra satis dictum est. Qua lecta iterum interrogati patres,
an eis placeret; omnes responderunt placere.

Quibus factis Hercules Severolus promotor concilii alta voce petiit per protonotarios
et notarios omnes ibidem presentes, de omnibus et singulis gestis in sancta synodo fieri
unum vel plura instrumenta. Fuerunt autem in hac sessione cardinales, archiepiscopi
et episcopi infrascripti, videlicet:

45	Cardinales legati: De Monte	Turritanus	Episcopi: Senogaliensis ³
	S. Crucis	Senensis	Asculanus
	Anglicia.	Materanus	Cavensis
	Cardinales: Tridentinus	Upsalensis	Feltrensis
	Giennensis.	Panormitanus	Chironensis ⁴
	Archiepiscopi: Aquensis	Armanus.	Placentinus
	Corcirensis		Calixtanus

3, stc'. b *n marS* c corr. in marg. pro deletis Nonnulli quoque alii fuere, qui vel dissenserunt
vel aliquid dixerunt; longe tamen maior pars patrum consensit in his que lecta fuerunt.
d post hunc deletum Iporegiensis. e pro deleto De Nobilibus.

1 Quid alii hoc de sermone senserint v. in *Massarelli*
I r * -A-Pr^is et dies sequentes, et *Severolum*
ad 18. Maii, infra p. 59 > 1* 36 ss. Errat *Maurenbrecher*
(Histor. Taschenb. 1888, p. 325 x) verba illa *Massa-*
relli, quae leguntur in actis (*Theiner* I, 89a), Theineri
esse comiendo; quamvis enim desint in *Massarelli*
actis originalibus, reperiuntur tamen in retractatis.

Concilium Tridentinum. I.

2 Cur novus hic notarius compareat, ex actis origi-
nalibus intellegitur. Cf. *Massarelli* diarium III ad
hanc diem.

3 *Massarelli* acta (Conc. 62, f. 183r): suadentibus
maxime id Rmis D.D. cardd. Tridentino et Giennensi,
necnon Illmo D. oratore Caesareo.

4 Intellegit Aciensem, de Nobilibus, cf. p. 63, adn. 1.
y

Sibinicensis	Castellimaris	Pacensis
Pientinus	Fanensis	Astoricensis
Milopotamensis ^b	Veronensis	Bertinoriensis
Torcellanus	Aciensis ¹	Aquinatensis
Claramontanus	Thermularum ^d	Oscensis
Fesulanus	Agatensis	Clodianus
S. Marci	Lancianensis	Bergomensis
Caputaquensis	Siracusanus	Canariensis.
Maioricensis	Vigorniensis	
Arietinus	Caprulanus	Generales et abbates,
Soranus	Bitontinus	de quibus supra,
Vasionensis	Corsulanus ⁶	item orator Cesaris
Motulanus ⁰	Belcastrens	et multitudo personarum.

13. Aprilis.

Classes.

^{9r} Die Martis 13. Aprilis hora 20. fuerunt congregationes particulares, in quibus de reliquis tribus abusibus supra adnotatis actum est, nempe de institutione prebende teo- 15
logalis, de metodo et cathechismo fiendo ac de predicatoribus et modo predicandi, in quibus nonnulla adnotata fuerunt et imutata iuxta sensum patrum².

15. Aprilis.

Examinantur reliqui abusus (cf. 13. Apr.). — Conceduntur stationes Urbis.

Die Iovis 15. eiusdem hora 12. fuit congregatio generalis, in qua factis de more solemnibus card. **de Monte** dixit: Pauca mihi dicenda sunt. Accessimus huc, ut post duplicatam triplicatamque horum abusuum discussionem tandem illis finem imponamus, 20
ut mox cetera dogmata et reformationem feliciter amplectamur. Et quoniam adnotata sunt ea, que super huiusmodi abusibus in particularibus congregationibus dicta fuerunt, si placet, ea referent patres deputati.

Quod cum patribus placuisset, episcopus **Bitontinus** ex scripto [legit] singulorum sententias, ut in classe cardinalis de Monte dicte fuerant. Quorum aliqui theologales pre- 25
bendas, ubi ecclesie sunt inopes, arbitrio ordinariorum institui volebant, alii, ut de primo vacante prebenda provideretur. Compendiosam institutionem et cathechismum nonnulli probabant, alii rursus improbant. Pro compendiosa institutione aliquibus magister
^{59v} | sententiarum probabatur, demptis tamen tot interpretationibus. Alii non ante in decreto de his fieri mentionem volebant, quam cum confecta essent. Ceterum de episcopis pla- 30
cebat multis, ut certis temporibus ad predicandum omnino cogerentur, alii vero totum eius conscientie relinqui desiderabant, rursus aliqui regulares nunquam nisi licentia petita predicare posse volebant; alii, ut salva eorum essent in omnibus privilegia, ceterum cum errarent punirentur ab episcopis; alii ab episcopis et generalibus simul.

Quibus explicatis episcopus **Fanensis**³ ea, que in congregationibus cardinalium 35
S. Crucis et Anglici gesta fuerant, itidem ex scripto recitavit; ea, quoniam non valde a suprascriptis abhorrent, omittere decrevi.

His explicatis card. **de Monte** dixit: Audistis, patres, gesta in particularibus congregationibus. Nunc, si placet, ut tedium repetitionis fugiamus, iniungatur^f deputatis ipsis, ut decreta ipsa iuxta vestras sententias aptent. Mox facto decreto de iis iterum discutiemus; 40
quod si minus placet, parati sumus audire sententias vestras. Placuit, ut dicerentur sententie.

Mox lectis decretis, uti ab initio confecta fuerant, card. **Giennensis** (nam Tridentinus aberat) dixit: Video patres deputatos magnopere laborasse, idque feliciter, ut

a M s. Sibicinensis.
e M s. Ursolanus.

b M s. Milipontensis.
f M s. inungatur.

c M s. Mutulanus.

d M s. Termopilarum.

¹ Certe hic — id quod ex loco sequitur, quo eum ponit — vult dicere *Aquensem* (Aqua, hodie *Aequi*), Petrum Vorstium. Videtur ex numero episcoporum, quos fuisse sciebat ⁴¹, hunc indicem concinnasse. Chironensis et Milopotamensis idem erat, »²⁷ *Grechetto*«.

² Etiam huius congregationis acta praetermisit

Theiner 1, 92b; originalia extant Conc. tom. 62, f. 190/193.

³ Cur hodie Fanensis episcopus acta huius classis legerit, cum alias Massarellus hoc fecerit, nescimus; fortasse, ut secretarii onus sublevetur. Scripsit ipse Massarellus acta, quae extant Conc. tom. 62, f. 190/193.

abusus | colligerent. At in remediis inveniendis non ita meo iudicio, ut satis esse possit. 6^r
 Nam ea, que pro remediis attulerunt patres isti, longe antea in concilio Lateranensi sub
 Innocentio II provisae fuerunt, sed parum, ut videre est, feliciter. Quamobrem cogitandum
 mihi videtur, quomodo ordinationes suum possint sortiri effectum, et ut executioni de-
 S mandentur, quod ni fiat, frustra laboravimus. Nam iubere episcopo, ut prebenda teo-
 logicalis erigatur, est elligere ipsum executorem contra proprium commodum, quoniam de
 proprio oportebit aliquid saltem conferre. Quamobrem placeret magis, ut prima vacans
 prebenda huic oneri deserviret. Qua in re exorandus esset summus pontifex, ut assentiret.
 De episcopis vero probo, ut moneantur sui officii; ut autem penis ad hoc coerceantur,
 10 non possum probare. {Questuariis vero modum imponi omnino necesse est, et maxime
 qui in Hispania cruciatam predicant, quoniam per ipsos innumera scandala disseminantur*.
 Quare non nisi ab episcopo examinati ad predicandum admitti debent.

Cuius in hac parte sententiam etiam **Canariensis** et alii secuti fuerunt)a. Dicte
 sunt deinceps a patribus sententie tam varie, ut recte dici posset: tot capita tot sententie.
 15 <Non defuerunt qui nullo alio pacto mederi ecclesie vulneribus posse affirmaretb, nisi
 episcoporum residentia.)” **Fesulanus** ex scripto sententiam dixit: Si patres, inquit, in
 hac sancta synodo libere loqui licet, ut certe debet, dicam quod conscientia et spiritus
 mihi dictat meus. Verum, pontifices, antequam incipiam, vos admonitos velim, ut vestri
 officii memores sitis. Quod si feceritis, parum mercenariis ministris indigebitis. Quod
 20 me torquet, est, ut sit liberum regularibus in suis monasteriis nec missi nec vocati | a e^v
 nobis in nostris diocesibus predicare. Nam hoc si admiserimus, pontifices, quid aliud
 est quam pati, ut lupi non per ostium, sed per posticum intrantes greges nostros tur-
 bent? Quapropter rogo vos, pontifices, ut hoc pati nolitis. Quodsi secus factum fuerit,
 protestor, quod invitus omnino hoc permittam, verum provocabo ad Christi tribunal, me
 25 nihil in hoc peccasse. Super vos igitur erit et culpa et sanguis eorum 2.

Cui suo loco **Bertinoriensis** optime respondisse visus est. Inquit enim: Patres,
 scire nos oportet omnium christianorum episcopum esse papam, nos autem in partem
 eius solitudinis vocatos esse. Quamobrem non minus per ostium intrat qui a pon-
 tifice maximo mittitur ad nostras oves, quam is, qui a nobis mittitur. Cogitate, si placet,
 pontifices ipsos maximos privilegia ipsa regularibus concessisse propter nostram desidi-
 30 am, ne dicam ignorantiam. Quod ni fecissetb, iam protinus Christi ecclesia funditus corruisset.
 (Sunt enim regulares, qui omne onus episcopale subeunt, nos, siquid lucri 0 est, nullo
 labore suscipimus)a. Bertinoriensis sententiam alii quoque secuti fuerunt.

Explicatis sententiis card. **de Monte** dixit: Non est quod singulis respondeam,
 hoc tamen unum vos, patres, scire volo, me aliquando post horum decretorum lectionem
 35 diu cogitasse de modo executionis, qui quamvis mihi ab initio difficilis visus fuerit, tamen
 re melius considerata spero facile nos provisuros, ut et hec et alia in hoc sacrosancto
 concilio Tridentino statuta executioni | demandentur; nam sive residentia episcoporum sive 6^r
 alio modo omnino providebitur. Verum antea que expedienda sunt expediamus. Et ad
 Fesulanum conversus Qui autem, inquit, protestaturos se dicunt coram Deo pro salute
 40 animarum ovium suarum, si ab alienigenis deglutiantur, “cur non econtra considerant,
 quod si regularibus bene de re christiana meritis sua privilegia tollemus\ statim desinent
 officio predicandi fungi, cum maxima iactura christianorum. Erit igitur presentis con-
 sultationis diffinitio, ut deputati decreta ipsa iuxta sententias maioris partis aptent, et
 nihilominus votis etiam particularium, ubi comode poterunt, se adaptent.

45 Deinde dixit: **Sms D. N.** non est in his quadragesimalibus <et sanctis>” diebus
 nostri oblitus, verum maxime memor, quoniam voluit in huius sancte synodi gratiam con-
 cedere stationes Urbis visitantibus ecclesiam s. Trinitatis usque ad octavam pascatis; prout

a add. in marg.

b sic.

c M.s. siqui lucri, sed sub 1 videtur latere d.

d Deleta cur non

econtrario, si regulares officium, quod ipsi non implent, perficerent.

1 Cruciatum illa gravissima crux erat Hispaniae
 temporibus; quare Hispanis Romanam curiam refor-
 mandam esse clamantibus optime ab Italis abusus cru-
 ciatam praedicantium obtendebatur. Ita in epistula,
 quam Severolus noster Romam scripsit ad Bernard.
 Maffeu (Arch. Vat. Cone. tom. 98 inter fol. 40 et 41),
 data 27. Febr. 1546, legitur de Hispanis, »che non
 hanno l'occhio altrove che alii abusi di Roma», quibus

episcopus Fanensis dixerit: »Udite Signori, se s' ha
 da pariare delli abusi delle predicationi, affatto biso-
 gnara prima levar via l' abuso che e in Spagna, di
 predicare la cruciata; il che udito il vescovo d'Astorga,
 che era lo inventore, si tacque.« Cf. infra Fanensis ora-
 tionem 9. Iunii habitam (sub finem). De cruciata cf. *Dien-*
dorfer, Kirchenlex. 2 II, 1469 ss. et libros ibi laudatos.

2 Cf. quae adnotabuntur ad 10. Maii, p. 55, adn. 2.

latius ex brevi, quod per Angelum a secretis lectum fuit, apparuit. Quo lecto cardinales et prelati omnes simul ad dictam ecclesiam sancte Trinitatis se contulerunt, ubi cantatum fuit *Te Deum laudamus* etc. 1

7. Maii.

Classes.

Die 7. Maii hora 19. fuerunt congregationes particulares coram R^mis legatis, in quibus actum est iterum de lectione theologali instituenda et de regularibus et aliis predicatoribus verbi Dei, lectumque fuit decretum per deputatos aptatum et correctum iuxta vota patrum in precedentibus congregationibus. Quo lecto vota singulorum audita sunt et per secretarios in comentarium redacta et deinde iterum recitata, ut unusquisque suam agnosceret sententiam 2.

10. Maii.

Proponitur decretum reformatum de lectione et praedicatione sacrae scripturae. (Cur non datum sit responsum regi Portugalliae.) Faesulani »infectiva«. Altercationes3.

Die 10. eiusdem hora 20. fuit congregatio generalis, in qua card. **de Monte** post spiritus sancti invocationem more solito factam dixit: Tempus iam est, patres, ut ad ceptos labores in nomine Domini redeamus. Noluimus enim preteritis diebus vos congregare, ne abstraheremus vos a meditatione passionis D. N. Iesu Christi. Sed iam ad incepta redeamus, et imprimis D. Bitontinus recitabit, quae coram me in particulari congregatione gesta fuerunt. Qui statim ex scripto ea legit — nam is in particulari congregatione cardinalis de Monte munus scribendi vota singulorum suscepit4 — ; mox D. Angelus a secretis vota patrum dicta in congregationibus habitis coram R^mo de S. Cruce et Anglico.

Sententiarum haec summa erat, nempe: Ut parochi non possint alicui concedere licentiam predicandi, sed solus episcopus vel vicarius, potissimum tempore quadragesime et adventus. Quod in monasteriis monachorum, in quibus studia vigere possunt (necnon in quibus solent) instituatur lectio sacrae scripturae. Quod non sit satis regulares probari a superioribus, ut ad predicandum admittantur, sed oporteat eos ab episcopis locorum, ubi predicaturi sunt, probari. Quod nonb (prestat) aliquod iuramentum a predicatore de predicando iuxta traditam normam. Quod si predicator heresim aliquam predicaverit, episcopus solus possit in eum animadvertere. Quod privilegiorum pretextu non possint illi, quibus ab episcopo interdictum fuerit predicandi munus, contra episcopum aliquo modo procedere neque contraire. Haec quae a maiori parte probabantur.

Fuerunt non pauci qui desideraverunt, ut antequam decreta huiusmodi absolverentur, de episcoporum residentia tractaretur. Hi fuerunt: Gadditanus, Armacanus, Upsalensis, Senogaliensis, S. Marci, Termularum, Siracusanus, Pacensis et Aquinatensis.

Fuerunt qui penam adiiciendam censerent episcopis negligentibus apostolicum munus predicandi, quorum precipui sunt Turritanus, Naxensis, Upsalensis, Armacanus, Claramontanus, Bertinoriensis, Pacensis, Caputaquensis, Vigorniensis, Aquinatensis, Agathensis, Oscensis.

Alii quoque desideraverunt, ut cogerentur clerici ad audiendam lectionem theologalem. Hi duodecim fuerunt ad summum.

(Plures quoque singulorum sententiae fuerunt, quas prossequi nimis difficile esset.)3

Omnium votis ex scripto recitatis card. **de Monte** conversus ad Tridentinum et Giennensem dixit: Audistis singulorum sententias. Nunc, si placet, vos quoque vestras sententias dicere poteritis, quoniam ipsi particularibus congregationibus non interfuistis.

Tunc **Tridentinus** Etsi, inquit, post tot patrum sententias difficile admodum sit sententiam dicere et eo maxime, quod iam constat, quid de unaquaque re maior pars senserit, tamen, ut et ego mihi satisfaciam, dicam quid sentio. Illudque imprimis mihi placere non potest, ut episcopis non predicantibus pena imponatur; quoniam satis pene est a lege divina statuta5 Nam inquit Paulus: »Ve mihi, si non evangelizavero«6. Illud

a corr. manu recentiori, pro Aprilis.

b sic.

c corr. pro petatur.

a in marg.

1 Propter hebdomadam sacram et festa paschalia congregationes intermittebantur; cf. supra 1. 12 sq.

2 Animadvertenda sunt, quae Massarellus ad hanc diem adnotavit in actis et in diario III, quia pro actis aestimandis maximi sunt momenti.

3 Ne huius quidem congregationis acta, quae

(Conc. tom. 62, f. 210/212) exhibet Massarellus, originalia sunt, et imprimis ordo rerum tractatarum mutatus; tanto plus haec Severoli valent.

4 Acta congregationum coram primo et tertio praesidentibus non ante 7^o Maii scribi incepta esse videntur; cf. *Massarelli* diar. III 7. Maii 1546. 5 I Cor. 9, 16.

summo opere desidero, ut ante omnia de episcoporum residentia tractetur, et non resi- s3r
dentibus pena imponatur, et gravissima quidem, quoniam nihil a nobis cadenti pene
christiane religioni magis proficuum cogitari potest, quam episcoporum residentia. Pro
certo scio nihil rempublicam Christianam magis a nobis desiderare quam hoc unum, ut
5 episcopi resideant. Ut autem in monasteriis lectio instituat, vehementer probo, neque
propterea a cathechismo desistatur. Ad hec unum habeo dicere patribus, quod tametsi
ad ea de quibus nunc agitur non pertineat, pertinet tamen maxime ad auctoritatem huius
sancte synodus". Nudiustertius venit ad me Dominicanus ille, qui a rege Lusitaniae huc
missus fuit cum litteris eiusdem regis ad sanctam hanc synodum, qui ex me quesivit, ut
10 palam ei dicere vellem, an re vera concilium huiusmodi debitum progressum esset accep-
turum. Cui cum ego respondissem absque dubio progressurum esse\ eumque percunc-
tassem, num ex Lusitania venturi sint prelati, inquit ille: Venient quidem, si res serio
agetur, sed vereor ne credatur rem aliter agi, quoniam ad eas litteras, quas ego sancte
synodo reddidi, nullum adhuc responsum <illi>° datum fuit. Quamobrem petiit a me
15 enixe, ut vobiscum ego agerem, ut aliquid regi tam benigne j nobis scribenti respon- s3v
deretis, et illi animus adaugeatur ad oratores et prelatos suos mittendos ad concilium ".
Ego cum eius petitionem honestissimam iudicasset, statui hec ad vos referre et insuper
rogare, ut regi tam pio tam christianissimo et huius sancte synodus" fautori, uti hanc
sanctam synodum decet, rescribatur, eoque amplius peto, cum sciam, iam conscriptas et
20 destinatas litteras fuisse nomine huius sancte synodus" tam ad ipsum regem Lusitaniae,
quam ad alios principes christianos, quas deinceps optima ratione detentas fuisse credo.
Sed quid de aliis litteris fiat nihil curo, dummodo huic regi, cuius causa est ab aliis
separata, rescribatur.

Hec cum dixisset, card. **de Monte** ad illum conversus dixit: Dominicanus iste
25 frequenter ad me fuit, ego illum semper benigne et humane suscepi illique instanter
poscenti, ut aliquid regi Lusitaniae nomine synodi rescriberetur, respondi, ut quam
primum haberet tabellarium, ad me veniret, quoniam ego illi litteras ad regem suum
darem a nobis legatis ex decreto synodi conscriptas. Quod ipse probare visus fuit; si
enim ipsi hec non placebant, potuit ad me redire et ego illi libenter qua via ipse
3° voluisset satisfacissem.

Hec postrema verba card. de Monte **Tridentinus** egre ferre visus fuit, plane ut e4r
putaret se aliquo pacto ab ipso cardinali temeritatis argui. Quamobrem aliquantulum
iratus conversus ad card. de Monte dixit: Non possum ego ea, que honesta et recta
puto, aliquo modo tacere, idque hactenus prestavi" et in posterum semper prestabo. Quo
35 enim modo dissimulare ego potui, quin dicerem sancte synodo, quod a me ad regis
Lusitaniae instantiam magnopere petitum est? Cui card. **de Monte** Faciatis, inquit, ut
libet, hoc certum habeo munus presidentie, ut sepius dixi, nostrum esse, et propterea
nulli alteri licere quicquam novi proponere, maxime nobis inconsultis. Cui cardinalis
[**Tridentinus**]: Aliud est proponere et vota colligere — et hoc vestrum munus est;
4° aliud sententiam dicere, et etiam, si opus sit, aliquid incidenter sinodo referre, non ut
vota super ea re colligantur, sed ut omnes patres id intelligant, num e re synodi sit —
et hoc nedum meum esse existimo, sed cuiuslibet quantumvis minimi, qui in hac con-
gregatione intersit.

Que cum dixisset, ita ut non parum videretur iratus, **Astoricensis** episcopus dixit:
45 Fuerunt, ut recte admonuit card. **Tridentinus**, conscripte et decretae littere per sanctam
synodum, deinceps qua ratione nobis inconsultis evanuerint nescimus, propterea equum est,
ut nedum regi Lusitaniae, sed ut alie quoque littere mittantur. Idque etiam **Pacensis**, 64v
Caputaquensis et **Lancianensis** instanter petierunt, tacente tota congregatione.
Quibus dixit card. **de Monte**: Tractatum quidem fuit de scribendis litteris principibus
5° christianis, et fuerunt lecte littere conscripte ab episcopo S. Marci, sed iisf non fuit
imposita suprema manus propter discordias notas patribus. At **Astoricensis** Nescimus
nos, inquit, nisi quod littere fuerunt lecte et decretae, et presertim ad regem Lusitaniae;
qua autem ratione evanuerint, nescimus. At card. **S. Crucis** Qua ratione, inquit,
cetere littere retente sunt, eadem et ista; nam littere ad regem Lusitaniae nihil de
55 receptis ab eo litteris meminerant, quamobrem vestra hec responsio non quadrat. At

1 s'c- 1 *deletum* et facturum omnia que et religioni christiane et huic conve[n]tui] . . .
c *add. supra lineam.* d *Antea scriptum fuerat* Quamobrem fidem meam . . .
e *deletum* hecque a me dicta cupio, ut. f *Ms. is.*

Giennensis et iterum **Tridentinus** dixerunt, e re concilii esse, ut omnes littere, de quibus ante actum fuerat expedirentur.

<Mox **Caputaquensis** Habeo, inquit, Rm legati, aliqua in concilio proponenda. Vellem scire, quomodo ea in re agere debeam. Cui card. **de Monte**: Munus vestrum erit nos legatos adire et ea nobis exponere, que si videbuntur talia, que debeant proponi, 5 proponuntur a nobis, si minus, reiciemus eas°. Vestri tamen arbitrii erit, si credideritis a nobis gravari, quoniam ea reiecerimus, ut eadem ipsi in sinodo proponatis.)b Inde ultro citroque verba nata non sine ipsorum legatorum iracundia, modesta tamen. Tandem huic disputationi finis impositus fuit per cardinalem **de Monte**, qui admonuit card. **Giennensem**, ut super decretis, de quibus tunc agebatur, sententiam suam diceret. 10 Qui parens dicto Omnis*, inquit cardo huius rei, ut mihi quidem videtur, est episcoporum residentia. Que si fiat, omnia (ut optime a Rm meo Tridentino dictum fuit) 65r facile prestabimus. | Et cum dico residentiam, intelligo ad effectum, ut predicent et officio sibi commisso fungantur. Utinam enim verum esset, quod Panormitanus archiepiscopus dixit, ut scilicet iure divino non essemus astricti ad predicandum, quoniam bene nobiscum 15 ageretur. Verum scimus Paulum sepius dixisse: »Ve mihi, si non evangelizavero«2; et alibi: »Sumus missi doctores et pastores«3. Quamobrem non opus est, ut in hoc nobis nimis indulgeamus, sed sciamus oportet iure divino nosse ad predicandum coactos esse; quando autem predicare debemus, id humano iure statutum est. Debet igitur nostro iudicio sancta hec synodus inprimis et ante omnia renovare canones antiquos super epi- 20 scoporum residentia per fructuum subtractionem et per alia opportuna remedia, ita ut si diu ea pena parvi pendatur, tandem ad depositionem deveniatur, et inprimis exoretur sumus pontifex, ne passim indocti ad episcopatus promoveantur; nam hec iusta est causa, ut deponi possit episcopus, si litteras nesciat. {Memini, cum primum promotus fuisset ad ecclesiam Pampilonensem4, audivisse, civitatem illam annis octuaginta ante 25 me non vidisse episcopum suum, quod accidit, quoniam episcopatus semper fuit in manibus cardinalium.)b dSi vero, antequam de residentia episcoporum tractetur, decreta huius modi firmanda erunt, placebit, ut omnino in monasteriis, ubi comode lectio haberi poterit, habeatur, et ut episcoporum sit cognitio contra predicantes heresim <(non obstantibus quibuslibet privilegiis. Et hoc dico, quoniam nuper, cum huc accederem, audivi ex quodam 3° regulari Franciscano, regularibus divi Francisci et aliis multis concessum esse privilegio, ne aliqua ratione, etiam si hereses predicaverint, possent ab ordinariis coherceri)05.

Tunc card. **de Monte**: In tot opinionum6 turbinibus nescirem ego, quid agere 65v in presentiarumf, j nisi hoc unum agamus, scilicet ut colligamus iterum vota singulorum et iuxta eorum vel maioris partis intentionem iterum aptemus decretum iterum patribus 35 legendum. Si enim erunt aliqua, que vel tempori vel rei non satis convenire videantur, ea etiam curabimus amovere vel aptare, ita ut omnia consonent, et postea iterum proponetur decretum per *placet* vel *non placet* approbandum vel reprobandum.

At card. **Giennensis**: Duo sunt in hac re, que me turbant: unum, quod sententie ex scripto recitate non integro recitantur, quoniam in ipsis rationes per patres adducte 4° non recitantur; alterum est, quod si dicerentur sententie, iterum post sententiarum recitationem essent plures, qui suam opinionem audita meliore relinquerent.

Cui card. **de Monte** dixit: Multi querebantur nobiscum, quod tardi nimis sumus in expeditionibus; at si modo vestro hec expedienda erunt, nunquam illorum erit finis. Quamobrem, ne sepius eandem cantilenam repetamus, poterunt decreta ista haberi ut 45 perfecta et expedita, et transibimus ad alia. Nam ante demissionem congregationis volumus patres scire, quid in sequenti congregatione agendum sit. Acceptaque cartula, ubi continebatur, quid in proxima congregatione agendum esset, statim card. **Giennensis**, 66r ita ut videretur impedire velle, ne ediceretur quid tractandum | esset, dixit: Sunt adhuc, qui sententias non dixerunt, nam neque Cavensis neque Bitontinus sententias dixerunt; 5° et forte sunt alii, qui cupiant dicere sententias.

a sic. b in marg. c Ms. no, sed certe legendum nos. d deletum De monacis autem. e Ms. opiniorum. f deletum Unum hoc si placet faciamus, scilicet ut curati . . . {deinde ut scilicet quanta^.

1 Raynaldus paucis mutatis transumpsit Pacecci orationem et quae sequuntur in annales suos (1546, n. 63) falso dicens: *tradit Angelus Massarellus*.

2 1 Cor. 9, 16.

3 Significare videtur Eph. 4, 11.

4 Translatus est ab episcopatu Civitatensi in Pampilonensem 10. Iulii 1539, ex Pampilonensi in Giennensem 3. Ian. 1545* teste Gams, Series episcop. p. 62.

5 Postero die ostendit breve, quo id concedebatur; cf. Massarelli diar. III ad 11. Maii.

Tunc conversus card. **de Monte** ad **Cavensem** dixit: Dicatis sententiam. At ille: Quia unus ex deputatis, ideo sententiam non dixi, neque habeo quid in hac re dicam; tot enim sunt dicta et proposita et tam varie, ut unius sententia parum facere possit. At card. **Giennensis**: Sunt forte alii, qui dicere cupiunt. Tunc episcopus **Fesulanus** 5 Habeo, inquit, quod patribus dicam, si placet me dicentem audire. Cui cum preberetur assensus, ex scripto maximam declamationem ac plane invectivam³ recitare incipienti **Giennensis** dixit cardinalibus legatis: Interogandus est Fesulanus, an idem sit quod nunc dicere vult, quod alias dixit. Qui cum a card. **de Monte** percunctaretur, dixit non eandem esse sententiam quam alias recitasset, sed prorsus aliam. Admonebat autem 10 inprimis, quare tam tarde et absque ullo ordine, modica etiam cum auctoritate, res concilii pertractarentur (quodque, quamvis omnes episcopi huc non sine magno sumptu et labore se contulerint, nihilominus neque satis libera essent vota, sed in classibus seu carceribus quibusdam restricta)". Deinde pontifices orabat per Deum atque hominum fidem, ut aliquando expergiscerentur et cogitarent, | quam inique secum ageretur, quo- 15 modo omnia fierent, ut eorum auctoritas iminueretur, et facultates etiam continua decimarum et gravaminum impositione exinanirentur et exaurirentur. Hec eo tendere, ut eorum miseria ipsi, qui aliquando fratres et coepiscopi habebantur et erant, ad nihilum protinus redigantur; nihil amplius eorum quam nomen episcopale eorum' integrum reman- sisse. Nam quis unquam tollerandum dicet, ut liceat regularibus, nulla petita venia, nullo 20 honore nobis tributo, in nostras oves iruere et plerunque venenosa pabula illis prebere? Hoc vos, patres, statuatis, ut vestra auctoritate adversus vestras oves rabidius insurgere valeant? Meminisse vos oportet huc venisse huc⁰ a Smo Paulo pontifice maximo convocatos, ut abusus in ecclesia Dei reformetis. Verum si hoc admiseritis, ut liceat in vestris diocesibus vobis invitis regulares predicare, omnium abusuum sentinas comovebitis. Quid porro hoc decreto vobis conceditur, nisi ut licentiam generalis inspiciatis, 25 ut silicet signorum et manuum recognitores sitis? Quenam hec decretorum forma est tot exceptionibus, tot anfractibus cartulam plenam d, que tamen, si excutiat, nihil tandem continebit? Recte et sancte a patribus deputatis dictum j fuit, abusum esse maximum in predicatione verbi Dei, quia non predicaretur ab iis, qui id deberent predicare. Remedium esse dixerunt id agere, ut veri ministri, episcopi silicet et curati predicarent. At decreti verba prorsus contraria sunt ei rei, quam agere intendimus. Nolo hic enumerare, quanta scandala et quam turpia facinora per huius generis homines admissa fuerint. Omnes satis norunt eos omnia episcopalia munera sibi indigne usurpasse. Iam enim soli confessiones audiunt, soli predicant, soli celum et terram miscent, nec est qui adversus 30 illos hiscere audeat. Expergiscimini, iterum dico, pontifices, et nolite quod vestrum est aliis tribuere, illudque inprimis agite, ut in integrum penitus restituamini, antequam de aliqua alia re sermo habeatur, ut in nomine Domini Iesu Christi, cuius vices in terris geritis, aliquando possitis vestrum officium libere peragere. Pati autem, ut regulares vestras dioceses vobis invitis ingrediantur, preterquam quod est indecorum, est etiam 40 adversus omnem humanam ac divinam politiam, quoniam ecclesia, que unita⁴ esse debet, scinditur et laceratur. Vosque, apostolice sedis legati et amplissimi cardinales, memnente, vos aliquando episcopos fuisse et | adhuc ex fructibus episcopatum vivere, et 67V propterea nolite nobiscum tam dure agere, ut quos antea fratres et maiores habere consuevistis, patiamini omni honore et dignitate ac etiam bonis omnibus exui et expoliari.

45 Hec cum longa admodum oratione prosecutus fuisset, valde egre ferentibus legatis et plerisque bonis, invidis autem et detractoribus leto animo accipientibus, conversus card. **de Monte**¹ ad Fesulanum dixit: Domine, hestern¹ die² dixistis appellare ad

a *deletum* recitavit, cuius capita sunt. b *in marg.* c *M s. repetit.* d *sic.* e *M s. is.* f *M s. externa.*

* Raynaldus ad annum 1546, n. 64.

Non plane inter se concordant, quae de Faesulani appellatione dicuntur. Nam cum card. de Monte dicat *hesterna congregatione* et card. Polus (infra p. 56, 34) *pridie*, Massarellus in actis 7. Maii tradit, in congregatione particulari ea die coram primo praesidente habita Faesulanum eiusmodi verba protulisse (deinde vero sua propria manu ex libro actorum delevisse. Arch. Vat. Conc. tom. 62, f. 21iv), et ex Severoli actis apparet, die 15. Aprilis in generali congre-

gatione eandem sententiam eum dixisse. Non ergo Raynaldum, qui Severoli relatione nititur, errasse statuendum est (contra *Maurenbrecher*, *Histor. Taschenb.* 1890, p. 248 J), sed saepius ille episcopus suam appellationem videtur protulisse. Quia actorum coram primo praesidente notationes ad nos non pervenerunt, certi quidquam statui non potest. Ne ea acta quidem, quae ad 7. Maii in Massarelli libro (Arch. Vat. Conc. tom. 62) extant, originalia sunt, sed postea redacta.

tribunal Christi, si aliter in ea re, de qua agitur, statueretur, quam quod a vobis dictum fuisset. Persistitisne in illa appellatione? **Fesulanus** Oblitus sum, inquit, id dicere. Ego, ut scitis, patres, provocavi ad tribunal Christi, non ut provocant qui superiorem iudicem appellant, sed quemadmodum faciunt qui suam conscientiam exonerare cupiunt. Eius rei causa perhumane fui hodie a R¹³ legatis admonitus, qui mihi dixerunt provocacionem ad Christum heresim sapere, si quis in illa pertinaciter insistat. Eius rei causa maxime illis me debere fateor, et propterea declaro me non provocandi et appellandi animo id dixisse, sed ut meam conscientiam exonerarem, et nihilominus ab appellatione ipsa, quatenus : appellatio sit, desisto illique renuntio omnino. Rursus card. **de Monte** dixit: Affirmatisne episcopos vicarios esse Christi, ut in oratione vestra dixistis? Cui **Fesulanus**: Hoc dixi secutus Anacleti et aliorum summorum pontificum sententias. Dicatis, inquit **cardinalis**, an illud firmetis. Firmo, inquit, donec mihi contrarium ostendatur. Tunc **Armakanus** dixit defendi posse episcopos esse Christi vicarios saltem in ministerio altaris et in confessionibus audiendis et aliis multis. Quinimo multi tenent ut simpliciter dici possint vicarii Christi, quamvis hi duntaxat in parte solitudinis, episcopus vero Rome universalis ecclesie vicarius Christi dicitur. Cui card. **de Monte** dixit: Verba intelliguntur secundum subiectam materiam. Verum nihil ad me attinet nunc respondere dictis per Fesulanum; respondeant illi, qui voluerunt eum dicere et audiri, quoniam ego illum non satis equo animo audivi.

Egre valde tulit hec verba card. **Giennensis**, et ad ipsum cardinalem de Monte conversus dixit: Desidero, inquit, ut omnes suas sententias libere dicant, ut pro honore synodi omnia mature digerantur; sed propterea non putabam mihi succensendum a vobis ita ut mihi daretur onus respondendi Fesulano. Cui card. **de Monte**: Non puto me vobis iniuriam aliquam intulisse nec inferre ! dicendo, ut respondeant Fesulano qui eum audire voluerunt. **Giennensis** dixit: Nullus alius fuit qui peteret, ut patres dicerent sententias, et propterea mihi soli verba sunt dicta et non aliis. Cui card. **de Monte** Quicquid dictum a me est, dictum est citra iniuriam.

Tunc card. **Anglicus** ad Fesulanum conversus dixit: Multa bona fuerunt dicta, que et nos et boni omnes eque secum desiderant. Nam episcopos residere, predicare, muneri episcopali operam dare non nisi bonum est. Modus autem dicendi nequaquam bonus est; hec enim magis invectiva fuit quam libera sententia, et seditiosa concitatio quam plana et equa ratio, quamvis, si omnia perpendantur, neque oratione ipsa neque ipsemet satis sibi constabit. Non videt enim, quantum proximis diebus curaret, ut nomina legatorum deleterentur ex decretis, et pridie, dum ad Christi tribunal appellasset, quantum in se erat ius et auctoritatem concilii imminuisse et imminuere, quam maxime debebat extollere, si ex concilii auctoritate desiderabat pristina iura episcopis concedi et restitui; nunc rursus non cogitat quod, dum adversus omnes regulares invehitur, ut episcopis propria restituantur, hoc unum agere, ut episcopi careant ministris. Utinam enim episcopi sine iis facere possent, quoniam res christiana multo melius se haberet, quam habeat. Abstinendum est igitur D. Fesulano a similibus concionibus, quoniam seditiones et iurgia disseminant. Cui **Fesulanus** perfricta fronte Non possum, inquit, non vociferare et clamare, quando video nos nostrumque ordinem suo iure exui et expoliari.

Cumque hinc inde multa dicerentur verba, card. **de Monte** dixit: Iam sol occidit, propterea dimittamus congregationem, ne noceat tam longa mora Domino meo de S. Cruce, qui non bene se habet. Interim aliquid super decretis ipsis conficiendis cogitabimus et omnia de integro in congregatione referemus.

18. Maii.

Examinantur decreti reformati de lectoribus et praedicatoribus capp. i. 2. 3. (De iure proponendi; de Faesulani »investiva«.)¹

Die 18. Maii hora n. fuit congregatio generalis, in qua celebrata de more missa card. **de Monte** ad patres conversus Male, inquit, patres, que a nobis et sancta hac

a M s. dixisti. b M s. inveitur. 0 sic. d ~~deletum~~ dixit: Utinam, inquit, presens congregatio ita a tumultu absit.

¹ Acta Massarelli (Cone. tom. 62, f. 215) non sunt originalia; ergo Severolus aequè adeundus.

² Cervinus aberat »ob indispositionem liturgicam«

(M. Massarelli diar. III ad 16. Maii), quo absente plus semel primus praesidens ad disceptationes et iurgia cum praelatis descendit, cf. infra 30. Iulii.

synodo in prima sessione firmata fuere servantur. Cautum nempe <fuit inter cetera>a, ut in dicendis sententiis patres sine rumore, sine iurgiis et sine contumelia sese haberent, et pleraque alia; at contra omnia in proxima congregatione gesta fuisse vidistis omnes. Quod ego nulla alia ratione evenisse cognovi, nisi quoniam adsunt nonnulli in cetu hoc nostro, qui nimium sue sententiae innituntur, nec quicquam equum aut bonum j censent, nisi quod ipsi dixerint aut excogitaverint. Testes ipsi nobis sumus, testis nobis erit universa synodus, omnia a nobis summa cum humanitate et summa caritate pertractata fuisse, nec unquam aliquid nobis ipsis, sed Deo maximo querere voluisse. Cuius rei causa quot hactenus labores hauserimus, vos eritis omnibus testes; nam ea enumerare vobis, qui omnia novistis, opere pretium non est. Non potuimus tamen adeo omnia ita exacte facere, ut omnibus omnino placeremus. Sunt enim, ut accepimus, quidam, qui vix patiuntur nos nostro presidentie munere fungi; aiunt nempe omnibus licere que velint in synodo proponere et vota patrum super propositis accipere, nempe id agentibus, ut nihil eorum auctoritas a nostra differat. Quod nos equo animo pati non possumus, neque etiam, si possemus, eius causa, qui nos hoc loco destinavit, velle deberemus. Illud vero taceri non potest, aliquos esse, qui in sententiis dicendis adeo omnem modum et modestiam excedant, ut omnia suis declamationibus confundant, celumque et terram absque ullo discrimine misceant. Audistis enim invectivam in proxima congregatione lectam, nam alio quam invective nomine appellari non potest; ea plena est iurgiis, contumeliis, seditionibus et scismate. Plane enim calumniam adversus Smum D. N. continebat eum accusans, quod privilegia contra ius divinum regularibus concesserit, <quod privilegia concedat continentia omnium abusuum sentinas>a; contra nos, quod minus per nos liberam liceat patribus dicere sententiam, quod episcopos suis rebus spoliari desideremus; contumeliosa etiam contra eos episcopos, qui decretum de quo agitur composuerint, dicens ipsos verbis et multiloquiis nihil aliud quesivisse, nisi ut episcopos et synodum deciperet¹; contumeliosa rursus in regulares, ita ut nulla in eos non debaccetur via. Seditiosa fuit, provocans et incendens episcopos, ne sententiam ante dicerent, quam ea obtinuerit, que sibi deberi persuasum habent; seditiosa quoque, utpote que regulares possit comovere adversus omnem episcoporum ordinem. Scismata quoque continebat, dum vult papam non posse regularibus concedere, ut libere predicent, et pleraque alia, que etiam si quis affirmet, haudc parum ab heretico differet. Que omnia volui patribus explicasse, ut sciant nos ista equo animo laturus non esse. Verum de invectiva ista et que pene auctorem eius tenere debeant, alias agemus. Nunc, quando maiora urgent, ad decretorum explicationem deveniamus. Qua in re credimus omnia melius explicari posse, si sigillatim super unoquoque articulo patrum sententiae audiantur.

Tunc **Gienensis**⁶ (nam Tridentinus aberat)¹ Nescio, inquit, quenquam negasse presidentium munus esse et proponere et vota colligere; at fuerunt qui dicerent licere episcopis proponere. Hoc ego absurdum esse non duco, dummodo non inde colligantur patrum sententiae presidentibus invitis. Quod ad eos attinet, qui sententias dicunt, semper mihi placuit et placebit liberas esse patrum sententias, ita tamen, ut modum non excedant. Nam quod ad D. Fesulanum pertinet, liberior fuit eius oratio; sed alias circum spectius aget. Dignus tamen venia videtur. — Quantum ad ea que proponuntur, placet, ut omnino lectura theologalis habeatur, et pro magistro assignetur prebenda theologalis, ubi est, alioquin prima vacans, ita tamen, ut huic rei pontifex maximus prebeat assensum; vel etiam possumus reservare pro lectione huiusmodi fructus prime prebende vacantis, ita ut quicumque nactus fuerit primam prebendam vacantem, illam habeat cum illo onere legendi theologiam vel dandi stipendium pro theologo.

Cui card. **de Monte** Antequam, inquit, patrum sententiae audiantur, scire patres volo, nos hac de re litteras D. N. pape dedisse, et pro certo habemus S. Stm huic rei prebituram assensum. Quod vero de onere fructibus prime prebende iniungendo dicitur, haberet locum in onere non perpetuo, sed temporali.

Tunc dicte sunt alie sententiae, varie quidem, sed tamen, ut maior pars sententiam Iennensis sequeretur, j Antequam tamen ceteri patres sententias dicerent, **Fesulanus** Ixit. Nunquam ego, ut de re mea verba faciam, formidabo huius sancte synodi iudicium. Iit si qua dixi que corrigenda sint, corrigite me, paratus sum; verum inprimis examinari

a in marg.

b sic.

← M s. aud.

1 Num offensum erat primi praesidentis acerbis verbis?

Concilium Tridentinum. I.

equum existimo ea, que in publicis sessionibus dicta fuerunt¹. Cui card. **de Monte** Non est, inquit, hodie locus, ubi vestra causa examinetur, nam examinatio que facienda est in forma iudicii fiet, quoniam, ut vere dicam, non existimo vobis, qui toties peccastis, correctioni locum esse; nolo enim vos incorrigibilem appellare, ne iniuriam vobis inferre videar, sed negari non potest, quin mordicus opiniones vestras tueamini. Examinentur, inquit **Fesulanus**, prius que ab aliis ante me dicta fuerunt. Vestrum, inquit card. **de Monte**, non est nobis neque tempus neque modum hac in re prescribere.

Cumque deinceps dicerentur sententie, rogatus sententiam **Fesulanus** dixit, se ea dicere que prius dixerat. At **Astoricensis** Que, inquit, a cardinali de Monte dicta sunt, quoniam mei causa dicta existimo, quoniam sepius, privato tamen loco, dixi omnes prelatos proponere posse, ideo, ut mea sententia ab omnibus percipiatur, fateor et semper fassus sum, ad presidentes pertinere specialiter, ut proponant et vota super propositis colligant; sed et munus hoc cuilibet j competere puto. Sic Osius* in Sardicensib concilio et alios plerosque, quamvis non presiderent, materias proposuisse legimus, super quibus materiis deinceps canones facti fuere. Si quis tamen hoc neget, ego id me probaturum ex probatissimis viris interpretibus profiteor. De D. Fesulano satis sit eum admonitum esse.

Cui card. **de Monte** Illud, inquit, plane recipio, ad presidentes pertinere, ut proponant et vota colligant; at illud, idem cuilibet episcopo competere prorsus nego, quando apud omnes constat, proponere et presidere ad eos tantummodo pertinere, qui in unaquaque universitate locum primum tenent. Sic enim leges consule interrogante sciscebantur, et plebiscita plebeio magistratu, id est tribunis interrogantibus. Et quod dicitur de Osio, nimirum est, quoniam is legatum a prime sedis fuisse traditur³.

At **Astoricensis** Erunt igitur, inquit, adeo astricti episcopi, ut nihil quod ad rem christianam, nihil quod ad proprias provintias pertineat, proponere possint? Quodsi fateamur, nescio an bene rebus concilii consulatur. Nam apud omnes quos ego hactenus percurri auctores, et precipue apud Bartolum¹ et Baldum⁵ invenio licere omnibus de universitate proponere, id quod possum omnibus ostendere. Cui card. **de Monte** Non est, inquit, ut hac de re vobiscum disputem, sunt enim, si vultis, hic iureconsulti, qui vobiscum de iure disceptabunt. Cui **Astoricensis** Nolo, inquit, cum iureconsultis disceptare, nec a me sunt dicta iureconsultis, sed synodo, quam volui meam intelligere sententiam, ut sciant omnes eis licere proponere quodlibet, dummodo honestum sit. Credo, inquit **Giennensis**⁶, cardinalem de Monte, quando dixit non licere episcopo proponere, intelligere ita, ut ipse vota presidentibus ipsis invitis colligere possit, quod et ego credo verum; at quod quilibet, dum sententiam dicit, non possit quicquid sentit proponere et explicare, non credo esse eius sententiam. Dico, inquit **Astoricensis**, posse singulos episcopos proponere; nec aliter fieri posse. Exempli causa ponamus, aliquem episcopum velle aliquam materiam contra legatos ipsos vel cardinales proponere; aequumne censetis, illum oportere legatis ipsis prius dicere, an non? Non, inquit card. **de Monte**, vobis licere arbitror, neque licebit unquam contra legatos sedis apostolice neque contra cardinales aliquid proponere; nec enim me presente talia alicui permittam impune facere, et miror vos audentem talia dicere. **Astoricensis** inquit: Non dico de legatis licere proponere ut de legatis, sed ut de cardinalibus in genere. Nec hoc quidem vobis licet, inquit card. **de Monte**; nam que vobis liceant, satis alias explicavi et nunc

a sic. b Ita clare scriptum est; libri adn. 2. nominati habent Laodiceno, quod falsum esse iam inde apparet, quod in hoc concilio minime Hosii mentio fiat (quippe qui fortasse non iam inter vivos fuerit — incertus enim est huius synodi annus), cum in Sardicensi eum praesedissem notissimum sit.

c quoniam is legatus primae sedis fuisset < Theiner fuerat auditor habent libri laudati; sed Ms. ut supra.

¹ Apertius loquitur infra p. 59, l. 36 s.

² Quae sequuntur, sunt impressa apud Raynaldum (1546 n. 67. 68) et *Le Piat* (III, 413—415) et *Theiner* si, 104), sed corrupte. Notandum praeterea non esse ea desumpta ex Massarelli diario privato, ut falso refert Theiner, Raynaldi verbis (n. 68) male intellectis, sed ex nostro Severolo, quem Raynaldus allegat (n. 66) ut »alia acta«.

³ Quod controvertitur; cf. *Hefele*, Conc.-Gesch. II 2, 544, qui laudat *Natal. Alex.*, Hist. eccl. saec. IV. diss. 27 art. 2, et *Petrus de Marea*, De concordia sacerdotii et imperii lib. 5, c. 4.

⁴ Bartolus floruit 1313—1359 scripsitque permulta

opera. *Mazzuchelli*, Gli scrittori d' Italia II, 1 (Brescia 1754) > 4^a °—4-68.

⁵ Baldus (1327—1400) scripsit et alia et commentaria super lib. I. II. III. decretalium. *Mazzuchelli* l. c. II, 1, 146—155. *Savigny*, Gesch. des rom. Rechts im Mittelalter VI, 208—248. *Schulte*, Gesch. der Quellen und Litteratur des canon. Rechts II (Stuttg. 1875), 275—277.

⁶ Nescio an alicuius momenti sit ad intellegendam hanc Pacecci sententiam animadvertere quae *Massarellus* diar. III refert ad hunc diem: Card. de Monte habuit prandium Card. Geennensi et oratori Caesareo et nonnullis praelatis.

optime ex card. Giennensi didicere potuistis.] Cui cum non acquiesceret Astoricensis, card. **Giennensis** ad illum conversus dixit: Satis est, inquit, dixisse vestram sententiam, quam patres, ut videtis, non probant. Grates, inquit **Astoricensis**, vobis refero, quoniam satis meam adiuvantia sententiam. Cui card. **Giennensis** Non possum, 5 inquit, id probare, quod ego non teneo. Gratias Deo ago, inquit **Astoricensis**, quod meas causas tueri per me ipsum possum nec advocato egeo.

Episcopus **Vasionensis** dixit: ego nunquam etiam rogatus respondebo, nisi legatis interrogantibus, qui nostrum caput sunt; alios autem omnes in concilio pares esse existimo.

Silentio (tandem) ¹ facto **Bertinoriensis** episcopus dixit: Non fuit contentus episcopus Fesulanus in preterita congregatione omnes episcopos et sanctam hanc synodum 10 et me inprimis lesisse, nisi et hodie iterum lederet. Audistis enim illum dicentem, se in pristina permanere sententia, et propterea ego, qui in primis preter ceteros ab eo lesus fui, peto, ut me quoque respondentem adversus eius scripta audiat. Cui card. **Giennensis** et **Astoricensis** Satis, inquit, de hac re dictum est, id quod etiam 15 card. **de Monte** annuere visus est. Cui **Bertinoriensis** Audistis, inquit, illum adversus sanctam synodum et, quod plus est, adversus **Smum D. N.** debaccantem, et me meumque honorem ab eo lesum defendentem audire non vultis; quid porro faceretis, si vobis adferrem similia Fesulanis dictis? Sed rursus **Giennensis** et **Astoricensis** ne diceret rogant.

20 Quare, inquit episcopus **Nucerinus**, audire nolumus dicentem pro synodo et sede apostolica, cum tam patienter audita fuerit Fesulani invectiva, cuius nihil fedius, nihil inhonestius me audisse unquam plane affirmo? Nam ut cetera omittam, hic sepius in eadem et multis modis primam lesit sedem. Quare miror quemquam esse, qui Fesulanum defendat. Non, inquit **Pacensis**, male dictum defenditur, sed omnibus id displicet; 25 sed debet sufficere, illum iudicio sinodi se summittere.

At **Fesulanus**, vix tenens lacrimas Ego, inquit, si quid erravi, non refugio iudicium synodi, sed pro certo scio me nihil adversus primam sedem neque dixisse neque sensisse, et si que sunt verba in sententia mea, que aliquem offenderita, rogo eum, qui offenditur, ut velit ea intelligere non in duriores, sed mitiores sensum.

30 **Caprulanus** inquit: Verba ipsa adversus primam sedem sonant, et dignus est Fesulanus ut penas luat pro temeritate huiusmodi, quoniam primam sedem offendit. Audite, patres, quod dico, quoniam iam apud Luteranos ¹ nomen Fesulani sonat, ut sciant nos eum impunitum non dimittere.

At **Fesulanus** Mea ipsius vita potest apud omnes testimonium ferre omnibus, 35 et ex ea coniectare omnes possunt, num bono vel malo genio ea a me dicta fuerint. Sed si vultis omnino de me agere, rogo, ut ante omnia de his, qui in publica synodo concionati sunt, disceptetur.

Generalis Servorum : Quoniam, inquit, que Fesulanus dixit ad me pertinere puto, quoniam in proxima sessione orationem habui, ut pro me dicam, sum semper 40 paratus, et omnia a me dicta discutiantur, et si vel verbum quidem contra catholicam fidem vel sedem apostolicam dixi, mori non recuso, verum postulo mihi declamationis sive invective D. Fesulani fieri copiam, quoniam multa sunt in ea digna animadversione.

Bertinoriensis rursus queri cepit, quare non sibi dicendi copia fieret; non enim, inquit, quamvis pauper sim, usque adeo sperni debeo, ut mihi non liceat adversus 45 D. Fesulanum, qui sedem apostolicam, sanctam synodum et denique me ipsum graviter invectiva illa sua offendit, dicere. **Aquinatensis** dixit: Audite, patres: ut negari [non potest D. Fesulanum graviter errasse, ita mihi videtur benigne et fraterne secum agendum esse, dummodo errorem suum agnoscat, ut agnoscere videtur. Idque etiam **Fanensis** episcopus dixit.

50 Quibus card. **de Monte** dixit: Bene, inquit, est, ut humane cum D. Fesulano agamus, ut dicitis, sed non ita, ut sperni a nobis res tanti momenti videatur. Verum de iis alias, quoniam suo tempore hec pertractanda erunt. Dicantur igitur suo loco sententie.

Idque factum est, ita ut pauci a decreto ipso discederent. Fuerunt tamen aliqui, ut **Turritanus** et **Castellimaris**, qui prius de residentia episcoporum tractandum 55 esse existimarent. Sed maior pars cum ipsa decreti formula convenire visa est.

a sic. b supra lineam.

¹ Vide supra 8. Aprilis (p. 49, l. 4 Sq. et adn. 1),

Mox super altero decreti capite sententie dicte sunt, nempe an omnes monaci cogendi sint ad lectionem sacre scripture, et placuit omnibus fere, cogendos esse, et ubique lectionem sacre scripture institui, ita etiam, ut demerentur ex decreto verba *secundum eorum regulam*, dicente episcopo **Fanensi**, nulla regula prohibitum esse, quin lectio sacre scripture habeatur. Sunt tamen quidam, inquit, qui coguntur regula ad silentium perpetuum, ut Cartusienses; sed regule audiendo lectiones sacre scripture non contravenitur, cum possint adhuc, si velint, silentium plus quam Pitagoricum observare, nec rursus iis, qui contemplationi soli dediti sunt, adversabitur constitutio synodi, cum multo meliores efficiantur omnium meditationes, si cum sacris litteris coniungantur. **A monacis** tamen **{ordinis s. Iustine}** a petito fuit, ut conclusio huius capituli usque ad sequentem congregationem differretur^b, quoniam multa habebant dicere super his, que propter hore tarditatem nunc, ne tedio patres afficerent, omittere satius ducebant. Idque impetratum est ab illis.

Super alio quoque capite dicte sunt patrum sententie, nempe, ut regulares omnes primum locum in lectionibus darent textui sacre scripture. Quod paucis admodum contradicentibus placuit.

20. Maii.

Procurator Trevirensis. — Continuat examina decreti de lectione et praedicatione sacrae scripturae (cap. 3).

Die 20. eiusdem hora solita, id est 11., fuit congregatio generalis, in qua celebrata de more missa et facta sancti spiritus invocatione card. **de Monte** dixit: Archiepiscopus Treverensis destinavit huc procuratorem suum ad interessendum in concilio et dandum vocem. Verum, ut scitis, non potest ad dandum vocem admitti, prohibente hoc bulla **Smi D. N.** Si tamen placet synodo, poterimus hunc admittere ad votum consultivum exemplo procuratoris card. Augustani. Nam ut ex plurium testimonio accepimus, egregius vir est et adprime doctus; ordinis est Dominicanorum. Cum autem patres respondissent placere, vocatus fuit procurator ipse, et locus ei assignatus post procuratorem card. Augustani, qui est ante abbates et generales, immediate post episcopos.

Post hec card. de Monte rogavit patres, num vellent, ut abbas⁰ et pater Sotus, qui in precedenti congregatione petierant audiri, dicerent ante omnia suas sententias. Quibus respondentibus *placet, abbas ille ordinis s. Benedicti* orationem ad patres habuit^y, laudans mirum in modum synodi intentionem in instituendis sacre scripture lectionibus, docens, quantum veteres illi et sanctissimi monaci studiis et bonis quibusque artibus profecerint. Propterea se testari nullam esse monachorum regulam, que prohibeat sacre scripture lectionem. Quamobrem rogabat ita institui lectionem, ut omnes monaci, velint nolint, eam habere cogerentur. Decreti autem verba potissimum in hunc modum aptari desiderabat, ut cogeret omnes cuiusque ordinis monachos, ultra alia studia perpetuam sacre scripture lectionem habere, reiectis cavillosis scolasticorum cavillationibus. Quoniam, inquit, lectiones scolasticae, cum plerumque discordias parere soleant, procul a monachis esse debent.

Tunc **Sotus** (is, ut predixi, pro cenobio Dominicanorum conventibus⁶ interesse solet) Sunt, inquit, quidam regularium ordines, qui meditationi tantum et ut pro populo christiano precentur Deum instituti sunt. Hos lectione sacre scripture pregravare nihil aliud est, quam eos a primo eorum instituto avertere et in aliam prorsus viam inducere. Fuerunt enim multi et preclarissimi quidem monaci absque ulla litterarum cognitione. Et ut de ceteris monachis dicere omittam, quis porro dicet in Cartusianis monasteriis lectionem sacre scripture introducendam? (porro nemo.) nisi qui eorum instituta velit prorsus evellere. Sunt enim Cartusienses ipsi adeo continuis orationibus et meditationibus occupati, ut nullam habeant horam non in his occupatam. (Quamobrem relinquantur, queso, ordinibus mendicantium lectiones sacrarum scripturarum, qui ad hoc instituti sunt, ut predicatione et aliis muneribus rem christianam iuvent.)^f Quantum vero pertinet ad alterum caput quod proponitur, nempe de primatu dando lectioni sacre scripture, videte, ne hac via penitus regulares omnes a scolasticis lectionibus abstineantur posthac. Cum enim viderint potissimis viris sacre scripture potissimum honorem et locum tribui, scolasticorum via, qua nihil in scripturis sacris indagandis utilius, nihil adversus hereses maius telum, prorsus conticescet⁸, quo nihil protestantibus ipsis evenire posset gratius.

a corr. pro s. Benedicti.
gatione, itemque pater Sotus.

b M s. difereretur.
d sic.

c post haec deletum ille, qui precedenti congregatione,
e corr. -pro concilio.

f in marg. 8 M s. conticescet.

Tunc **Giennensis** annuente | cardinali de Monte laudavit maxime que a Soto dicta fuerant; placebat tamen sibi, ut in monasteriis haberetur lectio sacre scripture. Cuius opinionem omnes, paucis admodum exceptis, secuti fuere. De lectione vero sacre scripture apud regulares <cum Soto>a nihil immutandum esse censebat. Verum hac in re divide sunt adeo patrum sententie, et continuo ductu orationis adeo res controversa est, ut quid plures senserint difficile sit invenire. Fuere autem precipui, qui deffenderent primum locum sacre scripture assignandum esse, **Cavensis**, **Fanensis** et **Bertino-riensis**. Contra vero **Armacanus**, **Bitontinus** et **Belcastrensis** disseruerunt. Quorum hinc inde rationes eo tendebant, ut hi precipuis laudibus extollerent lectionem sacre scripture, quam posse absque scolasticis disciplinisb intelligi dicebant, quamquam et si h̄cb disciplineb adeunde sunt, postremum debeant habere locum, utpote que sacre ipseb scripture ancillentur, ne pedissequa <alioquin>a domine ipse preponi videatur; illi vero contra omnia: non posse scripture subtilitates sine scolasticis disciplinis recte percipi nec hereticos convinci disputerunt.

Dictis sententiis card. **de Monte** Nescio, | inquit, quonam modo accidat, ut sepius nihil minus faciamus, quam quod facere institueramus. In preterita congregatione frustra et non suo loco de presidentium auctoritate disputatum fuit, nunc in rebus vilis simis video integram congregationem consumptam. Moneo igitur in posterum vos, patres, ut tandem velitis ex his lectionis abusibus nos et synodum ipsam explicare. Porro pudet me tantum temporis in rebus minimis contrivisse. Egregia plane laude dignos nos iudicabunt homines, si viderint sancte synodibcure esse, omissis gravioribus, ut lectio tandem in monasteriis instituta sit, et de primo loco inter bacalaureos et regentes apud nos duobus mensibus disceptatum esse, iis precipue temporibus, quibus omnis res christiana periclitatur. Quamobrem absolvamus nos cito ab istis levioribus, ut ad heresum extirpationem et reformationem morum tandem deveniamus³. Scire enim vos volo Smum D. N. iam criminari et sepius nos obiurgasse, quod nimis lenti sumus et in rebus levissimis plus iusto immoramur.

21. Maii.

Absolvitur examen decreti de praedicatione (capp. 4—8).

Die Veneris 21. Maii hora 19. fuit congregatio, in qua facta sancti spiritus in vocatione card. **de Monte** conversus ad Giennensem dixit: Super reliquis decreti capitibus dicende sunt patrum sententie, <et inprimis>a de predicatione verbi Dei per episcopos facienda, et an placeret, ut ex scripto possent, et an esset pena imponenda non predicanti.

Tunc **Giennensis** Episcoporum, inquit, predicatio duo presupponit, nempe residentiam et doctrinam. Quorum si alterum desit, nihil agi potest. Quamobrem si ordinem et ipsum quidem necessarium intueamur, non video quomodo de predicatione episcoporum agere possimus. Quamobrem placeret mihi, ut ante omnia de episcoporum residentia tractaretur tanquam predicationis necessarium antecedensb. Quod nedum necessarium est, sed et valde utile, ut omnes cognoscant nos nobis inprimis non parcere, ut christiana ecclesia labefactata⁶resurgat. Si tamen de predicatione agendum est, antequam de residentia agatur, placet quidem ut predicet, et quod expressim de archiepiscopis et maioribus in decreto fiat mentio, quamvis episcoporum nomine videantur comprehendi. Sed deleatur verbum *predicandi ex scripto*, quoniam inde iniuria episcopis irrogari videatur, quasi nullus aliter predicare noverit, quam ex scripto. Nollem tamen, ut non]predicantibus pena imponeretur, quoniam satis divina lege puniuntur.

Ut omnes, etiam maiores episcopi, ad predicandum tenerentur, nulli non placuit; quinimmo **Aquensis** archiepiscopus dixit, extendenda esse decreti verba etiam ad illos, quibus perpetua ecclesie administratio commissa esset.

Quo ad residentiam episcoporum attinebat, nemo non fuit, qui verba Gienensis eo tendere non cognoverit, ut ea via tractatusb reformationis {synodus}f agrederetur, omisso interim tractatu de dogmatibus. Sciebat enim episcoporum residentiam tractari non posse, quin multa quoque ipsam residentiam concomitantia tractarentur. Eius tamen opinionem non pauci secuti fuere, adeo, ut pene hac in re divisa esset synodus. **Sen o-**

* in marg.

b sic.

c deletum usque ad horam decimam quintam pene.

deletum hic congregationis finis.

e M s. labefactata.

f supra lineam appositum.

galiensis inter alios hanc probavit sententiam, sed alia ratione eam probare visus est, addito in fine eius orationis, postquam scilicet longa oratione necessariam esse residendam (ex scripto) probaverat, ut patres eam sententiam simpliciter et uti bonos decet viros amplexarentur, nec vellent ceu pactis conventis cum pontifice super hac re transigere, nempe ita ostendentes non propria, sed episcopatus ratione in hanc venisse sententiam, cum maxime pro certo omnes habere possent **Sm D. N.** nihil non facturum pro eorum amplificatione, | quo melius et commodius gregi sibi comisso intendere valerent. 5

Cuius sententia octo <ferme> habuit assertores. Contrariam sententiam, nempe ut decretum, de quo agebatur, nihil tacto de residentia firmaretur, tenere plures, et in primis **Fanensis** et **Bitontinus**, ea scilicet ratione, quoniam ad ipsorum deputationem non pertinuisse dicebant, que ad colligendos abusus scripturarum facta fuerat, colligere de residentia episcoporum, quod nihil habet cum abusibus scripture commune. 10

Bossanensis episcopus solus ab omnibus discessit, longa habita oratione. Dicebat enim non ex universo hic pene orbe episcopos coactos a **Sm D. N.**, ut inanibus et inutilibus pene disputationibus tempus incassum tereretur, sed eam fuisse **S. Stis** intentionem, ut pene cadenti rei publice manus admoveretur. Quamobrem hortabatur patres, ut dimissis his questiunculis tanquam huius cetuid indignis tandem devenirent ad tractatum heresum longe lateque iam nimis crassantem³ et omnia evertentem³. Nam quod ad reformationem attinet se scire frustra nos laborare, cum omnia sit factururus per se pontifex, 20 aut certe, si nolit, non posse; | neque equum censere, nos illi normam aliquam tradere posse. Hortabatur postremo patres, ut huic rei, nempe in extirpandis heresibus, totos se traderent, adversariosque ipsos et litteris et nuntiis amice rogarent et monerent, ut vellent synodo audientes esse, et si de loco sit forte questio, eundum censebant⁴ vel Colonied vel in alia civitate illis accomoda. 25

Cui **Bertinoriensis** explicavit totius synodi progressum et rationem, et quomodo tandem tractaretur in presentiarum de predicatione verbi Dei.

De pena episcopis non predicantibus imponenda, tametsi Giennensem multi secuti sint, contraria tamen sententia obtinuit, nempe ut in decreto diceretur: *Si quis autem non predicaverit, districte subiaceat ultioni*. Que verba **Lucerinus** episcopus declaravit eo tendere, ut papa pro qualitate criminis in episcopos animadvertere posset, dicente episcopo **Fanensi** hoc verbum in contemnente etiam ad depositionem trahi posse. De predicatione per scripturam secuti sunt ferme omnes Giennensis sententiam. 3°

Dictis sententiis card. **de Monte** Laudo inquit sum opere patrum sententias, et in primis Giennensis et Senogaliensis, quorum sententias bono zelo⁶ dictas esse ex eo persuasum habeo, quoniam eiusdem sententie me esse scio, nempe ut de residentia episcoporum tractetur. Sed suo loco; nam antea oportet nos iuxta promissum ordinem de aliquo dogmate pertractare. Iud erit de peccato originali, unde multa ad salutem nostram pernecessaria decidenda erunt. Cogitent tamen patres, num velint totum articulum, de quo agitur, seponere, ut de eo tractetur deinceps, cum de ipsorum residentia tractandum erit, an potius ut decretum, de quo agitur, uti iacet absolvatur. 40

Tunc card. **S. Crucis** [dixit] meminisse patres oportere, hoc residuum esse decreti in proxima sessione celebrati, de quo iam per duos pene menses disputatum fuisset. Et propterea inconveniens esset, novam et non amplius tractatam materiam ei adnectere. Nam si de residentia episcoporum in principio | tractandum esse patres dixissent, id plane fecissemus. Quamobrem postquam iam finem decreti, de quo agitur, spectamus, prosequamur, quoniam multa et gravia quidem tractanda erunt, sed iuxta ordinem statutum. Mox de predicatione parochorum et licentia predicandi danda per eos <regularibus in propriis parochiis>f, ubi residentiam fecerint ipsi parochi, et de verbo *manu regia* in decreto posito [agetur]. 45

Quibus in rebus **Giennensis** primus dixit se non posse recedere ab ea sententia, quam prius dixerat, nempe ut prius tractetur de residentia, quam de predicatione. Si tamen omnino dicendum esset, placere sibi decretum ut iacebat, <ut>g scilicet predicarent parochi, et possent residentes in propriis ecclesiis licentiam predicandi regularibus concedere. Verbum *manu regia* deleri, et verbum *extrajudicialiter* reponi desiderabat. 55

Cum plures de predicatione et licentia per parochum danda sententiam Giennensis

a Ms. hac.

b in marg.

c Ms. rationes.

d sic.

e Ms. gelo.

f add. supra lineam et in marg.

g deletum (per errorem?).

secuti fuissent, episcopus **Chironensis de Nobilibus**¹ mirari se valde dixit, quod cum in re de qua agitur sententiam ipse dixisset, quam secuti fuissent pene omnes in classe Rmi Anglici, de ea tamen inter ceteras dubitationes nullum verbum factum essee. Quamobrem patres rogabat atque hortabatur, ut animadverterent, quoniam huiusmodi s0r
5 decreto parum rei publice christiane, parum etiam ipsis episcopis consulebatur. Proinde revocandam esse in lucem constitutionem per Adrianum VI factam, qua cavetur nulli licere absque diocesani licentia predicare, qua certe nihil sanctius, nihil utilius cogitari posset ad compescendam audaciam regularium, qui adeo iam omnia sibi licere persuasum habeant, ut non pudeat eos in facie concilii nefanda dicere. Iam apud ipsos nullus epi-
10 scopis honos nullaue reverentia habetur, quamobrem reintegrari episcopos oportere ad pristinum statum; alias actum erit de re christiana.

Eius sententiam secuti sunt **Placentinus, Fesulanus, Caputaquensis et Maioricensis**. Plures fuere, qui Giennensis sententiam sequerentur, omisso tamen articulo residentie. **Bertinoriensis** adversus ea, que Chironensis dixit, multis verbis
15 disseruit. Miror, inquit, quomodo alicui venire possit in mentem dicere aliqua, que et sibi et synodo et rei publice christiane non nisi nocere possent; talis profecto fuit Chironensis sententia, qui dum regulares studet privari propriis privilegiis, id agit, ut deinceps nullus reperiatur, qui christianis verbum Dei predicare velit, ita ut inde populi rixas
20 frequentes cum episcopis habeant, non sine maximo episcoporum periculo. Considerare enim prius oportuit, quot episcopi, quot parochi sint, qui munus predicandi didicerint aut noverita. Propterea discant oportet episcopi et parochi predicare, antequam de adimendis regularium privilegiis tractetur. At bene est, ut restituantur episcopi ad proprios honores, id ego quoque cum Chironensi censeo; sed considerate, qui sint veri
25 episcopales honores: nempe et pera et saccho induti predicamus omnibus Christi evangelium, non ut longioribus vestibus induti, pre divitiis tumidi, otio torpeamus. Sed quicquid sit, neque vestrum est neque synodi tollere privilegia sedis apostolice, et qui aliter sentiunt, a vero aberrant.

Nolo, inquit **Chironensis**, propter loci reverentiam respondere episcopo Bertinoriensi, ut merentur eius adversus me dicta, sed facile ostendere possem magis illum
30 errare quam ego; nam si regulares sunt boni viri, quemadmodum multos esse inter eos non dubito, patienter ferent, que a sancta synodo statuentur; quod tamen erit iuxta Adriani pape constitutionem, et propterea eum melius cogitare oportebat. Tu, inquit **[Bertinoriensis]**², pessime et etiam heretice cogitasti, si ita sentis; sed offero me paratum venire ad domum tuam et tibi ostendere te longe errare a vero. Dicente
35 **Chironensi**, se vera sensisse et sentire, **Caprulanus** Minime, inquit, vera esse possunt, que a te dicuntur, cum sacris canonibus adversentur; propterea bene dixit episcopus Bertinoriensis.

Lucerinus episcopus dixit: Adriani provisio localis fuit et ad solos Germanos respexit, nec tamen usu recepta fuit. **Generalis Servorum** Nemo, inquit, negare
40 potest, quin papa sit universi orbis episcopus, propterea, qua ratione episcopus in sua diocesi potest licentiam predicandi concedere alicui, ita etiam, immo fortius, pontifex potest. Tamen nolumus videri iniqui: considerentur bene privilegia nostra, et si sunt damnosa reipublice christiane, auferantur a nobis; rursus considerentur privilegia et comoda episcoporum, et si sunt reipublice magis damnosa quam utilia, auferantur ab eis.
45 De verbo *manu regia* plures Giennensis sententiam secuti fuere. Deinde de questuariis, de verbo *constiterit* et de *legittima consuetudine*, de quibus in decreto fit mentio, actum est, et placere pluribus visum est, ut loco verborum *improbumb vero hominum* ponerentur honestiore nomine *questuarii*, verbo *co?istiterit* adderetur *sibi*, et
8iv deleteretur verbum *legittima*.

a sic. h sic clare; in decreto autem: illud

vero genus hominum (Conc. tom. 62, f. 208).

Falso Severolus hunc dicit Chironensem episcopum, ^ c'ens's' Mem error reperitur infra ad 2b. Maii (p. 65, l. 9); ad 10. Iunii; cf. supra p. 49, a n. 4. Quod luce clarius apparet collatis Massarelli actis cum Severoli. Turbatur promotor eo, quod i-i (iieckcto) Milopotamensis erat episcopus; at idem 6rat) .turonensis.

Ahum hic loquentem induci significatur et illo

inquit, quod nunquam nisi initio orationis ponitur, et postulatur sententiarum ordine. Ultro Massarelli acta originalia (Conc. tom. 62, f. 227v) id probant, ubi haec deleta sunt: Bertinoriensis . . . concionatusque est in favorem religiosorum; de Nobilibus contra Bertinoriensem, quod male dixerit; Bertinoriensis> quod de Nobilibus pessime dixerit et sit haereticus.

Tunc card. **de Monte** Agamus, inquit, Deo maximas gratias, tandem pervenisse ad finem huius decreti. Die lune habebitur coram nobis congregatio theologorum super materia peccati originalis, cui patres qui voluerint interesse poterunt. Auditis theologis super hac ipsa re capiemus conclusiones necessarias, quas tractabimus in congregationibus.

28. Maii.

Quibus de rebus porro sit agendum. Proponitur quaestio de peccato originali.

Die 28. (Maii) a hora 10. fuit congregatio generalis in loco solito, in qua celebrata de more missa et facta s. spiritus invocatione card. **de Monte** dixit: Postquam Deo anuente iam finem scripturarum abusibus imposuimus, reliquum est, ut articulum aliquem dogmatum accipiamus. Is erit, ut in preterita congregatione dixi, de peccato originis. Qua de re audivimus iam satis theologos; nunc reliquum est, ut patres audiamus. Absit enim ut credam quenquam ex patribus esse, qui velit huic ordini nostro adversari, quoniam scio illos penis gravissimis subiectos esse, siquidem canonibus sacris statutum est, eum, qui scit aliquem hereticum esse, si illi protinus non adversetur, videri et ipsum hereseos fautorem. Modum autem tractandi hunc articulum credimus facilem esse, si primo colligantur omnia, [quae] hac de re a patribus nostris tam in conciliis | provincia libus quam generalibus vel per decretales summorum pontificum tradita sunt, eaque sic collecta considerentur, num satis omnem dubitationem tollant an non, indeque, si quid sanctione dignum videatur, quod temporibus nostris opportunum sit, id sanciat vel innovetur, ut patribus videbitur.

Giennensis dixit sibi placere modum et ordinem propositum per R¹ primum presidentem, si tamen de dogmatibus tractandum sit. Meminisse tamen, ipsum R^{um} presidentem preterita congregatione dixisse, ut patres cogitarent de pena imponenda non residentibus, qua de re ad id respondere se venisse paratum. Et hoc certe sibi videri equum et bonum hoc tempore, quoniam nihil salubrius nihilque plausibilius in aures omnium esse posset, quam videre tandem episcopos residentes et munera sua implentes. Si tamen de dogmatibus tractandum sit, placere sibi, ut inprimis questio illa vulgaris absolveretur et terminaretur, silicet an beata virgo Maria fuerit concepta de spiritu sancto ¹.

<Hec Giennensis sententia eo tendere videbatur, ut in hac questione dum plurimum temporis tereretur, interim de Luteranorum dogmatibus taceretur, interpretatus quoque fuit verba cardinalis de Monte, ut in hac congregatione de residentia ageretur, ut inde alii sumerent dicendi de residentia argumentum. Constat plane cardinalem de Monte non dixisse, ut in hac congregatione de residentia ageretur, sed postquam articulus de peccato originis finem accepisset.

Tunc **Aquensis** archiepiscopus mirum in modum legatorum institutum de dogmatibus pertractandis laudavit in eoque perseverandum esse tandiu dicebat, donec tandem omnes hereses, quarum precipue causa concilium convocatum fuerat, extirparentur. Nam morum reformationem unusquisque sibi facere posset; dogmata vero non nisi in conciliis comode diffiniri posse.

Turritanus, Panormitanus et Armacan Giennensis sententiam probarunt, ceteri vero archiepiscopi proposita a cardinali de Monte laudarunt.

At **Senogaliensis** Nunquam, inquit, credidi e re christiana esse tractare de dogmatibus, antequam videremus finem huius que agitur diete, ne illi impedimento essemus. Quod | si non alia ratione, hac certe, quoniam admodum pauci sumus, faciendum esset; quamvis enim multitudine non crescit iurisdictio, crescit tamen auctoritas. Verum quoniam aliter rem tractari animadverto, in bonam accipio partem, quod a presidentibus propositum est. Considerare tamen debemus, quoniam in articulo, de quo agitur, nulla est inter nos et Luteranos controversia, nisi verbalis tantum, dicentibus ipsis post baptismum peccatum remanere, sed nobis non imputari, nostris vero, neque manere neque imputari. Quamobrem placeret mihi, si tamen de dogmatibus tractandum sit, ordinem

a corr. ex lunii.

b add. in marg.

c sic.

¹ Sine dubio male intellexit Severolus, quippe qui non esset theologus, hanc quaestionem; nam de immaculata beatæ Mariæ conceptione Giennensem aliquod statuendum censuisse luce clarius est.

² Raynaldus ad annum 1546, n. 72. Quae antea idem auctor de Giennensis cardinalis ratione dicit, et ipsa ex Severolo hausit, quamquam ea inducit his verbis: «referunt acta», unde Massarelli acta intellegi possent.

inceptum proseguī, ut post traditiones apostolorum receptas ecclesiasticas quoque traditiones reciperemus, indeque abusus omnes colligeremus. Sed antequam ulterius progrediamur, illud consideretur, ne in publicum procedat decretum, de quo in proximis congregationibus tractatum fuit, nisi addatur illi de episcoporum residentia; alias enim
5 nunquam illi meum prestarem consensum.

Que cum dixisset, aliquos excitasse visus est; quamobrem nonnulli eius sententiam secuti sunt, videlicet episcopus **S. Marci, Caputaquensis, Bossanensis** <et **Castellimaris**>^a; addidit tamen **Caputaquensis**, adhuc perfectum non esse decretum^b.

Chironensis¹ dixit mirari se, quonam modo illotis quodammodo manibus rem
10 dogmatum aggressuri essent patres, cum ubique regula ecclesiastica iubeat eos, qui ad concilium venerunt, non antea aliqua pertractare debere, nisi prius ipsi se mundaverint. Propterea placere sibi, ut antea reformatio perficeretur, quam aliquid de dogmatibus tractaretur.

Fesulanus episcopus dixit se credere omnino legatos scire, que hac de re esset
15 Cesaris mens, eosque | credere nihil facturos, quod scit⁰adversus Cesaris sententiam; quod s³ ni ita esse pro firmo haberet, aliqua diceret. Propterea se probare et modum et ordinem rerum tractandarum per legatos propositum.

Fanensis² episcopus Probo, inquit, quod de peccato orriginis^a a primo presidente propositum est; quod autem controversia illa de Maria virgine in sacrosancta hac synodo
20 pertractetur, mihi persuaderi non potest, primum quod sciam utranque partem maxime
pam esse³ et a tot ⁶(sanctissimis) doctoribus hinc inde suas partes comprobatas, ut non sine manifesta plurium nota et damnatione posset synodus hanc rem determinare. Addo etiam rei difficultatem; quis enim secreta hec nosse potuit, que sedes apostolica¹ hactenus obscura visa est adeo, ut neutram {hactenus} e partem elligeret. Ne autem vos, patres,
25 pretereat, scitote nihil gratius protestantibus hoc tempore nos facere posse, nisi de hac ipsa re pertractare, que tamen non adeo brevis erit, ut aliqui putant, sed neque tribus quidem mensibus perfici poterit, cum magno dedecore synodus⁶ dicentibus omnibus, nos que decidenda sint omittere et silenda decernere. Propterea hac in re laudarem, ut perpetuum silentium imponeretur omnibus, ita ut nulli deinceps liceret hac de re palam
30 disputare neque aliquid populo dicere. De residentia vero episcoporum rem esse magis arduam, quam forsā prima facie aparet. Nam ad episcopi residentiam pleraque requiruntur, et inprimis, ut impedimenta tollantur, inter que maxima sunt, que laici
principes residentibus prestant. Hec levare non possumus, | nisi presentes hic Sint ora- s³tores principum et copiosa prelatorum multitudo, ut unusquisque sua gravamina proferat
35 et medela adhibeatur.

Fanensis de peccato orriginis in beata virgine [sententiam] omnes post eum secuti sunt; de residentia plures secuti fuere, plures tamen contrariam defenderunt sententiam, et inprimis **Ispani** omnes, qui omnino de residentia episcoporum tractari desiderabant, antequam de dogmatibus fieret sermo. Addidit **Canariensis** nullum episcopatum
40 imperatorem dare, nisi prius pacto convenerint, ut episcopus resideat. Longe tamen maior pars fuit, que tractari de dogmatibus desideraret et legatorum ordinem et modum laudarent⁶

Tunc dictis omnium sententiis **Giennensis** Creddidi⁶, inquit, cum de peccato orriginis proponeretur a D. primo presidente, non ea de causa propositum esse, ut a
45 decreto de simul tam in dogmatibus quam in reformatione procedendo recederetur, ut ab aliquibus intellectum fuisse animadverto. Id si est — quod non credo —, alia erit mea sententia.

Cui card. **de Monte** Recte quidem, inquit, a vobis intellecta est mea sententia, quoniam non intendimus propterea ab instituto de semel procedendo desistere, quinimmo
50 illam⁶ nunc plane recipimus, ita tamen, ut ab ea non discedatur. Verum quoniam video aliquos sentire, non posse nos recte de fide tractare, nisi prius de moribus tractatum fuerit, interogo ego illos, de qua reformatione ipsi intelligant, de nostra silicet, qui huc convenimus, an de universali totius ecclesie, quoniam, si de nostra intelligunt,

^a in marg.

(i) M s. essem.

^b deletum et Bossanensis, quod nisi finito decreto ...

^e supra lineam.

^f M s. nosce.

^c sic.

¹ Non est Chironensis, sed Acciensis, cf. supra p. 63, adn. 1.
Concilium Tridentinum. I.

² Raynaldus ad annum 1546, n. 72.

84r habent quod petunt, quoniam in prima sessione de hac plene statutum | fuit. Si tamen ipsi adhuc maiorem nostram reformationem desiderant, nullus prohibet eos, quin etiam cilicia se induant et cinere caput aspergant. Si (vero)^b de universali reformatione loquantur, impossibile est ipsam perfici, antequam ad dogmata deveniatur, quoniam reformatio non verbo, sed re ipsa prestari debet. At quomodo episcopi in concilio 5 presentes poterunt prestare residentiam et seminare verbum Dei? Quamobrem ego semper existimavi maxime convenire, ut articulus iste de episcoporum residentia esset ultimus concilii tractatus, ut scilicet norma tradita omnes tunc statim ad suorum episcopatum residentiam sese conferrent.

Castellimaris dixit: Primum decretum adhuc non est perfectum, et inconveniens 10 est illum prodire in publicum, nisi de residentia in eo fiat mentio. Habet, inquit card. **S. Crucis**, satis de residentia, dum cogit episcopos ad predicandum. **Castellimaris**: Non eo modo habet, quo desideratur, quoniam nulla adest non residentibus pena. Et preterea non fuit decretis illis ultima manus imposita; quare congruum est, ut antequam publicetur, iterum de eo in congregatione tractari". Card. **S. Crucis** Cogitis me, inquit, 15 ad id dicendum, quod tacere institueram. Decretum examinabitur et de residentia suo loco tractabitur. Sed nolumus hac via impediri progressum in dogmatibus.

Tunc card. **de Monte** Maior pars, inquit, convenit, ut de peccato orriginis nunc s4v tractandum sit. Quare nos ad sublevandos labores collegimus nonnulla a conciliis et patribus hac de re tradita, quorum fiet patribus copia, ut et ipsi, si quid cogitaverint, afferrent 20 in proxima congregatione, que erit die lune proxima. Summa eorum que tractabuntur erit, ut cognoscamus, quid sit peccatum originis, quomodo in nos transfundatur et quo remedio abluatur. Ita autem instituatur res, ut qui voluerint esse audientes, audiant tantum, et ex aliis ad eorum eruditionem intelligant, que in proxima congregatione a theologis dicentur. 25

Hic fuit congregationis finis, que fuit magis quieta quam crederetur, quoniam constabat apud omnes, (sepius)^b prelatos Ispanos convenisse et plerosque circuisse, ut tractatum de dogmatibus impedirent, ut Cesari in hoc morem gererent. Sed lenior Giennensis sententia¹ reddidit plerosque remissiores.

31. Maii.

Examinatur quaestio de peccato originali.

Die lune ultima Mai fuit congregatio generalis, in qua celebrata missa et facta de 30 more spiritus sancti invocatione card. **Giennensis** annuente cardinali de Monte Consideravi, inquit, collecta per RmsDD. presidentes, que mihi propositas dubitationes tollere omnino videntur, quoniam tam ex concilio Arausicano² quam ex aliis locis allegatis peccatum originale et eius in nos transfusio et demum eius per baptismum remissio pro batur aperte. Quamobrem nihil mihi videtur immorandum, quin secundum auctoritates 35 predictas decretum super his capitibus fiat.

s5r Post Giennensem | alii ordine sententias dixere, ita ut qui theologiam non profite rentur, ad theologos se referrent. At theologi longa oratione rem ipsam prosecuti sunt.

Quorum omnium³ **Fanensis** episcopus omnem a capite materiam comode per tractasse visus est. Constare quidem ipse ex totius ecclesie consensu dicebat, Adam 40 ipsum preter ea, que ut homo a natura ipsa consecutus fuerat, fuisse insuper rectitudine et iustitia donatum a Deo; quam quidem si servasset, (ut poterat, perpetua immortalitate)^e gavisus fuisset. Et hec quidem ipsi Adamo data fuere a Deo ipso ut nature parenti, ita ut in omnes ex semine eius nascituros pervenissent. De aliis autem virtutibus, quibus Adam a Deo ipso donatus fuerit, puta de stellarum cognitione, de natura animalium et 45

a *M.s.* silicio. b *supra lineam.* c *sic.* d *deletum* mihi.
e *corr. pro* immortalis et perpetua Dei presentia.

¹ Cf. supra p. 58, adn. 6. Erat legatorum prudentiae, ut potentissimos conciliarium comitate sibi devincerent.

² Celebrato anno 529, c. 1.2. (*Bruns*, Bibliotheca eccl. I, 2, 176 ss.). Huius concilii et aliae auctoritates

collectae sunt Arch. Vat. Conc. tom. 62, f. 238 s. et lectae 28. Maii a card. de Monte. De canonibus concilii Arausicani et doctrina concilii Tridentini his in rebus cf. *C. F. Arnold*, *Caesarius von Arelate u. d. gallische Kirche s. Zeit* (Leipz. 1894), Excurs. VIII, n. 3.

huiusmodi similia non satis, inquit, inter theologos constat, an ita date essent, ut proprie ipsius Adami essent, an potius ut transmitterentur et ipse una cum rectitudine ipsa. Constat quoque apud eandem ecclesiam, Adamum ipsum b coram Deo peccasse, et genus quidem peccati inobedientiam fuisse constat, ea sive fuerit per pomorum susceptionem
 5 ex arbore prohibita, sive alio quovis modo nihil interest; satis est nos scire Adam peccasse, cuius | peccati ea vis fuit, ut mereretur ipse Adam gratia (iustitie et rectitudinis) a sibi data a Deo privari, que quidem Ade privatio posteros quoque eius privavit, quoniam sicut gratia ipsa a Deo data fuerat, ita ab ipso et per ipsum posteris eius abdicata fuit. Id Paulus apostolus dicit: Per unum hominem peccatum est in mundo, in
 10 quo omnes moriuntur¹. Que quidem mors nisi per baptismum tollatur, omnes reos gehenne facit. Quibus in rebus statuendis duo inprimis semper consideranda mihi visa sunt, alterum, ut ita concipiamus verba, ita rem pertractemus, ut nulla culpa ipsi Deo nullaque iniustitia ei, qui semper rectus est, tribui a nobis videatur; alterum, ne peccatum ipsum Ade ita minuamus, ut pene frustra Dominum Yesum Christum humanam pro
 15 nobis carnem suscepisse affirmare videamur. Quod autem Luteranos ipsos tangit, omnino est dum dicunt, per baptismum peccatum originis non tolli, sed nobis non imputari, nos vero neque manere neque imputari nobis defendimus.

Fuerunt et alii, qui disertas dixerunt sententias, verbis magis quam re a Fanensi dissidentes, (quorum ego sententias explicare brevitati consulens ommissi)a; fuerunt nonnulli, ut **Armakanus**, qui iterum de beata virgine Maria sine originali peccato (con
 20 cepta)* verba fecerunt; alii hec omnia per deputationes theologorum expediendam esse dixerunt.

Feltrensis in memoriam synodi reduxit quedam alias inter ipsos hereticos j et
 apostolice sedis legatos in pluribus conventibus concordata circa rem ipsam de qua agitur.
 25 Tandem² card. **de Monte** aliam congregationem pro die Veneris proxima indixit.

4. Iunii.

Examinatur articuli de peccato originali altera pars.

Die Veneris 4. Iunii 1546 fuit congregatio generalis, in qua interfuerunt duo Cesaris legati, Didacus quidem a dextris, Franciscus a sinistris, cum tamen in capella ascensionis³ Franciscus primum habuisset locum. In ea congregatione card. **de Monte** dixit: Audivimus in precedenti congregatione vota patrum super prima parte questionis pro
 30 positae, nempe peccatum originale esse et in nos ab Adam transfundi, quod quidem peccatum nos natura facit filios ire. Reliquum est, ut secunda pars expediatur, que est de remedio contra ipsum peccatum et de effectibus remedii, queve adhuc reliqua ipsius peccati sint.

Giennensis dixit se in proxima congregatione dixisse, omnia ista videri suo iudicio per decretales pontificum et concilia tam generalia quam particularia decisa, propterea nihil immorandum sibi videri, quin ad decreti confectionem deveniretur.

Archiepiscopus **Aquensis** longa oratione prosecutus fuit de propriis qualitatibus ipsius¹ peccati, et quomodo nos reos gehenne faciat. Remedium ad peccatum fuisse morsa Christi una cum baptismo, per quod baptismum nos ab omni j peccato esse mun
 40 datos et ex filiis ire filios gratie et membra Christi factos esse. Nec in nobis peccatum aliquod post baptismum remanere, sed tantum concupiscentiam, que per se peccatum non esset, pronaa tamen ad peccandum nos faceret, nobis relicta ad exercitium.

Eam sententiam plures secuti fuere, citatis a patribus pro sententia ipsa sacris litteris et aliis legitimis auctoribus, quod inprimis a **Materanensi** factum abunde fuit.

a sic. b *deletum* uxore eius instigante minus ipsi Deo obedientem fuisse. c *deletum* quo autem peccati genere peccaverit non sat apud omnes ... d in marg. e *deletum* Sentimus autem in nobis peccati vim. f *corr. pro* nata. 5 *deletum* cum iam hora ... h M. s. ipsus.

Locus hic non ad verbum citatur, sed ad sensum occupant plus undecim columnas. Huiusmodi quaestiones dogmaticae parum ei sunt cordi. Ubi de resistentia tractabatur, uberiores relationes,
 2 En haec omnia, quae Severolus narrat de hac congregazione, cuius acta apud *Theiner* (I, H 4b—120a) 3 Quae celebrata erat die 3. Iunii.

Senogaliensis, cum eam sententiam comprobasset, opere pretium, immo necessarium esse aiebat, si veterum instituta tenere patres velint, ut cum firmaverint hunc articulum, statim contrarie secte auctores hereticos defunctos damnent ossaque eorum exhumari mandata; qui vero ad hanc diem vivunt, citandi sunt ad concilium, et nisi compareant vel se defendant, damnandi sunt et legitimis penis coercendi. Quod nisi fiat, ridicula, inquit, erimus omnibus hominibus, oleumque et operam perdemus. 5

Senogaliensis sententiam et **Bossanensis** et nonnulli alii secuti fuere. **Cavensis** episcopus diversam ab aliis de remedio et effectu remedii peccati originis dixisse visus est (sententiam)b. Duas is dicebat esse peccati originis partes, quarum altera esset carentia iustitiae originalis, altera vero esset concupiscentia seu fomes ipse. Illam quidem 10 carentiam originalis iustitiae per baptismum deleri, peccatum vero concupiscentiae adhuc in nobis baptizatis remanere, sed nobis a Deo non imputari. Quod ex Augustino et divo Thoma comprobavit.

Post Cavensem alii sententias dixerunt ab Aquensi non dissidentes. **Maioricensis** prohibendum esse dixit per synodum, ne quis pro Luteranis dogmatibus comprobandis audeat citare aliquos auctores vel eorum opiniones rationibus comprobare, prout aiebat proxima congregatione fecisse generalem Servorum 1.

Fanensis altius causa peccati originis repetita ostendit, quomodo prime de baptismo hereses in ecclesia nostra emanarint, sancteque deinceps et pie Cavensem episcopum et ante ipsum generalem Servorum anteriore congregatione sensisse dixit, si modo eorum mens ita fuerit. Nam (inquit ipse) Martinus Luter cum ab initio cepisset a nostris dissidere, non dubitavit affirmare, post baptismum adhuc in nobis peccatum remanere secundum veram rectamque peccati rationem, quam quidem opinionem Leo X sancte damnavit. Post eum Bucerus non remanere peccatum dixit, sed culpam secundum veram culpe rationem, quod a Martino parum differt. Cum quo quidem Martino nostra 25 ecclesia semper dissensit, j Nostra igitur et catholice ecclesiae sententia semper hec fuit, ut post baptismum nullum renatis remansisset peccatum teneret. Cum enim membrum Christi iam effecti simus, mundati per agnum ipsum, qui mundi peccata tollit, haud dubie fateri oportet, non tegi peccata nostra, sed protinus ab ipsis [nos] emundari, dicente sepius Paulo chirographum deletum esse², non autem, ut Luterani sentiunt, suspensum esse. Et 30 quod alibi Paulus ait, peccatum in se esse post baptismum³, cui et Augustinus consentit et divus Thomas, intelligere debemus peccatum remanere largo sumpto peccati nomine, ut scilicet accipiamus, concupiscentiam, que in nobis post baptismum remanet nos retrahens a bono, inclinans ad malum, esse peccatum non aliter, quam cum dicimus hominem mortuum hominem esse, et cum scripturam manum esse dicimus, non quod homo 35 mortuus aut scriptura sit homo aut scriptura^o, sed quod alterum, quia homo fuerit, adhuc hominis voce appellemus, alterum vero, quod a manu proveniat, manum dicamus. Et id est, quod nostri dixerunt intelligentes peccatum pro concupiscentia, que quidem peccatum non est per se secundum veram rectamque peccati rationem, sed nos ad peccatum pronos facit, j quam quidem concupiscentiam nobis Deus ipse reliquit ad maiorem 40 exercitationem, ut ab aliis quoque patribus dictum est.

Post Fanensem plures eius sententiam secuti fuere usque ad episcopum **Bitontinum**, qui cum dicere vellet, card. **de Monte** patribus dixit bonum esse congregationes non adeo protrahi, ut maximo incomodo sint iisd, qui illis intersunt; propterea admonere, ut potius frequentiores fierent congregationes, quam ita longasa, ut patres 45 detererent.

Id omnibus patribus placuit, propterea finis congregationi impositus est et indicta sequens congregatio pro die sequenti, statutumque fuit, ne deinceps congregationes ultra tres horas protraherentur.

a sic. b supra lineam. c sic, non manus. a M s. is.

1 Nec de hac Maioricensis contra generalem Servorum sententia nec de ipsius generalis voto Massarelli acta quidquam accurati tradunt; nam quae impressa sunt apud *Theiner* (I, 120a; 123b) concordant cum scriptis originalibus Cone. 62 f. 240' 247v. Ceterum omnino generalis fides orthodoxa concilio suspecta erat, cf. *Massarelli* diar. III ad 11. et 12. Aprilis 1546. 2 Coloss. 2, 14. 3 Rom. 7, 14.' 17. 20.

5. Iunii.

De remedio peccati originalis.

Die sabati quinta Iunii episcopus **Bitontinus** sacris more factis dicere de peccato originis cepit, longe lateque ea de re diserens, tum nostra comprobando tum adversa confutando. Qua in re horam integram consumpsit omnibus atente audientibus. Eius opinio quoniam parum, immo nihil a Fanensis" superius recitata opinione distabat, recitare

5 non esse opere pretium duxi.

Dicte fuere deinceps et ceterorum sententie, convenientes, ut per baptismum originis peccatum tollatur et post baptismum solam concupiscentiam remanereb, que per se peccatum non sit secundum veram peccati rationem, sed nos ad peccandum pronos reddat. ssv

Generalis Servorum totam hanc inter nos et Luteranos controversiam septem
10 in partes divisit ostendens, qua in re nobiscum conveniant et qua rursum a nobis dissen-
tiant, expurgando' se, quoniam nihil dixisset ut opinioni adversariorum faveret, sed ut
admoneret patres ne, dum adversarios condemnare intendunt, nostros doctores sanctos
condemnarent.

Ante ipsum **Calaguritanus** laudavit Senogaliensis sententiam, ut non ante in
15 statuendis dogmatibus per sinodum procederetur, quam citatis Luteranis ipsis, ne nos
ab ordine nobis ab antiquis patribus tradito recedere velle videamur. Se tamen scire
dicebat, hactenus non fuisse citatos bona de causa; que quoniam proxime cessatura esset,
ortabatur, ut interim materie digerentur, non tamen ante terminarentur, quam vocatis
adversariis.

Laudavit card. **de Monte** patrum sententias et imprimis Senogaliensis sententiam
20 et pietatem, dixitque hactenus non sine magna ratione temperatum esse, ne adversarii
vocarentur, verum mox omni mora postposita omnia facturos, ut tempus ommissum
resarciretur. Interim daturum se operam, ut decretum iuxta patrum | sententias con- ssr
ficeretur et per manus patribus traderetur.

8. Iunii.

Examinatur decretum de peccato originali.

Die Martis 8. Iunii fuit congregatio hora solita, in qua celebrata missa et facta
spiritus sancti invocatione card. **de Monte** Vidistis, inquit, patres, ut arbitror, decretum
factum de peccato orriginali, cui hodie, si vobis placebit, ultima imponi poterit manus.
Post cuius expeditionem ad alterum decretum super abusibus scripturarum et predica-
tione verbi Dei iam discussum transibimus, in quo ut spero ita omnia ad vota patrum
30 nos aptasse iudicabitis, ut nihil preterea desiderari possit. Cum decreto illo et de resi-
dentia episcoporum pertractabimus, quinimo, si patribus placebit, id decreto adiun-
gemus sub quacunque pena volueritis, vel si magis patribus placebit, hoc ad sequentem
sessionem reicietur. Decretum de peccato orriginis, super quo audituri sumus sententias,
legatur per Angelum a secretis. Qui illud legit. Decreti summa hec erat:

35 Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei fuisset trans-
gressus, statim sanctitatem et iustitiam, in qua creatus fuit, amisisse, incurrisse vero per
offensam prevaricationis huiusmodi iram et indignationem Dei, ex qua secuta est mors
illi secundum corpus et animam, anathema sit.

Si quis Ade peccatum soli sibi, et non etiam posteritati eius nocuisse asserit, a. s. ssv

40 Si quis morbum huius peccati orriginalis, quod in nobis propagatione, non imita-
tione diffusum residet, aliter quam per meritum unius D. N. Yesu Christi mediante fide
et sacramento baptismi a nobis auferri dixerit, a. s.

Si quis parvulos baptizandos neget aut dicit in remissionem peccatorum eos bapti-
zari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, a. s.

45 'Fidei et sanctorum patrum normam imitando hec sancta synodus fatetur et de-
clarat, in baptismo per Yesu Christi gratiam non modo remitti reatum originalis peccati,
sed id totum auferri, quod veram et propriam peccati rationem habet, ita ut in renatis

M s. Fanensi.
ad cit[ationem] ...

b sic.
« deletum Hanc.

0 M s. expurando.

d deletum ortabatur tamen synodum, ne ante

nihil more sit in ingressu celi, si statim post baptismum recedant. Manere autem post baptismum in baptizatis concupiscentiam vel fomitem nature, non solum apostolicis scripturis, sed etiam ipsa experientia docta fatetur; que tamen nocere non consentientibus non valet. Has reliquias, quas Paulus aliquando peccatum vocat¹, ecclesia catholica nunquam intellexit vere peccata esse.

5

Lecto decreto dicte fuere a patribus sententie; sed he magis ad verba decreti quam ad rem ipsam pertinere, et ideo silentio hanc levem controversiam verborum pretereire volui.

gor De conceptione beatissime virginis Marie | volebat card. **Giennensis** in decreto fieri mentionem his verbis, videlicet: De beata virgine² sancta synodus nihil definire intendit, quamvis pie credatur ipsam absque peccato originis conceptam fuisse.

10

Eius sententiam maior pars patrum secuta est, contradicentibus **Dominicanis** et aliis quibusdam, quoniam non sine maxima discussione tam ardua et incognita questio determinanda esset, quod certe his verbis fieret, quoniam pietas, que de credentibus conceptam sine peccato diceretur, redderet partem alteram impiam. Quamobrem dictum est, ut considerentur verba, que neutri repugnarent parti, ita ut hec controversia remaneat, prout hactenus in ecclesia fuit et est.

15

9. Iunii.

De residentia episcoporum.

Die Mercurii 9. eiusdem celebratis more solito ceremoniis card. **de Monte** ad patres conversus Si aliquo, inquit, tempore, patres, spiritus sancti invocatione et auxilio egimus, prout egimus semper, hoc maxime tempore illo egimus, in quo de dogmatibus constituendis a nobis agitur. Qua in re nihil (recti)a sine ipsius auxilio constituere possumus. Examinavimus heri decretum de peccato originis et audivimus doctas patrum sententias, de quibus habebitur a nobis ratio. Antequam tamen ultima manus | decreto ipsob imponatur, decrevimus nos legati ad nostrum b instructionem iterum audire theologos, qui sunt extra congregationem, ut omnibus auditis tale decretum a nobis et sancta hac synodo exire possit, quod ab omnibus probari possit. Interim dum reliqua expediamus, vos, queso, una nobiscum libenter hunc laborem sustinete, quo certe carere possemus, nisi iam sub sessionem essemus. Aliud decretum discussum in prioribus congregationibus de abusibus scripturarum et predicatione verbi Dei a nobis confectum est, ita ut nihil credamus a patribus amplius peti. Reliquum tantum est, ut, quoniam multi patres admonuerunt, non debere prodire in publicum decretum ipsum, nisi et residentia episcoporum et parochorum illi adnecteretur, ut hodie tractemus de ipsa residentia, seu magis de pena imponenda ipsis episcopis non residentibus, quando iam omnes convenire videntur residendum esse³.

20

25

30

Tunc card. **Giennensis** longa verborum serie residentiam episcoporum et utilem et necessariam esse ostendit, roborata eius opinione ex clarissimis testimoniis tam sacre scripture quam iuris canonici. Deinceps quanta incomoda ex non residentia provenirent enumeravit, illudque non esse silentio pretereundum dixit, quod, dum episcopi sunt absentes, clerici, qui se promoveri desiderant, eunt ad episcopos nullatenenses habentes certas ordinandi facultates, quarum vigore pacta prius pecunia ordinant quemlibet pecuniam afferentem nec curant, quid ipsi promoti sciant, dummodo solvant. Exorandum autem esse sumopere pontificem maximum dicebat, ne deinceps indoctos et inhabiles ad episcopatus promoveri pateretur, utque preces principum, si quando sibi minus idoneum presentant, reiceret, nec pateretur ulterius rem publicam christianam ex ministrorum ignorantia labefactatam perire. Recensuit autem, quomodo Cesar non nisi pacto prius convento de residentia quenkum non nominabat. Causam autem, quare hactenus episcopi non resederint, non aliam esse dixit, quam multiplicia nostra peccata, propter que Deus

35

40

45

a in marg. b sic. @ sic M s. *Supplendumne nullam tenentes dioecesim? Sed certe significantur episcopi titulares; videtur cardinalis creasse hanc vocem, ut institutum illud reprehenderet.*

1 Cf. supra p. 68, adn. 3.

2 Raynaldus ad annum 1546, n. 77.

3 Hic Gabrielis Paleotti manu scriptum est in

marginem: *De residentia episcoporum.* Qua de annotatione v. quae in Prolegomenis de Severoli diario dicuntur.

nobis tales episcopos et ministros dare consuevit, quales peccatis et malitie nostre con-
veniant. Pena autem non residentium ea sibi probabatur, ut qui maiore parte anni non
resideret, fructus episcopatus illius temporis suos non faceret secundum conscientiam, qui
autem biennio fuerit induratus, deponatur ab episcopatu. Verum, inquit, tota huius rei
5 difficultas est in executione; nam et ante per canones non residentibus pene impositae
fuerunt, sed quoniam executores defuerunt, leges ipse in desuetudinem abierunt. Quam
obrem nullum alium modum executionis video, nisi quod | provincialia concilia revo- 9*v
centur in lucem, quorum conciliorum, quamvis semper fuerit ingens utilitas, nihilominus
colabente disciplina ecclesiastica a centum annis citra nullusa in Ispania habitusa est.

10 **Aquensis** archiepiscopus Giennensis sententiam probavit. **Turritanus** non antea
de episcoporum [residentia] tractandum esse dicebat, quam demptis impedimentis et
restituto pristino episcoporum iure, narrabatque in diocesi sua plures esse clericos exemptos
a sua iurisdictione, quam sibi subiectos; preterea beneficia sepius tam indignis conferri,
ut nihil supra. Si tamen, inquit, pena imponenda sit non residentibus, placeret, ut qui
15 primo anno sex mensibus abesset, medietate fructuum privaretur, qui secundo, omnibus,
qui tertio, episcopatu privaretur omnino. Fructus autem interim in pauperes distribuerentur.
Constitutionis huius executores vellem esse archiepiscopos in suos sufraganeos, in archi-
episcopos vero provincialia concilia animadverterent.

Huic quoque sententie non defuere assertores, maxime autem omnium **Castelli-**
20 **maris**, qui gravia incommoda ex Romana curia sibi adeo imminere affirmavit, ut nisi eis
provideatur, impossibile sit residere. Quod enim, inquit, precipuum munus episcopi est,
corrigere et reformare delinquentes, id totum per Romanam curiam nobis aufertur. Delin-
quunt impune | et passim clerici, ac deinceps impetrata Rome Eugeniana¹ vel alio moni- 9*
torio ab auditore camere inhihent episcopo, et siquid is hiscere audeat, statim vocatur
25 ad personaliter comparendum in curia Romana. Quid dicam de beneficiorum collatione,
quid de casibus reservatis maxime respectu episcoporum Ispanorum? Ea omnia adeo
episcopis gravia sunt, ut et residentiam et residentie fructum impediunt.

Materanus nihil de penis non residentium mutandum esse, sed omnia iuris ar[bitri]o
relinquenda esse [censuit]. Nam in iure habemus gravissimas penas, etiam depositionis,
30 contra non residentes. Habentur tamen nonnulli in iure pro residentibus, quamvis non
resideant, puta qui in concilio intersunt, qui dicto pontificis maximi obediunt, qui lega-
tione pro pace, pro bono publico funguntur, et alii multi, quibus, quoniam leges neces-
sariam saltem ad tempus residentiam esse noluerunt, non debet Tridentinum concilium
eis legem ultra quam statutum sit a iure imponere. Executorem autem contra non resi-
35 dentes nullum alium nominare possumus et nullus alius est legitimus, nisi papa, ad
cuius cognitionem episcoporum cause semper fuerunt reseruate, a quo, inquam, pontifice
maximo vocati sumus in partem sollicitudinis, et propterea quicquid ipse vel iubet vel
prohibet, a nobis observandum est, nec debemus nec possumus, nec si possemus debe-
remus, dum legem de residentia facere cupimus, ipsum quasi ad causam | vocare, ut 92v
40 nobis vel privilegia indulgeat vel iam data restituat, sed magis ab eo expectandum, qui
sua sponte omnia nobis condonabit.

Addidit **Armacanus** certum esse de voluntate pontificis maximi, eum nihil non
facturum, quod in episcoporum residentium comoditatem facere possit, convocatumque
ideo ab eo his^o temporibus concilium esse, ut ecclesie consuleret, facturusa libenter, que-
45 cunque intellexerit fore utilia ad executionem eorum, que ab hoc concilio statuentur. Nec
ratio est, quare non resideatur, impedimentum vel impedimenta, quoniam si propter im-
pedimenta sibi illata destitissent apostoli, cuius a locum nos tenemus, a predicatione et aliis
bonis operibus, nos tam amplam ecclesiam non haberemus hodie, qualem habemus.

Admonuit **Senogaliensis** residentiam episcoporum esse de iure divino, idque
50 Gaetanum² post reliquos firmare dixit, quamobrem ad occurrendum dispensationibus
ante omnia, inquit, statuendum censeo, residentiam episcoporum de iure divino esse, de
cuius necessitate et utilitate suffitiant, que a me in hoc sacro loco et nuper copiosissime
a R card. Giennensi dicta fuere. De penis autem non residentium hoc mihi placeret,

a sic.

b M s. constitutiones.

c M s. is.

Eugenius IV bulla 8. Martii 1432 edita (Bullar.
ed' / aur' v > 10) prohibuit episcopis sub poena
excommunicationis, ne contra officiales sedis apostoli-
cae ■ nec non quoscunque alios pro suis et

eorum causis et negotiis ad sedem praedictam venien-
tes . . . procedere . . . praesumant«.

² Vide libros laudatos supra p. 32, adn. I. Cf.
infra 30. Decembris init.

ut silicet qui ultra tres menses abfuerit ab episcopatu, medietate fructuum privaretur, qui secundo anno etiam ultra tres menses abesset, omnibus fructibus, qui vero tertio
 93v anno abesset, episcopatu ipso iure privatus esset, j cuius episcopatus sic vaccantis ellectio
 ad capitulum spectet, episcopusque huiusmodi, qui ob non residentiam privatus est, red
 datur inhabilis prorsus ab omni ecclesiastica dignitate. Et quod dico de episcopis, intel- 5
 ligo de archiepiscopis et omnibus aliis superintendentibus, quocumque nomine cen-
 seantur, ita ut omnes a parcho usque ad supremum ecclesie gradum comprehendantur.

Senogaliensis sententiam nonnulli secuti fuere; plures tamen nimis rigidam eam
 existimare visi sunt. Unusquisque tamen suam protulit sententiam, ne nihil scire vide-
 retur. Plures tamen sententie Giennensis assentire videbantur. **Feltrensis** multas causas 10
 deduxit, quibus in iure tollerabatur absentia prelatorum a suis ecclesiis. Eos qui penes
 pontificem in aliquo ministerio vel officio essent et qui cardinales essent, quoniam regi
 mini universalis ecclesie vacarent, enumeravit.

Fesulanus episcopus residentiam laudavit, sed duo se circa residentiam desiderare
 dixit: alterum, ut generalis esset, nec Fesulane ecclesie provideretur omissa Florentina, 15
 alterum, ut modo debito, id est restituto omni honore episcopis et summotis omnibus
 impedimentis id fieret.

Movit risum Fesulanus non paucis, quod, dum ecclesie Florentine providendum
 dixit, notam card. Rodolpho eius propinquo et patrono¹ inurere voluit.

93v Sententiam | Fesulani de impedimentis sumovendis plures amplexi fuere. **Vas-** 20
nensis episcopus Impedimenta, inquit, nisi tollantur, frustra episcopos residere dicimus;
 nam ut de me meoque episcopatu loquar, plurima impedimenta passus sum eo tempore,
 quo resedi, impedimenta dico non a Romana curia neque ab ecclesiasticis, sed a laicis
 ipsis, qui me impediunt, ne meo officio fungar. Nam etsi quis heresim palam predicet,
 non licet mihi in illum animadvertere, sed¹ necesse est, ut captum hereticum ad curiam 25
 et parlamentum regis deducam magno cum sumptu et labore. Alia autem incomoda
 et impedimenta alias narranda reservo; hoc fiat, ut antequam de residentia [quidquam
 decernitur,] statuatur, ut principes seculares ecclesie presules non turbent.

Fanensis episcopus altius repetita materia Residentiam ego, inquit, semper feci
 et ab initio pacto conveni, cum mihi episcopatus daretur, ut residerem, alioquin nec 30
 episcopatum volebam. Id dico, ne patres mei causa aliquid dictum existiment. Re-
 sidentiam autem ipsam et semper existimavi de iure divino esse, aut saltem ita con-
 comitantem ius divinum, ut omnes non residentes mortaliter peccent, nec nisi unam
 causam inveni, in qua non residere liceat episcopo: ea est maioris boni causa, et ad
 tempus, non perpetuo. Idque ego semper existimavi et existimo, nec credo non re- 35
 94r sidentes episcopos suorum episcopatum | fructus tuta conscientia percipere posse. Quam
 obrem si lex ferenda est, non amplius conscientia episcopi oneranda est per suspen-
 sionem vel per ecclesie ingressum, sed pena, que discolos etiam retinere possit; nam
 boni etiam si nulla imponatur pena residebunt. Verum, ut libere dicam quid sentio,
 mihi neque locus neque tempus pati videtur, ut nunc de episcoporum residentia trac- 40
 tetur, quoniam non ea res tam paucis explicari potest, ut prima facie demonstrat, sed
 longiore tractatu eget, quando sub se comprehendit omnem collapse discipline ecclesiastice
 restaurationem. Inprimis enim impedimenta, que residentes impediunt, levanda sunt, et
 ita faciendum, ut plena libertate ecclesiastica fruuntur episcopi. Impedimenta autem
 appello non Romane curie, non sumi pontificis, non exemptorum, sed principum secu- 45
 larium, quandoquidem si Romanus pontifex aliquem eximit a mea diocesi, si forte in
 digno confert beneficium, ego sum exoneratus conscientia et satis est mihi, si inde ali-
 quod incomodum nascatur, omne id referre ad aures pontificis etiam cum interminatione,
 quod (in futuro seculo)^b eorum non amplius a me, sed ab eo petatur ratio. At que prin-
 cipes seculares faciunt in nostrum ordinem, longe graviora sunt, nec habemus unde con- 50
 94v scientia nostra tueri possit. Nam si a capite | quod aiunt omnia impedimenta per seculares
 potestates ordini nostro illata resecare volumus, oportet inprimis principes ipsos refor-
 mare et pragmaticas sanctiones et concordata et denique privilegia omnia illis a retro
 pontificibus maximis concessa tollere ecclesiam, que hoc modo per eos administrabitur,
 per quos decet, et suo ordine. Mitto cruciatus² et alia, que multa sunt in omnibus regnis 55

a M s. se. b in marg., deletum sanguis. 0 sic.

1 Qui cardinalium more Romae debebat dioecesimque per vicarium gubernabat.

2 Supra p. 51, adn. 1.

magis usurpata quam concessa. Hec sunt, inquam, que inprimis resecanda sunt, quam de residentia statuatur. Hoc non ego dixi, quod per aliquam vel secularem vel ecclesiasticam potestatem mihi impedimentum unquam allatum sit, sed exonerande mee conscientie causa. Patres quid equum sibi visum fuerit statuunt, et a me dicta equa
5 boni consulant.

Fanensis sententia atente ab omnibus audita fuit, et a pluribus etiam laudata. Verum quoniam iam hora erat tarda, finis congregationi impositus est, admonitique fuerunt patres, ut sequenti die convenirent.

10. Iunii.

Materiam residentiae differri decernitur. — De congregationibus theologorum.

Die Iovis 10. Iunii factis ceremoniis hora solita **Senensis** archiepiscopus, qui
10 externe congregationi non interfuerat, de mandato legatorum sententiam dixit, laudans mirum in modum, ut omnis de episcoporum residentia cura reiceretur in **Summ D. N.**, cuius est propria | et precipua cura huiusmodi. Si, inquit, velit, ille omnes nos residere faciet, si autem parum hoc curare se ostendet, nulla constitutio nullaque pena quantumvis gravissima sufficit ad faciendum, ut episcopi resideant. Quare rogandus est ille, ut
15 prout sibi hoc equum visum fuerit, statuatur et decernatur.

Eius sententiam secuti sunt nonnulli.

Chironensis 1 de **Nobilibus** longa oratione patres admonuit, venisse tandem desideratum tempus, ut libere petere possent et deberent, quod ad episcopalem dignitatem conveniret. Propterea vigilandum esse et reducenda esse episcopalia iura ad id,
20 quod tum iure comuni tum longa consuetudine episcopis debetur. Quod ni hoc quando tempus habent fecerint, erunt omnibus ludibrio et rem non tanto dignam senatu fuisse ab omnibus rite reprehendentur. Non enim, inquit, semper hoc vobis licebit, quod hodie licet, quoniam vix est, ut singulis etatibus semel concilium celebretur. Se tamen pro certo habere, pontificem nostrum libenter episcoporum petitiones auditurum nec defuturum
25 eorum comoditatibus; non desint tamen ipsi petere, ne omnis faba in eorum caput cudatur². Si tamen de residentia tractandum est, generaliter tractari debet et omnibus ecclesiis providere.

Ut generalis debeat esse de residentia tractatus, complures alii apertius et expressius dixerunt], | et inprimis **Siracusanus** et **Ispani**, omnes uno ore ostendentes, non
30 minus cardinalibus quam aliis leges scribendas esse, ne alioquin lex, si universalis non sit, facile contemnatur. Idque inprimis graviter **Astoricensis** explicavit.

Addidit **Aquinatensis**, se nullam aliam causam invenire, quare residentia non fuerit facta, nisi quod passim sacerdotia conferantur indignis, et nedum unum atque alterum beneficium, sed etiam plura curata et ad invicem incompatibilia conferantur
35 pueris, et nedum curata beneficia, sed etiam episcopatus ipsi sepius pueris et omnia preter munus pascendi scientibus.

Lancianensis esse sine dubio episcopi residentiam de iure divino defendit. Id longe melius **Bitontinus** probavit eo argumento, quoniam, cum predicatio et pascere gregem sit de iure divino, sequitur ut residentia, sine qua predicatio fieri non
40 potest, sit et ipsa de iure divino. Uterque tamen et post eos alii defenderunt, quod tametsi residentia de iure divino sit, non tamen propterea pontifex prohibebatur, quin in eo casu dispensaret, idque etiam **Astoricensis** <et prius **Lucerinus**>^b probavit. Non tamen sine maxima causa dispensandum esse contendebant. Placebat tamen **Bitontino** et aliis^a quibusdam, ut alio loco de residentia tractaretur.

45 — **Astoricensis** totum de residentia tractatum in quatuor partes divisit, nempe in ipsam residentiam, in impedimenta, in penam (et executores)^b. Residere necessarium esse palam constare | hocque ad omnes pertinere, ut supra a me recitatum est. Impedimenta vero levanda esse, ne scilicet tot prothonotarii et tot in quaque diocesi exempti sint. Penas plures a iure proditas ostendit, aliam quidem residentibus in diocesi,
50 non tamen in loco ecclesie cathedralis, aliam vagantibus in diocesi sine fructu, aliam

a sic, non eque.

b in marg.

c M. s. esentes.

1 Immo Acciensis; v. supra p. 63, adn. 1; p. 65, adn. 1.
Concilium Tridentinum. I.

2 Cf. *Terentinii*, Eun. 381.

prorsus absentibus. Hanc duplicem fuisse: primo suspensioa et fructuum subtractio ita, ut si deinceps negligenter, trienio privarentur episcopatu; aliam et ultimam, ut ipso iure privati essent et absque aliqua declaratione vel vocatione posset episcopatus alteri conferri. Hanc ultimam recipiendam et amplectendam esse censuit contra eos, qui ultra tres menses absque legitima causa ab episcopatu suo abessent idque tribus annis admisissent, ita, ut interim fructibus episcopatus privarentur. Executionem autem malebat per capitulum ecclesiarum cathedralium, quam per provincialia concilia fieri, quo maiorem haberent executionem. Ne autem de facili papa dispensare posset, volebat decretum his verbis conscribi: *Cum residentia episcoporum universalem ecclesie statum respiciat, decernit sancta synodus* etc., et cum declaratione, quod cardinalatus et episcopatus essent omnino incompatibiles. Hoc ideo dicebat, quia a multis doctoribus traditum est papam non posse in his, que universalis ecclesie statum concernunt, dispensare.

(**Calaguritanus** dixit: de residentia nunc agendum omnino, de impedimentis autem loco comodiore agere possumus. Nam in concilio sumus summa cum potestate, quamobrem poterimus enumerare nos impedimenta et ad Smum D. N. ea referre, et si ab eo tollentur, bene erit, sin minus, poterimus nos id agere, quoniam concilium summam habet potestatem circa hoc, nec refert quod pauci sumus episcopi, quoniam tamen generale concilium est et apud presentes omnis potestas devoluta est)b.

96v Addidit | **Canariensis**, postquam residentiam de iure divino esse ostendit, que relam gravem, quod in curia Romana omnium provintiarum essent plures, qui palam sacerdotia mercarentur et sibi precio acquirerent non sine maximo omnium scandalo.

(Fuere tamen non pauci, qui totam de impedimentis episcoporum querelam recicerent ad Smum D. N., a quo sperabant tolli debere omnia impedimenta; eum non defuturum policebantur omnia prestare, que ad residentium amplificationem spectabunt, idque **Caprulanus** et **generalis s. Augustini** exemplo nuper defuncti episcopi Veronensis ostendebant)d.

Omnium dictis sententiis, quarum ego plures brevitati studens omisi, card. **de Monte** dixit ad patres: Audivimus doctas sane et pias patrum sententias tam hodie quam hesternad congregatione dictas, quas, quoniam multum inter se distantes video, non possum colligere. Propterea ero simul cum Rmis DD. meis, et consideratis omnibus aliquam ex iis capiemus conclusionem, quam ad vos in proxima congregatione referemus. Interim illos laudare non possum illosa qui quodammodo suo iure cum pontifice agunt, ut privilegia restituat, ut immunitates tribuat, quasi velint insimulare pontificem ut harum rerum usurpatorem, quamobrem eos admonitos volo, nihil sumum pontificem non suo iure agere. Si quid* tamen est, quod vel residentiam episcoporum impediatur vel aliter noceat, insinuandum est, quoniam absque dubio curabit pontifex omnia, que commoditatibus nostris erunt opportuna. (Verum quod aliqui traxerunt in controversiam, an residentia sit de iure divino an non, id sane intempestivum fuit. Id tamen ea de causa factum fuisse constare, ne silicet papa circa illam dispensare posset. Quicquid papa possit, nunc pretereo; illud vero pro comperto habeo, nunquam, quod ego sciam, cum aliquo episcopo dispensasse ne resideret, et tamen interfui fere semper in signaturis. Episcopi sunt illi, qui hoc sibi usurpant, non dispensatio pape)e. Quod ab aliquibus dictum est sumam esse concilii potestatem et auctoritatem, conciliumque generale et oecumenicum esse, affirmo quidem, sed sumam habere dico potestatem in his duntaxat, que nobiscum et cum sancta synodo communicavit Smus D. N., nec potest concilium ultra hoc aliquid facere. | Quod de cardinalibus dictum est, solvant patres se ab hac molestia, quoniam id, quod circa cardinales faciendum erit, papa faciet. Eorum autem in episcopatibus residentiam non ita desiderandam esse sicut in episcopis, quoniam cardinales episcopi non sunt, sed ecclesie quedam duntaxat illis in administrationem conceduntur. Se tamen scire, sepius propter cardinalium auctoritatem melius eorum ecclesias regi et custodiri, quam presentium episcoporum. Sed quicquid de hoc sit, papa providebit circa hoc, et si quid in collegio cardinalium reformatione indigeat, per eundem reformabitur. Et ad Canariensem conversus dixit: Emptor sine venditore esse non potest, nec venditor sine emptore; si Ispani emptores beneficiorum desistant ab emptione beneficiorum, in curia Romana desistent etiam venditores. Sed tamen de hoc certum poterimus reddere DTM1 N. papam.

Tunc card. **S. Crucis** Cardo, inquit, huius rei, de qua agitur, est, num patres nolint in decreto de abusibus scripturarum residentiam quoque apponi, an magis ut de residentia tunc agatur, cum etiam de impedimentis agetur.

Plures dixerunt, placere negotium residentie differri, **Armacanus** tamen et alii 5 contra clamabant. Placuit, ut super hoc sciscitarentur patrum sententiae, et ita patres rogati dixerunt sententias, pluresque alio loco de residentia tractandum esse dixerunt. Ii fuerunt numero octo et viginti, reliqui, non amplius quam decem et octo, contrarium senserunt; sed maior pars obtinuit.

Eodem die hora 19. fuit **congregatio theologorum** coram **Rmis** legatis. Et 10 die sequenti de mane alia similis, utraque super decreto confecto de peccato originis.

14. Iunii.

Firmatur decretum de peccato originali.

Die lune 14.1 eiusdem hora solita fuit congregatio generalis, in qua factis de more 97v ceremoniis card. **de Monte** dixit: Audivimus duobus continuis diebus theologos super decreto de peccato originis, et tandem ex eorum et multorum prelatorum voto decretum aptavimus et multis in locis emendavimus, ut ex eius lectione intelligetis.

15 Mox Angelus a secretis legit decretum ipsum et annotationes locorum, in quibus decretum immutatum fuit. Quo lecto rogati sunt patres, ut super eo sententiam dicerent.

Tunc card. **Polus** Bene, inquit, admonuit D. primus preses in preterita congregatione, ut si qua alia in re spiritus sanctus invocandus esset, in hac vel precipue invocari deberet, ubi de dogmatibus constituendis agitur. Proinde patres oratos volo, 20 ut in tanta re singula verba expendant, ne quid a nobis non sancta hac synodo dignum exeat. Ut autem a capite decreti incipiam: 2quid sit peccatum originale magis nos ipsi in nosa sentimus omnes re ipsa, quam sciamus quid sit verbis comprehendere. Hoc inde possumus ostendere, quod cum multi sanctissimi patres de hac re scripserint, tamen hoc quid esset definire nesciverunt. Hoc etiam nobis patuit ad oculum tam in congregatio- 25 nibus episcoporum quam theologorum, in quibus maxima fuit omnium concordia in reliquis constituendis, atb in hoc uno valde dissidentes. Illud plane scimus, mortem nobis per Ade peccatum interminatam esse a Deo, mortem inquam, non ut statim occumberet ipse Adam et nos una cum ipso, sed mentis obtenebratio, que et ipsa mors dici potest. Hoc senserunt (et vetustissimi)0 philosophi fere omnes, non a Mose, ut nos,] edocti, sed 9sr a natura ipsa, cuius vim et motum sentiebant in malum pronam esse. Id Aristoteles dixit, dum regimen magis apud rempublicam esse vult, quam apud regem unum, ea scilicet ratione, quoniam spiritus unius sepe impotentes sunt ad resistendum malis, ad quos nos natura inclinavit. Id ostendit Socrates, dum post universam perlustratam philosophiam se unum scire fassus est, quod nihil sciret. Philosophi igitur huic morbo 35 volentes providere legibus muniendam omnem rempublicam decreverunt, ut scilicet quorum concupiscentiam indomitam esse cognoscebant, saltem penarum motu cohercerent. 3Longe alia via Deus omnipotens cum priscis patribus nostris egit, certans scilicet beneficiis et gratiis nostros motus reprimere et in ipsum protinus erigere. Sed neque premia, neque manne potatio diuturna, neque aliquid aliud gentem dure cervicis 40 potuit domare. Exemplo potest esse Salomon tot tantisque bonis a Deo donatus, ut nemo unus plus eo acceperit. Fatetur plane ipse omnia vanitatem esse, et in ipsa quoque sapientia laborem. Quamobrem Deus, ut generi humano provideret, per mortem uni geniti filii nobis gratiam et salutem dedit. Hec tendunt ad (demonstrandum, quod ad abolendam huius peccati vim nulla unquam humana ratio valere potuit, hecque ad)c 45 declarationem primi, secundi et tertii capituli, in quibus nihil addi minuive desidero. Quod mihi dubium facit, est, quod dicitur in fine decreti: in renatis nihil esse quod Deo dis-

a sic.

b Ms. ad.

0 in marg.

1 Non 13., ut dicunt acta Massarelli.

2 Hanc Poli orationem cum Massarellus in actis originalibus non habuisset (Cone. tom. 62, f. 229),

transumpsit ex Severolo vel potius ex epitome illa, cuius haec pars inserta est tomo Cone. 62, f. 311.

3 Raynaldus ad annum 1546, n. 76.

plicere possit. | Que quidem verba si recte intelligantur nullam prorsus habent dubitationem, quando de hoc ipso Paulus loquens in renatis inquit, qui in Christo sunt, nihil odibile esse; nam in aliis non auderem id ego affirmare propter nostras imbecillitates. Propterea addendum aliquod verbum existimarem ad maiorem declarationem, ne alioquin aliqui perperam intelligentes hunc locum intelligant nos tenere renatos impeccabiles esse, 5 quod quam falsissimum sit omnes intelligunt. Quinimo statutum est, ut etiam viri sancti dicerent quotidie in oratione dominica: dimitte nobis debita nostra, non propter humilitatem, sed propter veritatem, quia etiam in iustis peccata sunt et infirmitates, quas impossibile esset placere Deo. Hec volui patribus dixisse, ut admoniti essent et in tanta re cauti.

Giennensis Quamvis ego, inquit, non possim in re tam gravi, que ex medio teologie fonte hausta est, meam proferre sententiam, tamen, ut dicam quid sentio, mihi stare posse videntur verba illa decreti, nec immutanda aliquo modo censeo, ne videatur minus potuisse unius Ade peccatum, quam Christi meritum. Nec refert quod etiam iusti dicant, dimitte nobis peccata nostra, quia id fit propter peccata, que timentur et 15 que a quantumvis iusto timeri debent. Reliqua vero decreti mihi placent omnino, preterquam quod in fine decreti ponitur, videlicet: *Declarat autem sancta synodus non esse sue intentionis in decreto | huiusmodi, ubi de peccato originali loquitur, comprehendere beatam et immaculatam virginem Mariam matrem Yesu Christi, de qua nihil ad presens de clarare intendit propter id, quod a felicis recordationis Sixto IV decretum fuit.* Hec 20 enim declaratio non est iuxta decretum synodi; nam in proxima congregatione plus quam due ex tribus partibus tenuere eximendam esse a decreto beatam virginem Mariam cum hac adiectione, videlicet: *de qua pie creditur sine peccato orriginali conceptam fuisse.*

Dicte sunt deinde patrum sententie super decreto, quem b omnes pariter laudaverunt. De eo solum verba facta fuere, quod Rms card. Polus et deinde Giennensis admonuerat. De primo varie fuere opiniones. Declaravit **Fanensis** aliud esse, quemquam renatum esse, aliud baptizatum esse, cum utique quis baptizari possit malam habens mentem, et propterea, quamvis vere dicatur is baptizatus, non tamen renatus est. At renatorum alia est ratio, cum hi duntaxat renati dicantur, qui nedum aqua, sed spiritu baptizantur. Consideranda tamen esse, que a card. Polo dicta essent affirmavit Id 30 plemus **Bitontinus** declaravit. At **generalis Augustinianorum** hec omnia consideranda esse dixit, et quo verbo levare posset difficultas, levandam esse.

De peccato orriginis in beata virgine Maria | multi multa dixere. Fuere tamen plures, qui decretum probarent, quamvis 24 sententiam Giennensis comprobassent. Et quamvis articulus propositus non fuisset, ut discuteretur, nihilominus abunde omnes fere 35 sententias dixerunt. Sed eo res devenit, ut quamvis plures essent, qui crederent beatam Mariam virginem conceptam fuisse sine peccato originali, tamen ex eis plures hunc articulum dimittendum esse dicebant et in alium locum reservandum, satis dicentes esse, si aliquo pacto declararetur beatam virginem in decreto ipso non comprehendi. **Giennensis** sue opinioni adeo mordicus inherebat, ut pro magno beneficio ab omnibus recipere 40 videretur, suam sententiam obtinuisse.

Caid. **de Monte**: Gratias agamus Deo, presens decretum expeditum esse; nam quod ad ea, que a Rm Polo dicta sunt, ratio habebitur, prout generalis Augustinianorum admonuit. At de beata virgine Maria deberet sufficere, si id in presentiarum ageretur, ut bulla Sixti observaretur. At card. **Giennensis** considerandum esse inquit 45 conceptionis festivitatem a sancta Romana ecclesia celebrari, et cum ea esse consensum universalem ecclesie, excepto duntaxat Dominicanorum ordine. Propterea aliquid statuum esse, ut huic tam pie opinioni synodus aliquid detulisse videretur, cum maxime 111 preterita congregatione id obtentum fuisset, et in hac etiam plures id sentiant.

Card. **S. Crucis**, qui non minus conceptam virginem in peccato tenet, quam 50 teneat Giennensis contrariam partem, Iam, inquit, hoc scimus a nobis et sancto hoc cetum statutum esse, non esse questionem hanc in presentiarum tractandam, sed rem ita relinquendam, ut neutri parti preiudicium fiat. Nam si verba in decreto lecto preiudicium alicui parti facere posse videantur, demantur et alia ponantur, que sententie synodi satis faciant. Ut autem quod directo non vult synodus statuere, oblique extorqueatur, id 55 profecto non patiar ego.

» Post haec deletum est Ne autem quisquam sibi forte nimis placeret, credens propter baptismum . . . sic. c Ms. esse etiam post aliud, positum ergo bis est.

At, inquit **Giennensis**, statuit synodus apponi verba: *ut pie creditur*. Cui card. **S. Crucis** Si quid, inquit, synodus dixit, ex se id egit, non ad nostram relationem. **Giennensis** dixit: ea de causa synodus hoc desiderat, ne hoc decreto fiat iniuria beatissime virgini Marie. Sed si hoc non placet, iterum exquirantur vota.

5 **Astoricensis** dixit: Si demantur verba illa ex decreto, in quibus dicitur nihil novi velle synodum decernere, belle se habebit res. Cui et **Fanensis** episcopus et **Dominicani** omnes acclamarunt. **Giennensis** vero adhuc et qui eum sequebantur dissentiebant.

Quamobrem iterum perquisita sunt vota et inventi longe plures, qui probarent
10 decreti verba, quam improbarent, id valde egre ferente card. Giennensi, qui vix pati posse videbatur aliquam non fieri prerogativam beate virgini Marie. Tandem hinc inde adhuc acclamantibus patribus congregatio soluta est, cum iam esset hora decima septima.

15. Iunii.

Examinatur decretum reformatum de praedicatoribus.

Die Martis hora 19., que fuit 15. eiusdem mensis Iunii, fuit congregatio generalis, i^{ov}
in qua card. **de Monte** primum admonuit patres tempus sessionis iam instare, propterea
15 se orare patres, ut quam fieri possit breves et succintas dicant sententias. Deinde fecit legi per secretarium decretum super abusibus scripturarum, (cuius decreti sententia supra est a me explicata, quamvis in hoc fuerunt nonnulla immutata, de quo infra fiet mentio.

Lecto decreto fuerunt rogati patres, ut de ipso sententiam dicerent. Tunc card.)a
Giennensis Non potui, inquit, propter temporis brevitatem omnia recte perpendere,
20 quoniam non sunt tres hore, quod mihi portatum fuit decretum. Dicam tamen aliqua, que mihi occurrunt dicenda. Et primo, dum in decreto dicitur assignandam esse teologo prebendam vacantem nulli alteri de iure debitam, hec verba faciunt, ne unquam possit esse locus huic provisioni propter innumeras expectativas et gratias a sede apostolica emanatas, et que quotidie emanabunt, propterea circa clausulam huiusmodi puto
25 considerandum, vel illam penitus tollendam. Ubi dicitur, quod episcopi de consensu et consilio capituli provideant de lectore, cuperem solum ad consensum episcopi hoc referri propter frequentes controversias inter capitulum et episcopum*. De lectione monachorum non videtur satis provisum, nisi executor et pena apponatur. De predicatione episcoporum placeret, quoniam, ut sepius a me dictum est, predicare non potest episcopus,
30 nisi resideat, ut residentia adnecteretur | huic decreto tanquam necessarium antecedens, ioir
ne alioquin manchum et mutilum decretum videatur. Ad hoc autem, quoniam a multis dictum est necesse esse ut impedimenta tollantur, id fateor quidem; sed ne videamur querere que nostra sunt, sedb que Dei, melius esset nunc de residentia simpliciter agere et confidere, prout confidere possumus, D fⁱⁱⁱ N. papam' sublaturum omnia impedimenta.
35 Sed inprimis orandum censeo Smum D. N., ut deinceps talibus personis provideat, qui" et residere velint et possint cum fructu in ecclesiis sibi commissis. De regularibus nimis durum mihi videtur (ut dicam quod sentio), eos, quando eorum opera plus hodie egemus quam unquam alias, nunc suis privilegiis et iure privare; vereor enim, ne volentes pro
40 videre ecclesie universali illi faciamus detrimentum, quoniam hac via indirecta predicationis verbi Dei interdicitur; propterea mihi nullatenus recedendum videtur a dispositione super hoc facta in concilio Viennensi in Clementina *Dudum* de sepulturis². De parochis quoque mihi non satis placet, ut hi suo iure priventur, quoniam et hi fundatam in iure habent suam intentionem, ut possint dare licentiam predicandi in suis parochiis.

Dixerunt deinde et ceteri patres sententias, a pluribusque probatum fuit, ut de-
45 meretur illa clausula: *nulli de iure debita*, et ita res disponatur, ut aliquando possit optatum effectum habere constitutio concilii. Indeque | nonnulli argumentum sumpserunt ioiv
conquerendi de tot tantisque regressibus, accessibus, ingressibus, ex quibus iam aperta et manifesta daretur in beneficiis successio, multa quoque de expectativis, reservationibus,

a in marg. pro deletis quo lecto et rogatis patribus, ut . . . dicerent, card. . . .
h M s. se. c M s. papa. d sic.

1 Quae etiam nunc nusquam videntur frequentiores esse quam in Hispania.

2 c. 2 de sepult. in Clem. 3, 7.

mandatis de providendo, idque et **Castellimaris** et **Bossanensis** inprimis dixere. Omnibus pene placuit, ut verbum de capituli consensu demeretur a decreto.

De lectione monachorum multi Giennensis sententiam probaverunt. Additum fuit a nonnullis, quod lectio sacre scripture nedum habenda esset in insignibus civitatibus, sed etiam in insignioribus oppidis, vel ubi esset multitudo cleri.

5

De residentia episcoporum multi sententias dixere; pluribus tamen placuit, ne a decreto firmato in proxima congregatione discederetur, ut silicet de residentia tractatus ad aliam differretur sessionem.

De regularibus et parochis fuere quatuordecim ad sumum, qui sententiam card. Giennensis probarent, reliqui omnes decretum maxime probabant, probabant autem ita, ut hoc vel maximum sue iurisdictionis membrum existimarent episcopi. **Generalis Augustinianorum** Ut sciant, inquit, patres, quod ego in presentiarum dicturus sum, me non propria, sed comuni (omnium christianorum) *b* causa dicturum, testes invoco patres illos, qui ad colligendos abusos a sancta hac synodo deputati fuerunt, in qua *io2* deputatione cum ego quoque omnium minimus interfuissem, maxima cum *instantia* *15* semper postulavi, ut malorum predicatorum improbitas coherceretur. Et quoniam melius hoc per episcopos fieri posse videbatur, quam per solos regularium prelatos, ideo episcopis iniungendum hoc munus dixi. Hec eo pertinent, ut sciat sancta synodus me (longe) *'*plura orbis quietem (facere) *e*, quam regularium comoditatem. Admoneo autem patres, rem hodie longe maiorem statui, quam prima fronte ostendatur. Fuit enim a *20* trecentis et amplius annis citra omne onus predicandi et seminandi verbi Dei regularium. Quod quidem onus si ipsi episcopi, quorum hoc est precipue munus, velint sibi assumere et predicare, ut prisca illi patres fecerunt, hoc sane equissimum censeo. Dum enim episcopus predikat, omnes debent silere, omnes predicationem ab eo accipere. Id si patres facere volunt, cogitent quantum oneris sibi assumant. Si vero alia est patrum *25* sententia, ut predicent quidem regulares, sed semper licentia obtenta etiam in suis monasteriis, cogitent (pro sua sapientia) *c* hoc nihil aliud esse, quam onus oneri addere. Ut autem ego huic rei assensum non prebeam, hec sunt in causa. Primum quod *102v* decretum concernit omnes religiones, quarum capita principalia absunt, *ne* ego, qui longe illos sequor, illis preiudicium faciam. Deinde quod ego omnium que a me geruntur in *3* capitulo generali, quod sequenti anno celebrabitur, redditurus sim rationem; qua enim fronte me excusare possem, si repentino huic decreto, quod omnia pene privilegia nobis a Smo D. N. concessa tollit, consensisse me dicent? Propterea cogitent patres, neque sua neque reipublice christiane [causa] hoc statui, et satis sit in delinquentes posse animadvertere. Si tamen hoc statuere libet, nihil ego impedio, sed id ne nobis, id est *35* regularibus, inauditis fiat, iterum atque iterum postulo, ne rem tam maximam et que sub se plures habet latebras, ictu oculi a nobis statutam esse regulares omnes clament.

(Magistri Augustinianorum tam grata fuit oratio, ut nihil supra, adeoque apparuit ex ea comotos patres, ut appareret plures mutatueros sententiam, si iterum decretum proponeretur)". **Generalis Carmelitarum** addidit plures preces in eandem sen *40* tentiam, ut silicet res differretur", admonens patres, regulares vinum hactenus portasse aliis, sibi vero aquam semper bibisse. **Generalis Servorum** gratias egit et Giennensi et aliis, qui regularium causam defenderant, nec mirandum esse ait, si tam pauci regularium causam defendissent, cum in preterita congregatione, ubi de episcoporum residentia agebatur, pauciores residentiam probaverint.

45

103r Hec verba multos ex patribus comoverunt ita, ut nonnulli *clamarent* eum non esse audiendum, qui impingeret falsa patribus. Tunc **Giennensis** Si recte, inquit, intelligatur generalis, non, ut arbitror, voluit episcopis notam inurere. Quam obrem audiamus illum suam causam dicentem; nam res valde preiudicialis est, et quod ab eis petitur valde honestum est. Qua in re etiam, si antea fuisset alterius sententie, *50* tamen generalis Augustinianorum verba me facile fecissent ex sententia recedere.

Addidit D. **Didacus** orator Cesaris, concilium esse liberum et debere omnes audiri, idemque card. **de Monte** firmavit. Sed nihil preterea voluit generalis Servorum addere.

Tunc card. **de Monte** Audistis, patres, inquit, quid dixerit generalis Augustinianorum omni certe laude dignissimus. Certe non est, ut mihi videtur, posthabenda *55* illorum petitio, ut saltem moderetur decretum, ne omnino eos offendant; nam si cras

a *M* s..differeretur.b *in marg.*c *add. supra limam.*d *sic.*e *corr. pro desiderare.*

aut perendie concilium solvendum esset et omnes episcopi residerent, minus durum hoc esset; sed neque episcopos residere, et hac indirecta via populos predicatione privare nimis durum videtur, et vereor ne forte male propterea ubique Tridentinum concilium audiat.

5 Tunc aliqui ex patribus cum **Veronensi** episcopo surrexerunt et dixerunt modum esse decretum. Sed propter tarditatem hore missa fuit congregatio et alia indicta in sequentem diem eadem hora. In hac congregatione interfuerunt novem archiepiscopi et 49 episcopi.

16. Iunii.

Firmantur decreta in sessione publicanda.

Die Mercurii 16. Iunii fuit congregatio generalis, in qua facta sancti spiritus invocatione fuit petita audientia a nonnullis theologis, qui petierunt se in congregatione audiri. Qua concessa et intromissis pluribus theologis diversorum ordinum **unus ordinis Minorum (Conventualium)** *1 pro omnibus verba fecit ad sinodum. 103V

Audivimus, inquit, patres amplissimi, in hesternae congregatione fuisse in deliberatione positum, ut fieret decretum, per quod privilegiis nostrorum ordinum valde derogaretur. Quamobrem re subita oppressi recurimus ad vos, orantes, ut nihil nobis in auditis a sancta synodo statuatur. Nam generales nostri et complures alii, quorum interest, in capitulis generalibus, quae nunc fiunt, sunt, cito huc accessuri et dicturi forte aliquas rationes, quae possent patres movere. Addebat nihil ex dilatione, praesertim modica, synodo deperire, quae omnino neque cras, neque perendie esset recessura ex hoc locob. Quod genibus flexis instantissime postulavit. 20

Exclusis deinde theologis card. **de Monte** Audistis, inquit, patres, quid bonus iste pater a nobis petierit. Eius certe petitio mihi, ut ingenue loquar, honesta videtur; nam postquam petunt se audiri, si placet, audiantur et res ista differatur. Rogavit deinde super ea re patrum sententias.

25 **Giennensis** et non pauci cum eo rem differendam esse existimabat, alii statuendum esse super ea re omnino affirmabant, ne alioquin decretum totum, quod huic capiti ita coheret, ut ab eo separari nequeat, differendum sit. Horum divise erant sententiae, quoniam quidam decretum ita expediendum esse dicebant, ut in proxima congregatione decreto patrum firmatum fuerat, quorum etiam nonnulli mirari valde dicebant, rem semel actam iterum agi. Alii vero non esse expectandum dicebant, sed decretum moderandum. 30 Non tamen satis in tanta votorum varietate discerni poterat, utra pars plures haberet assertores.

Re interim plena, tumultu, dum unusquisque propriam sententiam tuetur, card. **de Monte** dixit: Aptavimus nos decretum aliquali cum moderatione; legam illum, si placet audire. Et cum patres respondissent placere ut legeretur, legit decretum cum modificatione; quo continetur, non posse regulares, nisi prius a suo generali de vita et moribus probati, ac de eorum licentia, predicare etiam in suis monasteriis; quam licentiam tenentur presentare episcopis locorum, et ab eis benedictionem accipere; in aliis vero ecclesiis non propriis non possint predicare nisi de licentia episcopi. 40

Rogati deinde patres, ut super ea re dicerent sententias, plures fuere qui decretum ita moderatum probarent. Non pauci tamen fuere, qui contrarium sentirent, ac in primis **Fesulanus** nullo modo pati poterat, tam pium et sanctum decretum (ut ipse dicebat) e, quale fuerat in proxima congregatione firmatum, tam cito nulla ratione immutari. **Cavensis, Aquinatensis, Calaguritanus** et nonnulli alii decretum 45 quidem probabant, sed addi desiderabant, ne invitis episcopis predicare regulares possent.

Deinde card. **de Monte** annotavit et declaravit, quae loca ex decreto heri lecto super abusibus ex patrum sententia fuissent immutata, et in primis de clausula illa, *prebenda nulli alteri de iure debita*, loco cuius appositum fuisset: *prebenda quomodocunque*

a supra lineam.

b Postea deleta sunt haec Nam si hoc statuatur. . .

c M s. votu.

d sic.

e in marg.

1 Massarellus in actis huius diei (Conc. tom. 62, f. 289) eum vocat Franciscum Panormitanum. In epitoma Severoli eidem volumini (f. 294/317) inserta,

quae ad verbum paene repetit hanc diarii relationem, Massarellus propria manu supra lineam addidit: Franciscus de Pactis Siculus. Consulas indicem.

preterquam ex causa resignationis primo vacans, id explicans factum fuisse, ut mandata et gratie expectative impedimento huic ordinationi esse non possent.

Cui card. **Giennensis**: Excipiendi quoque sunt regressus.

Cumque alii bene rem se habere affirmarent, card. **de Monte** dixit: Hoc a nobis consulto factum est, ne fieret mentio regressuum, ne synodus videretur tacite 5 regressus ipsos approbare.

Addidit card. **S. Crucis**: Voluimus vobis hunc arbonem et testimonium nostre erga synodum intentionis [dare].

i08 Hec verba tam magno plausu a tota synodo | audita fuerunt, ut plures pre letitia lacrimarentur. 10

Reddidit deinde idem card. **de Monte** rationem ceterorum, que immutata fuissent in decreto, que fuerunt propemodum ea, que in proxima congregatione annotavi; nam executor et pena fuit apposita contra abbates non instituentes lectionem, et deleta clausula de consensu capituli, et alia non multi momenti addita.

Dicte deinde fuerunt sententie, et cum **Turritanus** dixisset, non satis provisum 15 esse pro lectione theologie, nisi derogaretur expectativis et aliis gratiis habentibus clausulas irritantes, card. **de Monte** in eius et totius synodi gratiam legit breve directum sibi et duobus aliis legatis, quo continetur, S^m D. N. omnia, que circa predicta per sanctam synodum statuta fuerint, sec probare. Quod valde patribus gratum fuit, fuereque omnes ideo proniores ad consentiendum decreto, quem c ita omnes probarunt, ut pauci 20 admodum dissentirent in uno vel altero verbo.

Lectum deinde fuit decretum de peccato orriginis, super quo dictis sentiis nemo non illum 0 probavit, excepta illa ultima particula, ubi de Maria virgine matre Dei sermo habebatur. Cui **Giennensis** j addi verba volebat, per que ostenderetur 105v esse opinionem eorum, qui credunt virginem conceptam esse sine peccato originali. Cuius 25 opinio nonnullos habuit assertores; plerique tamen contrariam sententiam secuti sunt, dicente card. S. Crucis se nunquam passurum ulli parti sine cause discussione iniuriam fieri. Si enim innovandum est, non nisi utraque parte audita innovandum est. Sin de hoc nihil statuendum, non patiar indirecte quemquam a synodo extorquere, per quod possit alicui opinioni vel minimum preiudicium generari. 30

Tunc card. **de Monte** ad Giennensem conversus admonuit ipsum, se non minus opinionem conceptionis sine peccato tenere, quam ipsemet cardinalis faceret, sed ad id descendisse, quando neque tempus esset discutiendi de ea re, neque videret per verba apposita aliquod preiudicium beate virgini generari. Quamobrem orabat ipsum, ut vellet cum reliqua synodo in hoc quoque sentire, ne si populus videat paucos admodum dis- 35 sentientes, credat contrariam partem veriore esse. Cui card. **Giennensis** se ex sententia non recessurum esse respondit, etiam si Cesar id iuberet, nisi synodus id ipsum prius statuatur.

Deinde idem card. **de Monte** interrogavit patres, primo an placeret, ut con- 106r tumacia prelatorum absentium accusaretur, | et quem diem pro sessione futura determi- 40 nare vellent. Et placuit omnibus pene accusari contumaciam; aliqui tamen Germanos excipere volebant, idque inprimis card. **Giennensis** desideravit. Dies autem sessionis placuit ut esset die 29. Iulii. Isque finis (congregationis)8 fuit.

17. Iunii.

Sessio V. Publicantur decreta de peccato originali et de praedicatione.

Die Iovis 17.f eiusdem fuit sessio in ecclesia s. Vigili in loco solito, in qua epi scopus Pientinus cantavit missam, et magister Marchus¹ ordinis Dominicanorum habuit 45 orationem.

a *M s.* audite. b *deletum* ut quatenus opus sit S^m D. N. eidem omnem facultatem] . . .
c *sic.* d *M s.* eccipere. e *corr. secunda manu pro* sessionis. f *M s.* 27.

¹ Marcus Laureus O. Pr., Calaber, quo saepe Massarellus adiutore usus est, (cf. ex gr. diar. III, 23. [cf. 29. 31.] Aug. 1546: incepta summa votorum . . .

Rdo fratre Marco auxiliatore), et qui in tertia Tridentina synodo, cum esset episcopus Campaniensis, secretarii munere pro Massarello aegrotante fungebatur. V. indicem.

Qua finita et factis de more ceremoniis episcopus Pientinus ascendit ambonem et alta voce legit decretum de peccato orriginis, et deinde interrogavit patres, an eis placerent omnia et singula, que in decreto continebantur, prout lecta fuere. Et Rmⁱ presidentes responderunt placere, aliorum vero vota collecta fuere singulariter per promotorem
5 una cum secretario et notario concilii.

Hec responsionis summa fuit, ut decretum omnibus probaretur, excepta ultima particula de beata virgine, quam **Giennensis** et cum eo quatuordecim aut quindecim non probabant, nisi quid adderetur, per quod prerogativam ipsius immaculate virginis probaretur. Summa decreti est, ut supra a me facta fuit mentio. X06v

10 Deinde idem episcopus legit aliud decretum super abusibus scripturarum, de quo superius a me facta fuit mentio; in cuius fine erat, ut sessio esset feria quinta post festum s. Iacobi, que erit 29. Iulii.

Quo lecto interrogavit patres iterum, an eis placerent omnia, prout ab eo lecta fuissent. Cui presidentes responderunt placet, aliorum vero vota per eosdem promotorem
15 et alios collecta fuere, et deinde alta voce recitata.

Summa hec erat, ut omnibus placeret decretum. **Fesulanus** tamen repetiit protestationes aliter a se factas de titulo utriusque decreti, et dixit se non consentire, si non restituerentur penitus omnia iura episcopis. **Pacensis** et **Oscensis** consenserunt, salvo ut, quando synodo placeret, titulus *Universalis ecclesie* apponeretur.
20 **Aquinatensis** et cum eo nonnulli addi desiderabant, ne omnino regulares invititis episcopis predicare possent. **Turritanus** desideravit, ut breve Smⁱ D. N. legeretur et gestis concilii insereretur, quod quidem breve mox per secretarium lectum fuit. <Post cuius lectionem protestatus fuit **Fesulanus** se acceptare breve sine preiudicio auctori tatis synodi)>".

25 Deinde **promotor** concilii alta voce accusavit contumaciam omnium prelatorum absentium et petiit sibi per Rmos D.D. presidentes et sanctam synodum | decerni sibi, io7r processum contra absentes ad valvas ecclesie s. Vigiliis ad effectum declarandi, eosdem incidisse in penas in literis Smⁱ D. N. et in iure expressas.

Cui responderunt Rmⁱ **presidentes**, placere de accusatione contumacie, et quod
30 decernebant processum, ut esset petitum. Fuerunt subsequenter vota aliorum accepta modo quo supra. Placuit **Giennensi** de accusatione contumacie exceptis Germanis, qui sunt in dieta. Idem quoque multi dixerunt; alii contra eos tantum desiderabant procedi, qui essent intra limites Italie, alii contra eos, qui in Urbe essent, alii — hique plures fuere — qui processum nollent decernere; alii ad sequentem sessionem rem referebant.

35 Hoc peracto idem promotor concilii petiit per notarios et protonotarios presentes fieri unum vel plura instrumentum vel instrumenta. Quo facto cantores incesperunt cantare *Te Deum laudamus*. Et sic missa fuit sessio, in qua interfuerunt ultra cardinales novem archiepiscopi et quadraginta novem episcopi, duo oratores Cesarei et alia populi multitudo. Hi sunt, videlicet:

40	Cardinalis de Monte,] card. S. Crucis, >legati card. Polus,] et card. Giennensis. Archiepiscopi: Aquensis	[Episcopi: Senogaliensis Asculanus Cam eracensis Cavensis Feltrensis	Chironensis1 Claramontanus Arietinus2 Fesulanus S. Marci
45	Turritanus] Corcirensis Senensis Materanus Naxiensis	Aciensis1 Militensis Placentinus Torcellanus Gadditanus	Caputaquensis Maioricensis Albensis Soranus Vasionensis
50	Upsalensis Panormitanus Arm acanus.	Iserniensis Sibinicensis Pientinus	Bossanensis Mutulanus Castellim aris

s'c' h'n marg- Pro deleto Et alii alia, sed tamen levia dixerunt. 0 sic, iteratur.

Abhinc auctor Acciensem et Chironensem episcopos videtur discrevisse.
Concilium Tridentinum. I.

2 Ita a Severolo interdum vocatur Reatinus, cf. 17. et 19. Iulii (p. 90, adn. 1; p. 92, l. 21 s.).

TT

Fanensis	Lucerinus	Astoricensis
Pisaurensis	Siracusanus	Bertinoriensis
Veronensis	Caprulanus	Bellunensis ^b
Termularum	Vigorniensis	Aquinatensis
Narniensis ¹	Bitontinus	Oscensis
Agatensis	(Milonensis) ^a	Calaguritanus
Limosiensis	Belcastrensis	Milensis
Lancianensis	Pacensis	Canariensis.

Item duo abbates, et generales Heremitarum, Carmelitarum et Servorum. Qui omnes dederunt votum.

Preter eos interfuerunt legati Cesaris, item alia nobilium et theologorum multitudo.

21. Iunii.

Agendum decernitur de iustificatione et de impedimentis residendae.

Die Iune 21. Iunii hora solita de mane fuit congregatio generalis, in qua factis ceremoniis card. **S. Crucis** (nam card. de Monte aberat, ventris fluxore aliquantulum impeditus) Celebravimus, inquit, cum Dei adiutorio proximam sessionem, in qua cum articulum de peccato originis expediverimus, sequens est, si ordinem doctrine teneri velimus, ut de iustificatione tractemus. Cum enim priori articulo quomodo per unius hominis peccatum gratiam et iustitiam amiserimus et deinde per Christum a morte eterna liberati fuerimus traditum sit, reliquum est, ut cognoscamus, quo[modo] coram Deo, postquam baptizati sumus, iustificemur. In quo articulo maiorem valde difficultatem habemus, propterea quod pauci admodum et paucissima dixere veteres theologi; facilius tamen erit, quam si fuisset tractata viginti annis ante hanc diem, quoniam a pluribus recentioribus res et diligenter tractata et discussa hodie est, quod antea non erat. Propterea ex eorum comentariis poterimus nostros labores minuere. Et ut reformationem cum dogmatibus iungamus, tractabitur cum iustificatione vel post finitum de iustificatione tractatum de residentia episcoporum, quin immo non de residentia, quoniam iam omnes residentiam velle novimus, sed de impedimentis tollendis, ut maiore cum fructu et maiore cum dignitate residere possent episcopi. Quod ut facilius expediat, desideramus, si vobis placebit, ut singuli episcopi mature nobis ex scripto impedimenta sua proponant. Scimus enim non eadem omnibus esse, sed varia admodum. Et quanto citius ea nos cognoverimus, tanto citius curabimus, quantum in nos erit, ut removeantur. Hoc pro comperto habemus, Sum D. N., apud quem nos intercessores erimus, omnia ea impedimenta, que a Romana curia emanant, facile levaturum.

Tunc card. **Polus** Bene, inquit, et ordine propemodum necessario, ut a D. meo S. Crucis dictum est, articulus iste de iustificatione sequitur articulum de peccato originali, ut postquam cognitum est, quid per primum hominem amiserimus, cognoscamus etiam, quid per secundum acquisiverimus. Et quoniam plures salebras habet articulus iste de iustificatione, indeque omnis nostra salus dependet, propterea crebriores orationes faciente sunt ad Deum, ut nobis per spiritum sanctum veritatem ostendat. Illud autem velim a patribus observari, ut libros omnes, etiam adversariorum, non ut adversariorum, sed ut cuiuslibet alterius, legant, et nolint protinus dicere: id Luterus dixit, ergo falsum est; nam mos est et semper fuit hereticorum, ut vera falsis immisceant, ut eorum mendacia magis credibilia suis sequacibus faciant; quod ni facerent, eorum libros nullus legeret. Legendi sunt igitur equo animo libri cuiusunque vel a quocunque editi, et id tenendum, quod bonum est, refutandum quod malum, ne dum omnia confutare statim malum, veritatem sepius, quam querimus, amittamus. Id nostra etate evenit viro et

^a in marg., deletum eius nomen post Astoricensem.

^b M s. Belonensis.

^c M s. et.

^d sic.

^e M s. dilicenter.

^f post haec deletum alioquin eorum libros nullus [legeret].

^g M s. quoquoque.

¹ Alii indices hoc loco exhibent Nemosiensem, et ipse Severolus dubitasse videtur, cum hoc nomen punctis signaverit. Deinde perperam addit Limosiensem,

quo nomine eundem Nemosiensem volebat significare. Ita quinquaginta episcopos enumerat index, cum ipse auctor interfuisse dicat quadraginta novem.

pio et doctoa Alberto Pighio¹, qui dum in articulo de peccato orriginis omnia adversariorum confutare voluit, in Pelagianorum heresim propemodum lapsus est. Tenenda est igitur media via, nec huc neque illuc flectendum, ut nec amore nec odio ad statuendum comoveamur, sed duntaxat veritatis causa, que ante oculos nobis semper esse debet.

5 Que cum dixisset, **Giennensis** dixit: Si de dogmatibus agendum esset, certe hoc, quod proponeretur de iustificatione, magnopere sibi probari. Verum alio modo tractari sibi placeret, quam fuerit tractatus articulus de peccato originis. Nam in eo, inquit, habebamus et sancta concilia et multa sanctorum patrum dicta, que utique imitari potuimus; at in articulo de iustificatione nihil tale habemus, sed primi sumus, qui isto modo
10 materiam istam agrediamur. Propterea maiori et diligentia et cura utendum est in hoc, quam in aliis. Quamobrem alium modum desiderarem pro expeditione huius articuli, quam quod observatum sit in alio, ut scilicet probis theologis tam ex corpore concilii quam extra provincia demandaretur, iique ad invicem frequenter convenirent, donec ad umbilicumb pervenissent; tunc demum ea omnia patribus probanda vel improbanda
15 proponerentur. Et ut omnia simul expediri possent, eodem tempore per alios deputatos posset de residentia tractari. Sed cum ad hec tam gravia pertractanda maximo prelatorum numero egeamus, video non sine maximo dolore nedum absentes, quorum contumacia accusata est, non venire, sed presentes discedere. Et quamvis multi ex illis redeant deinceps vel redituri sint die sessionis, eorum tamen adventum parum curo et
20 parum curandum censeo. Egemus enim illis in pertractandis negotiis, non ut dicant *placet*. Valde miror, quo modo audeant de ea re, quam non noverunt, proferre sententiam; propterea equum iudico, ut provideatur, ne deinceps aliquis sine expressa licentia possit discedere, ita tamen, ut si quis per decem vel quindecim dies ad plus abfuturus sit, legati possint licentiam dare, si vero longiori tempore, non sine consensu synodi.

25 Dixere deinceps et ceteri sententias, omnesque ad unum probaverunt per presidentes proposita. De contumacia autem absentium et ne presentes discedant omnes convenire videbantur, paucis admodum exceptis, ne omnino presentes discederent, et ut | contra contumaces procederetur. n°r

Antequam tamen dicerentur sententie, card. **S. Crucis** ad Giennensem conversus
30 dixit: Sciant omnes patres, neminem eorum, qui discesserunt, nostro consensu nostraque auctoritate discessisse. Duo tantum fuere ad nos, quorum unus fuit episcopus Torcellanus, qui maxima cum instantia petiit, ut sibi daremus licentiam; verum neque aliquam iustam causam allegabat, neque et si habuisset, nos concessissemus; propterea obtestati sumus ne omnino discederet. Alius fuit episcopus Veronensis, qui octo dierum
35 spatium tantum postulabat, ut posset ecclesiam suam Veronensem invisere et interesse processioni corporis Christi; sed nec huic, quamvis cause nobis satis probarentur et modica petita fuisset dilatio, concessimus licentiam. Sed et ipse illicentiatu discessit. Quamobrem considerent patres, quomodo providendum sit. Hec volui dixisse, ut sciant omnes, neminem hactenus nostro assensu discessisse neminemque in futurum discessurum.

40 Fuerunt non pauci, qui in dicendis sententiis rem totam discedere debentium ad legatos referrent. A nonnullis quoque dictum fuit, ut deputarentur aliqui, qui causas absentium cognoscerent.

Dictis sententiis card. **S. Crucis** Probamus, inquit, et agimus gratias patribus, qui tam unanimi sententia a nobis ordinem institutum | probaverunt. Qua in re capiemus nov
45 istam conclusionem, ut inprimis audiantur theologii extra gremium, et deinde capiemus consilium, quomodo procedendum sit. Et quo citius omnia expediri possint, cras hora 13 erit theologorum congregatio, cui patres, si voluerint, poterunt nobiscum interesse. Interim dum hoc fit, patres poterunt cedulam impedimentorum ad nos referre. Circa excusationem eorum, qui absunt, admoneo iam fuisse creatos tres ad tres menses, qui quoniam
50 transierunt, de novo providendum est, ut vel illi iterum confirmentur, vel alii eorum loco elligantur.

Placuit patribus, ut iidem antea deputati, scilicet archiepiscopus Aquensis, episcopus Feltrensis et Astoricensis, permanerent in magistratu usque ad proximam sessionem; qua facta alii elligerentur.

a M. s. doto. b M. s. umblicum. c M. s. elligant.

1 De cuius vita et scriptis disseruerunt F. X. Linsch (Tubingen) a. 1866, p. 571 ss., et Dittrich, Gassemann in ainalibus qui inscribuntur Theol. Quartal- paro Contarini (Braunsberg 1885) p. 660—669.

22. Iunii.

Congregatio theologorum de iustificatione.

Die Martis 22. eiusdem hora 18. fuit congregatio theologorum, in qua omnes, etiam prelati, presentes fuerunt. In ea congregatione tractatum fuit, quid esset hoc nominis iustificatio, quomodo homo per fidem iustificetur apud Deum, quid opera faciant ad iustificationem, et quedam alia¹. Que cum propter theologorum multitudinem finem accipere non potuisset, ut omnes dicerent, ad sequentem diem de mane hora decima res reiecta est. Que quidem theologorum congregatio sepius deinceps habita est super huiusmodi articulo de iustificatione².

30. Iunii.

De admittendis oratoribus Gallis. Proponitur et examinari incipitur articulus de iustificatione.

Die Mercurii ultima Iunii hora 19. fuit congregatio, in qua duo tantum ex legatis interfuerunt, quoniam card. Polus valetudinis recuperande causa paululum diverterat³. In ea congregatione facta s. spiritus invocatione card. **de Monte** conversus ad patres dixit: Audivimus, inquit, per sex continuas congregationes theologos in hac materia iustificationis loquentes; nunc reliquum est, ut etiam patres, si quid habent quod dicant ultra dicta theologorum, audiantur. Pro faciliiori huius articuli expeditione consideravimus nos posse comode in tres status sive partes dividi" <totum de iustificatione tractatum)". Primus casus est, quomodo aplicentur merita Christi ei, qui ex infideli fidelis eficitur (de adultis loquimur), et quam gratiam ii promereantur. Secundus casus est, quid facere debeat primum iustificatus, ut conservet gratiam sibi datam. Ultimus est, quid facere debeat aut possit qui semel iustificatus iustitiam ammisit, et an possit bene operando illam iterum acquirere <et quomodo>^b, et quantum hec iustificatio cum prima conveniat vel differat. Que quidem capita unicuique dabuntur⁴, ut quilibet possit se preparare ad dicendam super eis sententiam, si modo patribus ordo iste noster probabitur. Qua de re rogamus patrum sententias, et an videatur, ut simul et semel de omnibus agatur, an separatim de unoquoque. Itemque an placeat, antequam de iustificatione a patribus tractetur, fieri decretum iuxta dicta theologorum.

Dicte sunt deinde a patribus sententie, ita ut omnes ordinem probarent, pro curatore episcopi **Treverensis** excepto, qui sub iis capitibus omnia iustificationis membra non contineri dicebat. Propterea admonebat, ut prius aliquid de libero hominis arbitrio tractaretur, quoniam in ipsa iustificatione consensus requiritur, qui sine libero arbitrio prestari non potest.

Ne fieret decretum, antequam patres sententias dixissent, pluribus placuit, quamvis non defuerunt qui contrariam defenderent sententiam. Ut de unoquoque capite iustificationis separatus sermo haberetur, non pauci tenuerunt. Maior pars ad legatos suam reiecit sententiam.

Auditis patrum sententiis card. **de Monte** dixit: Probamus nos, ut singulariter de unoquoque articulo fiat sermo; qua in re tametsi plus temporis consumitur quam alias factum fuisset, si simul tota iustificationis materia discuteretur, attamen, ut diligentius et melius materia discutiatur, labori parcendum non est. Quamobrem erunt admoniti patres, ut preparent se ad dicendas sententias super primo capite in proxima congregatione. Quod ut facilius ab omnibus prestari possit, excerpimus ex multorum libris precipuos errores, qui in materia huiusmodi disseminati fuerunt, ut si quis preter hos alios invenerit, eaa adnotet.

a sic.

b in marg.

c M s. is.

¹ Sunt septem articuli, cf. Cone. tom. 62, f. 340".

² Earum congregationum acta scripta per Massarellum nobis conservata sunt Cone. tom. 62, f. 342/345, et summa sententiarum scripta a Marco Lauro ibidem f. 346.

³ Teste *Massarello* (Diar. III ad 28. Iunii) Polus discessit 28. Iunii »ad Trevillam, locum D. Aloysii Priuli, non longe a Patavio, corporis et animi recre-

andi causa, cum iam a 40 diebus aversa laboraverit valetudine«. Alii alias quoque discessus causas suspicabantur. Polus non satis contentum fuisse rati concilio et eo modo illud gubernandi, quo card. de Monte utebatur. Nec quae *De Leva* (Storia docum. di Carlo V t. IV, p. 154 s^a) dicit, facile refelluntur considerata oratione Poli supra p. 82, l. 33 ss.

⁴ Scriptoris manu exarata sunt Arch. Vat. Cone. f. 349r.

Eorum errorum cedulam mox legit secretarius, eique iniunctum fuit, ut illius omnibus fieret copia¹.

Mox card. **de Monte** Admonuimus, inquit, hesternaa² congregatione patres, ut nobis adferrent impedimenta, si qua habent in suis episcopatibus, quominus cum fructu
5 residere possint. Verum ex tot patribus duo tantum nobis suorum impedimentorum cedulam nobisb dederunt³, quamobrem iterum admonemus patres, ut quanto citius nobis impedimenta ipsa afferant, ut possimus de opportunis remediis cogitare.

Tunc **Turritanus** Optimum esset, inquit, deputare aliquos, qui hec impedimenta colligerent et illa deinceps in synodo referrent. Addidit **Senogaliensis**, nihil melius
10 excogitari posse, quam ut deputarentur aliqui prelati de unaquaque natione ad hoc munus obeundum; alioquin, inquit, nullus aut pauci admodum impedimenta dabunt.

Cui card. **de Monte** Nos, inquit, nolumus hac via concilium, quod unum est, in plures⁰ scindere, propterea unusquisque, si velit, sua impedimenta adferat, et si quis erit, qui velit suum subticere nomen, subticebitur, idque nos bona fide promittimus, ita
15 ut | nec Sm^s D. N. id (significetur)d. Si tamen sunt aliqui vel nationis unius vel diverse, qui velint impedimenta sua simul dare, hoc nos non improbamus.

Hec card. de Monte verba ab omnibus pene equo animo et libenter audita fuere, et presertim ab Ispanis, quorum etiam nonnulli cardinalis laudavere sententiam.

Reliquum nunc est, inquit idem card. **de Monte**, ut, si placet patribus, legatur
20 mandatum oratorum regis Gallorum nobis exhibitum eorum nomine.

Quod cum omnibus placuisset, Angelus a secretis legit illud eleganti sane sermone compositum, in quo rex ipse Claudio Durfe, [Iacobo a Ligneris]e et Petro Danesio dat facultatem suo nomine interessendi in concilio Tridentino, ut hereses extirpentur, mores cleri et populi christiani refoventur, spondetque fide regia se omne id suscepturum
25 quod a sancta synodo statutum fuerit.

Quo lecto card. **de Monte** inquit: Datum est mihi mandatum et petitum legatorum nomine, ut admittantur ipsi tam in synodo quam in congregationibus. Qua de re considerare oportet, nedum de admissione ipsa, sed etiam de loco, ubi sedere ipsi oratores debeant. Propterea dicant patres super iis suas sententias, si tamen prius ad-
30 moniti fuerint, nos eisdem verbis | fresponsuros et admisuros mandatum ipsum, quibus H³ etiam admisimus mandata oratorum Cesaree Maiestatis.

Tunc card. **Giennensis** Gratie, inquit, sunt habende tam pio, tam maximo et christianissimo regi, quod tanta pietate concilium foveat. De cuius laudibus nemo unquam satis, ut arbitror, dicere poterit. Laudo itaque responsionem, quam recensuit D. primus
35 preses, si illi addantur verba ostendentia, quam gratissimum fuisse synodo ipsorum legatorum adventus⁰. De admissione eorum tam in sessionibus quam in congregationibus meo iudicio non esset dubitandum, et propterea censeo illos esse admittendos, cum maxime sint viri graves admodum et docti. De loco autem credo (certe)B, ipsos de loco cum Cesareis¹ oratoribus non decertare, et propterea laudarem, ut de eorum
40 loco, quando nulla hactenus est controversia, nihil diceretur, sed res relinqueretur omnino, donec vel controversia esset, vel patres melius super hoc cogitarent. Ego quod ad me attinet de hac re nullam aliam scirem proferre sententiam, quam ut aliorum conciliorum et sedis apostolice mos inspiceretur, et secundum illum locus assignaretur. Quis autem fuerit usus aut mos, ego ingenuo fateor me nescire.

45 Dixerunt deinde et reliqui patres sententias; quorum non pauci iverunt in sententiam Giennensis, alii ad legatos rem totam reiecerunt. | Non defuerunt, qui de prece-
dentia inter regem Gallorum et regem Romanorum disererent, dicente archiepiscopo **Materano** non satis se scire quid iuris esset in casu isto, verum se scire oratores regis Romanorum in concilio Lateranensi precessisse oratores regis Gallorum. Cui

a Ms. externa. b sic, repetitur. c sic. d sic, pro deleto sciat; oblitus est corrigere etiam
S¹¹⁰ D. N. Cf. adn. f. e Ms. post nomen Durfe habet tantummodo N.

Per errorem Severolus primum in hac pagina continuaverat pagina⁷ⁿ U 2X (quod debebat facere et postea fecit in p. 112 y), sed rursus delevit nec Sm^o D. N. palam faciamus. 8 add. supra lineam. h Ms. cesareijs.

1 Extat Conc. tom. 62, f. 349v. 35° r-

2 Saepissime utitur Severolus voce *externa*, ubi nullum sensum praebet; verisimile est voluisse dicere *hesterna*, quam vocem (per italianismum scriptam) usurpabat sensu latiori pro *praeterita*. Cf. supra p. 10, l. 20; P- 55» 47 (et adn. 2); p. 74, l. 29.

3 Nusquam vestigium detegebam, quinam hi fuissent. Cum in toto volumine Conc. 62 nihil de residentia inveniatur, eas res in volumine deperdito, quod alteram anni 1546 actorum partem continebat extitisse coniecerim.

Ar macanus Rex, inquit, Romanorum, de quo in concilio Lateranensi, fuit Maximilianus, qui tametsi coronatus nondum erat, imperator tamen erat et iura imperii exercebat; que ratio in Ferdinando rege Romanorum cessat, qui tantum futuram imperii successionem habet.

Feltrensis duos posse esse imperatores probavit, seque intellexisse dixit, regem Romanorum privilegia concedere et alia pluraque imperialia iura exercere.

Cui Bitontinus se unum scire imperatorem dixit, non duos, nec unquam legisse Carolum et Ferdinandum simul imperatores, sed Carolum tantum, propterea mirum sibi videri de re tam liquida aliquos hesitare.

At Lucerinus hec a concilio tractanda non esse censebat, neque aliquid omnino de ipsa re statuendum, sed magis rem auctoritate presidentium componendam, ita ut nemo gravetur nec cuiquam preiudicetur.

Dictis omnium sententiis satis multum regi Gallorum faventibus card. de Monte dixit: Omnium patrum sententie in hoc convenire videntur, ut oratores³ regis Gallorum quam benigne fieri potest respondeatur, | admittanturque tam in synodo quam in congregationibus. De loco nos ipsi cogitabimus, et ne qua controversia eveniat; iam enim, ut patres norunt, fecimus decretum, ne cuiquam sedendo acquiratur ius vel preiudicium generetur. Et per hec sit finis presenti congregationi.

5. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die lune quinta Iulii hora solita de mane fuit congregatio generalis, in qua card. Giennensis et novem archiepiscopi dixerunt sententias in materia iustificationis. Omnesque, archiepiscopo Senensi excepto, in hanc ire sententiam visi sunt, ut principaliter iustificatio sit gratuita a Deo propter meritum passionis Christi; ad quam quidem gratiam adipiscendam maxime precedentia opera nostra iuvant, et nedum precedentia, sed etiam subsequencia, ut silicet gratia preveniens dicatur a Christo emanare, in eius autem acceptatione noster concurrat assensus a libero regulatus arbitrio.

Contra archiepiscopus Senensis omnes iustificationis partes ad Christum tribuit, dicens nos sola fide iustificari. Cuius sententia apud plerosque male audivit.

6. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die Martis 6. eiusdem congregata iterum synodo primus episcopus Senogaliensis et deinde plures alii episcopi usque ad episcopum Maioricensem dixerunt sententias non valde a prioribus dissimiles, | excepto episcopo Cavensi, qui adeo in iustificatione omnes partes tribuit Christo, ut nihil ex parte hominis concurrere contenderet, nisi qua tenuis homo a Deo moveatur. Addidit etiam, nostra bona opera nihil ad iustificationem facere nec quicquam esse nisi signa eius, qui iam iustificatus sit.

Contra quod multis verbis disseruit episcopus Chironensis et episcopus Acciensis¹.

7. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die sequenti 7. eiusdem dixerunt sententias episcopi Albensis, Vasionensis, Bossanensis, Mutulanus et Castellimaris, omnesque adeo superioribus re ipsa similes fuere, quamvis verbis dissimiles, ut frustra sit eorum referre sententias.

a sic.

¹ Nihil in actis legimus de oratione, quam hac die Acciensis habuerit. Sed secundum ordinem debebat loqui post Feltrensem, neque amplius error Severoli videtur

subesse, cum et Chironensi hodie dicendum fuerit. Cf. supra p. 81, adn. i. Id tenendum est, Severolum non eo ordine vota referre, quo dicebantur; cf. Prolegomena.

8. Iulii.

Admittuntur oratores Galli. Agitur de primo statu iustificationis.

Die Iovis 8. eiusdem hora solita fuit congregatio, in qua inprimis tres legati regis Gallorum, videlicet Claudius Durfe, Iacobus a Ligneriis et Danesius per archiepiscopum Corcirensensem et episcopos Senogaliensem et Vasionensem de mandato D.D. presidentium introducti fuere. Eorum legatorum postremus, **Danesius**, postquam omnes consederunt, et ipse sedens, foribus adhuc congregationis apertis et maximo audiente populo, elegantem sane et doctam habuit orationem *. Sed antea lectum fuit iterum eorum mandatum, de quo superius a me facta est mentio. Is² inprimis se regemque suum excusavit; quod serius aliquanto, quam voluisset, advenisset;] cuius causa fuisset, quod nondum intellexerat rex ipse Gallorum res concilii serie agi. Sed postquam intellexit concilium ipsum iam debitos progressus facere, statim ipsos destinasse venturus" ipse rex et operam suam concilio in rem presentem prestaturum, nisi finitimis bellis distineretur. Indeque enumerare cepit, quo reges Gallorum animo erga rempublicam christianam et precipue erga sanctam sedem apostolicam semper fuerint, quantaque inprimis Carolus ille Martellus, ut Stefanum ab Ildebrando oppressum liberaret; quanta item contra Aiulphum³ prelia eadem de causa fecerit; quanta item Carolus Magnus contra Saxones religionis causa fecerit. Demumque recensuit pontifices maximos, ubi nullum aliud presidium habuere, nunquam ad Gallorum reges frustra confugisse. Indeque regibus ipsis a pontificibus Romanis merito condonatum fuisse, ut christianissimi appellarentur, et demum, ut Romanorum pontificum institutio non sine regum Galliarum consilio fieret. Sed cum non minora merita minoremque voluntatem Francisci regis Leo pontifex maximus conspexisset ac plane experimento didicisset, pragmatica sanctione illum ipsum regem donavit, quam deinceps et Clemens et Paulus pontifex noster approbavit. Quamobrem non imerito eadem, que a sede apostolica impetravit,] sibi per sacrosanctum Tridentinum concilium confirmari, immo et alia plura condonari sperat. Quod attinet ad ea, que in concilio peragenda sunt, se nomine regio Gallie nobilissimum regnum, in quo nihil veteris religionis desideretur, in manibus co[n]cilio^o ponere, ut si qua ipsoa concilio imutanda vel corrigenda censeat, et corrigat et imutet. Que autem mandata ad concilium nomine regio referenda habeat, hec sunt: Ut pacis concordia, que diutius diabolo instigante per quoddam pessimum genus hominum concussa fuit, ditm unusquisque ad proprium sensum scripturas sanctas accomodat, restituatur in ecclesia Dei. Deinde ut mores omnium et maxime clericorum, quorum est prelucere ceteris, ita emendentur, ut aliquando ad pristinae discipline candorem respublica christiana reducatur. Deinde regio nomine pollicitus est omnem regiam operam, ut ea, que a sancta synodo statuta fuerint, (executioni mandentur)d.

Que cum longa oratione diservisset, card. **de Monte** ad oratores ipsos conversus Audivit, inquit, sancta synodus maxima cum letitia a vobis recitata regum Gallorum erga rempublicam christianam et sedem apostolicam egregie gesta, que, (quoniam)6 omnibus nota, eo quoque gratiora fuere. Propterea sancta ipsa synodus vos regio nomine venientes grato suscipit animo (mandatumque vestrum quantum de iure debet admittit)fregique vestro, Iquod tali animo sit erga ipsam synodum et rempublicam christianam, talesque, quales vos estis, viros utique omni laude dignissimos huc destinaverit, gratias agit et habet maximas, curabitque, ut et pragmatica sanctio et alia regia privilegia quatenus iustag sint et his temporibus accomoda, confirmentur. Nihil denique ipsam synodum non facturam, ut nunquam regem sue erga hanc sanctam synodum et rempublicam christianam voluntatis et officii peniteat.

a sic. b M.s. concilio. c Ita videtur supplendum; margo interior folii corrosa est a tineas.

d corr. pro confirmentur. e corr. pro tametsi. f Scripta in marg. et signis appositis collocanda significantor post gratias, quod sequitur ante regique, sed superfluum est, quia postea repetitur.

s M.s. iuxta. h M.s. is.

1 Inserta est oratio nostro volumini manuscripto III, 447-455. In ipsa oratione nominum formae non post f. 114, impressa »Romae MDXLVI« »apud corruptae sunt, sicut in hac Severoli epitome.

Antonium Bladum Asulanum die secunda mensis 2 sc. Danesius.

Augusti», 4 folia in 40. Reimpressa apud Le Piat 3 Aistulphus nominatur recte in Danesii oratione.

Que cum dixisset, semotis omnibus non conciliaribus et clausis foribus **Fanensis** episcopus tractatum de iustificatione aggressus triplicem fidem esse, triplicem item iustificationem esse docuit. Alia, inquit, est fides istorica, quam etiam demones sciunt et contremiscunt, quam quilibet, etiam pessimus homo, habere potest; alia est fides miraculorum, que etiam quandoque apud impios est; alia est fides, que per dilectionem operatur, qua credimus per Christum nobis peccata condonari. Hec, inquit, fides ad salutem et ad iustificationem necessaria est, alie vero nequaquam. Nam videmus hodie nullum pene fidem habentem, qua miracula efficiat, et nihilominus tenemus pro certo, omnes servari in fide ipsa, que sine miraculis est. Sic triplex quoque est iustitia sive iustificatio. Alia quidem n6v est iustitia Dei, qua promisit nobis per scripturas | se proprium filium misurum in remissionem peccatorum nostrorum. Alia est iustitia, que per merita Christi omnes liberavit a peccatis, hecque a veteribus aliena iustitia appellata fuit, a nostris autem imputativa dicitur. Tertia est, que iustificatio ex operibus dicitur. Prima quidem satis non est ad iustificandum hominem, nec secunda quidem, nisi tunc demum, cum iustitiam Christi nostram facimus. Hanc nostri inherentem iustitiam appellant. Nostram autem efficimus iustitiam Christi per fidem, per fidem inquam non solam, ut Luterus dixit, sed concomitam spe et caritate. Spe, inquam, qua credimus, per merita Christi peccata nobis condonari. Hanc nos fidem vivam appellamus, que sine operibus stare nequit]. Tertia in scripturis est iustificatio ex operibus factis a precedenti fide; que tamen in homine iustificando precedit, est fides, opera autem fidem sequuntur. Dixit deinde, quibus in locis in hac U7r materia | dissideant Luterani a nobis. Quorum alterum caput est, quod ipsi sola fide iustificari hominem dicunt exclusa spe et caritate; alterum "est, quod certitudinem volunt omnes Christianos habere de vita eterna; tertium est, quod [docent] opera signa esse iustificati, sed nihil ad iustificationem facere. Hecque ita late tractavit, ut duas dicendo absumeret horas.

9. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die Veneris 9. eiusdem sententias dixerunt **Pisaurensis** episcopus et alii usque ad episcopum **Bitontinum**, qui adeo eleganter, adeo belle hanc materiam declarare omnibus visus est, ut pene omnes illi plausum facerent0

10. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die sabati 10. eiusdem episcopus **Belcastrensis** et alii usque ad episcopum **Calagoritanum** sententias dixerunt, omnes quidem et pie et docte. Fuerunt tamen qui adnotarent episcopum **Belonensem**, quod is recitasset opinionem card. Contareni bone memorie <eius patru1>4 super hac iustificationis materia, que patribus non satis orthodoxa visa fuit1.

12. Iulii.

De iustificatione (status primus).

Die lune 12. eiusdem episcopus **Calagoritanus**, **Milensis** et **Canariensis**, ac etiam **Claudius, procurator card. Augustani** dixere sententias. Omnium prolixior

a *Sequentia primo ita concepta erant* Tertia est iustitia sive iustificatio que fit per fidem, cum credimus nos per merita passionis Christi liberari a peccatis *additum erat in margine* hecque iustitia inherens dicitur, propterea quod nobis inheret). Prima quidem iustitia iustos non facit nos, sed secunda, id est mors Christi, nec ea quidem sola, nisi iustitiam ipsam credulitate et fide nostram faciamus. Si quis igitur querit, quid primum in iustificatione requi[ratur] ...

b *M s. aterum.*

c *Post haec deletiim est* Fuit nonnulla dissidia ...

d *add. supra lineam.*

1 Iniuria videbatur non satis orthodoxa; cf. *Seeberg*, Beitr. zur Entstehungsgesch. der Lehrdekrete des Konzils v. Trient (Zeitschr. f. kirchl. Wiss. u. kirchl. Leben [Leipz. 1889] p. 656 ss.), ubi etiam de Casp.

Contarini doctrina de iustificatione agitur, et *Dittrich* 1. c. Integra Contarini iunioris sententia 10. Iulii dicta et ipsius manuscripta extat Conc. tom. 62, f. 387/390, unde eam sumpsit *Theiner*, Acta I, 177a—179*.

fuit Canariensis, qui prope in Pellagianorum errorem incidisse visus est, dum meritis nostris ante fidem | dixit moveri Christum ad donandam nobis gratiam (saltem ex con- 117 V
gruo)". Is tamen et pius et doctus valde habetur ab omnibus ac inprimis probate vite.

13. Iulii.

De primo statu iustificationis. Deputantur patres ad conficiendum decretum.

Die Martis 13. eiusdem dixerunt reliqui patres, videlicet procurator episcopi
5 Treverensis, qui ab omnibus non parum laudis consecutus est. Dixerunt deinde
unus abbas et duo generales, videlicet generales Augustinianorum et Carmeli-
tarum; sed probe omnia enodasse visus est generalis Augustinianorum, quem
omnes uno ore laudaverunt patres.

Mox card. de Monte Audite, inquit, sunt cum Dei adiutorio patrum sententiae super
10 primo statu iustificationis. Reliquum igitur est, ut super aliis duobus statibus sententiae
dicantur, de quibus poterit, si patribus placebit, compendii causa simul et semel dicere,
propterea quod ex iam dictis satis multum materiæ aperta est et discussa. Verum
quoniam dies sessionis appropinquat, putamus valde ad celeritatem conferre, si interim,
dum sententiae dicuntur, super his, quae reliquae sunt, decretum conficiatur. Propterea
15 cogitent patres de eligendis quattuor ad hoc onus, quorum nomina poterunt secum in
proxima congregatione in scriptis portare, ut ex omnibus illi eligantur, qui a pluribus
probabuntur. Nos enim iis adiungemus alios theologos extra corpus nostrum, qui istis
patribus inserviant, ubi opus erit. | Proxima autem congregatio erit die Iovis proxima; n8r
nam crastina die in animum induximus nostrum audire aliquos doctos theologos, videlicet
20 Sotum et Catherinum et nonnullos alios, quorum dictioni patres qui voluerint poterunt
interesse. Ut autem Rms Giennensis illi, si voluerit, comode interesse poterit, initium
congregationis erit hora undecima.

14. Iulii.

Die Mercurii 14. eiusdem fuit congregatio theologorum, dixeruntque sen-
tentias et Catherinus et alius theologus Ispanus¹ docte sane et erudite. Sotus
25 autem a dicendo se excusavit, propterea quod non previdisset satis id quod dicere debebat.

15. Iulii.

De secundo et tertio statibus iustificationis. De transferendo concilio.

Die Iovis 15. eiusdem fuit congregatio generalis, in qua inprimis actum est de
electione prelatorum ad conficiendum decretum, receptisque ab omnibus votis per
secretarium, tacite tamen, inventi sunt plurium suffragio obtinuisse, ut Armacanus, Acien-
sis, Bitontinus et Belcastrensis munus hoc susciperent.

30 Dixerunt deinde sententias aliqui ex patribus, qui suo loco non dixerant. Solus
generalis Servorum se paratum non esse dixit ad dicendum, quamobrem dictum fuit, ut
sequenti congregatione sententiam diceret. Deinde card. Giennensis dixit sententiam
super secundo et tertio iustificationis statu, eumque secuti fuere nonnulli archiepiscopi.

Verum | **Corcirensis**, cum sententiam rogaretur Non putavi, inquit, hodie nos
35 convocatos esse, ut de iustificatione loqueremur, sed magis ut tractaretur de translatione
concilii vel suspensione aliqua, ut possemus interim, dum strepitus armorum sonat, tuti
in aliquo loco morari. Ego quidem, ut verum fatear, nolo iterum crucifigi.

Que cum dixisset, addidit archiepiscopus Senensis Neque ego quidem putabam
dicendum esse de iustificatione, sed magis agendum ut tuti essemus, quoniam si vera
40 sunt quae nuntiantur de duce Vertimbergh, non hic tute satis manemus.

Addidit in istam sententiam Materanus se paratum esse tamdiu manere Tridenti,
quamdiu legati ipsi manerent, et mori una cum illis, si oportuerit; verumtamen bonum
sibi videri valde, ut cogitaretur, ne aliqua calamitas concilio [accidat]. Dixit deinde sen-
tentiam suam super duobus postremis capitibus sive statibus iustificationis.

" in marg. b sic. 0 Ms. is. a *deletum* quibus dicere lib[ebit].

¹ Bartholomaeus Miranda, et praeterea tertius, generalis ordinis capucinatorum, ut referunt acta huius diei.
Concilium Tridentinum. I.

16. Iulii.

De iustificationis primo, deinde de secundo et tertio statibus.

Die Veneris 16. eiusdem fuit congregatio, in qua imprimis **generalis Servorum** per duas pene horas sententiam suam explicavit super primo iustificationis statu. Qua in re meruit ab omnibus laudari, quoniam et docte et catholice admodum omnes nodos visus est explicasse.

»9r Dixerunt deinde sententias super secundo et tertio statu iustificationis archiepiscopus 5
Aquensis, Upsalensis, Panormitanus et Armakanus.

17. Iulii.

Duae congregationes generales: De iustificationis statibus secundo et tertio.
De lite Cavensis et Chironensis.

Die sabati 17. eiusdem fuit congregatio generalis, in qua episcopus Senogaliensis et plerique alii episcopi sententias dixere de iustificationis statibus posterioribus.

Verum Cavensis episcopus dum suo loco sententiam diceret, cupiens se excusare, quinimo opinionem suam comprobare, ut silicet esset sola fides, que nos iustos" 10
faceret, ostendit ex libris Ambrosii, Irenei et aliorum, quos secum adduxerat, eosdem sanctos patres idem sensisse, dum omnes pariter sola fide hominem iustificari contendunt. Hec, inquit, non ex me dixi, sed ex probatissimis auctoribus.

Dixere deinde et alii patres sententiam, plurimumque elaboravit Feltrensis, ut dissolveret adducta per episcopum Cavensem. 15

(Finita congregatione, cum nundum omnes patres surrexissent, Arietinus¹ ad Chironensem conversus: Tuum erit, inquit, in proxima congregatione primum inicere telum, sed rogo, ne tam prolixus sis, quam in alia congregatione fuisti. Cui Chironensis Faciam, inquit, quod dicis, sed destinavi relicta materia proposita adversus Cavensem episcopum dicere. 20

U9v Hii inter eos sermones erant non adeo taciti, ut a multis non audirentur, cumque imprimis Cavensis ipse, qui non longe a Chironensi aberat, id sensisset, proinde aures arexisset, ad eum conversus Chironensis Dicebam, inquit, me in proxima congregatione dicturum adversus Dominationem Tuam, que certe locuta est ignoranter aut proterve nimis. Tunc Cavensis e loco se summovens suo, non satis irascenti similis 25
manum adversus Chironensem admovit eiusque barbam semel atque iterum excussit. Cuius factum legati et omnes qui aderant egre tulere valde.)c

Tunc legatus Cesaris Franciscus de Tolledo conversus ad synodum dixit: Non est equidem episcopus Cavensis ferendus, qui cum hereticus sit, velit orthodoxos episcopos in hoc sancto loco percutere. Propterea mihi equum videtur, ut in illum 3°
acriter animadvertatur². Cui dixerunt legati, non parum etiam temerarie se gessisse Chironensem, qui sponte Cavensi iniuriam non lacessitus intulisset. Verum se cogituros, quid faciendum esset in hac re, de qua synodum consulendam censebant.

Altera congregatio generalis.

Eadem die hora 21. fuit congregatio generalis, in qua interfuerunt etiam legati Cesaris et regis Gallorum. Ad quos conversus card. de Monte Congregavimus, inquit, 35
hodie patres, non ut de rebus fidei tractaremus, sed ut de nostris infirmitatibus simul colloqueremur, de eo silicet, quod Cavensis episcopus adversus Chironensem hodie patravit.

a M s. iuxtos. b sic.

c Haec omnia partim in margine inferiore f. n q r, partim f. n g v in margine superiore et laterali scripta sunt pro his, quae sequuntur: Mox finita congregatione episcopus Chironensis, cuius erat locus dicende sententiae, conversus ad episcopum Cavensem dixit: Iste episcopus aut protervus est aut nihil prorsus intelligit. At Cavensis, qui illi proximus erat, manum admovit, ut Chironensem alapha percuteret, ac percussisset quidem, nisi Chironensis se semovisset. Quod cum legati valde egre tulissent, quod ab utroque factum erat, legatus Cesaris, etc. Videntur correctae esse secundum depositiones testium infra 19. Iulii (p. 92) notatas.

1 De hoc nomine (pro Reatinus) cf. supra p. 81, adn. 2. Infra 19. Iulii (p. 92, l. 21 s.) est aliud nomen.

2 Simultates quaedam, quae inter Franciscum de

Toleto et Didacum Mendozam existebant, etiam hac in re apparere videntur, cum in sequenti congregatione hic contrarium dicat, ac quae ille senserat.

Tunc Didacus, Caesaris orator, Venimus huc non ut interesse colloquio huius modi, sed ut vobis et sancte synodo comendaremus ipsum Cavensem, cuius casus tametsi gravis sit, tamen quod incogitatus | est et quod is valde lacessitus antea fuerat, ^A minorem delictum reddunt¹. His dictis abiit una cum ceteris oratoribus.

5 Mox card. de Monte: Audivistis, patres, quinimo presentes fuistis delicto, quod hodie patratum est; quare non est nostre intentionis dicendo augere vel minuere. Grave quidem fuit crimen percutere coepiscopum in presentia legatorum S^m D. N. et huius sanctissimi cetus. Quamobrem iudicate vos, patres, quid vobis hac in re faciendum videatur. Nos quicquid synodus decreverit exequemur.

10 Addidit card. S. Crucis, rem valde exemplarem esse exiisseque in hominum ora, propterea curandum esse, ut audiant ii, ad quos ea res pervenerit, concilium non equo animo id tulisse.

Deinde card. Giennensis se rei geste minime interfuisse dixit propter aliqualem sui corporis indispositionem, et propterea se dicere sententiam non posse, nisi re prius ^{10V} bene intellecta. Quod quoniam et multis aliis accidisse credit, propterea se existimare equum esse ut demandaretur aliquibus, ut se de facto diligenter informarent et in synodo referrent ad hoc, ut facile ex facto et factum concomitantibus statui posset de pena imponenda propter delictum. Interim tamen, dum querebatur factum, | censebat ipsum Cavensem haberi sub custodia, assignando eidem domum propriam vel aliquem honestum ²⁰ locum pro carcere.

Sententiam Giennensis secuti sunt plerique, adeo ut eius sententia obtineret dictis gravibus sententiis a patribus. Addiderunt multi, eo severius puniendum esse Cavensem, quod causa, propter quam iurgatum esset, fuisset tractatus iustificationis, in quo tam longe Cavensis ipse ab aliis patribus dissentire semel atque iterum non dubitasset, et propterea ²⁵ dicebat O scensis mittendam esse huius hominis doctrinam ad S^m D. N.

Calaguritanus addidit, considerandum esse, ne dum cupiunt patres in Cavensem animadvertere, illum beneficio iuvent, quoniam, inquit, si domum pro carcere ei assignabit, eo otio, quo nos uti prohibemur propter frequentes congregationes et tractatus dogmatum, ipse omni cum comoditate utetur. Si rursus in domo alicuius prelati eum ³⁰ mancipaveritis, non magis carceratus erit, quam conviva quotidianus. Propterea rogo patres ut animadvertant bene, ne aliis inde detur causa delinquendi. Etenim si aliquorum petulantia <dum opportuit> compressa fuisset, forte hodie casus iste non accidisset.

Alii in aliam ivere sententiam, ut scilicet Cavensis | remitteretur S^m D. N., cuius esset hic commissarius. Addidit Pientinus nec posse quidem synodum, si vellet, in ³⁵ Cavensem animadvertere, quoniam hec non esset ex causis in bulla convocationis concilii expressis, extra quas nihil concilium posset facere.

Non defuere tamen, qui in ipsum Cavensem mitiorem dicerent sententiam, et in primis episcopus S. Marci, qui ut graviter erratum fatebatur, Jam non modicum [dixit] habere excusationem propterea, quod casus repentinus fuisset ac is prius et valde ⁴⁰ lacessitus fuisset. Addebat, tunc quoque mitiorem esse penam debere, cum delinquens ipse se deliquisse fateatur ac supplex oraret delicti veniam vel penam, quam etiam severissimam se subiturum Cavensis ipse profitebatur. Plura quoque in hanc sententiam per Caputaquensem et Bertinoriensem dicta fuere.

<Non defuere plures, qui rem totam ad legatos reicerent.>⁰

45 At Bitontinus sibi, qui de concilio bene meritus esset, qui primum lapidem iecisset, qui cotidie laboravisset et laboraret pro sancta synodo, donandum esse delictum episcopi Cavensis contendebat, ita ut, si qua pena imponenda esset Cavensi, sibi potius imponeretur et non Cavensi. Addidit multa de meritis, de probitate, de ingenii dextertate ac de nobilitate episcopi Cavensis, unumque valde extulit verbis, quod nihil antea ⁵⁰ simile | admisisset.

Dictis sententiis legati paululum inter se collocuti fuere. Mox card. de Monte Audivimus, inquit, patrum sententias, quorum plures in hoc convenire videntur, ut Cavensis sub custodia ponatur, quod et nobis sumopere placet. Quo loco autem puniendus sit, nunc ad invicem loquebamur⁴. Et cum domum propriam domumque alterius prelati

a M s. is.

b corr. pro hactenus.

c in marg.

d sic.

¹ Cf. adnotationem praecedentem.

non esse idoneum locum carceris iudicaremus, carceres autem publice nequaquam ad hoc convenire videantur, cogitavimus locum aptum esse monasterium s. Bernardini, in quo assignari poterit camera, ubi cum necessariis servitoribus permaneat. Interim vero denuntiamus omnibus, ut illum tanquam excommunicatum evitent, quoniam vere excommunicatus est ipso facto a iure. Interim vero reliqua curabimus.

Idque placuit fere omnibus, dissentientibus tamen aliquibus, qui nimium austere agi cum Cavensi existimabant. <Et ita plurium sententia obtinuit, mandatumque fuit secretario, ut comitaretur Cavensem ipsum ad monasterium s. Bernardini. Et ita factum fuit, equo animo suscipiente Cavensi decretum synodi.)b

19. Iulii.

Audiuntur depositiones testium de rixa Cavensis et Chironensis. Deliberatur de poena Cavensi imponenda.

Die lune <19. Iulii>0 hora 19. fuit congregatio generalis, in qua dixerunt sententias **Chironensis** episcopus et alii complures usque ad **Lucerinum** episcopum super secundo et tertio iustificationis statu.

Deinde card. **de Monte** Scitis, patres, inquit, qualiter D. Chironensis sua quadam libertate dicendi utens | dixit Cavensi episcopo, eum aut protervum esse aut ignarum, propterea quod dixisset aliqua, que sibi non satis orthodoxa videbantur. Qua in re credo D. Chironensem terminos excessisse, cum maxime Cavensis episcopus statim sententiam suam synodo subiecisset. Quicquidd tamen sit, graviter erravit Cavensis manum barbe ipsius Chironensis admovendo. Et propterea tria <pridie>e statuta fuere, unum, ut ipse Cavensis sub custodia haberetur, idque executioni mandatum est; alterum, ut facti informatio haberetur, idque etiam per secretarium adimplevimus, qui et Chironensis et Cavensis confessionem accepit et successive examinavit episcopum Reatinum et Bertinoriensem, cuius dicta poterunt legi, quia sub compendio recepta.

Tunc secretarius semoto prius Chironensi legit et confessiones et dicta testium, que convenire visa sunt cum iis, que a me superius dicta sunt¹. Addebat tamen **Bertinoriensis**, Cavensem ipsum extirpasse plures pilos barbe ipsius Chironensis, quodque Chironensis deinceps iterum atque iterum | alte voce dixit: Ego dixi, et veritas est, quod episcopus Cavensis est protervus aut ignarus.

Lectis testimoniis card. **de Monte** Audistis, inquit, factum; nunc reliquum est, ut de tertia parte dicamus, scilicet de pena imponenda ipsi D. Cavensi. Qua de re cogitavimus satis, tandemque in eam nos devenimus sententiam, ut satis is punitus sit a iure, per quod is a nobis et tota ecclesia alienus factus est, et evitari debet ab omnibus, quamvis, ut audio, nonnulli, quod probare non possum, etiam post denuntiationem cum ipso communicaverint. Hanc igitur penam a iure inflictam neque augere nos volumus neque minuire. Et quoniam is libere delictum suum fatetur, cogitavimus etiam de absolutione, an scilicet id possemus nos legati facere, si vellemus. Et quamvis legati de latere, quales nos sumus, possint percutientem clericum absolvere, c. penult. *de officio legati*², tamen hoc non invenimus in percutientem episcopum, et propterea decrevimus nos omnino abstinere ab absolvendo, nedum ad presens, sed etiam in futurum. Cum autem is a iure damnatus sit et non | sedeat in animo nostro ipsum absolvere, cogitavimus bonum esse, si patribus placebit, illum dimittere, ut possit a sede apostolica suam salutem querere; quod facere nolumus, nisi id patres probent. Et propterea dicata, quid ea de re sentiant.

Tunc **Giennensis** Quamvis, inquit, a iure inflictam sit pena, tamen requiritur de claratio, et propterea adhuc videretur [mihi, ut] ulterius procedatur; quod autem statim B dimittatur, mihi non placet, sed essem in opinione, ut vocaretur per D^{nos} V. R^{mes} et imponeretur ei pena aliqua, qua peracta uniretur nobiscum.

Tunc card. **S. Crucis** Nunquam ego adduci potero, ut ei dem absolutionem, neque unquam quoad potero patiar, ut is in synodo recipiatur.

a sic. b fosta (a Severolo ipso~) add. partim in intervallo vacuo partim in margine.

0 in marg. a M s. quiquid. e add. stipra lineam. 1 M s. is. s Ais. satim.

1 V. supra ad 17. Iulii (p. 90), et maxime ibi adnotata (adn. c).

2 Cap. 9 x de off. leg. (i, 30).

Dixere deinde et reliqui patres. Sententie adeo diverse, ut difficile cognosci posset, ubi plures concurrerent sententie. Senogaliensi nequaquam placebat Cavensem dimitti tam cito, quoniam non esset hoc ex dignitate synodi, ut uno die captus altero die relaxaretur. Plura in hanc sententiam dixit Calaguritanus, esseque hanc synodi cognitionem non dubitabat, cum | et iudex laicus possit ratione emergenteb¹ aliquando iz3v in clericum animadvertere, puta si coram eo falsum dixerit testimonium, vel alias coram ipso deliquerit. Et propterea censebat non esse remittendum Rome aliquo modo. Quid enim amplius faceret vicarius foraneus, si aliquis episcopus coram ipso delinqueret, quam remittere penitentem ad pontificem?

10 Alii contra remittendum omnino censebant, ita ut iter esset pene pars, cum, ut dicebant, hic sit de casibus reservatis summo pontifici in bulla in cena Domini, et leges de percutientibus clericum loquentes non esse extendendas ad episcopos.

Dictis omnium sententiis cum iam advesperasset card. de Monte inquit: Adeo diverse sunt sententie, ut difficile sit scire, quid plures sentiant. Verum numerabimus 15 sententias per secretarium collectas, et deinceps ad patres iterum hac de re referemus.

20. Iulii.

Die Martis 20. Iulii hora 11. fuit congregatio [generalis], in qua dixere sententias Castellim aris et alii usque ad episcopum Aquinatensem .

21. Iulii.

Die sequenti fuit congregatio [generalis], in qua dixere reliqui episcopi sententias, et cum iis' procurator card. Augustani.

22. 23. Iulii.

20 Die Iovis 22. eiusdem et sequenti die fuere congregationes [generales], in quibus reliqui patres et generales ordinum dixerunt sententias super secundo et tertio statu iustificationis. Quorum sententias pretermittere decrevi, quoniam omnes cum decreto, quod de iustificatione factum est, convenire videntur. †4*

Decreti per deputatos facti hec est summa:

1. Sacrosancta synodus etc. credit et confitetur, post Ade peccatum nullum unquam 25 hominem per naturam vel per legem sine gratia Dei, quam Christus humano generi promeruit, potuisse aut posse iustificari, neque in iustitia crescere et conservari aut semel amissam recuperare.

2. Firmiter quoque credit et confitetur, non minoris efficacie fuisse Christi meritum ad iustificandos homines, quam delictum Ade ad condemnandos, sed omnino magis.

30 3. Necesse tamen est, ut quicumque iustitiam salutemque per Christum consequi volunt, illis ipsum Christi meritum aplicetur, quod voluntate, non natura recipitur, neque cuiquam nisi volenti per gratiam aplicatur.

4. Non dari autem gratiam istam nisi predestinatis ad vitam, reliquos autem ad malum destinatos esse divina potestate, ut non Dei, sed diaboli voluntate faciant et 35 pereant, non modo non | credit, sed si qui sunt, qui tantum mali credere velint, illis cum omni detestatione anathema dicit. i24v

5. Si quis ergo dixerit inipium, qui a Deo per Christum iustificatur, iniustum¹ quidem esse et manere, sed tantum iustum reputari, non et iustum fieri, ut ipsa iustificatio sit sola imputatio iustitie, a. s.

40 6. Si quis dixerit solam remissionem peccatorum esse integram plenamque totius huiusce iustificationis rationem, non et cum ea donationem iustitie, quam is qui iustificatur assequitur, a. s.

7. Si quis dixerit iustitiam, que in hac iustificatione donatur, esse solam illam Christi iustitiam, qua in ligno crucis exolvit que non rapuit⁶ implens pro nobis omnem 45 iustitiam, ut divine iustitie, quam tota natura in Adam leserat, satisfaceret, a. s.

a M s. cognitione. † M s. emergentis. c M s. is. d M s. inustum. c qua . . . exolvit legendum, non quae, ut Theiner I, 20 J3. Cf. Ps. 68, s : quae non rapui, tunc exsolvebam.

¹ Rationes complures allegat A. Reiffenstuel, Ius can. in 1. 2 Decr., tit. 2, § io.

8. Si quis dixerit illam ipsam Dei gratiam, que in iustificatione datur, que etiam gratum faciens dicitur, que silicet vel est caritas vel non sine caritate, qua una vere iusti sunt, quicunque iusti sunt, nihil esse nobis inherens vel nos informans, a. s.

9. Si quis dixerit, quod ob id tantum datur impio hec gratia, ut sciat quid appetere debeat, quid vitare, non etiam ut quod faciendum cognoverit diligat atque ideo faciat, 5
i25v i aut ut per eam peccata que commisit remittantur, non etiam utaadiuvet ne alia comitantur aut ut facilius iuste vivere eternamque vitam mereri possit, quasi sine ea per liberum arbitrium utrumque possit, sed cum difficultate, a. s.

10. Si quis dixerit, quod suis operibus hanc iustificationis gratiam precedentibus eam infidelis valeat promereri, cum in illis quantalibet bonitate prepolleant, nihil sit iniustitie vel debiti, ut inquit et probat divus Paulus, a. s. In hac enim iustificatione omnia merita hominis tacere debent, ut sola Christi gratia regnet. 10

11. Si quis dixerit hanc gratiam donari a Deo adulto homini omnino sine eo, ita ut quemadmodum non cohoperatur iustificanti sic libere non consentiat illi, quasi velut exanime organum illam tantum recipiat, non et se ipsum a Deo motus liberum moveat, 15
ut eam recipiat, a. s. Liberum enim arbitrium propter peccatum Ade non ita perit, ut non possit, dum a Deo excitatur, libere sentire et dissentire.

12. Si quis dixerit consensum istum hominis, quo Deo vocanti credit sicut discipulus magistro ipsum silicet actum credendi, qui est ante iustificationem, esse tantum opus Dei, non etiam ipsius hominis adiuti a Deo, a. s. Dei quidem donum fides est, 20
ipsum autem credere actus hominis est.

i25v 13. Si quis dixerit quod sola fides omnino sine aliis operibus iustificat impium, hoc est impetrat illius iustificationem, in quo sensu ab hereticis hac etate profertur, quasi nihil aliud ad hoc ex parte hominis requiratur quam credere, a. s. Quoniam ut sine cognitione Dei, que per fidem habetur, sic nec sine dilectione aliqua ipsius nec sine fiducia 25
nec sine penitentia peccatorum impius coram Deo iustificatur.

14. Si quis dixerit iustificatum hominem etiam quantumlibet perfectum non teneri ad observationem omnium mandatorum Dei, que in evangelio precipiuntur, sed sufficere ut credat se esse heredem eterne vite, a. s.

15. Si quis dixerit per bona opera non augeri coram Deo iustitiam semel habitam 30
atque etiam conservari, sed tantum Deo probari significarique et ostendi hominibus, a. s.

16. Si quis dixerit (de bonis operibus iustificati hominis loquens): Superba vox est meritum, a. s. Vere enim est meritum operum illorum, quia duce gratia communi et voluntate sequente augmentum gratie et gloriam vite eterne per ea ipsa opera consequimur. 35

17. Si quis dixerit iustificatos homines sine Dei gratia perseverare posse vel cum Dei gratia non posse, a. s.

18. Si quis dixerit in bonis et sanctis operibus | nos nihil agere, sed tantum agi a spiritu Dei, a. s.

19. Si quis dixerit semel iustificatum hominem peccare ad iniustitiam labi et divinam 40
gratiam amittere non posse atque ideo qui labitur et peccat vere iustificatum non fuisse, a. s.

20. Si quis dixerit in eo, qui a iustitia ad iniustitiam labitur, perdi semper cum iustitia^{fl} etiam fidem, rursumque sola fide sine aliis operibus recuperari amissam iustificationem aut Dei gratiam, a. s., quia vere cum peccato mortali manet fides et per 45
ditur iustificatio.

21. Si quis dixerit peccata omnia illi esse remissa qui remissa esse certo credit et statuit atque hanc esse illam fidem quam Deus requirit a peccatore ut iustificetur, a. s.

22. Si quis dixerit remissa culpa atque etiam reatu eterne pene deleta non manere 50
quandoque reatum pene temporalis exolvende vel in hoc seculo vel in futuro, antequam ad regna celorum admittantur, a. s., quia contradicit sacris litteris, sancte ecclesie et unanimi consensui patrum, qui inde colegerunt non ad mortificationem carnis tantum vel in antidotum peccatorum futurorum, sed in redemptionem preteritorum, tam multis antea seculis satisfactiones canones penitentiales, indulgentias atque etiam pia suffragia 55
pro vivis et defunctis.

28. Iulii.

Prorogatur sessio. De transferendo concilio. Liberatur Cavensis.

Die Mercurii 28. Iulii hora decima nona fuit congregatio generalis, in qua ex presidentibus solus card. de Monte interfuit; nam card. S. Crucis in opido Rovereti erat officii causa erga Rmum de Farnesio, Anglicus vero iam diu¹ valetudinis causa abest.

Is ergo card. de Monte Testes, inquit, nobis estis, patres, nos vobis testes sumus, 5 quantum absque aliqua intermissione a nobis vobisque laboratum sit, ut possemus huic articulo de iustificatione in die a nobis statuta optatum finem dare, hoc triduo excepto, in quo occupati fuimus in excipiendo⁰ ducem Octavium eiusque exercitum ac Rmum D. nostrum Farnesium, penes quem (graviter egrotantem)⁴ est collega meus Rmus S. Crucis in opido Rovereti. Verum que vobiscum hodie acturus sum, perinde accipite, ac si is presens 10 esset, statuatisque firmiter, quoties opus fuerit eum statim huc advolaturum. Non fuere tamen omnino assumpti tres isti dies, quoniam interim (patres)⁶ omnes tempus habuerunt ad considerandum decretum, facteque fuerunt congregationes theologorum coram D. Armacano et deputatis, ubi audite sunt diligenter theologorum sententie super ipso decreto, in quo conficiendo scimus deputatos ipsos maxima diligentia usos fuisse, et 15 propterea vereri non debemus, quin possimus cras sessionem celebrare. Quod si patribus placebit, poterimus celebrare missam planam et dimittere orationem, et antequam intremus ecclesiam, poterimus habere congregationem et audire patrum sententias super decreto ipso. Hocque maxime facere debemus et possumus duabus gravissimis de causis, primum quod litteras habemus nobis mandato Smi D. N. conscriptas, quibus nos 20 admonet, ut omnino sessio celebretur, ne via prorogationibus aperiatur; deinde quod alias litteras habemus, in quibus continetur sententia gravissimorum virorum et amplissimorum cardinalium, qui in Urbe sunt, que nec a sententiis patrum, nec ab ipso nostro decreto discrepant^f, quod maximum argumentum est invente veritatis. Dicant ergo patres, an eis placeat, ut die crastino sessio habeatur. Qua in re ut animum meum 25 aperiarn, cupio vehementer et hortor⁶ patres, ut velint, si possibile sit, mecum | convenire, ut sessio habeatur.

Tunc card. Giennensis Vellem quidem, inquit, libenter tuta conscientia posse morem gerere Rmo D. presidenti; sed non satis video, quomodo possim propter innumeras difficultates, ac inprimis quod non omnia plene discussa sunt, que discuti oportebat in decreto ipso, in quo dammande sunt plures hereses, que nobis in scriptis date 30 sunt ad considerandum, de quibus nec verbum quidem factum est. Quamobrem non video, quomodo re adhuc indiscussa sessio haberi possit. Propterea sum in sententia, ut prorogetur ad aliquem brevem terminum, intra quod^f expediri possit.

Giennensis sententiam secuti sunt omnes patres, paucis admodum exceptis, addideruntque Pacensis et Astoricensis et alii Hispani, non videre se, quonam modo posset haberi sessio, etiam quod decretum de iustificatione perfectum esset, quoniam cum iam statutum sit dogmata simul cum reformatione expediri debere, inconveniens esset decretum de iustificatione firmare, et illud de episcoporum residentia et impedimentis 35 omittere.

Dictis omnium sententiis card. de Monte | Non est, inquit, quod adversus patrum sententias dicere velim, quinimmo sequor et ego comunem sententiam. Verum quoniam nonnulli dixerunt non esse decretum iustificationis sanciendum absque decreto residentie, 40 ii sciant velim, non fuisse nostre intentionis pretermittere decretum residentie, sed ita decretum iustificationis firmare, ut mox absque aliqua dilatione materiam impedimentorum agrediamur. Non enim est nostre intentionis synodum eludere neque rursus credimus patres nos velle deludere, sed quoniam placet sessionem non haberi, oportet cogitare, quando igitur habenda sit, et an magis expediat certam diem sessionis prefinire, an potius laborare ita ut tunc intimetur sessio, cum nos erimus parati. Equidem cogito ego, si 45 longe statuatur a nobis dies sessionis, plures prelatos hinc abituros¹, quos deinceps non poterimus revocare; si vero breve tempus sessionis terminetur, vereor ne rursus ad has 50

M s. de iustificationis. b ~~deletum~~ Verum negotii gravitas perduxit nos in satis angustos terminos.
 0 M s. eccipiando. a in marg. e supra lineam. f sic. e M s. ortor. h M s. habituros.

1 Cf. supra 30. Iunii, p. 84, l. 9, et adn. 3 ibidem.

128V angustias deveniamus, ut necesse nobis sit iterum | ad prorogationem recurrere, non sine maxima nostra nota. Et propterea nihil magis neque rei neque tempori accommodatum video, quam nihil certi temporis prefinire, ut, si interim vel metus belli vel alia causa suspicionis contingerit³, possimus facilius consilium capere.

Que cum dixisset, Non video, inquit **Giennensis**, causam, quare ab instituto nostro debeamus recedere, quinimmo multa sunt que nos magis admonent ad huiusmodi consilium sequendum, etiam si antea non ita a nobis factum est. Causa autem omnium gravissima est, quoniam videbitur per indirectum concilii dissolutio, quoniam multi prelati sub specie timoris hinc discedent nec amplius redire curabunt, incerti, an sessio sit cele branda. Quamobrem ego nunquam adduci potero, ut incerta statuatur dies. 10

Giennensem secuti sunt **Aquensis** et **Turritanus**. Addebat **Turritanus**, penas imponendas esse et gravissimas quidem contra prelatos discedentes.

129+ At **Corcirensis** cogitandum magis esse dixit de discessu vel translatione concilii ad alium tutum | locum, quam de prorogatione diei sessionis, ne dum nos querimus alios iustos facere, incauti ab inimicis oprimamur 15

Cui **Giennensis** dixit: Debetis, Domine Corcirensis, vos sententiam dicere, an placeat vobis prorogari sessionem ad diem certam vel incertam, et mittere tractatum translationis concilii, quoniam D. preses in hoc vestram non rogavit sententiam.

Cui **Corcirensis** Mea, inquit, hec est, qualiscunque sententia, quam teste conscientia protuli, quoniam non video, quomodo in tanta prelatorum trepidatione possimus 20 aliquid boni facere.

Dixit deinde et **Materanus** huic non dissimilem sententiam, admonuitque patres, nulla ratione hic manendum esse, ne dum nimis audaces esse nos volumus, periclitemur universam ecclesiam, et si quid nobis mali eveniat, dicant impii: Ubi est deus eorum? Timere autem debemus multa, et imprimis ne Deus peccata nostra punire velit. Addo, 25 inquit, quod dubium non est, quin prelati qui hic sunt, si velint¹, possint propter istum belli timorem discedere, ne alioquin dicantur esse peioris conditionis presentes | quique concilium opera sua iuvarunt, quam absentes, quos certum est non posse a nobis durante belli metu cogi ad veniendum in concilioa. Et propterea pari ratione non possunt presentes huc² inviti retineri. Sed non video, quomodo aliquis isto tempore possit in loco 30 huiusmodi concilium desiderare, cum certum sit concilia ex prelatorum numero maximam auctoritatem acquirere. At nos quotidie decrescemus. Et propterea puto, quod Cesar ipse, qui magnopere concilii incrementum desiderat, si hec sciret, nollet hic, sed magis in alio loco concilium haberi, ut maiore cum auctoritate et dignitate res ecclesiastice componantur. 35

Audivit **Gienensis** non sine magna conturbatione Materani sententiam. Sed tunc se ulterius continere non potuit, cum audivit Cesarem nominari, quin diceret Materano, ut loqueretur de materiis que proponuntur et nollet de Cesare dicere ea que nesciret. Et conversus ad cardinalem de Monte dixit: Non debetis, (inquit)³, permittere, ut prelati loquantur extra materiam propositam. 40

i3or Card. de Monte: | Non est mee intentionis impedire quemquam sententiam dicentem, ita nec vos impedire debetis D. episcopum Materanum, qui quod ad imperatorem attinet nihil dixisse mihi visus est, quod imperatorie deroget maiestati. Que autem de translatione dixit, tametsi non rogatus, tamen, cum aliquam habere dependentiam materia hec videatur cum re que proponitur, haud absurdum est ipsum dicentem 45 audire, cum maxime de his dicat, que universam synodum respiciunt, qua de re etiam quilibet extraneus audiendus esset.

Verba deinde multa ultro citroque inter cardinalem de Monte, Giennensem et Materanum dicta sunt, qua in re adeo irate verba omnia proferebat Giennensis, ut de omni eius substantia⁴ quisquam eum agere credere potuisset. Habebatque sue opinionis assertores Hispanos omnes, et imprimis Castellimarem⁵. Contra hec omnia plures alii dicebant, adeo ut tumultus pene excitaretur. 50

130V Quo non sine difficultate per card. de Monte | sedato reliqui patres suo ordine dixerunt sententias, omnesque Hispani et cum his etiam complures^e alii Giennensis sen-

a sic. b M s. velit. c sic, add. supra lineam. d M s. substantia. e M s. complures.

1 Cogitat de bello imperatoris contra Lutheranos, p. 99, l. 12 s. et adn. 2, et praesertim Massarelli quorum dux Clusam Tirolensem occupaverat. Cf. infra diar. III ad 14. Iulii 1546.

tentiam [^]sequi visi sunt. Verum non omnino eorum, qui Giennensem sequi visi sunt, concors fuit sententia, cum alii certam diem, dummodo intra breve tempus statueretur, alii dummodo intra quatuor vel sex mensium spacium desiderarent.

Alii) a non multo pauciores, cardinalis de Monte sententiam secuti sunt¹. Inter quos
5 **Naxiensis, Maioricensis, Pisaurensis, Lucerinus et Caprulanus** sententias Corcirensis et Materani multis verbis comprobarunt. Addidit **Pisaurensis** cogitan- dum esse, ne omnino omne quod agimus corruat vicio nullitatis. Cum enim, inquit, locus iste Germanis protestantibus, quorum precipue causa concilium congregatum est, propter tumultos bellicos tutus non sit, non video, quomodo eorum respectu non sub-
10 iaceant nostra omnia vitio nullitatis, cum maxime notorium sit bellum contra ipsos; respectu vero aliorum non video etiam, quomodo, si aliquis de nullitate protestetur etiam absens, non faciat omnia corrui. Propterea vel de suspensione vel de translatione cogitandum, ne noster omnis labor eludatur.

Contra hec | omnia dixerunt **Castellimaris, Pacensis et Astoricensis**, cau-
15 santes nullum esse periculum, nullum timorem, nisi vanum et cuius non esset ratio habenda aliquo modo, cum maxime pro nobis habeamus arma Cesaris et pontificis maximi, ad quos referre deberemus cogitationes nostras et non allegare timorem, ubi timor non est, ea sola ratione, ut labores hos et sumptus fugiamus. Addidit **Caputaquensis**, non antea rationem huius timoris habendam, quam synodus decrevisset justum [¶]esse timorem.

20 Dictis omnium sententiis card. **de Monte** Varie, inquit, sunt patrum sententiae in re de qua agitur, et propterea quoniam iam hora est satis tarda, cogitabo una cum collega meo et numerabimus patrum sententias, et deinde deliberationem aliquam capie- mus, non sine synodi deliberatione. Verum quod attinet ad ea, quae a patribus dicta sunt, non mihi videtur succensendum aliquo modo iis patribus, qui timere videntur,
25 quoniam liberum unicuique fuit et semper erit, etiam servis, timere, | amare, audere' ^{.3.v} odisse; quinimo gratias illis agere debemus, qui nos ita admonuerunt. Quemadmodum enim non est mee intentionis concilium dissolvere aut prelatos abire, ita nunquam fuit aut erit intentionis mee, aliquas penas in aliquos discedentes statuere. Rogo tamen omnes et rogabo semper, ut velint nobiscum hos ferre labores confidantque omnes nos
30 non magis nostri, quam ipsorum sollicitos esse.

Cumque <iis dictis> finem congregationis imponere vellet, **Giennensis** dixit car- dinali de Monte, ut caveret, quoniam si non statueretur certa dies, plures prelati abirent. Hanc autem pro certo Cesaris mentem esse affirmavit, ut procederetur ad ulteriora, nec moveretur synodus ab ista civitate. Hoc ego, inquit, pro certo vobis dico, non opinor,
35 ut nuper D. Materanus.

Cui card. **de Monte**: Si ex prefixione diei certe magis continerentur prelati, vobiscum sentirem; sed queso, unde habetis magis prelatos discessuros esse, si terminus non prefiniatur, | quam si prefiniretur? An discessus prelatorum causatur a belli tumultu ^{13*} et timore, an a non prefinitione diei certe? Ex belli timore; quamobrem nihil ad dis- cessum prelatorum diei prefinio [facit].

Ad hec multa inter Giennensem et card. de Monte ultro citroque dicta sunt. Summa tamen hec fuit, ut alias hac de re sermo haberetur.

Mox **Chironensis** ad synodum conversus Rogo, inquit, vos patres, ut miserea mini episcopo Cavensi, cuius delictum non adeo atrox fuit, ut tam magnam mereretur
45 penam; ego quidem quod ad me attinet omnem iniuriam illi remitto, quinimmo statim remisi.

Laudatum d fuit ab omnibus pium Chironensis votum, indeque sumpta occasione card. **de Monte** synodum rogavit, an placeret ei dimittere episcopum Cavensem a car- ceribus, quibus mancipatus detinebatur, ut sibi posset consulere. Omnesque eum rela- xandum esse censuerunt, exceptis paucis Ispanis, qui acriter in eum animadvertendum esse censebant. Decreto igitur cautum est relaxari episcopum Cavensem a carcere, ita ut in civitate Tridentina amplius non permaneat, nec ad synodum etiam absolutus re- vertatur.

a *add. in marg. pro deletis* secuti sunt, alii, ut mihi quidem [videbatur] pauciores tamen, card. de Monte ...
h *M.s. iuxta.* o *add. supra lineam.* d *M.s. laudatus.*

Quae praecedunt, correctae videntur esse secundum verolo videbatur minor numerus eorum, qui cum prae-
sidente sentiebant; sed nec ipse erat eius rei certus.
Concilium Tridentinum. I. ! o

30. Iulii!

Num dies certa vel incerta sessionis habendae sit statuenda. Altercantur inter se cardd. de Monte, Tridentinus et Giennensis.

- Die Veneris 30. Iulii hora 19. fuit congregatio, in qua etiam solus (ex presidentibus) a card. de Monte interfuit, qui sibi parcendum a patribus esse dixit, quod hora tam incomoda illos advocasset, quoniam eius rei causa fuerat egritudo card. Farnesii, cuius curam deserere neque privata neque publica officia patiebantur. Deinde rogavit patres, an vellent ut decretum a deputatis confectum in materia iustificationis legeretur, iisque anuentibus episcopus Bitontinus, cum prius excusasset deputatos, quod eis non licuisset inopia temporis decretum undequaque perfectum edere, legit decretum, de quo supra a me facta est mentio.
- Quo lecto archiepiscopus Armacanus recitavit annotationes theologorum regularum factas in decretum ipsum, quas quoniam verba magis quam sententias decreti respicere videbantur, omisi. Inter annotationes, quae res ipsas respicere videbantur, haec inprimis non aspernanda a quibusdam visa est, quia notabatur decretum, quasi per ipsum excludatur, ne quis certus esse possit se esse in gratia, contra Scoti et aliorum scolasticorum opinionem.
- Recitatis annotationibus card. de Monte admonuit patres, ut in proxima congregatione parati venirent ad dicendas sententias super decreto.
- Cunque ita finem congregationi imponere voluisset, card. Giennensis admonuit tractandum esse de praefinitione diei certe, de qua re in praeterita congregatione sermo habitus fuisset.
- Cui card. de Monte 2 Vidi, inquit, vota patrum, quae quoniam mihi et college meo equalia videantur, proinde censuimus accelerandum esse, ut extrema manus huic decreto de iustificatione imponeretur, et deinde dies sessioni praefiniretur.
- At Giennensis Nonnulli, inquit, patres retulerunt mihi numerasse vota patrum et invenisse maiorem partem sentire, ut dies certus praefiniretur. Quamobrem standum est sententiae maioris partis, non vestre ordinationi.
- Cui card. de Monte: Fateor ego numerum eorum, qui diem certam statuere visi sunt, in uno aut altero excedere, sed non semper numerande sunt sententiae.
- Mihi, inquit Giennensis, ex hoc irrogatur iniuria, quoniam ex hoc censetur esse mea sententia debilior, quam alterius. (Quamobrem afferantur sententiae patrum per secretarium collectae, et secundum maiorem partem decernantur) 4.
- Dico, inquit card. de Monte, ponderandas esse sententias propterea, quod nos, qui presidentes sumus, in contrariam imus sententiam et habemus etiam intentionem S. D. N., et propterea non est vobis adeo dolendum.
- Tunc Tridentinus ad card. de Monte conversus Perhorresco, inquit, cum sentio aliquid irate a vobis proferri. Quamobrem rogo vos, ut velitis magis blande, magis pie, magis christiane nobiscum agere. Novi enim me ipsum hominem esse et aliquando evenire, ut provocatus aliqua dicam, cuius me peniteat.
- Ego, inquit card. de Monte, mihi conscius sum nullum verbum protulisse non pium, non christianum; sed video iam me sub magistris esse et non amplius presidere, sed subesse. Sed queso, quando vultis me blandius loqui, proferatis et vos blande quod vultis, ut et ego similiter respondere possim.
- Dum haec a card. de Monte dicerentur, Giennensis quedam card. Tridentino insussuravit. Mox Tridentinus Nollem, inquit, in verbis capi; non enim mea fuit intentio, dum admonui R. M. presidentem, notare illum ut minus pium minusve christianum, sed ut vellet nobiscum mitius agere, ne aliquando coactus dicerem aliquid, cuius postea me peniteret. Idque iterum atque iterum dico, quoniam, si diu simul versari

a in marg. b sic. c quae sequuntur sunt corr. pro ut scilicet quoniam in quodam decreti capite excludi videatur certitudo gratiae... d add. iii marg. e deletum si quis mihi movet bilem.

1 Huius congregationis acta quae extant apud Massarellum tom. 63, f. 440/442, non sunt originalia, unde maioris momenti est Severoli commentarius.

2 Raynaldus ad 1546, n. 126. 127.

3 Procul dubio eum admonuit illius facti, de quo, ut acta Massarelli testantur, quidam praelatus questus erat, quod card. Madrucius eum quominus abiret prohibuerit. Vide infra hac ipsa die.

volumus, necesse est omnia modeste et blande agere, habita ratione dignitatis unius cuiusque. Non enim video, cur quod aliis licet, nempe sententiam libere dicere, mihi quoque non liceat; nam non video quid sit in causa, cur tot tumultus fiant. Si enim aliquid est, quod aliquos terreat, proferatur in medium. Et ut me expurgem, sciant patres
 5 a me nihil unquam factum esse neque facturum" esse, quod non ad libertatem istius concilii pertineat, etiam si pontifex ac Cesar ipse mihi aliud mandaret. Et licet aliquis prelatus magis trepidus et minus prudens, quam oppoteret, multa indigne quidem et indebite de me protulerit, tamen poterunt patres experientia ipsa cognoscere me nihil magis cupere, quam omnibus inservire. Non inficior me ratiario, quem prelatus
 10 ipse conduxerat, iussisse ut abiret; sed id non est a me ideo factum, ut prelatum aliquo modo impedirem, sed ne civitas mea, que hac de re ceperat tumultum facere, sedaretur⁰¹. Non enim repente prelatus ille ire volebat, sed ibi ratem tanquam ad fugam paratam retinere². Quod quoniam maximum scandalum maximumque timorem meis hominibus prebebat, iussi ratiarium abire conservande mee civitatis causa, non ut libertatem concilii impedirem. Cuius rei argumentum esse potest, quod tametsi rates sumote essent
 15 jvehicula tamen et equi nulli prohibebantur.

i34v

Tunc card. **de Monte** Ego, inquit, ut facile patior a quocumque, etiam minimo, privatim corrigi et moneri, ita ubi officium meum aliud expostulat, nolo aliquem in doctorem et magistrum, quales video mihi esse velle et Tridentinum et Giennensem,
 20 quos habeo quidem in dominos, sed non in hoc loco. Quod autem parum antea D. Tridentinus dixit et nunc repetiit, ne silicet dicat verbum, cuius postmodum peniteat, hec verba minantis et imperantis sunt, non prelati in synodo libere loquentis. Propterea sciat ipse nullas esse Tridentini (etiam irati)⁰ minas apud card. de Monte; cui vis quidem inferri potest, ut timeat autem non sat fieri potest, maxime ubi officium suum id exigit
 25 suuma. Quod vero me admonet, ut blande et humane secum agam, mitto verba, quibus me ut impie et non satis christiane loquentem notavit, quod iure an iniuria fecerit patres intelligere possunt. Scio quidem nedum blande et humane hactenus secum egisse, uti debebam, sed multo plus quam debuissim, quod vel ex hoc unicuique patere potest, quod cum ratione presidentie nos ab omnibus separati et loco omnibus longe superiore
 30 sedere deberemus, |passi semper sumus vos pari nobiscum loco sedere, et nedum sedere, i35r sed una nobiscum presidere. Sed hoc etiam vobis [non]³ sufficere videtur, nisi et nobis ipsis presideatis. Quamobrem moneo deinceps, ut unusquisque suum prestat officium nec ultra eius cancellos exeat.

Que cum dixisset, card. **Giennensis** iratus non parum. Sedimus, inquit, ut credo, loco nostro, quoniam et nos cardinales sumus; sed quo in loco sedeam aut sedebo nihil refert, quoniam ubique sententiam meam libere proferam, ut hactenus feci. Sed hec obiurgatio certe nobis non convenit, nequed maiorem facere poteratis, si vestri famuli essemus.

Opto, inquit card. **de Monte**, ut libere loquamini, sed ita ut nobis nostrum presidentie munus sub pretextu libertatis loquendi non preripiatur. Quid enim, ut cetera omittam, fuit, quod in hestern⁶ congregatione a vobis adversus archiepiscopum Materanum dictum est, nisi usurpatio presidentie, et ita obiurgare, ut ceteri minus libere loquerentur?

Ego, inquit card. **Giennensis**, nihil dixissem, nisi Cesarem nominasset, et quod tunc feci, faciam adversus omnes, qui eum ita nominabunt.

45 Card. **de Monte** Non est, inquit, nisi honorifice de Cesare locutus, et propterea non erat ei succensendum.

i35v

Inde multa ultro citroque verba etiam irata dicta fuere, processissentque ulterius verba, nisi plures ex patribus, immo omnes fere, medios se posuissent rogantes, ut finis iurgiis et clamoribus imponeretur.

5^o Quo facto secretarius legit vota patrum in hestern⁶ congregatione super certitudine

a sic. b ~~deletum~~ Et si prelatus ille officio veri prelati fungi voluisset, prius venisset ad me, quam {deinde correctum} potuisset ad me venire^a ... c add. supra lineam. d ~~deletum~~ neque etiam ampliore.
 e Ms. externa.

1 Auctor sine dubio volebat scribere ut ... ~~sed~~ retur vel ne ... turbaretur, sed commiscuit duas locutiones.

illis bellorum rumoribus, de quibus narrat Massarellus in diario III ad 13., 14., 15. Iulii.

2 Quis ille praelatus fuerit, nescio. Territus erat

3 Luce clarius est, hoc non esse inserendum, cum sensus id omnino postulet.

vel incertitudine diei sessionis, inventique fuere 27, qui diem incertam probarent, viginti novem, qui certam.

Decernatur ergo, inquit **Giennensis**, secundum vota maioris partis.

Cui card. **de Monte** Plura, inquit, concurrunt in hac materia, que consideratione egent. Primum quod sumus in rebus que ad ordinem rerum conciliarium pertinent, 5 quarum directio et moderatio ad nos presidentes solos spectat, quorum est dirigere gesta concilii; alioquin nihil difert, presideat quisquam an subsit, si ubique omnium par est auctoritas. Deinde, cum in rebus magna est controversia parvaque est in numero patrum differentia, legatorum sedis apostolice sententia ita ponderanda est, ut cuicunque parti adhererit stetur. Tertio considerandum est, quoniam non est maior numerus 10 eorum, qui diem certam volunt, si recte sententie |perpendantur, quoniam plures dixere diem certam, dummodo intra octo dies, alii dummodo intra quindecim, alii dummodo intra tres menses, alii intra sex. Que sententie cum conditionales sint, nihil ponunt in esse nihilque iuvant partem istam, nisi prius statueretur dies ab ipsis nominata. Quam obrem si h§ conditionales sententie sumoveantur, remanebunt multo plures, qui^diem 15 incertam statuunt, quam certam.

Contra **Giennensis** diserebat; nam neque conditionem officere, quin numerande essent sententie, neque ubi plures ab una parte essent, posse presidentium auctoritatem aliquid imutare. Et quod dicebatur ad presidentes spectare, ut concilium dirigerent, verum esse, si ex se id facerent; verum postquam res proposita est patribus, sequendam 20 patrium sententiam.

Ad hec card. **de Monte** Non est, inquit, in disputationibus immorandum, maxime absente collega meo, sine quo nihil ego facere possum, quamobrem expectabimus illum, donec redeat, quod cito erit.

Missa congregatione statim **Giennensis** ad card. de Monte conversus petiit ab eo, 25 ut vellet boni consulere verba, que ab eo dicta essent, illique parcere, si in aliquo illum offendisset. Cui cum annuisset card. de Monte, | **Tridentinus** similiter fecit. Cui cum similiter card. de Monte capite parumper inclinato annuisset, indignatus card. **Tridentinus**, quod non et verbis ei responderetur, dixit: Capiatis verba mea, ut vultis, quoniam 30 nihil mea refert, quomodo accipiat; sum ego enim nobilis.

Si nobilis es, inquit card. **de Monte**, ego ignobilis sum, sed ibo ad locum, ubi nobilis mihi imponere non possit*.

Iis dictis omnes recesserunt, non sine maxima indignatione.

13. Augusti.

Examinatur decretum de iustificatione.

Die Veneris decima tertia Augusti fuit congregatio generalis hora 12. de mane, in qua card. **de Monte** inprimis causas dixit, quare tam sero ad congregandum cetum 35 lediret, nempe militum transitus, egritudo Rm card. Farnesii, et denique frequentes imbres. Deinde admonuit patres, ut si vellent, suam proferrent sententiam super decreto ipso iustificationis.

Giennensis se imparatum venisse respondit, verum in proxima congregatione se sententiam dicturum; unum se tamen optare, ut decretum ipsum compendiosius fiat. 40

i37r Fuerunt deinde plures, qui cum Gien]nensi se in aliud tempus dicturos sententiam profiterentur, quoniam imparati venissent. Dixere tamen non pauci sententias, eaque omnium opinio visa est,^a ut decretum ipsum redigeretur compendiosioribus elegantioribus-[que] verbis, omissis rationibus, quibus decretum ipsum comprobatur.

Manu recentiore supra lineam additur non, quod perperam factum indicaverim. Videtur praesidens significasse / Cor. 4, 10: vos nobiles, nos autem ignobiles. Acta vero Massarelli, cum non sint originalia et nitantur m Severoli commentario, audienda non sunt. Epitomes illius ab anonymo ex Severolo factae haec pars non extat m manuscriptis tabularii Vaticani, unde non potest consuli. Sed advertendum est, copiam Barberinianam non habere illud non. Quod Neapolitanus epitomes codex (IX A. 12 f io s1) illud exhibet, nihil refert, quia tempore satis recentiori scriptus est. Nec sententiarum connexus huic non favet, quia praesidenti, si nobilem se et ipsum esse dixisset, non confugiendum fuisset ad locum, ubi nobilis ei imponere non posset.

Videtur intellegere translationem concilii, de qua iam 28. Iulii sermo fuerat.

2 Alias etiam causas coniecerit is, qui acta ultimae congregationis legerit.

Verba autem decreti plurima, et recte quidem, per **Fesulanum** adnotata fuere, quale est, ut dicatur *in epistola ad Romanos*, non *Romanorum*, et huiusmodi similia.

Iterumque a nonnullis, et imprimis a **generali Conventualium**, revocata est questio de certitudine gratie, quam is ex Scoto multis argumentis probavit. Cum tamen
5 **Chironensis** adversus illum diserere vellet, admonitu legatorum tacuit, qui alias suo loco de hac ipsa questione disserendum esse dixerunt.

Cum omnes super decretum ipsum sententias dicerent, solus episcopus **S. Marci** re proposita dimissa multis verbis patres commonuit, ne ab hoc loco et sanctissimo instituto discederent. Quorsum, inquit, hic timor? que ratio est, ut magis timeamus nunc
10 Lutheranos, dum Cesarem et pontificem nostrum armatos habeamus, quam antea, dum inermes eramus? nonne et tunc pariter inimici nostri erant? nonne pari odio prosequerentur nos? Certe |prosequebantur. Nolite ergo, patres, in causa esse, ut Christi religio deseratur. Deseretur autem, si vos tanquam victi hinc aufugietis. Ego quidem,
15 quod ad me attinet, si casus aliquis evenerit, magis ostendi cupio locum, ubi occubuerim, quam portam, qua fugerim.

Adversus illum **Caprulanus** dixit se maximopere probare hec omnia, modo tendant, ne dissolvatur concilium, ut rationes adducte innuere videntur; si vero eo tendunt, ne hinc discedatur, hanc sententiam se probare non posse, quippe quoniam neque ratio, neque honestum, neque utile suadeat hoc loco concilium haberi.

20 Dictis omnium sententiis admoniti sunt patres, ut mitterent ad Armacanum pro annotationibus theologorum factis in decretum, quodque in proxima congregatione parati venirent ad dicendum sententias.

17. Augusti.

Continuatur examen decreti de iustificatione. De certitudine gratiae.

Die Martis 17. eiusdem hora 12. de mane fuit congregatio generalis, in qua dixerunt sententiam super decreto reliqui patres, qui in priore congregatione non dixerant, exceptis
25 admodum paucis, qui se imparatos adhuc esse dixerunt. Omnium pene voce et forma et ordo ipsius decreti improbata est. Quamobrem dixerunt legati se daturus operam, ut una cum deputatis decretum ipsum ad meliorem redigeretur formam.

Fuit in eadem congregatione iterum ab episcopo **Chironensi** et **generali s. Francisci Conventualium** suscitata questio de certitudine gratie, quorum alter,
30 videlicet generalis, se omnino ex Scoto certitudinem gratie per fidem probare contendebat, alter vero id ex Scoto probari penitus negabat. Multaque super ea re ab utroque dicta sunt, pluraque dicta adhuc fuissent, nisi card. **de Monte** illis silentium imposuisset.

Dictis omnium sententiis card. **Giennensis** multa a patribus dicta recensuit, pleraque ipse etiam adduxit, que, ut ipse dicebat, singulariter examinanda erant, et demum
35 patribus ad memoriam reduxit, datam pridem fuisse cedulam continentem errores circa iustificationem, cuius singula capita discutienda essent, antequam firmaretur decretum.

Hec Giennensis verba a pluribus notata fuere, non tam quod quasi sibi munus
40 presidentie assumpsisset, quam quod ex composito nodos plures ostendisset, ut dilationem quereretur.

Ad hec card. **de Monte** dixit satis capita ipsa omnino discussa fuisse; si quis tamen adhuc hesitaret, poterat dicere causam hesitationis, tunc j sibi iterum dicenda
erit sententia super ipso decreto.

45 Deinde admonuit patres, card. Tridentinum ab eo petiisse, ut publicaretur bulla facta a Smo D. N., qua conceditur indulgentia plenaria iisd, qui tribus diebus Mercurii, Veneris, ac sabati ieiunassent. Propterea, si patribus videbatur, ieiunium poterat indici pro die crastino et sequentibus, die autem Iovis celebraretur missa de spiritu sancto et fierent supplicationes ad Deum pro victoria Cesaris.

50 Idque cum omnes probavissent soluta est congregatio.

a M s. hic.

b M s. sigula.

c M s. esitaret, et postea esitationis.

d M s. is.

28. Augusti.

De certitudine gratiae.

Die sabati 28. Augusti hora 20. fuit congregatio, in qua card. de Monte primum multis verbis se excusavit, quare non magis frequentes fierent congregationes. Id nempe fuisse in causa, ut decretum de iustificatione ad venustiore formam reduceretur, quod tandem Deo duce non sine maximo labore peractum esset, et ita peractum, ut crederet ei ultimam manum ex sententia patrum impositam, nisi adhuc eius et college animus penderet in hoc, silicet an in decreto facienda esset mentio de certitudine gratie, de qua iam sepius dictum fuisset. Quamobrem erit, inquit, presentis consultationis, dicere, an placeat in decreto fieri mentionem de ista certitudine gratie, et si facienda erit mentio, an placeat stricte et obiter rem tractare et examinare, an magis, ut auditis de ea re iterum theologis mature rem pertractari. Qua de re nos in eam facile imus sententiam, ut minus quam possibile sit nostris ecclesiasticis doctoribus detrahamus.

Eam sententiam multis verbis laudavit card. **S. Crucis**, admonens, ne hac in re tempus nimium conteratur, placere sibi quam brevissime rem pertractari.

Contra hec omnia card. **Giennensis** disseruit. Cum enim hec res, inquit, maxima sit, quam maxime adversarii nostri adversus nos pro clipeo habent, ideo mature illam discutiendam arbitror, ita ut nedum semel, sed etiam sepius theologi audiantur.

Giennensis sententiam secuti sunt episcopi **Ispani** et **regnicole** 1 fere omnes, ita ut ad hoc paratos venisse plures dicerent. Notum enim erat patribus nulla alia de causa Giennensem desiderasse, ut iterum theologi audirentur, quam ut dilationes quereretur, quo serius ad decreti expeditionem deveniretur. Fuere tamen plures cum sententia legatorum.

Dictis omnibus sententiis card. **de Monte** dixit: Curabimus, ut utrique parti satis fiat; nam neque precipitanter agemus, neque rursus superflua mora utemur.

23. Septembris.

Proponitur nova forma decreti de iustificatione.

Die 23. Septembris fuit congregatio, in qua interfuerunt duo et quadraginta episcopi. In ea card. **de Monte** exposuit, nusquam a labore cessatum esse, ut decretum de iustificatione tandem iuxta patrum desiderium in meliorem formam redigeretur. Qua in re multum insudasse dixit Rmm collegam suum 2. Nunc ideo patres convocatos fuisse, ut decretum ipsum audirent, cuius deinceps copiam unusquisque habere posset, ut tandem re bene cognita suas omnes proferre possent sententias.

Tunc Angelus a secretis decretum ipsum patribus legit, a priore forma et verbis dissimile. Ceterum eadem utriusque substantia eadem 3 pene fuit, ita ut frustra sit eandem cantilenam repetere 3.

Lecto decreto card. **S. Crucis** Non, inquit, negavero, quin diu et multum laboraverim, ut decretum in hac quam audistis formam redigeretur; sed non solus laboravi, neque hodie ad vos afferimus decretum perfectum, sed rude et quod lima adhuc fortasse indigeat. Hec a me dicta eo pertinent, ut intelligant patres neque meum hoc esse partum, neque ut perfectum et undique expolitum vobis afferri, et propterea adhuc in eo a vobis omnibus laborandum esse.

Rogavit deinceps | card. **de Monte** card. **Giennensem**, ut de iis diceret, quid sibi videretur. Ego, inquit ille, nihil habeo, quod proferam, nisi quod forma decreti mihi admodum placet; ceterum sententie 4 ponderande erunt, antequam sententie dicantur.

Mox card. **de Monte** Habebimus, inquit, congregationem theologorum, qui sunt extra gremium, ut audiamus eorum sententias super ipso decreto. Placetne igitur illos publice an privatim audire? Omnes responderunt: publice.

a *sic, repetitur.*b *sic.*

1 i. e. regni Neapolitani episcopi (qui et ipsi Hispaniarum regi parebant).

2 Per multa illorum secundi praesidentis studiorum inveniuntur vestigia in compluribus tabularii Vaticani et bibliothecae Vaticanae codicibus, de quibus hic loqui

non est nostrum. Maxime adiuvabatur in eiusmodi rebus Sirleti familiaris sui diligentia ac doctrina.

3 Indicatur his verbis, quam parvi Severolus noster iuris studiosus disputationes theologicas fecerit.

4 i. e. singulae propositiones decreti.

Tunc episcopus **Belcastrensis** Habeo, inquit, quid patribus dicam. Factaque sibi potestate loquendi dixit se plurimum laborasse, ut munus sibi a Sm^e D. N. nuper iniunctum, quoda circa comoditatem victus synodi plurimum versatur, impletet, habuisseque card. Tridentinum in omnibus propensissimum, verum cives civitatis in uno maxime eius voto
5 adversari, quod est circa pensiones domorum, quas nimium auctas pati nolunt ut reducantur. Propterea se petere a synodo, ut in hac re maxime sibi tres vel quatuor prelatos adiungeret. Datique adiutores et consultores fuere archiepiscopus Aquensis, episcopus Gadditanus, episcopus Castellimaris et Aquinatensis omnium consensu.

27. 28. 29. Septembris.

Die lune, Martis et Mercurii fuerunt habite **congregationes theologorum** 140 V
10 auditeque eorum sententie circa ipsum decretum de iustificatione.

1. Octobris.

Examinatur decretum novum de iustificatione.

Die Veneris prima (Octobris) fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Postquam, inquit, audite sunt theologorum qui sunt extra nostrum gremium sententie super decreto de iustificatione, reliquum est, ut etiam patres suas proferant sententias, ut tandem suprema manus huic decreto imponatur. Quo facto statim ad articulum residentie descendemus,
15 in quo nos parati sumus nec aliquid amplius expectandum erit. Si qui tamen erunt, qui non venerint parati ad dicendam sententiam super ipso decreto, poterunt in aliam diem dicere, et interim audient ceteros dicentes.

Tunc card. **Giennensis** Ego quidem, inquit, sum ex illis unus, qui non satis paratus ad dicendum huc accessi, nec habeo in animo dicere aliquid, nisi prius audiero
20 patrem Sotum de hac ipsa materia dicentem, cuius sententia nundum audita fuit.

Adderetur in congregatione pater Sotus, sed tamen card. de Monte illo misso se ad archiepiscopum **Aquensem** se^o convertit, qui suam protulit sententiam, idemque
25 suo ordine fecerunt plerique alii, omnesque decretum ipsum mirum in modum laudaverunt. Verba tamen quedam a singulis notata fuere, que vel ad maiorem claritatem, vel ad decorem pertinebant. Pauca admodum dicta sunt, que sententias ipsas decreti tangerent; nam et idem quoque a theologis, qui extra gremium sunt, antea factum fuerat.

Chironensis episcopus, postquam satis superque decretum laudavit, addidit, quantocius ad eius expeditionem properandum esse; quam expeditionem si quis impediret, magis christianam rem publicam proderet maiusque peccatum haberet, quam ludas
30 Scariot.

Sed et **Fesulanus** magnopere hortatus est patres ad decreti expeditionem, quod ni, inquit, feceritis, patres, cavete ne dum nimiam moram queritis, fugiat vobis occasio. Hoc tamen se cupere dicebat, nisi forte aliquis tractatus haberetur inter Cesarem et Lutheranos, quod certe decens non esset impedire. {Addidit preterea in hoc decreto
35 desiderare quod et in omnibus aliis desideravit semper, ut adderetur *ecclesiam universalem repraesentans.*) %

2. Octobris.

Examinatur idem decretum de iustificatione.

Die sabati 2. Octobris fuit congregatio, in qua cum card. **Giennensis** se nundum ad dicendum paratum esse dixisset, primus omnium **Senogaliensis** episcopus dixit,
40 cuius sententia quod ad ipsum decretum pertinebat parum admodum ab aliis, qui pridie eius diei dixerant, dissentire visus est (preterquam quod se desiderare dixit, ut

a *Sequitur in cod. hic* est, *quod superfluum fit propter* versatur *sequens* b *deletum* hora 20. fuit ...
c *corr. pro* Septembris. d *sic.* e *sic, repetitur.* f *deletum* paucis quibusdam exceptis.
g *Additur partim intra lineas, partim in marg.* h *Ms.* Septembris.

1 Nominatus erat commissarius synodi loco Cavensis.

2 Qui loquebatur post generales (cum tantum theo-

logus esset et cum theologis loqui debuisset); cf. infra 10. Octobris. Deinde 11. eiusdem mensis Giennensis cardinalis sententiam dicebat.

in prefatione decreti uterentur patres titulo, de quo in ceremoniali Romane curie per Leonem X. approbato) a Tum Cogor, inquit, meam patribus aperire sententiam. Nihil ego magis desideravi, quam [ut] hoc sanctum decretum ad consolationem universi christiani cetus ederetur, idque sepius in hoc sacro loco testatus sum. Sed nunc videor mihi mutasse sententiam et maxima quidem cum ratione, ut mihi quidem videtur. Nescio 5 enim, quomodo factum sit, ut hoc concilium semper apud omnes parve fuerit existimationis; sed si alias parve existimationis, nunc certe nullius esse omnes scimus. Id sive tumultu bellorum factum sit, sive alia de causa, non satis compertum habeo. At nunc, ubi nullam penitus retinemus existimationem, tam grave decretum, quo nullum esse gravius potest, promulgare, certe laudare non possum. Quamobrem mea est sententia, 10 ut antea quam decretum huiusmodi sanciretur, serio vocarentur prelati absentes, nedum qui Patavii, Venetiis et in locis sunt vicinioribus, sed omnes protinus, qui adesse debent, punirenturque non venientes acerrime. Sed inprimis | locus ipse sisteretur, quod nutare videtur et a multis ceu suspectus reiicitur. Interim vero, dum prelati vocantur, poterit sancta synodus reformationis materiam agredi, qua una existimationem sacerdotalem 15 pene amissam recuperare et perditam adipisci poterimus. Quodsi locus vel tempus non patitur talia nos agere, relinquatur decretum huiusmodi alias melioribus auspiciis sciendum; non enim nos primi erimus, qui materias discussas in aliud tempus commodius reiecerimus. Hec volui patribus dixisse, ne in re tam gravi gravem redderem conscientiam meam. Vestrum nunc erit id agere, quod rei et temporis videbitur opportunum. 20

Hec quidem is memoriter dixit, cum <ea que ad decretum pertinebant> bex scripto recitasset.

Dixere deinde plures alii sententiam, inter quos **Bossanensis** et **Castellimaris** ac etiam **Lancianensis** a sententia Senogaliensis non abhorruerunt. Addidit **Castellimaris** considerandum esse a patribus, num deceret hoc tempore decretum 25 huiusmodi sancire, in quibus habemus Cesarem et murum et antemurale decertantem pro nobis et universa ecclesia [contra Luteranos, ut tandem cogat et compellat eos ad veniendum ad concilium, quoniam hoc decreto firmato nihil amplius reliquum erit, quo persuaderi possint Lutherani ipsi ad veniendum ad concilium, quoniam hoc uno decreto tota pene eorum doctrina convellitur; nisi forte, quod absit, iterum velimus semel decisas 30 materias per hoc sacrum concilium iterum sub incudem revocare.

5. Octobris.

Examinatur idem decretum.

Die Martis 5. Octobris hora 20. fuit congregatio, in qua **Bitontinus** et plerique alii super decreto ipso dixere sententias, mirum in modum laudantes ipsius decreti doctrinam et ordinem, ceterum aliqua verba respuentes, ut et a superioribus factum fuit. Inter eos autem, qui sententias dixere, episcopus **Pacensis**, **Astoricensis**, **Aquinatensis**, **Oscensis** et **Calaguritanus** sententiam episcopi Senogaliensis laudavere tam circa titulum decreti, quam circa dilationem in aliud tempus, quo magis frequentior esset synodus. Addidit **Astoricensis** nedum utile esse, ut exprimeretur in decreto *universalem ecclesiam representans*, sed etiam necessarium, quoniam alias, cum non constaret de auctoritate synodi, quod se iis verbis pronuntiasset iudicem competentem, decretum non valeret. 40

x43 Adversum quem **Alifanus** dixit: Nihil ergo hac ratione valuerunt | vetusta illa concilia, que ante Constantiensem synodum fuere celebrata, cum constet nullum eorum tali titulo usum?

Omnes satis intelligebant omnia hec ab Ispanis dicta, ut decreti expeditio retardaretur in Cesaris gratiam Q et propterea a multis parum libenter audiebantur. 45

6. Octobris.

Examinatur idem decretum de iustificatione.

Die Mercurii 6. Octobris fuit congregatio, in qua dixerunt sententias episcopi **Canariensis**, **S. Marci**, **Caputaquensis** et **Minorensis**. Quorum trium primorum omnis

a additum in marg.

b corr. in marg. pro reliqua.

c deletum cui morem se gerere arbitrabantur, si integra permanerent ea, que .

orationis vis eo pertinuit, ne decretum huiusmodi tam grave tamque ab omnibus expectatum tam parvo numero prelatorum decerneretur. Addiderunt quoque, nec si adessent quidem patres, hoc decernendum esse, sed expectandum prius, an Cesar Lutheranos ipsos vi et armis, postquam aliter res geri non potuit, cogere posset ad veniendum ad concilium. Interea vero censebant ad abusus nostros pertranseundum. Si tamen decernendum decretum esset, quod nequaquam ipsi faciendum censebant, non aliter decerni debere, nisi addita in initio ipsius decreti clausula *universalem ecclesiam representans*.

Mox multa Canariensis de incertitudine gratie diseruit, adversus quem Minorensis multis verbis diseruit ut ostenderet, nos certitudine fidei certos esse de salute nostra absque speciali revelatione.

7. Octobris.

Examinatur idem decretum.

Die Iovis 7. eiusdem dixerunt sententias abbas unus ordinis s. Iustine, itemque duo generales ministri ordinis Franciscanorum, suscitataque iterum fuit controversia, an ex Scoto probaretur gratie certitudo. Cui tandem card. de Monte silentium imposuit; nam card. S. Crucis aberat dolore pectoris impeditus.

8. Octobris.

Examinatur idem decretum.

Die Veneris 8. eiusdem dixerunt sententias **procuratores card. Augustani et archiepiscopi Treverensis**, et post eos **generalis minister Augustinianorum**. Cuius sententia maxime eo pertinuit 1, ut admoneret patres, ut quam oculatissimi esse vellent, ne dum Lutherum et ceteros sequaces damnare cupiunt, etiam nostros catholicos damnent. Inter quos Contarenus² et Egidius³ cardinales sibi hoc decreto damnari videntur, et cum ipsis Albertus Pighius et alii plures. In eo⁴ scilicet unam tantum iustificationem esse eamque ex operibus nostris nasci in decreto ipso | firmabatur, eorumque quos supra nominavimus cardinalium et ceterorum sententiam explicavit sententia Augustini et divi Bernardi comprobata, ut scilicet in iustificatione ipsa, hoc est in ipso quidem actu iustificandi, dum solutus vitalibus nexibus coram tribunali Dei se iustum reddere intendit, nedum propria bona opera adferre, sed etiam ipsius Christi iustitiam⁵ <que Dei iustitia^a appellatur> 0. Neque, inquit, timendum est, per huiusmodi opinionem satis factioni et bonis operibus nostris detrahi, quoniam, si recte inspiciatur, ipsas maximopere confirmat. Nisi enim aliquid essent coram tribunali Dei, adferende non essent, et gratia, quam per Christum meruimus, non posset rei, que non est, incrementum dare, quemadmodum Augustinus dixit iis, qui propterea, quod viderent ipsum magni facientem gratiam, dicebant negare liberum arbitrium, at ille inquit: Dum maiorem gratiam facio, tunc maxime liberum arbitrium magni facio; quod nisi adesset, per gratiam augeri nequiret. Neque rursus | timendum est, per hanc ipsam opinionem purgatorium negari aut infringi. Nam si ita est, ego omnium primus damnari illam cupio. Sed queso advertatis, quoniam iam non dicitur quod statim, quod quis presentat se tribunali Dei offerens nedum merita propria, sed et Christi, plene iustificetur, ut statim ad gloriam assumatur, sed ita dicimus eum hominem iustificari, ut dignus habeatur, qui in purgatorium mittatur pro satisfactione penarum temporalium; nam certum est omnes qui in purgatorio sunt iustificatos esse ex eo, quia certi sunt de gloria celesti sibi aliquando debita post lutionem penarum temporalium. bAddidit se hęc patribus dixisse non ut ita sentiret, sed ut totam rem ob oculos synodi iudicandam proponeret, in hoc se saltem synodo satisfecisse dicens, ne scilicet tot patres inauditi per synodum damnarentur.

a add. in marg.

b deletum Hec non ego dixi patribus . . .

2 ^a aynaldus ad 1546? n- 132.

De Casp. Contarini doctrina cf. *F. Dittrich*, Uasparo Contarini. Braunsberg 1885. V. supra p. 83, adn.^a 1, p. 88, adn. 1.

Aegidius Viterbiensis videtur intellegi, qui inter multa alia scripsit commentarios in primum librum sententiarum Petri Lombardi. *Fabrizius*, Bibi. lat. ed. *Mansi* (Florentiae 1858) I, 23. *Ossinger*, Bibi. August. Concilium Tridentinum. I.

p. 190 — 198. *J. Hergenröther*, Kirchenlex. 2 I, 255. — De A. Pighio vide quae adnotantur supra p. 83, adn. 1.

4 sc. decreto.

5 Noli turbari eo, quod ex una constructione (ut . . .) transeat in aliam (*aecus, cum inf.*). quod saepe accidit Severolo.

6 Abhinc usque l. 40: Raynaldus ad 1546, n. 132.

9. Octobris.

Examinatur idem decretum.

Die sequenti dixerunt sententias generalis minister ordinis Servorum et Sotus Dominicanus, uterque bene et accomodate, uterque tamen imputativam iusticiam ponere visus est, sed ita tamen | eam posuit generalis Servorum bonam esse, si non illi soli fidamus, sed utrique, hoc est etiam operibus nostris, magis tamen iustitie Dei. Id etiam Sotus firmavit, dummodo ita accipiatur, ut non equaliter omnibus imputari dicamus, sed pro quantitate gratie et operum nostrorum.

n . Octobris.

Examinatur idem decretum de iustificatione.

Die lune 11. eiusdem fuit congregatio, in qua card. Giennensis suam dixit sententiam /, multa ex multis a patribus dictis colligens, et inprimis firmavit, que a Soto dicta fuerant, addique in decreti principio volebat non comprehendi virginem Mariam in decreto, ubi dicitur: omnes nascimur filii ire. Quod autem pertinebat ad articulum de duplici iustitia et ad aliuda de certitudine gratie, magnopere cupere se dixit, ut his de rebus particularis discussio fieret, ne res tanti ponderis indiscussa remaneret. Quod attinet ad ea, que a nonnullis dicta sunt, an hoc tempore expediret decretum publicari propter Cesarem, se nihil dicturum dixit; hoc unum se cupere, ut mature res digerantur et examinentur; quod cum factum erit, cogitabit synodus, quid expediat.

Post card. Giennensem dixerunt sententias archiepiscopus Spalatrensis et episcopus Placentinus, qui nundum | sententias dixerant, cumque post ipsos episcopus Castellimaris ad ea, que in quadam alia congregatione dixerat, aliqua adnectere cuperet, propter hore tarditatem res in alteram diem dilata est.

12. Octobris.

De eodem decreto iustificationis.

Die sequenti Castellimaris sententiam dixit, sed nihil tamen, quod antea dictum non fuisset, et post eum episcopus Aquinatensis, qui dissolvere nixus est ea, que a generali Augustinianorum deducta fuerant. Deinde episcopi Paduanus et Tarvisinus, qui eo die primum ad congregationem accesserat, decretum uti a patribus confectum fuisset se probaturos dixerunt.

Deinde card. de Monte recensitis quorundam frivolis opinionibus et annotationibus super decreto factis facile ostendit, levem fuisse quorundam nimiam scrupulositatem, admonuitque patres et presertim episcopum Castellimarem *, ut vellent cum sententias dicunt integras illas proferre, nec sperare ius sibi esse dicendi quotiescumque vellent, quoniam eo modo et ordo turbaretur et rebus gerendis non minima difficultas adderetur. Et quoniam, inquit, a nonnullis preter ea que proposita fuerant nonnulla tacta sunt, cogor, quo magis res eluceat, verba facere. Fuerunt inprimis qui arbitrarentur, neque conditiones temporum neque rem ipsam pati, ut in presentiarum tale decretum, quod ab omni orbe expectatur, promulgaretur. | Quorum sententias, ut libere dicam quid sentio, non satis ad res propositas adaptari posse video, quoniam (cum nihil hactenus a nobis de ipsius decreti promulgatione dictum fuerit, sed tantum ut examinaretur materia, ut stabiliretur id, quod quandoque promulgandum esset) apparet huiusmodi sententias nimis preproperas fuisse. Nos, ut iterum explicatius dicam, nihil locuti fuimus neque loquimur de ipsius decreti promulgatione, sed id tantum querimus, ut rei a nobis propositae veritas habeatur decretumque ipsum ita firmetur, ut nihil in eo amplius desideretur, quam approbatio in plena sessione facienda, ut tandem materiam residentie agredi et pertractare possimus, ut tandem uterque decretum, si ita sinodo videbitur, sanciri possit. Quod antequam faciamus libenter audiemus omnes, et si videbitur maiori et saniori parti non

a sic.

b M. s. is.

c M. s. nissus.

d M. s. fuerat.

1 Post Sotum, quem prius audire se velle dixerat, cf. supra i. Octobris.

convenire, ut decretum de iustificatione promulgetur, poterit a promulgatione abstinere. Nec quisquam deesse nobis auctoritatem dubitet, quoniam auctoritas concilii non in prelatorum numero, sed in divina promissione et in auctoritate convocantis concilium permanet et permanebit semper, etiamsi multo pauciores essemus, quam simus¹. Quorum
 5 neutrum nobis deesse neminem dubitare puto. | Alii de reformatione cleri agendum esse dixerunt neque permittendum, ut iustificationis materia sine decreto de residentia promulgaretur, alii ante omnia a clero ipso et ambitionem et avaritiam submovendam esse dixerunt. Que sententie si recte inspiciantur, nihil nisi nostram segnitiam et negligentiam notare videntur, quasi hic de suplenda prelatorum negligentia agatur. Quod equidem
 10 comandandum esset, si modo aliqua adhuc deprehendi in nobis negligentia posset; sed cum longe aliter res se habeat, quorsum hec admonitio? Sciunt enim patres, quod cum a Smo D. N. indictum fuisset concilium, primum ut de fide, deinde ut de morum reformatione tractaretur, ut in litteris, quarum auctoritate concilium indictum fuit, constat, nos verba huiusmodi, quamvis ordinem successivum denotare viderentur, ita, ut non ante
 15 de moribus agendum esset, nisi postquam omnis de fide controversia sopita fuisset, nos benigne verba huiusmodi interpretari voluimus, satisque eis factum putavimus, si vel simul utrumque negotium absolveretur. Quod et re ipsa prestavimus, ita tamen, ut semper negotium fidei primas obtineret partes. Quamobrem nihil innovamus, dum in examinatione huius articuli procedimus, sed semitas a sacro hoc cetu statutas inviolatas servamus. Estis enim mihi, patres omnes optimi, testes, me sepius (dum calcar verbis
 20 meis vobis addebam) b, edixisse, ut (tandem) c manus extrema huic decreto imponeretur, quo citius reformationem morum agredi possemus, et inprimis ipsum de residentia tractatum, qui non minimam reformationis partem secum trahit. 2 Quam inquam reformationem nemo nobis d magis unquam concupivit, scimusque eam non minus Smo D. N.
 25 cordi esse, quam nobis et unicuique vestrum. Et inprimis hanc, quam nonnulli notaverunt, avaritiam extirpare quantum possumus nobis in animo est. Quam in re non parum faciemus, si veterum statuta observaverimus, nempe ut omnium ecclesiasticorum provenituum quatuor partes faciamus, quarum una pauperibus Christi detur, altera clero, tertia fabrice ecclesie impendatur, reliqua* vero duntaxat nostris necessitatibus reservatam esse
 30 sciamus. Quod ad ambitionem attinet, et id resecandum erit; sed hec pars non minus secularis principes, quam ecclesiasticos tangit, quoniam et imperator et Gallorum rex in ecclesiis, in quibus elligendi ius habent, coercendi erunt. De titulo vero decreti, et an illa verba *universalem ecclesiam representans* addenda sint in prefatione ipsius decreti, statueram nihil me velle dicere. Sed in eorum gratiam, qui tunc non interfuerunt, cum
 35 hec contro|versia a quibusdam suscitaretur, et maxime oratorum regis Chrml, aliqua dicere cogor, et inprimis quod hic de quo agitur titulus nunquam ab antiquis conciliis usurpatus fuit. Constantiense concilium primum hoc titulo usum est, sed eo tempore, quo nullus indubitatus pontifex maximus erat, et postquam Ioannes XXIII, qui maiorem papatus partem obtinebat, papatu cesserat. Quod quidem concilium nihil commune
 40 habet cum isto ab unico et indubitato papa indicto. Basiliensis vero synodus quam feliciter hoc titulo usa fuerit vos omnes scitis. Iis aliisque multis rationibus, cum de re huiusmodi alias ageretur 3, dictum fuit ab hoc titulo abstinendum esse, nisi aliter et legatis et synodo quandoque videretur, idque ab omnibus, paucis exceptis, firmatum fuit. Quorum qui sua in opinione permanserunt, id etiam in sessionibus firmaverunt, quod et nunc, si
 45 ita eis videbitur, facere poterunt, quoniam nos cum neque rei neque tempori necessarium esse huiusmodi inflatum titulum cognoscamus, ut apponatur nolumus, nisi tamen vobis videatur cum illis verbis et hoc addendum esse, videlicet *universalis synodus universalem ecclesiam representans a Smo D. N. papa, qui unicum in ecclesia militanti caput est et Christi vicarius, legitime convocata* etc., quo casu facile patiar addi verbum *universalis*
 50 *ecclesie*. Addo etiam, quod sive exemplum] Constantiensis, sive etiam Basiliensis [concilii] accipiamus, neutrum casui nostro deserviet, quoniam in iis omnibus consentientibus titulus *universalis ecclesie* appositus fuit. At hic nedum aliqui contradicunt, sed longe

a sic.

b in marg.

c add. supra lineam.

d M s. nos.

1 Spectat ad ea, quae 2. Octobris (supra p. 104, 1. 2 ss.) dixerat Senogalliensis.

2 Abhinc usque ad *maior pars* (infra p. 108, 1. 1) Severoli relationem transumpsit Raynaldus ad

a. 1546, n. 133, non sine variis, ut solet, textus mutationibus.

3 De titulis conciliorum Constantiensis et Basiliensis cf. supra p. 39, adn. 1 et Massarelli Diar. I ad 10. Ian. 1546.

maior pars. Nec quicquam facit ceremoniale Romane curie ab aliquibus allegatum, quoniam neque verum est, quod a Leone X, ut dictum fuit a nonnullis, confirmatum fuerit, nec ulla est tante auctoritatis, quod nobis legem prefinire possit; Leonis X epistola sive breve, quod in prima facie illius operis est, prohibet ceteris librariis, ne huiusmodi librum imprimant, sed librum ipsum non confirmat. — Erit igitur conclusio (ut ad iustificationis materiam revertar), ut sententie tam patrum quam theologorum extra gremium colligantur et iuxta illas decretum corrigatur per deputatos et alios ad hoc coram nobis vocandos. Et interim, quoniam duo adhuc non satis examinata videntur, nempe de duplici iustitia, imputativa scilicet et inherente et de certitudine gratie, hec examinabuntur tam per theologos extra gremium, quam per patres, ut tandem imposita ultima manu huic decreto mox materiam de residentia adgrediemur.

Que cum cardinalis dixisset et probarentur ab omnibus, finis congregationi impositus est.

5. Novembris usque ad 1. Decembris.

Continuatur examen decreti reformati. De certitudine gratiae.

Die Iovis 4.2 Novembris fuit congregatio; dicteque fuerunt in ea a pluribus ex patribus sententie super ipso decreto de iustificatione recens iuxta antiquam patrum censuram non paucis in locis emendato.

Hanc congregationem secute sunt alie multe habite singulis diebus, diebus festis exceptis, usque ad diem primam mensis Decembris, in qua omnium postremi Archintus et camerarius auditor dixere sententias, utpote qui postremi ad concilium accesserant.

Patrum sententie in hoc plurimum versate sunt, primum ut veritas inveniretur eius articuli, quoda in controversiam positum erat, nempe an quis citra revelationem possit esse certus in hac vita se esse in gratia Dei. Qua de re ita inter se pugnaverunt patrum sententie, ut difficile sit invenire, in quam partem maior pars inclinaverit.

Giennensis cardinalis et cum eo Hispani omnes compluresque alii probate doctrine et virtutis negaverunt quemquam certum esse posse; laudabant tamen eum, qui crederet se esse in gratia.

Contra card. de Monte sentire videbatur, et habebat sue sententie assertores non paucos, et inprimis episcopum Salpensem et Minorensem et generalem s. Francisci Conventualium.

Media sententia non paucis placere videbatur, ut scilicet questio insoluta relinqueretur, quando huc concilium convenisse dicebant non ut catholicorum ad invicem pugnantium controversie dissolverentur, sed ut errores et hereses extirparentur.

Alter articulus erat, in quo maxime herebat synodus, an cum iusticia nobis inherenti concurreret in nobis imputativa sive comunicata Christi iustitia. Qua de re a multis multa dicta sunt. Non pauci fuere, qui omnem conatum in eo facere viderentur, ut convellerent ea, que ex quorundam catholicorum sententia a generali ministro Augustinianorum 8. Idus Octobris recitata fuerant, ita unumquodque verbum captantes, ut ansam adversandi plerunque quesisse videri possent. Que omnia generalis ipse ita dissolvit in congregatione habita 5. Calendas Decembris, ut ab omnibus laudari meruerit.

a ^ C b M. s. iuxta. c M. s. nepe.

deleta Ostendit enim se locutum fuisse de eo iudicio, quod in actu pene mortis seu cito post mortem locutum esse *[sic]*, non de generali iudicio, ut a multis interpretata fuerant eius verba, et propterea in hoc cadere posse istam Christi imputativam iustitiam.

1 Ab hoc tempore usque ad 29. Octobris — cuius acta desunt apud Severolum — cessabant congregationes generales propter congregationes theologorum.

2 Error est; non die Iovis 4. Novembris, sed die Veneris 5. incipiebantur hae congregationes, ut ex Massarelli diario III constat. Severolum facile memoria fefellit, quia (id quod ipsa huius relationis forma docet) postea summam hanc partem conscripsit.

3 Philippus Archintus, 24. Martii 1539 factus episcopus Burgi S. Sepulchri, 29. Decembris 1546 trans-

latus Salutias, 1556 Mediolanum, f. 1558. Ergo non iam 1. Decembris 1546 erat episcopus Salutiarum, ut Massarelli ad h. d. eum appellat, sed S. Sepulchri: Tridentum venerat 22. Novembris 1546 (Massarelli diar. III: Applicuerunt Tridentum Rd. DD. episcopi Salutiarum, Archintus, et Parentinus, Campegius).

4 Est episcopus Albinganensis Ioannes Baptista Cicada, qui postea factus est cardinalis. Advenit teste Massarello (diar. III) 23. Novembris 1546).

5 In congregatione 8. Octobris, supra p. 105, l. 16 ss.

17. Decembris.

An decreto adnectendus sit articulus de certitudine gratiae.

Die Veneris 17.^a Decembris fuit congregatio, in qua card. **de Monte** iam (inquit) est, quod diis gratias habeamus, propterea quod iam portum, id est huius decreti de iustificatione finem propemodum atigimus. Unum tantum est, de quo hodie rogaturi sumus sententias vestras, id est an placeat vobis, ut una cum hoc decreto de iustificatione
5 adnectamus etiam articulum de certitudine gratie a nobis | proximis diebus disputatum, 149v
an magis patribus videatur istum articulum impresentiarum dimitti tanquam non omnino pertinentem ad materiam nostram. Quod certe nos probamus, ut citius ad finem decreti nostri perveniamus et tandem decretum de residentia agredi possimus.

Ad hec card. **Giennensis** Fui semper ego, inquit, in hac sententia, ut cum
10 decreto ipso de iustificatione articulus iste de certitudine gratie absolveretur tanquam omnino necessarius; alioquin video, nisi hoc agamus, frustra nos tot menses consump-
sisse, quoniam predicatorum alioquin nihil aliud in pulpitis debacabunt, nisi nos certos esse de gratia et non necesse esse tot opera. Et quod ad hoc me movet, est, quia iam arti-
culus est examinatus et plene discussus, et scimus quod omnes pene, paucis admodum
15 exceptis, fuerunt in opinione, ut non possemus esse certi de gratia. Quare non video causam, cur articulus iste indecisus dimittatur.

Tunc card. **de Monte** Sciunt, inquit, patres, quod examinatio, que a nobis facta est circa articulum de quo agitur, incidenter facta fuit et ad hoc tantum, ut ex ea per-
penderemus, quid deliberandum esset. At ex ipsius discussione vidimus nihil pene arti-
20 culum ipsum comune habere cum articulo de iustificatione, et propterea nunc dicimus, si ita patribus placebit, pretermittendum esse impresentiarum et ab eo supersedendum.
Si qua deinceps necessitas vel utilitas nobis suaserit diffiniendum hunc articulum, seorsum illum expellimus. Interim pretextu huius articuli totius decreti expeditionem retardare
velle iniquum quodammodo videretur. Preter hec advertendum est, quod cum hereses
25 anatematizemus in omnibus capitulis huius decreti, necesse esset et hunc articulum ana-
tematizare, quod nequaquam convenit, quoniam utraque pars a catholicis viris defenditur. Addidit et alia absurda, que sequerentur ex decreti expeditione.

Ad quo card. **Giennensis** Facile esset, inquit, colligere, si modo aliquis colligere
velit, et utilitatem expeditionis decreti et damnum, quod ex non expeditione provenire
30 potest, et propterea ego nonquam, quod ad me attinet, consentiam, ut unum sine altero expediatur.

Dixerunt deinde patres sententiam, diuque anceps fuit, que sententia obtineret, cum
utrinque assertores et non pauci essent. Vicit tamen eorum sententia, qui cum card.
de Monte senserunt, ut scilicet articulus de certitudine gratie omitteretur, nisi quatenus
35 adversus hereticos sententia dicenda esset.

In ea congregatione **Fesulanus** declamatione non parva persuadere nissus est, ut
omnino articulus cum decreto ipso expediretur, ne alioquin ii, ad quos pervenit, diu apud
nos agitatam questionem fuisse, pre imperitia [nos] non ausos fuisse in ea quicquam
decernere [dicant].

4^o Adversus eum multis verbis disseruit episcopus **Salutiorum** dicens: Satan nos
hoc tempore expectivisse⁰, ut cribraret nos, sicut cribratur triticum^d, ex eo apparet, i50v
quod, cum tam sanctum tamque expectitum¹ ab omnibus decretum pene absolutum
videat, sub pretextu huius frivole questionis nititur impedire. Addidit plura in hanc
sententiam, que ab **auditore Camere** mox repetita fuerunt, affirmans vere malum
45 spiritum nos invasisse. Quod verbum et card. **Giennensis** et alii plures ex patribus
<qui Giennensis sententiam secuti fuerant>⁶ egre ferre visi sunt.

20. Decembris.

Num statuenda dies certa sessionis. Altercationes.

Die lune 20. Decembris hora solita de sero, videlicet 21., fuit congregatio, in qua
card. **de Monte** Brevi, inquit, me expediam. Est duntaxat, ut patres admoneam,

corr. ex 13. b diis manus prima, recentiore manu correctum Deo.
c sic, confunditur expetere et expectare. d M. s. criticum. e in marg.

nos cogitasse, cum propemodum ad finem decreti (de iustificatione)³ pervenerimus, de indicenda sessione ac etiam de agrediendo tractatu de residentia, in quo articulo hoc unum pro nunc a sancta synodo cupimus intelligere, an silicet velit, quod statuatur residentia cum aliqua pena, an potius sine pena; et si cum pena, an cum temporali vel spirituali, et quenam digna pena vobis in hoc videatur; ad quem applicari debeat, et quis debeat esse illius executor. De iis igitur cogitabitis dicere sententiam in proxima congregatione. Quod ideo facimus, ne vos imparatos offendamus.

Cumque his dictis finem congregationi facere vellet, card. Giennensis Dicam ego, inquit, sententiam meam, si otium est audiendi. | Cui cum card. de Monte annuisset, Fui, inquit Giennensis, ut omnes sciunt, semper huius opinionis, ut deberemus semper prefinire diem sessionis, ne ab institutis veterum in aliquo recederemus. Verum postquam placuit, ne dies certa statueretur, et re ipsa cognovimus difficile esse cognitu ipsum tempus, quod ad sessionem statui debet, minime mihi probatur nec aliquo modo assentiar, diem certam pro sessione statui, antequam materie in sessione tractande expedite sint, ne iterum ad angustias redigamus nos. Sciunt enim patres hanc quam Rm presidentes nunc indicare cupiunt sessionem olim fuisse indictam celebrandam in mense Iulii, a quo tempore citra sunt sex pene menses (in quibus continue laboratum est)^c, et adhuc finem aliquem non videmus laborum. Propterea sum in sententia, ut nullo modo dies statuatur, antequam plene examinatus et perfectus sit uterque articulus de iustificatione et de residentia.

Reliqui patres se imparatos esse dixerunt ad sententiam dicendam, et propterea melius visum est, ut consultatio differretur ad aliam diem. Corcirensis tamen Decipimur, inquit — inuens, ut arbitrator, nimis in longum protrahi sessionem.

Ad quem conversus card. | S. Crucis Verbum hoc, inquit, neque vobis neque huic sacro loco convenit. Nos conscii nobis sumus neminem decepisse; proinde discatis aliter loqui.

Ad quem archiepiscopus Corcirensis: Fuimus hic diu sub expectatione sessionis.

Cui card. S. Crucis: Manere hic vestri est officii, nec potest aliquis episcopus, nisi periurus esse velit, ab hoc loco abesse, donec finiatur concilium.

Post hec card. Giennensis venia dicendi impetrata. Audi ego, inquit, et audiverunt omnes patres in externa¹ congregatione quendam prelatum, auditorem silicet camere, dicentem: in eos, qui dicebant decidendum esse articulum de certitudine gratie, malum spiritum intrasse. Ego ex illis unus fui, qui id sentiebam, et tamen scio malum spiritum in me tunc non fuisse, idemque credo de aliis patribus, qui una mecum fuere eiusdem sententie, neque arbitratus sum unquam malum spiritum fuisse in eos⁶, qui alteram partem defendebant, sciens plerumque fieri, ut bonus sit animus diversa sentientium. Quapropter admoneo illum, ut aliis desinat maledicere, alioquin silentio res non pertransibit.

Ad hec auditor camere se non dixisse aiebat malum spiritum intrasse in eos, qui adversam tuerentur sententiam, sed in toto gremio, quandoquidem jfnunquam deest tentator, quin malam seminet zinzaniam^a.

Post hec episcopus Salutiorum sibi fieri copiam dicendi postulabat, dicens, omnino congregationem vacuum pene esse, admonuitque Accursium² in quadam glossa admonuisse: Quod tibi non nocet et alteri prodest, de facili concedendum esse.

Cui card. de Monte Et ego, inquit, memini, Accursium eundem alibi dicere, quod ieiunus venter non audit verba libenter. At ego sum huiusmodi, et propterea non adeo libenter audire possum. Dicatis tamen.

Riserunt omnes patres argutam et improvisam cardinalis responsionem. Mox idem episcopus [Salutiarum] multa de diabolo tentatore multis et gravissimis scripture et sanctorum patrum testimoniis disseruit, que recensere opere pretium esse non duxi.

a add. supra lineam. b Ms. is. e in marg. d Ms. differeretur. e sic.

f In hac pagina extremæ linearum litteræ fere semper a ligatore sunt præcisæ, sed initio sequentium linearum alia manu, eaque — id quod vix dubitari potest, præsertim cum agatur de residentia episcoporum, quæ quaestio Palaeotti animum maxime commovebat — Francisci Nuccii, qui scriptor fuit Palaeotti, suppletæ.

¹ De huius vocis apud Severolum scriptione ac significatione cf. supra p. 85, adn. 2.

² Accursius cognomento glossator, auctor glossæ ordinariæ quæ vocatur, natus 1184, decessit Bononiæ

inter annos 1259 et 1263. Mazzuchelli, Gli scrittori d' Italia I, 1, 81—86. Savigny, Gesch. des romisch. Rechts V [ed. I], 237—277. Landsberg, Die Glosse des Accursius (Lips. 1883).

29. Decembris.

Indicatur dies certa sessionis habendae. De residentia episcoporum.

Die 29.^a Decembris hora solita 21. fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Duo, inquit, in hac congregatione hodie tractanda sunt, quorum alterum et primum est, indicare diem sessionis futurae, alterum vero de pena imponenda contra episcopos non residentes. Quod ad primum attinet, sunt octo pene menses, quod nullam habuimus
 5 sessionem, unde omnes nos vel otio torpere existiment necesse est, vel nihil agere velle, quorum neutrum equo animo audiendum est. Accedit quod sciunt omnes, nos circa decretum iustificationis plurimum imorasse, et ideo hoc a nobis expectant, ut diutinum partum edamus, et eo magis quod aporpinquat quadragesima, in qua solent plurimum mali homines seminare zinzaniambi, et propterea non est expectandum, ut plebes et
 10 pusilli diutius a nobis hoc petant. Et quoniam plerunque a pluribus admoniti fuimus, ut in rebus que a nobis proponuntur, nostram vellemus aperire sententiam², id tametsi sepius omiserimus, id tamen hodie cumulate prestabimus. Est igitur mens nostra nostra-
 que intentio, ut statuatur tempus sessionis dies octave epiphanie Domini, qui est dies decimus tercius mensis Ianuarii. Quod tempus iudicabimus sufficere tam ad absolutionem
 15 decreti de iustificatione, quod uno atque altero die absolutum erit, quam ad decretum de residentia. Circa quam residentiam considerabunt patres pro nunc hoc unum tantum de pena contra non residentes et eius executoribus. Animadvertant tamen patres, plures et graves quidem penas a iure comuni contra non residentes statutas esse, et propterea forsitan tutius esset meo iudicio ab illis non recedere, quoniam, ut sepe dictum
 20 est, si tempora nostra censuram antiquorum canonum non patiuntur, quomodo graviores rustinebimus? Agant tamen patres quicquid ipsi velint; nos enim eorum sententiis subscribemus. Et ne credant hoc uno articulo nos credere absolutum fore articulum de residentia et eius impedimentis, [sciant], quia hec non est intentio nostra, sed cupimus et volumus omnino omnia quantum possibile erit impedimenta summovere. Si tamen propter
 25 eorum numerum non omnia in hac proxima sessione absolvi nonb poterunt, poterunt altera die aut perendie expediri. Hoc unum est, nos interim nosb officio nostro non defuturos — prout hactenus non defuimus —, ut omnia absolvantur. Sed de impedimentis alias agemus. Nunc de articulis a nobis propositis sententie dicende sunt, et inprimis, an placeat dies indicationis sessionis a nobis proposita. Quod omnibus placere credimus,
 30 et ideo in nomine patris et filii et spiritus sancti dies sessionis future erit, | in qua cele
 brabitur octava epiphanie D. N. Iesu Christi.

Ad hec nonnulla card. **S. Crucis** adiecit, comemorans tria esse genera impedimentorum, quorum alterum erat in nobis, alterum a principibus sive a potestatibus secularibus, tertium est a Romana curia. Quod in nobis est, facile corrigere poterimus, si
 35 ad nos conversi aliquando cognoverimus non nobis propter nos ecclesias datas fuisse, sed propter plebes nostras. Quod a potestatibus secularibus provenit, aliter tollere nos non possumus nisi gravissimis censuris editis in eos, qui contra clerum aliquid moliantur. Quod vero a Romana curia emanat, Smß D. N. removebit, et iam nos parati sumus omnia tollere et sumovere, omnia inquam impediencia pastorum residentiam.

40 Mox card. **de Monte** multos canones a summis pontificibus latos in potestates seculares clerum impediencia recensuit.

Deinde card. **Giennensis** Quod attinet, inquit, ad indicendam sessionem, dixi in congregatione preterita sententiam meam, et quamvis nonnihil me moverint rationes Rf1 card. de Monte, nihilominus adhuc in eadem sententia persisto, ut silicet antequam
 45 dies sessionis promulgetur, expediantur prius materie determinande in synodo. Et certe, si vel saltem decretum ipsum de iustificatione omnino expeditum fuisset, facile discederem, ut hec dies sessionis promulgetur; sed videmus adhuc multa in ipso decreto restare imperfecta, et propterea mihi videtur, ut prius decreto ultima manus imponatur, quam dies sessionis prefiniatur.

a M s. 28, sed certe fu it 2g.

b sic.

1 Perstringere videtur episcopi Salutarum declarationes 20. Decembris editas.

2 Madrucius 18. Ianuarii voluerat prius legatorum audire sententiam, quam suam diceret (supra p. 20,

1. 32 s.), et 7. Aprilis et ipse et Paceccus praesidentes rogabant, ut ipsi prius dicerent sententias (supra p. 47, 1. 38 ss.), et alias similiter. Multo magis ii, qui a legatorum partibus stabant, id cupere debebant.

Giennensis sententiam secuti sunt **Hispani omnes**, et cum eis fuere **Senogaliensis, Fesulanus, Caputaquensis, S. Marci et Aquinas** episcopi, omnes numero ad sedecim. Reliqui vero legatorum sententiam secuti sunt.

Unus **Chironensis** omnem pene conventum conturbavit; nam ad Senogaliensem, i53v qui ante ipsum sententiam dixerat, | conversus se mirari aiebat, aliquos fuisse ita audaces 5 ac parum conscientie sue memores, ut tam sanctum opus, nempe publicationis huius sancti decreti ab omnibus exspectati, impedire vellent et sententiis legatorum adversari. Quibus verbis comotus **Senogaliensis** ad legatos conversus dixit eos non debere ferre taliter loquentem, idque etiam firmarunt **omnes Hispani**, et imprimis card. **Giennensis**. Dictaque hinc inde fuere non pauca verba et magno cum strepitu, adeo ut legati ipsum 10 Chironensem corripientes haud satis intelligerentur.

Omnium auditis sententiis card. **de Monte** Tametsi, inquit, videam non paucos in suo sensu abundare nec ullis rationibus comoveri ad consentiendum, ut tandem hec ab omnibus desiderata dies sessionis statuatur, nihilominus quoniam multo plures video sententiam nostram secutos fuisse, ideo in nomine Domini sessionem ipsam habebimus 15 die prenominato, videlicet die in qua celebratur octava epiphanie. Et quoniam hora iam tarda est, cras reliquum articulum de residentia et pena non residentium tractabimus.

30. Decembris.

De residentia episcoporum.

Die sequenti 30. Decembris fuit congregatio, in qua card. **Giennensis** horam cum dimidio de materia residentie erudite sane et copiose disseruit¹. Eius orationis summa hec fuit: residentiam esse de iure divino, quod maxime ex Caietano² comprobavit, 20 et episcopos non residentes ab Augustino pro episcopis non haberi, sed pro canibus. Ab Damaso³ vero papa meretricibus comparari, que partus suos aliis educandos tradunt⁴, ut possint luxurie et voluptatibus comparari⁰, cum idem quoque faciant episcopi non residentes, qui populum sibi commissum, ut voluptatibus et genio indulgeant, aliis regendum tradunt. Quamobrem statuendum esse residentiam de iure divino esse non ob 25 i54r hoc, ut pontifex maximus dispensare | non possit, sed ut sine causa non dispenset. Residentiam autem dico non unius aut alterius, sed omnium, qui episcopatum habent, quicumque sint illi. Cui consequens est residentia parochorum, sine quibus parochis vix est, ut episcopus muneri sibi iniuncto par esse possit, se scire affirmans, nullos pene hodie parochorum residentiam facere, quorum aliqui [absunt], quod exempti sint, alii 30 quod curiales, alii quod licentiam habeant et alii aliis de causis, ita ut omnis populus curatis commissus non per se, sed per mercenarios paschatur, quorum proprium est negligere gregem^{*}, pastoris autem mori, si opus sit, pro ovibus suis⁵. Ad hanc quoque residentiam firmendam facere multum dixit, ut statuatur, ne quis deinceps duos episcopatus duasve ecclesias curatas quovis quesito colore aut dispensatione obtineat, ne alioquin 35 omnis lex lata vel ferenda frustra sit. Penam autem contra non residentes hanc probavit, ut qui pro maiori parte anni non resideret, ea fructuum parte ipso iure privaretur, qua non resedisset, secundo vero anno omnibus fructibus, at tertio omnino episcopatu sive curato beneficio privaretur. Huius autem pene executores probabat concilia synodalia⁰, que restauranda omnino essent, ita ut quolibet anno sub gravissimis penis haberentur. 40

Contra hec omnia non pauci disseruerunt, et imprimis [archi]episcopus **Materanus**, 154V qui a penis a iure inflictis nullo modo discedendum esse arbitrabatur, nisi eas leniendo.

Cuius sententiam secuti sunt non pauci, immo plures, quamvis non defuerunt qui Giennensis sententiam probarent, et imprimis **Senogaliensis, Fesulanus, Caput aquensis et Portuensis** episcopus. Hic enim ultimus fuit, qui in hac congregatione 45 sententiam dixit, reliquorum autem sententie propter serum diei reiecte fuerunt ad alteram

^a ^b Ms. tradut. ^c sic, dixisse videtur provincialia. Vide infra die j>. Ian. i j 47 init., et acta Massarelli ad j>o. Dec. 1546.

Raynaldus ad a. 1546) n. 135*

² V. supra p. 32, adn. 1.

³ Est epistula illa a falso Isidoro compilata apud Hinschius, Decretales pseudo-Isidorianae (Lips. 1863)

^P 5[^]. *Mansi*, Cone. III, 444- *Damasi* opp. ed. *Migne* patrol. lat. 13, 439.

⁴ Io. 10, 12.

⁵ Io. 10, 11.

congregationem. Addiderunt sententiae Giennensis Fesulanus et Caputaquensis, ut antequam aliquid omnino de residentia statueretur, restituerentur inprimis episcopi plenarie ad sedes suas, alioquin se nihil dicturos de residentia dixerunt.

Portuensis gravius et modestius egisse visus est. Qui postquam omnia ad
5 residendum necessaria recensuit, Agite, inquit, patres, et videte, quid vobis in animo sit, et si quidem re ipsa residendum putatis et hac de re leges sancientes esse firmetis, serio sanciat, idque executioni mandetis, scituri id omnibus principibus christianis gratum futurum. Quodsi verbalem legem facere mavultis, cavete ab ipsa condenda, ne animos principum in clerum male morigeratum iratos valde excitetis in caput vestrum.

10 His explicatis, cum hora iam esset secunda noctis, (card. de Monte)" dixit: Ne turbetur aliquis vestrum, patres, propterea, quod videatis tam longos sermones habitos in re, de qua sententias vestras brevibus verbis intelligere cupiebamus, quoniam dabimus hac nos operam, ut decretum de hac ipsa re interim conficiatur, dum sententiae dicuntur, relicta pena | contra non residentes in albis, quae deinceps ex synodi decreto apponetur.

15 Et hic fuit congregatio finis.

155r

1547.

3. Ianuarii.

De residentia episcoporum.

Die 3. Ianuarii 1547 fuit congregatio, in qua episcopus Castellimaris et alii episcopi usque ad episcopum Syracusanum sententias dixere. Quorum Castellimaris et Lancianensis a sententia card. Giennensis non discesserunt, affirmantes residentiam de iure divino esse, idque debere statui cum acerbissimis penis, quarum
20 executores volebant esse synodalia provincialia quolibet biennio celebrandos.

Alii fuere qui distinguerent et multis validissimisque rationibus firmarent, episcopum oves pascere et pastorem agere iuris divini esse, at ipsum residere in uno loco magis quam in alio, cum haec distinctio diocesum sit a Petro et a successoribus, humani iuris esse. In hoc uno tamen concurrebant, residendum esse.

25 Addidit Lancianensis se presentem fuisse Rome, quando S^{as} S. rogavit ac lepidissima oratione admonuit episcopos ad residendum, in qua congregatione supra numerum octoginta episcoporum fuisse testatus est, qua oratione commoti episcopi se tum paratos esse dixerunt, dummodo impedimenta summoventur episcopis, ut possent maiore cum fructu | et dignitate suis gregibus inservire. Id benignissime se facturum
30 papa pollicitus est, factaque fuit ea de re bulla ampla et, quod plus est, ipsorum episcoporum ere soluta; sed deinceps bulla evanuit¹, quo factum est, ut episcopi non residerent. Quamobrem, inquit, si idem in Tridentino concilio fecerimus, nempe ut residentiam statuamus, impedimenta autem non summoveantur, frustra lex membranas occupabit.

155v

Veronensis episcopus multa adversus non residentes acerrime dixit, citavitque
35 inter ceteros patriarcham Venetiarum iam per duodecim et amplius annos a sua ecclesia absentem². Esse quoque non paucos asseruit, quibus datus est coadiutor, ita ut sint duo pene episcopi in una ecclesia, et tamen neuter eorum ut plurimum resideat. Alios vero esse affirmavit, qui cum episcopatus habeant, quorum census quingentos ducatos excedat, tamen non erubescunt sua interim ecclesia neglecta aliarum ecclesiarum mercen-
40 nario iure fungi, idque non caritate, sed precio et avaritia illecti.

a sic.

b add. supra lineam.

c M s. logos.

¹ Eiusmodi bullae, ambae »non publicatae« (ut dicunt notae Massarelli manu appositae) extant Arch. Vat. Conc. 90,^a n. i et 17, sed una XI Kal. Ian., altera pridie Kal. Ianuarii 1546 datae (Massarellus diar. III 11. Ian. 1547 notat: »Venit cursor ex Urbe cum bulla reformationis«), quare neutra hic potest significari. Videtur ea bulla, de qua loquitur Lancianensis, emanasse eo tempore, quo illa deputatio cardinalium pro emendanda ecclesia (cuius consilium v. apud Le Piat, Monum. conc. Trid. II, 596—605)

Concilium Tridentinum. I.

consiliabatur. At non esi eadem, de qua sermo est apud De Leva, Storia documentata di Carlo V t. III (Venezia 1867), 354, et F. Dittrich, Gasparo Contarini (Braunsberg 1885) p. 350, sed probabiliter alia (a. 1540 composita), de qua cf. Pallav. IV, 5, 4 et Dittrich p. 404.

² Hieronymus Quirinus, nobilis Venetus, patriae suae patriarcha factus a. 1524, a. 1541 prorsus abiit e dioecesi sua teste Gams, Series episc. p. 792. Ex illis Veronensis episcopi verbis iam antea eum abfuisse colligitur.

Fanensis non oportere aiebat episcopos sibi blandiri, ut minuant legis duritiam, quoniam fieri non potest, ut qui episcopus est, non teneatur iure divino gregem pascere; at quomodo pascent, si non |residebunt? Quod ad penas attinebat, sibi a penis iuris communis discedendum esse non videbatur, quinimo relaxandum censuit aliqua in parte antiquorum canonum rigorem. Penarum autem alium executorem esse non debere, quam pontifices maximos. Nam quod, inquit, a nonnullis dictum est de conciliis provincialibus, mihi placere non potest, quoniam credo nullo modo expedire, ut concilia ipsa renouentur, quoniam ea de causa abolita esse constat, quoniam plerumque in gratiam principum cogeantur, ut nihil aliud molirentur, quam ut pontifici Romano parum essent obedientes, quod ex gestis ipsorum conciliorum provincialium a trecentis annis citra colligi potest. At vetusta concilia aliter se egisse non est negandum; fuere tamen sepius causa multarum heresum *.

Ad hec a nonnullis dictum fuit concilio ultimo Lateranensi concilia ipsa provincialia de biennio in biennium celebranda renovata fuisse². Sed et episcopus **Salutiorum** multa ea de re disseruit, increpans vehementer eos, qui impedimenta a curia Romana ita tolli petant, quasi non omnia, quae pontifex agit, suo iure agat. Propterea admonuit non hec iure proprio petenda, j ut aliena, id est pontificis maximi, qui est universalis omnium pastor, per quem cura reliquis pastoribus demandetur. Adiecit ad hec formulam decreti ab eo conscriptam super ea re, de qua agitur, quam quoniam nemo patrum probare visus fuit, ideo omittendam censeo.

4. Ianuarii.

De eadem residentia.

Die sequenti dixerunt reliqui patres sententiam, quorum aliqua recensere sat est. **Pacensis** residentiam de iure divino esse firmavit, idque statuendum esse. Residentiam autem ita statuendam esse dixit, ut omnes curati nemine prorsus excepto residerent, declarareturque inprimis, cardinalatum cum episcopatu esse incompatibilem. Quod a se ideo dictum esse aiebat, quoniam videret amplissimos cardinales hac de re a pontifice nostro sententiam rogatos idem firmasse ac etiam litteris mandasse³, et propterea non esse sibi vitio dandum, si cum amplissimis illis patribus sentiat. Equum tamen esse affirmabat, ut aliunde cardinalibus iuxta gradum suum de redditibus ecclesie subveniretur. Nec minore cura agendum esse dicebat de inferioribus ecclesiis curatis, quoniam nisi curati et parochi resideant, nihil est <vel parum>⁴, quod prelati residentia desiderari debeat. Omnino autem significandum esse pontifici affirmabat, ut deinceps episcopatus et alia curata sacerdotia conferret et maxime episcopatus. Addidit propterea providendum, ne passim clerici sub pretextu clipei sive exemptionis apostolice delinquerent. Aliaque plura in hanc sententiam tradidit, quae pluribus rationibus ex iure desumptis **Astoricensis** episcopus firmavit expressitque inter alia, neminem amplius esse in sua diocesi, qui exemptus non sit, multaque marchioni Astoricensi a sede apostolica indulta fuisse meminit, propterea quod Bononie belle se in torneamentis gessisset. Quae adeo ecclesie damnose sint, ut propterea episcopus ab omnibus ibi negligatur.

Eandem quam Pacensis sententiam, aut certe parum dissimilem, protulerunt **Aquinas** et **Calaguritanus**, in eo maxime laborantes, ne cardinales episcopatus obtinerent, quoniam [cardinalatus] cum episcopatu incompatibiles sunt.

Oscensis cum multa haud dissimilia protulisset, addidit, ex scripto tamen, se mirari, quod convocentur episcopi, ut maior votorum numerus habeatur, qui eam teneant

a *Hic primo erat finis huius relationis et incipiebat Die sequenti ... (ut 4. Ianuarii). Postea ita, ut supra correctum est.* b *correctum (videtur Nuccii manu) pro quod.* c *sic.* d *add. supra lineam.*

1 Immo haereses causas conciliorum extitisse dicet, qui vere rem inspexerit. Cf. responsum Pacecci 8. Ianuarii, infra p. 117, 1. II ss.

2 Leonis X bulla *Regimini universalis ecclesiae* publicata in concilio Lateranensi quinti sessione decima 4. Maii 1515 (n. 9; apud *Harduin.*] Conc. coli. IX, 1775/1779 i *Bullar. Rom.* ed. Taurin. V, 617/621; *Raynaldus* ad a. 1515? n. 4. Cf. *Hergenrother*, Conc.-Gesch. VIII [Freib. 1887], 646/650) interstitia triennalia ordinantur.

3 Cf. p. 115, 1. 19 et adn. 2.

4 Deest aliquid, quod ex Massarelli actis, quippe quae brevissimam Pacensis orationis epitomen exhibent, suppleri non potest. Sed episcopus desiderabat, ne episcopatus conferrentur vel non residentibus, vel in specie cardinalibus, vel nisi dignis. Cf. orationem Cervini 7. Ianuarii, infra p. 116, 1. 30 ss.

5 sc. exemptiones.

sententiam, quam legati sequi videntur; sed et non minus mirandum esse, quod cum iam octo pene mensibus de articulo iustificationis tractatum sit, nunc velle nos tam paucissimis diebus articulum de residentia, qui non minorem habet difficultatem, expedire.

Aliphanus episcopus optime provisum esse quoad residentiam et residentie penas dixit, si a iure comuni non recedatur, ut scilicet unus in qualibet provincia a sede apostolica deputatus sit executor.

Dictis sententiis card. **de Monte** 1Non | sum, inquit, eius sententie, ut velim i5v omnia a patribus dicta recensere, neque illis respondere, qui ab aliis dissentire visi sunt. Dicam tamen aliqua, et inprimis quod pertinet ad illam questionem, an residentia sit de iure divino. RmM D. meus Giennensis multa dixit, sed tamen non mihi esse huius sententie visus est, ut vellet statui illam esse de iure divino; et licet aliqui post eum ita tenuerint, nihilominus maiori parti aliter visum est. Et certe non absque ratione. Scimus enim nos, et in hoc conveniunt omnes, ressidendum esse. Ad quid ergo quo iure id facere teneamur explicare? Certe si hoc fit, ne pontifex dispenset, ridicula est ratio, nam cum nemine episcopo non residente unquam dispensavit papa, et si vellet dispensare, non propterea prohiberetur, quoniam omnes fatemur aliqua esse impedimenta, que excusant episcopum non residentem. Ad quid ergo hoc statuere, ut onus nostris humeris ponamus, quod ferre non possimus? Aliqui fuerunt, qui cardinales omnino ad residentiam cogendos esse arbitrantur, et allegaverunt cartulam quandam quorundam cardinalium, qui alias id bonum esse pontifici suaserunt. Hoc sciant ii nihil esse, quoniam, tametsi cardinales ipsi interrogati a pontifice sententias suas dixerint, tamen non super ea re facta fuit aliqua lex, idque in causa fuit, quoniam multo plures ex numero cardinalium | et alii non contemnende auctoritatis viri ipsi pontifici maximo aliter faciendum esse i5sr multis et maximis rationibus dixerunt2. Sed quicquid sit, ego quantum in me est facile assentiar, idemque facturum puto Rm collegam meum, ut omnes quocunque gradu sint et cuiusvis existimationis residere cogantur, legemque ferri consentiam quantumcunque latam. Ut tamen expresse nominentur cardinales, equum esse non censeo; videretur enim ita de illis male existimari. Unum est reliquum, quod admoneam patres, ut quam brevissime possunt sententias dicant. Consumpsimus enim tres integras congregationes in hoc uno articulo de pena contra non residentes, quibus potuissemus discutere decem et amplius capita ad residentiam necessaria. Quamobrem si pauca hoc brevi tempore expedientur, non putetis per nos stetisse; verum fiet decretum et in prima congregatione patribus legendum traddetur.

Post hec card. **S. Crucis**, cum probasset ea, que a card. de Monte dicta fuerant, ad episcopum Oscensem conversus dixit, se adnotasse ex iisa que ipse paulo ante recitaverat, recte admonuisse, ne aliquis male de alio existimaret, sed mox in eum scopulum eum incidisse, quem ab aliis vitari debere volebat, dum scilicet in nos censuram | protulit, i5sv quasi vocaverimus episcopos complures, ut pluribus votis stipati nihil nobis non obtinere difficile sit. Nos si quos convocavimus, eos pro nostro officio convocasse non negamus; est enim hoc muneris nostri. Sed non ideo vocavimus, ut nobis haberemus promptos, sed ipsi cause, que Dei est. Et nihilominus, si quis recte perpenderit, nulli alii a nobis vocati fuerunt, quam ii, qui in decreti examinatione presentes ab initio fuerunt. Quam obrem ipse viderit, si recte locutus est. Quod autem postremo loco dixit, tantum temporis consumendum in decreto de residentia, quantum in decreto de iustificatione consumptum sit, ne alioquin in sessione detur materia protestandi, id quam bene quamque apte dictum sit, viderint patres. Et quid, inquit, Domine Oscensis, [refert], si breviori tempore hoc expediri potest? contemnemusne hoc temporis compendium? Hoc certe nemo dixerit, frustra laborandum, ubi opus non sit, et propterea hec protestandi materia esse non potest. Sed scriptum est: necesse est, ut eveniant scandala3; at rursum: Ve illi, per quem scandala evenerint3. Propterea antequam quis ad protestationem aliquam descendat, cuncta rimetur, sciturus quod nos omnino quavis protestatione non obstante habituros esse sessionem et decreta, si maiori parti videbitur, promulgaturos.

a Ms. is.

b correctum pro iustificatione.

c Ms. residentia, certe per lapsum.

d sic.

1 Raynaldus ad a. 1547, n. 2 hanc cardinalis orationem exhibet (perpaucis mutatis vel corruptis), at falso praeiungit: »ut acta concilii a Massarello conscripta testantur».

2 Massarelli acta nihil dicunt de hac re, quae illustrabitur fragmentis quibusdam actorum consistorialium post diaria edendis.

3 Matth. 18, 7 (Vulg. *veniant— venit*).

7. Ianuarii.

Proponitur decretum de residentia.

159r Die Veneris 7. eiusdem fuit congregatio, in qua R^{aj} de Monte legit decretum factum super residentia prelatorum et curatorum cuiuscumque ordinis, admonens patres, ut sequenti die venirent parati ad dicendum sententias suas, et interim mitterent scribas suos, qui eiusdem exemplaria sibi sumerent. Decreti autem hec fuit sententia:

Prelatos et curatos omnes, quocunque nomine censeantur, teneri ad residendum 5 sub penis a iure comuni inflictis, quas eadem sancta synodus quamvis desuetudine ab olitas innovat.

Et nihilominus vult, quod si quis per sex menses a suo episcopatu abfuerit absque legitima causa, eum a ipso iure suspensum ab administratione temporali; quod si per annum, vult suspensos eos esse etiam a divinis, post annum vero capitula teneantur illos 10 denunciare summo pontifici sub pena interdicti, ipseque pontifex possit iuxta contumacie vel absentie qualitatem, prout sibi videbitur expedire, episcopos privare vel aliam eis mulctam dicere

Item revocat omnes exemptiones¹ quovis pretexto aut colore quibusvis concessas, preterquam si que concesse fuerint in ipsa fundatione, vel ab immemorabili tempore citra 15 privilegiati sint in eorum possessione. Et si qua pro tempore ex causa ad certum tempus concesse fuerunt, cvult ipsos privilegiatos delinquentes posse per episcopos loci ! auctori tate apostolica, regulares vero ita demum ab episcopis puniri mandat et vult, si extra claustra deliquerint, si vero intra claustra, non, nisi prelatus regularium ab episcopo 20 monitus punire neglexerit.

Item iubet, ne quis episcopus quorumlibet privilegiorum vigore in aliena diocesi pontificalia exercent, nisi de diocesani consensu, et eo casu pontificalia in alios exercere non possit, quam in subditos eidem episcopo, a quo licentiam habuit.

Item iubet, ut curati omnes et qui beneficia obtinent in titulum vel comendam, que de iure vel consuetudine residentiam requirunt, per episcopos locorum auctoritate 25 apostolica ad residendum cogantur, perpetuis exemptionibus non obstantibus, temporalibus autem in suo robore permansuris.

Quo perlecto a R^m de Monte R^{ms} S. Crucis Duo sunt, inquit, que adhuc desiderari possunt meo iuditio ad hoc, ut lex de residentia promulganda vires obtineat. Alterum estd, ut posthac tales elligantur episcopi, qui cum fructu residere possint. Hoc 30 autem inprimis ad pontificem maximum spectat, et quamvis certi esse possimus, eum officio suo non defuturum, nihilominus nos pro nostro officio non deerimus tam nostro quam synodi nomine hortari ad hoc. Et quia non solum papa, sed et principes vigore privilegiorum sibi a sede apostolica concessorum episcopos nominare solent, dabimus 35 etiam in hoc operam, ut et ii tales nominent, | qui episcopatu digni sint. Quos etiam 160r litteris S^m D. N. admonere curabimus cum testatione, quod alioquin eorum nominationes posthabebuntur. Alterum caput est de executoribus penarum contra non residentes, qui quoniam non satis mihi videntur in hoc decreto expressi quoad penam silicet temporalem, desiderarem aliquos deputari per synodum, per quos fructus non residentium caperentur. Cogitabit tamen sancta synodus. 40

8. Ianuarii.

Examinatur decretum de residentia.

Die octava eiusdem hora solita convenerunt patres ad dicendas sententias super decreto de residentia. 1Quorum primus card. **Giennensis** Etsi, inquit, heri, dum lege retur decretum, auribus meis quodammodo applaudere visusa est, tamen re maturius considerata et singulis decreti verbis recte pensatis in eam descendo sententiam, ut mihi non placeat, et parcant mihi, qui illum fecerunt; dico quod nulla decreti pars prohemio 45

a sic.

b M. s. exentiones.

c M. s. hic praemittit et.

d M. s. et.

1 Giennensis et legati de Monte orationes paene l, 358]) addens: »ut acta concilii a Massarello con- integras transumpsit Raynaldus (ad a. 1547 > n- 3)> scripta testantur« ; pauca omisit, interdum habet lectio- perperam (sed nihilominus approbante Theiner [Acta nes corruptas.

excepto mihi placet. Et ut aliqua tangam, (mihi valde placuerunt dicta heri³ a R^mode S. Cruce, ut silicet daremus operam quantum possumus, ut episcopatus personis dignis conferrentur¹ At de hoc, quod inprimis curandum erat, nullum pene in decreto verbum [fit]. Preterea⁰ quantum ad ipsam residentiam episcoporum pertinet, non video quomodo
 5 provisum esse quisquam dicere possit, nisi inprimis caveatur expresse, quod nemo possit duos episcopatus obtinere, quocunque honore fulgeat, etiamsi cardinalis sit; alioquin decretum faciemus inane et vanum, et obligabimus | habentes plures episcopatus ad im-
 10 possibilis, quod nihil aliud est, quam conscientias illorum onerare et nihilominus non providere calamitatibus ecclesie. Quod ad penam et executores pertinet, utrunque remedium mihi leve videtur. Si tamen non videatur augenda pena, non negligatur executio, et propterea sum in sententia, ut alias dixi, ut executores sint talium penarum concilia provincialia. Que quidem concilia tot bonorum fuerunt causa, ut audeam dicere per ipsa conservari eam canonice discipline partem, quam habemus, et miror aliquem tam
 15 sancto et pio instituto velle obviam ire¹, cum utique post tot concilia generalia, etiam postremo loco per concilium Lateranense ultimum² confirmata fuerint. Quod ad curatorum residentiam attinet, melius arbitror fuisset nihil dicere, quam ita diminute loqui; quinimmo hoc — confirmare est eorum excusationes, <non illas tollere>^d. Scio enim non solere concedi in Romana curia, ut perpetuo quis non resideat, sed pro tempore; at confirmare ista nihil aliud est, quam introducere, ut auctoritate huius concilii nemo resideat. De revocandis vero exemptionibus non video, ad quid prosit decretum factum, nisi ut exempti
 20 in suis exemptionibus firmentur; nam si firmentur exemptiones | a fundatione concesse, i6ir si exempti ab immemorabili tempore debent remanere exempti, si denique temporales exemptiones firmentur, quis erit huius decreti fructus, aut in quibus casibus locum sibi convenire? Certe in nullo. De reliquis decreti partibus non est, quod amplius loquar; hoc unum est, decretum mihi non probari, et magis estc synodo nihil agere quam tale
 25 quid agere.

Ad hec card. **de Monte**, cum non parum commotam synodum animadvertisset ex verbis Giennensis, Ut patres, inquit, melius rem totam teneant, paucis respondebo ad ea, que R^ms D. meus Giennensis dixit. Et inprimis quod pertinet [ad illud], ut admoneamus et
 30 rogemus summum pontificem, ut episcopatus det dignis tali honores, id mihi cautum plene in ipso decreto videtur, plene inquam, quantum synodo et nobis decet. Certum est enim nostrum non esse, legem in hoc prefinire S^mo D. N., et si antea alique provisiones facte fuerunt circa tales promotiones episcoporum, fuerunt facte tunc, cum per capitula fiebant electiones episcoporum, quibus synodus iubere poterat. At nostra alia est causa,
 35 et propterea debet sufficere et abunde quidem sufficere id quod in decreto provisum est. [Legitque verba ipsius decreti in prohemio, ubi habetur: Sanctam synodum confidere S^mo D. N. (eiusque successoribus)⁰, ut tales posthac elligant episcopos, qui ecclesie regiminef iuxta canonicas sanctiones digni sint. Quod vero pertinet ad pluralitatem episcopatum, sciant patres id raro et non sine magna causa Rome concedi solere, ut
 40 liceat alicui duos episcopatus habere. Scio enim, quod cum R^{ma} Tridentinus⁴, tunc in minoribus constitutus, fuisset a capitulo Brixinensi postulatus, factam fuisse⁶ maximam diligentiam et multum disputatum, et tandem propter magnam ecclesie utilitatem hoc illi indultum fuit, quoniam non sine ratione creditum est, illum ita posse melius adversus Lutheranos et hereticos resistere. Preterea habemus exemplum Gregorii⁶, ut liceat alterum
 45 episcopatum in titulum, alterum in comendam habere. Sed quicquid sit, nunc de hoc non est sermo. Quando de reformatione plenius agetur, tractabitur de hoc articulo, et circa hoc considerandum erit, et si placuerit, poterit tunc prohiberi multiplicitas episcopatum. De pena ego non curo; quicquid in hac parte placuerit synodo, id facile sequar, idemque faciam de executoribus, quamquam non | video alium legitimum episcoporum
 16*

a Ms. eri. b Ms. confererentur. 0 add. in marg. a add. supra lineam.
 6 pro est ad illustrandum sensum Kaynaldus scribit esse conveniens. f Ms. regimini. s sic.

1 Spectat ad orationem episcopi Fanensis habitam 3. Ianuarii, supra p. 114, l. 6.

2 Cf. supra ad 3. Ianuarii p. 114, adn. 2.

3 Id dixisse Paceccum non intellegitur ex ea, quam supra Severolus de illius voto dat, relatione, sed ex epitome Massarelli in actis huius diei, et ultro posset

colligi ex oratione Cervini 7. Ianuarii habita, cui in hac quaestione non respondisse cardinalem Hispanum non est consentaneum.

1 Prudentissime legatus Tridentino cardinali, amico Giennensis, exemplo utitur.

5 Greg. I, cf. *Thom ass.*⁴ el. et n. eccl. disc. II, 3, 2, 12 ss.

executorem preter papam*. <(Quod ad exemptiones attinet, satis superque provisum est, nec amplius sine aliorum iniuria concedi poterat, quam concessum sit)b. Nam quod ad ea privilegia pertinet, que exemptis in fundatione alicuius beneficii vel collegiate ecclesie concessa fuerunt, vel que tanto tempore in usu fuerunt, cuius contrarii memoria non extat, iniquum esset illos suo iure spoliare. Quod ad temporales exemptiones spectat, 5 ita firmari volumus, si ex causa et ad tempus; propterea additum est in decreto: *contra certum prelatum*. Quod autem ad curatorum residentiam pertinet, unus duntaxat casus exceptus videtur, ut quando ad breve tempus concessae sunt¹, veluti iis², qui sunt in studiis vel aliis huiusmodi. Et propterea, salva pace Domini mei, mihi optime decretum providisse videtur in omnibus iis casibus. 10

Tunc Giennensis cum ad hec respondere vellet, Hoc, inquit card. de Monte, esset in infinitum procedere. Nolo, inquit Giennensis, respondere, sed unum verbum addere, et hoc est: me semper existimasse in rebus reformationis plus posse uno die pontificem, quam synodus | uno anno, et propterea cuperem hec per STM D. N. sanciri et nunc abstinendum esse nobis, quoniam in rei veritate hoc non est, quod a nobis expectat mundus. 15

Dixerunt deinde et alii patres sententiam, quorum aliqui cum Rmo Giennensi fuerunt, videlicet Fesulanus, Caputaquensis et Portuensis. Quorum precipua cura fuit ut admonerent, ne permitterentur episcopatus cardinalibus; alioquin futurum esse ut tenuioribus civitatibus provideatur, non etiam principalioribus Italie, quales nominarunt Neapolim, Mediolanum, Florentiam², Ferrariam et alias huiusmodi, quorum d curam in- 20 primis habendam esse dixerunt.

Cum his⁰ multis verbis Claramontanus sentire visus est. In eo maxime eius oratio fluxit, ne verbalem residentiam statuerent patres, utque ab ea nullus exciperetur, maximeque desideravit, ut et cardinales in decreto exprimerentur, tandemque totum decretum non sibi probari affirmavit, ut quod neque scandalis <obviam iret>e, neque quod ecclesie 25 iam colapse opem aliquam ferret.

Omnium magis contemnere decretum visus est Senogaliensis, dum asseruit de huiusmodi decreto se nolle sententiam proferre aliquam, quoniam tale esset, per quod potius ecclesia deformaretur quam reformaretur.

Dixerunt et alii complures sen|tentiam, sed adeo varie, ut difficile sit eas enumerare. Multa episcopus Feltrensis de provincialibus conciliis disseruit, enumerans singula concilia, ex quibus scandala aliqua vel errorum origines provenerunt. Quamobrem non satis ipse probare se posse dicebat, ut concilia ipsa provincialia instaurarentur. 30

Non pauci tamen in contrariam iverunt sententiam.

In hoc plures convenisse visi sunt, ne capitulorum esset officium denunciare episcopos non residentes. Alii hunc⁴ totum negotium ad provincialia concilia, alii ad aliquem apostolica auctoritate in qualibet provincia deputandum (sed pauci admodum), alii vero ad metropolitanum hoc negotium dari desiderabant, ita ut et metropolitanorum negligentia a suffraganeis denuncianda esset. 35

Dixerunt in hac congregatione sententias viginti episcopi. 40

9. Ianuarii.

Continuatur examen decreti de residentia.

Die sequenti dominica 9. eiusdem hora 20. convenerunt patres, dicteque fuerunt sententie tam varie, ut vix una aut altera convenire visa sit. Omnes tamen Hispani in hoc conveniebant, ut de cardinalibus in decreto expressa mentio haberetur, neque aliquo 163v pretexto a residentia excusarentur. Cum quibus sensere Siracusanus [et nonnulli alii. Omnes pene in eo conveniebant, ne ad capitula ius deferendi episcopos concederetur. 45 Non pauci concilia provincialia innovanda censuerunt.

a In marg. addita pro his deletis De curatorum residentia mihi optime provisum videtur, et deberet sufficere synodo tott [sic] capellanos, accollitos, protonotarios et alios huiusmodi suo iure et induitis sibi a sede apostolica concessis privare. Quibus in margine adiuncta erant haec hi enim perpetua de non residendo privilegia habent. Sed vide quae sequuntur postea l. 2.

b in marg. c M. s. is. d sic. e add. supra linea?n.

1 scilicet exemptiones vel absentiae excusationes, de quibus est sermo.

2 De Florentina ecclesia eiusque episcopo quid senserit Faesulanus cf. supra p. 72, l. 15 ss.

O scensis [dixit] nulla alia ratione reservari in decreto dispensationes temporales adversus certum episcopum et alia plura, que in decreto sunt, quam ut pecunie Rome confluerent.

Plures benefitorum pluralitatem multis verbis detestati sunt, nec defuerunt plures, qui enumerarent multos ad hanc diem habere ultra centum parochiales sub pretexto unionum et subunionum. Inprimisque a multis desideratum fuit, ut de qualitate promovendorum ad episcopatum serius in decreto ageretur.

Fanensi episcopo placebat, ut postquam temporis brevitate plene de residentia agi non poterat, hoc unum declarandum esseb, ut resideretur, pena etiam contra non residentes apposita, reliquum autem totum relinqueretur in alia sessione firmandum, aut remitteretur hec pars tota de impedimentis ad Smum D. N., qui pro sua sapientia ea sumoveret, que ad commodam et fructuosam prelatorum residentiam facere¹ viderentur.

Fanensis sententiam in eo, quod solam residentiam statuendam esse dixit, non pauci probarunt, quamvis non defuerunt aliqui, qui ad Smum D. N. hoc caput impedimentorum reiciendum censerent.

Ad hec omnia multis verbis episcopus Salutiarum respondit, satisque a calumniis multorum defendere visus est, quamquam eius defensio parum admodum ab iis, que Amus de Monte adversus Giennensem diseruerat, distabat.

Auditor cam ere² probare visus est licere per concilium Lateranense³ cardinalibus episcopatum habere et in eo non residere, cum concilio illo cautum estb, ut curent cardinales episcopatus suos, et alia curata beneficia per personas et vicarios idoneos regi et gubernari.

Adversus quem Calaguritanus disseruit asserens, nunquam dispensationem presumendam esse, nisi expresse de dispensatione fiat mentio, et propterea verba concilii Lateranensis dispensationem non induxisse. Sed et si expresse dispensasset, revocandam eius constitutionem dicebat, utpote que cognoscatur inutilis, immo damnosa valde ecclesie.

Dixerunt in hoc conventu sententias pene omnes episcopi, qui priore non dixerant, admonitique fuerunt patres, ut sequenti die redirent eadem hora.

10. Ianuarii.

Absolvitur examen decreti de residentia.

Die 10. eiusdem fuit congregatio, in qua dixerunt reliqui patres sententiam. Aliphanus longam habuit orationem, ut declararet patribus decreti verba latissima esse et iniuria queri illos, qui in eo plura desiderarent.

Dixere mox sententiam generales, quorum unus idemque fuit sermo, ne regularium, qui sub regula degunt, excessus, quamvis extra claustra, per alios cognoscerentur, quam per prelatos ipsorum regularium, ad que et rationes et preces plurimas addidere.

Deinde Bitontinus eorum, que in decreto correctae et aptatae fuerant in particularibus conventibus circa iustificationis decretum, reddidit rationem.

Cui in uno atque altero verbo adversati fuere Armacanensis et Minorensis.

Post hec card. de Monted ad patres conversus Fuere, inquit, qui nobis videntur, quod tam magnum decretum, quale est istud de residentia, tam paucis diebus expediri cuperemus. Qui si considerabunt admonitos fuisse a nobis (iam sunt sex pene menses) ead dicendum super hac una re sententiam, profecto desinent admirari, eoque magis, quod nemini in dubium hactenus venisse vidi, qui dubitaret, an residendum j esset. Alii dixerunt cardinales comprehendendos esse in hoc decreto verbis expressis. Qui si recte decreti verba perpendant, nihil dubitabunt, quin hoc decreto et cardinales compre-

a M. s. Phamensi [sic]. b sic. c M. s. cognosceretur. d delefa ad ea, que patres plurimi dixerant respondit. e M. s. praemittit ut.

1 Contrarium dixisse episcopum et voluisse scribere Severolum luce clarius est. Confunduntur duae sententiae; vel dicendum erat: papam ea impedimenta remotum esse, quae residentiam impossibilem facere, vel ea remedia suppeditatum, quae ad residentiam facere (i. e. eam promovere) viderentur.

2 Episcopus Albinganensis, cf. supra p. 108, adn. 4.

3 Leonis X bulla *Supernae dispositionis* publicata in concilio Lateranensis V sess. nona (5. Maii 1514), § 21: Bullar. Rom. ed. Taurin. V, 604/614 [608]; *Harduin*, IX, 1747/58, cf. *Hergenrither*, Conc.-Gesch. VIII, 602 ss.

4 Raynaldus ad a. 1547, n. 4, non sine compluribus mutationibus et asserens falso: »ut in diario Massarellus refert.«

hensi sint; verba enim generalia sunt et ad omnes, qui quovis modo ecclesias regunt, pertinent; sunt enim in rem composita verba, et ideo omnes quovis colore illas obtinentes comprehendendi in dubium non venit, et si quid est, quod deesse videatur, non negamus quin supleatur per patres. At dixerunt aliqui: nominentur ergo cardinales expressim. Hoc equum, ut arbitror, non est, multis magnisque rationibus, primum quoniam nec episcopi nec alii in decreto nominantur, deinde ne quodammodo contradicere nobismet ipsis videamur vel absurdum inducamus, quod certe esset, si diceremus: cardinales (quorum officium est pape in consilio adesse) resideant. Quomodo enim residebit, qui apud papam erit? Alii de pena plura dixere. Nos hanc partem patribus concedimus, ut ipsi hanc arbitrio suo statuunt. Quantum ad executores, quoniam a multis probari video, ut renoven-
 16V tur provincialia concilia, sciant patres nobis quoque — quoad me tantum loquor — non improbari instaurationem conciliorum provincialium, provincialium inquam, qui ab uno metropolitano et suffraganeis eiusdem constituuntur, non plurium, veluti quos nationales vocant; hec enim semper perniciose fuere, illa vero ut plurimum salubria. Quamobrem mihi non displiceret nedum ut huius decreti de residentia executores sint, sed etiam omnium, que ab hac sancta synodo emanabunt. Verum hec alia erit materia, et necesse erit hoc S. S4 referre. Alii de beneficiorum multiplicitate, alii alia ut plurimum ad hanc materiam non pertinentia [dixerunt], quorum dicta brevi perstringam, unoque verbo me absolvam, si dixero, nos deinceps de iis omnibus suo loco rationem habituros. Ut autem aliqua breviori manu tractare possimus, cras de mane legum professores mecum erunt, et curabimus ut decretum ipsum aptetur, et hora solita post prandium agatur in congregatione generali <de decreto iustificationis>b.

11. Ianuarii.

Approbatur decretum de iustificatione.

Die II. eiusdem fuit congregatio1 hora solita, in qua omnium primus verba habuit Arm acanus super quodam decreti verbo, ubi dicitur timorem esse bonum: ille desiderare videbatur, ut timor ille demeretur, quoniam aiebat et sine timore nos Deo ple-
 25 runque placere.

Mox card. Giennensis sententiam dixit, probans decretum ipsum uno atque altero
 166V verbo excepto, cupiebatque per canonem [damnari tenentes certitudinem gratie.

Dixerunt et alii sententias, probaveruntque omnes decretum, paucis admodum exceptis, qui magis de quibusdam verbis, quam de re ipsa laboraverunt.

Dictis omnium sententiis, cum iam secunda pene hora noctis esset, card. de Monte Gratie, inquit, agende sunt Deo optimo maximo, postquam omnes ita convenimus, ut nihil amplius dubitationis remaneat, et ita quoad istum a decretum res erit conclusa. Considerari tamen poterunt verba a nonnullis adducta, et si modo illis patribus satisfieri poterit, satisfiet. Cras eadem hora alteri decreto de residentia, si Deo placuerit, extre-
 35 mam manum imponemus.

Mox card. S. Crucis admonuit DD. theologos2, ut de mane essent coram eo, ut pauca hec, que remanserant, ex theologorum 3 voto aptarentur.

12. Ianuarii.

Decernitur publicanda esse crastina sessione duo decreta. Statuitur dies septimae sessionis.

Die Mercurii 12. eiusdem hora solita cum convenissent patres, Rms de Monte Temporis, inquit, angustia prohemium non requirit neque aliquam verborum apparatus, et propterea ad rem ipsam deveniendo, 4habui hoc mane consultationem cum DD. prelati iuris professoribus, et tandem in hunc modum, presente etiam Rm D. meo Giennensi, aptavimus. Legitque decretum ipsum declarando, quibusnam casibus imutatum | fuisset

a sic. h add. in marg.

1 Pauca ex eius actis exhibet Raynaldus ad a. 1547,
 n. 5> Massarello ea attribuens.
 2 qui erant praelati.

3 non praelatorum.
 4 Abhinc partem actorum dat Raynaldus ibid. n. 5,
 denuo Massarellum citando.

vel correctum decretum. Quod quidem non modicum fuit. Nam preter[ea] quod verba, quibus prelati ad cathedralium ecclesiarum [curam vocati] monentur, ampliata fuerunt ad quoscunque quovis honore fulgentes, illud quoque concessum fuit, ut liceret episcopis per se ipsos quavis consuetudine vel privilegio non obstante visitare, corrigere et emendare capitula cathedralium ecclesiarum et earum persone" quovis colore exempte. Dempta fuit particula, qua data fuerat potestas episcopis puniendi regulares extra claustra delinquentes, et alia quedam non magni momenti.

Quo lecto dixere patres sententias", primusque card. Giennensis decretum probavit, si quedam non adeo maximi momenti adderentur.

10 Mox reliqui patres sententias dixerunt, ita omnes pene suo in sensu abundantes, ut difficile foret sententias colligere. In eo tamen ut plurimum versata est concio dissidentium a decreto, ut vellent omnino verbis expressis cardinales comprehendere, (itemque hoc decreto pluralitatem tum parochialium tum etiam metropolitanarum ecclesiarum prohiberi) Quod Claramontanus multis verbis contendit, et cum eo ii, qui priore conventu eiusdem sententiae fuerant, paucis admodum exceptis, qui ex voto discesserunt. {Fuere item non pauci, imo plures, qui penas alias nolebant in eos qui non resedissent indici, quam dicte" olim a sacris canonibus.)⁰

Dictis omnium sententiis Certus sum (inquit card. de Monte), quod tametsi adhuc haberemus tempus sex mensium ad deliberandum, quod in decreto de quo agitur non i67r concordarem, nec fieri posset ut idem omnes sentiremus; quamobrem non est cur differamus propterea sessionem. In nomine igitur trinitatis cras hora decima sexta celebremus sessionem, et duo ista sanctissima decreta publicabuntur. Quod ad primum de iustificatione attinet, certi sumus neminem aliquid desideraturum; quod ad istum¹ attinet, aptabimus nos, quae ex voto patrum adaptari posse videbimus. In reliquis si quis vestrum 25 erit, qui aliquam decreti partem non probet, id in ipsa sessione chirographo manu propria subscripto² significare poterunt, quamquam placet me esse huius opinionis, ut neminem credam talem futurum, qui non omnia probet quae a maiori parte probantur. Si quis tamen erit, eius chirographum recipietur et ad futuram rei memoriam registrabitur. Restat ut cogitemus de futura sessione indicenda agamus", et primum est, ut sciamus an vobis placeat 30 diem certam statui, et certe credimus optimum esse ut dies statuatur. Statutaque est omnibus consentientibus dies sessionis feria quinta post primam dominicam quadragesime.

Mox card. de Monte podagre dolore egre vexatus discessit.

Egit mox card. S. Crucis de prelatorum contumacia accusanda, et cum omnes clamassent accusandam esse, Hercules Severolus concilii promotor Parum est, inquit, 35 |patres, contumaciam accusari, nisi et iudices deputentur ad processum faciendum contra i67v episcopos absentes. Quamobrem peto aliquos ad hoc munus per sanctam synodum deputari. Quod cum synodo placuisset, statutum est, ut tres ex patribus per Rm's legatos deputarentur eorum arbitrio.

Admonuit post hec patres card. S. Crucis, ne protestationibus frivolis tam magnam 40 tamque sanctam sessionem conturbarent⁶.

Adversus quem Pacensis se adhuc in sua permanere sententia respondit, ita ut animus non quiescat suus, nisi iis decretis addatur clausula *universalem ecclesiam representans*.

Dicte sunt multe rationes a card. S. Crucis, quare id fieri non deberet, et tandem congregatio finem habuit hora noctis secunda.

13. Ianuarii.

Sessio VI. Publicantur decreta de iustificatione et de residentia. Accusantur absentes, remanere iubentur praesentes. Statuitur dies proximae sessionis.

45 3Die sequenti, Iovis scilicet 13. Ianuarii, fuit sessio generalis, in qua interfuerunt duo sedis apostolice legati Rm's de Monte et Rm's S. Crucis, item cardd. Tridentinus et

a sic. b post haec deletum est adhuc tam multis in rebus scrupulum facientes.

c add. in marg. d Deleta nihilominus omnes hac in re idem ... e M.s. conturbare.

¹ scilicet decretum de residentia.

² Cf. supra ad 4. Februarii 1546, p. 27, adn. 3, et Massarelli diar. III ad hanc diem: Praesidentes rogarunt monueruntque patres, quod ... id quod dicere vo-

luerint scripto proferant ..., ut et ipsi sibi ipsis satis faciant et obvietur scandalis laicorum, qui sessioni praesentes erunt etc.

³ Raynaldus ad 1547> n- 6.

Concilium Tridentinum. I.

Giennensis, decem archiepiscopi et quadraginta quinque episcopi et alii cuiusque ordinis plures. Nullus tamen orator principum interfuit; nam Galli, qui soli ex oratoribus Tridenti erant, ad sessionem venire recusarunt, quoniam aiebant se nolle Cesari iniuriam facere, arbitantes Cesarem non sane libenter audivisse sessionis huiusce celebrationem, quod ex eo aiebant constare, ex qua ad sessionem ipsam nullus ex oratoribus Cesaris venerat. Poterat enim | Didacus orator Cesaris, qui Venetiis moram trahebat, ad sessionem venisse, et venisset, si Cesari sessionem placuisse cognovisset. Tandem se venturos aiebant et interfuturos sessioni, si card. Giennensis se nomine Cesaris huic sessioni se inter fuisse chirographo manu sua conscripto affirmasset. (Quod cum card. Giennensis se facturum omnino recusasset, domi permanserunt Galli.)⁰

He quidem absentie Gallorum reddite sunt rationes. Ceterum missam celebravit archiepiscopus Spalatrensis, concionem autem habuit episcopus Salpensis, factisque de more ceremoniis recitataque quadam admonitione per Rmum de Monte ad rem maxime accomodatam, idem archiepiscopus legit decretum de iustificatione, de quo superius non semel facta est mentio.

Quo lecto rogavit patres, num eis placerent omnia mox ab eo recitata. Cui Rm's de Monte, quem mox omnes secuti sunt, dixit: *placet, et ita suscipio et veneror*. Duo duntaxat fuere, videlicet **Calagoritanus** et **Bossanensis**, qui amplius desiderarent. Calaguritanus quidem desideravit, ut in titulo decreti poneretur verbum *ecclesiam universalem representans*, alter vero placere sibi decretum affirmavit, sed multo magis placeret, si ubi dicitur in decreto neminem certitudine fidei, cui falsum | subesse non potest, certum esse posse, se esse in gratia Dei, adderetur *nisi ex revelatione*.

Mox idem archiepiscopus legit alterum decretum de episcoporum residentia, de quo supra facta est mentio, et iterum rogavit patres¹, num sibi decretum placeret. Cui Rmus de Monte sibi placere respondit et cum eo multi. Fuere tamen plures, qui multa in decreto desiderarent, dederuntque ipsi cartulas quasdam, quibus eorum sententia explicata erat². Ii fuerunt iidem, qui dum in congregationibus de eodem decreto ageretur ad ver sati sunt.

Omnium collectis votis cum difficile tunc foret omnes cedulas percurrere et singulorum sententias excutere, Rmus de Monte dixit: Patres omnes probant decretum exceptis quibusdam particulis, de quibus habebitur sermo in congregationibus. Quod cum omnibus placuisset, idem ex patrum voto unanimi pronuntiavit futuram sessionem tenendam esse feria quinta post primam dominicam quadragesime.

Post hec **Hercules Severolus** promotor concilii accusavit contumaciam omnium prelatorum absentium et petiit, illos ut contumaces haberi et reputari, et propterea etiam (declarari)⁰, incidisse in censuras et penas tam in iure quam | in litteris Smi D. N. expressas³. Cui RTM8 de Monte Placet, inquit, de accusatione contumacie, et declaramus adversus omnes exceptis legitime impeditis procedendum esse per D. archiepiscopum Aquensem, episcopos Astoricensem et Albinganensem^e, quos ad hoc specialiter deputamus. Placuit omnibus deputatio et contumacie accusatio adversus omnes. Excepti tamen a maiori parte fuerunt Germani episcopi tanquam notorie impediti.

Mox idem **promotor** petiit auctoritate sancte synodi moneri omnes prelatos absentes^f, ne ab hac civitate discederent (plures enim iam se ad iter parabant) ante finitam proximam sessionem sub penis excommunicationis et privationis omnium offitiorum et beneficiorum ecclesiasticorum ipso iure incurrendis. Ad cuius petitionem Rmus card. de Monte Placet, inquit, omnes prelatos moneri, et ita omnes hac monitione, quam pro trina et canonica monitione haberi volumus, sub penis petitis monemus et requirimus, ne discedant ab hac civitate ante finem subsequentis sessionis. Quod et alii mox probarunt paucis admodum exceptis.

Postremo idem promojtor petiit per notarios et protonotarios presentes fieri ad perpetuam rei memoriam unum vel plura instrumenta de omnibus et singulis gestis. Quo facto exierunt omnes cantando *Te Deum laudamus*, cum iam esset hora 23.

a sic. b sic, repetitur. 0 in marg.

a Post haec deletum est et nihilominus deputari sibi iudices ad processum faciendum adversus eosdem.

e Ms. Albinganensem. f sic, certe legendum praesentes.

¹ Quae sequuntur exhibet Raynaldus ad 1547, n. 22.

² Cf. p. 121, adn. 2.

15. Ianuarii.

Praesidentis querelae de diversitate sententiarum. Quae in futurum sint tractanda.
Num concilium universalem ecclesiam repraesentet.

1 Die 15. hora solita fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Duo sunt, inquit, nobis agenda. Unum pertinet ad ea, que in proxima congregatione gesta sunt, alterum vero ad ea, que mox a nobis agenda erunt. Quod ad primum attinet, laudo inprimis summam patrum concordiam in statuendo decreto de iustificatione, agoque propterea immortales gratias Deo. Utinam idem quoque facere possem in altero decreto, de quo, ut vera loquar, nescio quid nobis agendum sit. Sunt enim tot patrum in eo conscripte note adeoque diverse feruntur sententiae, ut neque ita, ut lectum fuit, in publicum prodire possit, neque rursus ad aliam sententiam trahi. Quod ut melius agnoscant patres, breviter recensebo omnium sententias. Fuere viginti octo, qui decretum simpliciter probaverunt; sex, qui nomina cardinalium exprimi desiderarent; (quatuor, qui titulum universalis ecclesiae vellent addi in decreto;) a totidem, qui unam reformationis partem sine altera sanciri non debere affirmarent; duodecim, qui penas contra non residentes statutas non probaverunt, desiderantes eas ad ius commune reduci. Quomodo igitur in tanta opinionum varietate quisquam invenire poterit, quid potissimum sequatur? Eoque maxime turbor, quod multi frivolis admodum rationibus suffulti adhuc perstant in opinionibus suis, in quibus adeo herent, ut citius omnia facturi sint, quam ex sententia discedere. His enim, qui nomina cardinalium exprimi desiderabant, sepius responsum est, ex generalitate verborum [cardinales] comprehensos esse, quod certe nemo, qui vel mediocrem iuris peritiam habeat, negare poterit. Sed non placet neque equum est eos nominare expresse, quando nec episcopi nec alii expressim nominabantur. De titulo sepius dictum est; adhuc tamen si quis dubitat, videre poterit et Gaetanum² et Turrecrematam³ adversantes concilio Basiliensi et Constantiensi in hoc, quod in decretis suis nomen *universalem ecclesiam representantes* apposuerunt. Legitque patribus eorum hac de re sententiam. Iis autem, qui unam partem reformationis sine altera non esse expediendam censuerunt, non est quid respondere oporteat; adeo ab omni ratione aliena est eorum sententia. De penis vero et de provincialibus conciliis, quod et aliqui dixere, sufficiant ea, que proximis diebus a me dicta fuerunt. Hoc unum addam, | me cogitasse in futurum abstinere a congregatione, postquam video plures ita dure cervicis, ut ex sua opinione nulla ratione divelli queant; et certe si ita agendum est, frustra hunc laborem congregationum adsumimus. Cogitent igitur patres, quid hac de re agendum sit, ego illorum opinionem libenter audiam. Hec de preteritis. Que autem in futurum tractanda erunt, sunt hec, videlicet de dogmatibus materiis sacra mentorum, de reformatione vero agetur de impedimentis episcoporum, expedienturque omnia, que ad decretum de residentia pertinent.

Ad hec card. **Giennensis** Ego simpliciter, inquit, decretum probavi et probo quantum ad me attinet, desiderassemque ab omnibus itidem probari. Verum postquam aliter se habuit, optimum erit, ut arbitror, de hac ipsa re habere aliquas congregationes particulares et de consensu iurisperitorum ac demum congregationis generalis aptare decretum.

Idque non parum patribus placere videbatur. Fuere tamen, ut **Astoricensis** et **Calaguritanus**, qui omnino publicandum decretum dixerunt, additis post decretum annotationibus patrum, quod et in aliis conciliis et precipue in concilio ultimo Lateranensi⁴ factum fuisse constat.

a add. in marg.

b sic.

¹ Haec acta transumpsit Raynaldus ad 1547, n. 23, sed ea verbis et sententiis maxime depravata.

² In tractatu, quem scripsit contra conciliabulum Pisanum, ex quo excerpta habet Raynaldus ad annum 1512, n. 11: «concilium non habere immediate potestatem a Christo nec repraesentare universalem ecclesiam, nisi pontifex in eo includatur.» At opponi potuit praesidenti, concilium Tridentinum (id quod ipse saepissime usurpabat) longe differre a Constantiensi et Basileensi, quoniam, cum haec contra papam congregata fuerint, illud auctoritate summi pontificis, praesidentibus eius legatis, agebat. Caietani tractatus impressus

est in libro: Caietani opuscula omnia, ed. Antwerp. 1612, tom. I. Cf. *Hergenrother*, Conc.-Gesch. VIII, 4745.

³ Ioannes a Turrecremata, Hispanus ord. Praed., mortuus Romae 1468, scripsit commentarium in decretum Gratiani, deinde aliud opus de eodem decreto, praeterea *Summam ecclesiasticam* et *De potestate papae et concilii generalis auctoritate*, in quo libro illas doctrinas protulit. Cf. *Schulte*, Gesch. d. Quellen u. Litt. des canon. Rechts II (Stuttg. 1877), 322—327.

⁴ Id revera in compluribus huius concilii (Later. V) sessionibus factum est; cf. *Hergenrother*, Conc.-Gesch. VIII, 570. 589. 611. 650. 651 etc.

Quibus card. **de Monte** Non est par ratio, inquit, illius atque istius concilii, et
i7ir non unus est aut alter qui dissentiat, sed plures admodum, et propterea satius existimo
decretum ipsum non publicare, quam tot notis in eum¹ editis.

Ad hec **Pacensis** Non, inquit, ego titulum desideravi inscribi decreto alia de
causa, quam ut hereses damnarentur. Constat enim inter alias hereses hanc unam pre- 5
cipuam Luteranos opinionem sequi, ut negent concilium legitime congregatum ecclesiam
universalem representare.

Cui cum et nonnulli alii assentire viderentur, card. **de Monte** dixit: Si hac causa
quisquam movetur, bono zelob eum moveri necesse est; sed ne amplius hoc desideret
quisquam, facile fiet, si in uno atque altero articulo hanc adversariorum <hereticam>^o 10
sententiam damnaverimus.

Quod cum omnes pene probare viderentur, episcopus **Salutiorum** venia dicendi
impetrata Credo, inquit, viri patres, et multis quidem rationibus, concilium ecclesiam
universalem non representare. Nam cum constet ex capite et membris, non potest totum 15
[corpus] representare sine capite, quia est Christi vicarius. Item ecclesia constat ex vivis
et mortuis; at hic nulli mortui reperiuntur, ergo etc. Preterea ecclesia est omnium fidelium;
at constat extra hunc gremium multos esse fideles. Addebat et alia in hanc sententiam,
17V sed eius oratione adeo patres comoti sunt, ut omnes pene in eum clamarent dicentes
hanc sententiam heresim sapere.

Sed et presides dixere, nunquam se ita sensisse, et quid est, inquit card. **de Monte**, 20
ut ego hic triginta episcopis presim, nisi ecclesiam universalem eos representare sciam?
Sed abstinendum a titulo censuimus semper, ne posteris malum exemplum prebeamus.
Non enim hunc concilium, sed posteriora timemus, ne aliquando huius exemplo invitati
aliquid adversus apostolicam ecclesiam moliantur.

Addidit mox episcopus **Salutiorum**: Ego, inquit, verba mea intelligo adversus 25
eos, qui moliantur aliquid sub illis verbis, ut velint papam aliquo modo subesse concilio,
ut scio aliquas vulpeculas facere.

Que postrema verba tanta cum indignatione a pluribus et maxime ab Hispanis audita
sunt, ut nihil supra, multaque mox verba ab illis in illum dicta sunt, nec cessatum fuisset,
nisi presides silentium indixissent. 30

Quo dicto **Fesulanus** dixit se non posse facere, quominus quod in animo habeat
non exponat, cum in sessione sententiam rogatur. Sed si damnaretur iste articulus,
quemadmodum **Rms de Monte** dixit, se acquieturum.

172 Cui **Rm de Monte** I Dabimus, inquit, semper D. Fesulano licentiam loquendi que
voluerit (quod omnes maximo cum risu intellexerunt). Moxque congregatio finita est. 35

17. Ianuarii.

Referuntur errores de sacramentis et impedimenta residentiae.

1 Die lune 17. eiusdem fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Non parum, in
quit, agemus, si preparabimus materiam sequentis sessionis. Hec duplex est, altera ad
dogmata, altera vero ad mores spectat. De prima dicet amplissimus collega meus,
ego alteram proseguar.

Mox card. **S. Crucis** Dedimus, inquit, operam, ut omnes errores circa sacra- 40
menta invenirentur; inventi autem sunt ii, qui sequuntur. Quoda in tres partes divisum
est: prima pertinet ad errores concernentes sacramenta in genere, secunda pars ad errores,
qui versantur circa sacramentum eucaristie, quod etiam in duas dividitur partes. Legitque
ipsos errores et patres admonuit, ut eorum exemplaria acciperent et suo tempore essent
parati dicere sententias, postquam scilicet theologi extra concilium auditi essent. 45

Deinde card. **de Monte** legit nptulam impedimentorum collectorum ex diversis im-
pedimentorum cartulis porrectis ab ipsis episcopis. Hec, inquit, erit materia a nobis
j2v tractanda eodem tempore, quo I **Rma** collega meus pertractabit materiam sacramentorum,
seorsum tamen: intervenient mecum iurisperiti et qui interesse volent, cum illo autem
theologi. 50

a sic. Ij Ms. gelo. O corr. pro cavillosam. a corr. pro sessio.

1 Raynaldus ad 1547> n- 24> ubi typographi errore dicitur *decima* pro *decima septima*.

Fuerunt verba Rmi de Monte, et maxime impedimentorum lectio tam patribus grata, ut pre letitia omnes gestire viderentur. Admonitique fuerunt omnes, ut eorum impedimentorum exemplaria sibi qui vellent describi facerent.

Actum est deinceps, ut concederetur licentia aliquibus episcopis, qui ex causa essent discessuri, brevi tamen reversuri. Quod ita demum fieri placuit, si ii episcopi antequam discederent se obligarent de redeundo intra terminum per legatos statuendum.

31. Ianuarii.

Referuntur acta de canonibus residentiae in congregationibus particularibus canonistarum et theologorum.

Die lune ultima Ianuarii fuit congregatio, et card. **de Monte** dixit per deputationem particularem iurisperitorum 2 aptatos fuisse nonnullos canones in materia residentie, de quibus in proximis congregationibus generalibus eratb sermo habendus, et propterea poterantff omnes episcopi eorum canonum exemplaria sumere et in prima congregatione venire paratosb ad dicendas sententias super iis. Interim enim, inquit, dum a nobis agentur, Rmus collega meus curabit, ut audiantur theologi non conciliares super reliquis sacramentis; quod ea ratione cogitandum est, non ut omnia in hac proxima sessione expedian, sed ut in subsequenti sessione paraciores simus. Sunt enim proxime abfuturi theologi isti ad predicationem, et propterea iudicavimus esse providendum. Canones autem sunt huiusmodi:

Ad cathedralium ecclesiarum regimen nullus nisi etate matura, gravitate morum litterarumque scientia et alias iuxta sacras constitutiones ab Alexandro III in antiquiori3, et a Leone X in recentiori concilio Lateranensi4 promulgatas ornatus assumatur°.

Nemo plures metropolitanas seu cathedrales ecclesias in titulum seu commendam aut alio quovis nomine simul tenere licitum sibi esse existimet, cum una tantum sponsa quilibet contentus esse debeat, ac valde felix sit ille censendus, cui unam ecclesiam bene ac fructuose et cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit.

Inferiora beneficia presertim curam animarum habentia personis dignis et habilibus et que in loco residere ac per se ipsos curam animarum exercere valeant iuxta constitutionem Alexandri III in concilio Lateranensi5 editum, que incipit *Quia nonnulli*6 conferantur, aliter autem facta collatio sive provisio omnino irritetur.

Episcopis inferiores quevis beneficia ecclesiastica personalem residentiam de iure sive consuetudine exigentia in titulum sive comendam obtinentes ab eorum ordinariis, quemadmodum eis de bono ecclesiarum regimine et divini cultus augmentob locorum et personarum qualitate pensata expediens videbitur — contraria consuetudine seu sinodali constitutione etiam iurata quoad beneficia curata non obstante — oportunis iuris remediis residere cogantur, nullique privilegia sive indulta perpetua de fructibus in absentia percipiendis suffragentur, indulgentiis vero et dispensationibus temporalibus ex veris causis tantum concessis et coram ordinario (eodem requirente) legitime probandis in suo robore permansuris; quibus casibus nihilominus officium sit episcoporum, tamquam in hac parte a sede apostolica delegatorum, providere, ut per deputationem idoneorum vicariorum et congrue portionis fructuum assignationem curad animarum nullatenus negligatur6, nemini quoad hoc privilegio seu exemptione quacunque suffragante.

Quicumque de cetero plura curata aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica contra formam constitutionis Innocentii III, que incipit *De multa*7 in concilio generali8 ac

a Hic incipit alia manus, quae scribit acta usque ad J. Februarii exci.

b sic.

c Post haec deleta Si quis a parochiali ecclesia . . . omittitur tenor, qua nihil immutatum.

4 Ms. curam. e corr. pro negligant.

1 Raynaldus ad 1547, n. 27.

2 Deputatos enumerat Massarellus in diar. III. Qui congregationes habuerunt diebus 21., 24., 25., 27., 28. 29. Ianuarii teste eodem Massarello.

3 Erat concilium generale XI, Lateranense III, celebratum a. 1179» cuius capitulorum XXVII n. 3, intellegitur: *Mansi* XXII, 217 ss.; *Harduin*. VI, 2, 1^73. Cf. *Hefele-Knopfler*, Conc.-Gesch. V, 711 s.

4 Const. *Supernae dispositionis* § 1; cf. supra p. 119, adn. 3.

5 Cf. adn. 3.

6 c. 3 X de cler. non resid. (III, 4).

7 c. 28 X de praebendis (III, 5), unde remittitur ad c. 5 h. t. (*Quia in tantum*), editum ab Alexandro III in concilio Lateranensi III a. 1179.

8 Concilium generale XII, Lateranense IV, celebratum a. 1215; cf. *Hefele-Knopfler*, Conc.-Gesch. V, 872 ss.

alterius Leonis X in novissimo Lateranensi concilio¹ recipere, ac simul sive per viam unionis ad vitam seu commende perpetue aut alio quocunque nomine et titulo retinere presumpserit, beneficiis ipsis iuxta ipsarum constitutionum dispositionem ipso iure privatus existat.

Ordinarii locorum quoscunque plura curata aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes dispensationes suas exhibere quacunque appellatione remota districte compellantur, et alias procedatur iuxta constitutionem Gregorii X in generali concilio Lugdunensi² editam, que incipit *Ordinarii**, quam eandem sacrosancta synodus innovandam censet et innovat, addens insuper, quod ipsi ordinarii etiam per idoneorum vicariorum deputationem et congrue portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur, 10
174r privilegiis | seu exemptionibus quibuscunque in premissis nemini suffragantibus.

Ad maiores ecclesias promoti munus consecrationis intra tempus a iure statutum suscipiant, et prorogationes ultra annum nulli suffragentur.

Nulli episcopo liceat cuiusvis indulti pretextu pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de ordinarii loci expressa licentia, et in personas eidem ordinario subiectas tantum. Si secus factum fuerit, episcopus ab exercitio pontificalium et sic ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi, nec liceat capitulis ecclesiarum sede vacante licentiam ipsam aut litteras consuetudinis vigore concedere. 15

Facultates de promovendo a quocunque non suffragentur, nisi pro exponentibus legitimam et verissimam causam impediendi, quare a propriis episcopis ordinari non possint, et tunc non ordinentur, nisi ab episcopo in sua diocesi residente aut pro eo pontificalia exercente. 20

Facultates de non promovendo preterquam in casibus a iure expressis concesse ad annum tantum suffragentur. 25

3. Februarii.

Examinantur canones de residentia.

1 Die Iovis fuit congregatio, in qua dixerunt plerique patres sententias super canonibus premissis, omniumque primus card. **Giennensis** non pauca adnotavit. Non enim probavit, ut recentioris concilii Lateranensis mentio haberetur, addique cupiebat neminem in episcopum creari debere nisi legitimo matrimonio natum. De beneficiorum et ecclesiarum pluralitate nihil actum esse aiebat, nisi etiam de preteritis provideretur. 30
174v Cupiebat insuper, ut nulli parrochialis ecclesia daretur, qui non actu residentiam impletet, quod facillime fieri posse dicebat, si ita omnes curate ecclesie conferrentur, quemadmodum p[at]rimonialia beneficia conferri maxime in Hispania consueverunt, hoc est prehabito rigoroso examine. De dispensationibus autem hoc in universum censuit, ut quoad possibile esset restringerentur. 35

Adiecit et alia in hanc pene sententiam, quam et Turritanus et nonnulli alii secuti sunt. Prefatus inprimis tamen est **Turritanus** se maxime cupere, ut totus hic de residentia tractatus reiceretur ad Smum D. N. Cuius de hac re sententiam secuti sunt **Feltrensis** et **Aciensis**. Sed pluribus Aciensis diseruit, ut ostenderet omnia concilium frustra acturum esse, nisi pontifex maximus assenserit, aiebatque sepius Rome actum fuisse 40 hac de ipsa reformatione, primo per decem a S. Ste deputatos, et alias deinceps⁵, et tamen omnium laborem incassum cessisse, et propterea scirent patres, ita demum decretum de residentia locum habiturum, si pontifici maximo placuerit. Adiecit preterea non esse potestatem concilii huius tales canones edere, per quos ecclesia reformetur.

Materanus sibi propterea probari canones dixit, quoniam ex vetustis conciliis 45 desumpti essent. Huius sententiam nonnulli secuti sunt.

Contra hec omnia **Senogaliensis** potius aiebat omnino reformationem abstinendam¹ esse, quam tales canones edere, per quos potius deformaretur quam reformaretur

a sic. b Ms. potiusque.

¹ Const. *Supernae dispositionis* c. 5. 7.; cf. supra p. 119, adn. 3.

² Concilium generale XIV, Lugdunense II, celebratum a. 1274; cf. *Hefele-Kriopfler*, Conc.-Gesch. VI, 119 ss.

³ c. 3 de off. ord. in VI (1, 16).

⁴ Raynaldus ad 1547 > n- 29 > paucis praetermissis et multis corruptis.

⁵ Cf. supra p. 113, adn. 1.

ecclesia, dicebatque maxima expectari ab isto concilio³, que nisi prestentur, futurum ut maximum in ecclesia Dei scandalum eveniat.

A cuius opinione parum dissiderunt **Fesulanus** et **Caputaquensis**, illud in primis affirmantes, se huic decreto non assensum | prebituros, nisi expressim de cardinalibus mentio haberetur, affirmantes, nequaquam ferendum esse, ut posthabitis maioribus ecclesiis, quarum maior pars est in manibus cardinalium, tenuioribus tantum ecclesiis provideatur. 1751

Post eos dixit sententiam episcopus **Portuensis**, qui parum admodum a **Giennensis** sententia dissentire visus est.

4. Februarii.

De residentia.

10 1 Die Veneris 4.º Februarii dixerunt sententiam plures ex patribus eadem de re usque ad episcopum **Salutiorum**, qui ultimus sententiam dixit, in eoque plurimum versata est eius oratio, ut tueretur canones ipsos ab iis obiectionibus, que a card. Giennensi et aliis patribus facte fuerunt, quod et ante **Parentinus** episcopus, paucioribus tamen, prestiterat. Eorum qui sententiam dixerunt **Bossanensis** et **Castellimaris** 15 maxime Giennensis sententiam probaverunt. Ceteri pene omnes canones probaverunt, levioribus quibusdam notis adiectis.

Non est pretermittendum multa et copiose ab episcopo **Castellimari** dicta fuisse, quare non deberet hec sancta synodus hanc reformationis materiam ad pontificem maximum remittere, eosque vehementer increpavit, qui de existimatione concilii eiusque autoritate 20 tam male sentirent, aiebatque eos, qui ita sentiebant, auctoritatem ipsius summi pontificis, cuius auctoritate concilium convocatum esset, maxime imminuere et insuper facere, ut nulla sit omnino amplius autoritas vetustissimorum conciliorum, et alia plura in hanc sententiam.

5. Februarii.

De residentia.

21 Die sequenti dixerunt sententias reliqui patres, tribus aut quatuor exceptis. Primus 25 omnium episcopus **Agatensis** sententiam dixit, omnia pene comprobans, que a card.

Giennensi dicta fuerant, idque etiam fecerunt **Lancianensis**, **Siracusanus**, **Pacensis**, 1751 **Asturicensis**, **Oscensis**, **Calaguritanus**, cum quibus et **Aquinas** et **Bitontinus** et **Bertinoriensis** in nonnullis capitulis sensere, et maxime in hoc, ut lex de pluralitate cardinalium et curatarum ecclesiarum generalis esset, nemoque ab ea exciperetur, 30 ita etiam, ut lex non tantum futuris, sed etiam presentibus provideret. Verum hac in re et in aliis pluribus longe vehementiores fuere Hispani. Quorum summa sententie hec continebat:

Ut que a maiori parte patrum in proxima sessione sancita fuere, ederentur, nec amplius de illis esset questio.

35 Ut concilium Lateranense nullo modo probaretur, ut quod in pluribus suis capitibus deformationem ecclesie magis augeret, quam tolleret.

Ut nulla omnino dispensatione liceat cuicumque ultra duas curatas ecclesias habere.

Ut nemo nisi unam cathedralem haberet, quacunque prefulgeat dignitate.

Ut in hoc decreto de cardinalibus expressa fieret mentio. <Addidit **Calaguritanus**: 40 ita ut declaretur, cardinalatum cum episcopatu incompatibilem esse.)⁰

Ut nulla omnino teneat dispensatio, nisi ex iustis et in iure expressis vel saltem rationabilibus causis concessa.

Ut cause huiusmodi coram ordinariis probande sint.

Canones autem ita comprobandos esse, ut dicant abusum esse aliter facere. x76r

a M. s. maxima spectari isto concilio.

» sic.

« M. s. 5, sed dies Veneris fuit 4. Febr.

Hic rursus Severolus ipse scribit usque ad p. 128, l. 24.

e add. inter lineas et in marg.

Dispensationes esse dissipationes et non iuvare quenquam in foro poli¹, nisi ex iustis et rationabilibus causis concessae essent.

Et propterea curiales beneficiis nunquam sat pleni cum peccato mortali beneficia retinere.

Ad hec omnia **Albiganensis**, paucis admodum exceptis, multis verbis et rationibus respondit, eiusque responsio parum admodum dissidere visa est ab iis, quae ab episcopo Salutorum in proxima congregatione dicta fuerant. Sed minus grata eius oratio visa est multis, propterea quod asseruit omnem omnino episcoporum auctoritatem a sede apostolica emanasse nec aliquam episcopos auctoritatem habere a Deo, nisi quomodo et omnes alie res immediate sunt a Deo. Item quod concilii potestas delegata esset, nec quicquam concilium decernere posse³, quod non sibi a prima sede mandatum esset.

6. Februarii.

De residentia.

Die sequenti dixerunt sententias reliqui ex patribus. **Milensis** querelam proposuit, quod ex partibus Gretie plerumque infames persone et criminibus iretite ad episcopatum promoverentur. In reliquis canones probavit.

Canariensis multa deduxit, ut persuaderet ante omnia statuendum esse episcoporum residentiam de iure divino esse, episcopatumque et episcopi officium a iure divino esse contendit.

Ad utrumque et **Aliphanus** et deinceps **Minorensis** responderunt, adeo ut omnes eius rationes | convellerent.

7. Februarii.

Absolvitur examen canonum de residentia.

Die sequenti, (septima,) fuit congregatio, in qua **Rms de Monte Sepe**, inquit, prefati sumus, nos boni consullere, quicquid a patribus dictum sit, dummodo sedem apostolicam vel personas nostras non ledant; ita etiam cupimus, ut quae nos ipsi vobis dicimus, a vobis equo animo audiri. Magna et multorum est querela adversus corruptos mores huius seculi. Hec querela nobiscum communis est. Dimittamus igitur querelam ipsam et contiones, et veniamus ad remedia ipsa. Multi de potestate concilii frustra disputarunt; quid enim opus fuit tam longis disputationibus tempus terere, cum id quod petitur a multis verbo, re ipsa prestetur, dum a nobis leges promulgantur? Aliqui suadere conati sunt, ut negotium reformationis remitteretur ad **Smum D. N.**, non ea ratione, ut putarent concilium carere potestate, sed quia videbant patres non convenire inter se, plerosque etiam ad interrogata non respondere. Aliqui censuerunt statuendum esse omnino⁴. Qua de re alias a me dictum fuit; non enim video, quod ex hoc provenire possit aliqua utilitas. Omnes enim bonum et rectum cupimus, sed sepius decipimur specie rei. Aliquis episcopus cuperet examinari omnes beneficiatos et omnes uniones omnesque dispensationes revocari; quod certe tempora non ferunt, et vereor, ne si hoc statueretur plurimis de ridiculo essemus. Quid ergo faciendum? Illud quod licet et quod expedit hoc est, ut cura animarum a nobis nullatenus negligatur. Quod credimus his canonibus ample provisum esse; si tamen aliquid deerit, ex sententiis | **Dnum VTM** supplebitur. Aliqui valde execrati sunt simoniam, maxime curialium, et hec culpa non est reiicienda ad **Smum D. N.**: sunt enim in curia Romana et boni et mali, nec est possibile in omnes malos animadvertere, et precipue quoniam mali homines ita caute in hac materia procedere solent, ut a nemine deprendi valeant. Fiat tamen, si patribus videtur, de hoc quaecunque provisio synodo placuerit. Permagis putant plurimi ad conservandam auctoritatem sedis apostolice fieri exactissimam reformationem. Probamus

a *M. s.* exceptis.

b *sic.*

c *add. supra lineam.*

d *Hic rursus altera manus scribit usque ad 8. Febr. exci.*

¹ Forum poli idem ac forum conscientiae; cf. *Ross-hirt*, Manuale latinitatis iuris canonici (Scaphusiae 1862) s. v. poli.

² Raynaldus ad 1547, n. 30.

³ Raynaldus ad 1547; n- 3°.

⁴ Concilium aliquid certi debere statuere de ipsius potestate (vel de reformatione?).

hanc sententiam, fiat reformatio; sed debito modo fiat, ne dum volumus auctoritatem et potestatem ipsius sedis tueri et defendere, cuius causa precipue concilium in hac civitate indictum fuit, ipsam ledamus et infringamus. Nec satis esset verbo affirmare et fateri supremam potestatem, si facto vellemus illam convellere. Opere pretium igitur
 5 erit in hoc sequi antiquorum canonum normam. In canonibus enim Niceni concilii insertis inter decreta Iulii pape c. 3. 6. et 14. 1 his verbis apostolica auctoritas excipitur: *salvo in omnibus Romane ecclesie privilegio*, quod et alibi habetur 6^a q^{ue} 3a c. *Peregrina* 2. Aliquis prelatus dixit promulgandam esse legem de beneficiis conferendis, quam etiam Sm^{us} D. N. observare teneatur. Huic respondet Paschalis pontifex, qui in c. *Significasti*
 10 | de electione 3 *Aiunt*, inquit, *in conciliis statutum non inveniri, quasi Romane ecclesie* 177V *legem concilia ulla prefixerint, cum omnia concilia per Romane ecclesie auctoritatem et facta sint et robur acceperint, et in eorum statutis Romani pontificis patenter excipiantur auctoritas*. Aliquis dixit canones hos sophisticos esse. Certe, si hec verba canones ipsos respicerent, non autem personas nostras, non egro animo id accepissemus; propterea
 15 enim canones dantur patribus ut imperfecti, ut ex eorum sententiis quod ipsis deest supleatur. At dicere sophisticos esse canones est nobis imponere, quod patres his canonibus decipere voluerimus. Qua de re plura a nobis dicenda essent, ni inter eos essemus, apud quos certe habemus, fidem et integritatem nostram esse perspectam. Hactenus fortassis plus quam oportebat patientes fuimus; si posthac aliquis adversus
 20 nos talia dixerit, sciat nos muneri nostro non defuturos. Et hec familiariter et cum omni caritate dicta sint, patres omnia boni consulant. Patrum sententie perpenduntur, et ex eorum voto canones aptabuntur. Interim patres dicent sententias in materia sacramentorum.

4 Mox card. **S. Crucis** Redegimus, inquit, articulos istos de sacramentis in tres classes. Quarum prima continet articulos, qui ex iudicio theologorum visi sunt omnino
 25 heretici. In secunda classe positi sunt articuli, qui scandalosi visi sunt. In tertia vero [^] articuli, qui partim omittendi partim autem dubii visi sunt. Propterea poterunt patres maximum temporis compendium facere, si omissis iis, que cum voto theologorum senserint, ea dumtaxat tetigerint que dubitationem habere videbuntur. Articuli autem sequuntur et sunt tales B

[Articuli, qui omnino haeretici visi sunt.

De sacramentis in genere.]

30 Sacramenta nove legis non conferre gratiam etiam non ponenti obicem.
 Sacramenta nunquam gratiam aut remissionem peccatorum dedisse, sed solam fidem sacramenti.
 Sacramentis dari tantummodo gratiam credentibus sibi remitti peccata.
 Non dari gratiam in sacramentis semper et omnibus quantum est ex parte Dei,
 35 scilicet quando et ubi visum est Deo.
 Malum ministerium non conferre sacramentum.
 Omnes christianos cuiusvis sexus habere parem potestatem in verbo et in sacramento administrando.
 Sacramenta ob solam fidem nutriendam esse instituta.

De baptismo.

40 In ecclesia Romana et catholica non esse verum baptisma.
 Baptismum liberum esse nec necessarium ad salutem.

1 Cf. Decretales pseudo-Isidorianae ed. *Hinschius* p. 468 s.

2 c. 12 C. III, q. 6. *Peregrina iudicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus* etc.

3 c. 4 X de electione (i, 6).

4 Raynaldus ad 1547, n. 31.

5 Miratur Raynaldus ad 1547, n. 31, repetitionem horum articulorum, qui iam 17. Ianuarii propositi erant, factam esse, et qua ratione id gestum fuerit curioso lectori discutiendum relinquit. Sed ea ratio admodum facilis est inventu: nam 17. Ianuarii patribus

legebantur articuli, priusquam theologis examinandi proponerentur; iam hoc examine finito refertur patribus, quid theologo de singulis articulis senserint et in quas classes (num sint haeretici vel scandalosi vel dubii) dividerint. Ea de causa ordo articulorum differt ab illo, quo 17. Ianuarii dispositi erant, et est error Raynaldi, quod eosdem articulos in eodem paene ordine repetit, cum et Severolus (ut comparando luce clarius cernitur) et Massarellus aliter eos disponant. Raynaldi ordinem falsam esse iam inde apparet, quod partim eosdem articulos in diversis classibus exhibet, quamquam uni tantum subesse possunt.

Baptismus datum ab hereticis non esse verum, et ob hoc iterandum.

Baptismus esse tantum externum signum, ut ovium creta rubra, nec habere partem in iustificatione.

Baptismus iterandum esse.

Verum baptismus esse fidem credentem penitentibus remitti peccata.

5

Baptismo non tolli peccata, sed solum imputationem.

Prestare omittere baptismum puerorum, quam eos non credentes baptizari.

Parvulos propriam habere fidem, ideo non rebaptizandos.

i78v Baptizatos in pueritia, quia non crediderunt, esse rebaptizandos, cum pervenerint ad etatem discretionis.

10

Baptizatos in infantia cum adolescunt interrogandos, an ratum habeant baptismum; quodsi negent se habere ratum, [non esse ratum]

Remitti peccata post baptismum sola recordatione et fide, quod quis sit baptizatus.

Votum baptismi non habere condicionem nisi fidei, et omnia alia vota evacuare.

De confirmatione.

Confirmationem non esse sacramentum.

15

Confirmationem esse a patribus institutam et non habere promissionem gratie Dei.

Confirmationem esse ociosam ceremoniam et olim fuisse cathechesim, qua adulescentie proximi fidei sue rationem coram ecclesia exponebant.

Articuli, qui multis theologis non videntur damnandi sine aliqua declaratione.

De sacramentis in genere.

Sacramenta non esse septem, sed vel plura vel pauciora, que vere sacramenta dici possunt. — Hunc articulum aliqui cuperent damnari tantum quoad priorem partem, 20 videlicet sacramenta ecclesie non esse septem, nulla facta mentione partis posterioris, scilicet quod non sint plura vel pauciora, ut factum est in concilio Florentino.

i79r Sacramenta non esse necessaria et sine eis ac eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam adipisci. — Nonnulli censent hunc articulum non esse damnandum, prout iacet, sed cum hac additione, ut dicatur non esse necessaria in ecclesia, quia non 25 singula sacramenta singulis necessaria sunt.

Nullum sacramentum alio dignius. — Quia sacramenta diversis respectibus alia aliis digniora esse possunt, aliquibus non videtur hunc articulum damnandum sine declaratione.

In nullo sacramentorum imprimi characterem, sed rem fictitiam esse. — Quidam optarent hunc articulum non simpliciter damnari ut hereticum, sed amplexandam alteram 30 partem ut probabilior.

Intentionem ministrorum non requiri nihilque agere in sacramentis. — Quoniam intentio ministrorum (ut aliqui asserunt) non est simpliciter necessaria, sed tantum in tendant facere id quod ecclesia intendit, ideo cuperent hunc articulum damnandum cum aliqua declaratione.

35

De baptismo.

Baptismus esse penitentiam. — Cum baptismus aliquo modo dici possit penitentia et ita appellatur ab Epiphania et Tertulliano, nonnulli censent hunc articulum damnandum hoc modo: baptismus esse sacramentum penitentiae, quod a nemine non esse damnandum iudicatur.

Ritus aliquos in baptismo adhiberi solitos liberos esse, id est sine peccato omitti 40 posse, et solam immersionem esse necessariam. — Aliqui declarandum putant de ritibus substantialibus, quia arbitrantur alios omitti posse sine peccato.

De confirmatione.

i79v Confirmationis ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis sacerdotem. — Hunc articulum vellent redigi ad formam verborum expressam in concilio Florentino.

a Ms. et.

b Ms. om.; Raynaldus habendos pro ethnicis, quod idem significare potest.

c Ms. quod.

d Ms. oporterent.

e falso Raynaldus intentionem.

Articuli, quos aliqui theologi non damnandos, sed silentio praetereundos censent.

De sacramentis in genere.

Statim post lapsum Ade fuisse a Deo sacramenta instituta, quibus gratia daretur.

De baptismo.

Eandem vim esse baptismi Christi et Ioannis.

Baptismum Christi non evacuasse baptismum Ioannis, sed ei dedisse promissionem.

Articuli, quos theologi ultra propositos damnandos arbitrantur.

De sacramentis in genere.

Omnia sacramenta non esse a Christo instituta.

5 Sacramenta esse tantum signa et notas nostre professionis sive allegoriam bonorum operum.

Non esse sacramentum, nisi habeatur in scripturis.

De baptismo.

- Pueros in uteris maternis per invocationem trinitatis et benedictionem salvari.

10 Negantes fidem christianam apud infideles, cum revertuntur ad propria, | rebaptizandos esse.

Neminem baptizandum esse, nisi in mortis articulo.

Neminem baptizandum esse nisi ea etate, qua Christus est baptizatus.

Aquam non esse de necessitate, sed solam assistentiam spiritus sancti.

15 Baptismum non esse nisi signum afflictionum, quod oporteat christianos subire fluctus, et pericula omnis generis perferre.

Morte corporali baptismo satisfieri, et eam esse eius proprium significatum.

Baptismum omnia peccata que post eius susceptionem perpetrantur, venalia facere.

Fidus inter Deum et baptizatum in baptismo initium non implicare divine legis observantiam.

20 Filios Israel in transitu maris rubri non figurativo, sed vero fuisse baptizatos [baptizatos], sicut et Noe cum veheretur in arca.

Fomitem retardare baptizatos ab ingressu celi.

De chrismate.

Qui dicunt oleum chrismatis esse oleum salutis, Christum negant.

25 Spiritui sancto sunt iniurii, qui confirmationis oleo ullam tribuunt virtutem quia perinde est, ac si quis diceret, omne oleum virtutem esse spiritus sancti, etc.

8. usque ad 21. Februarii.

Examinantur articuli de sacramentis.

Id die octava eiusdem mensis Februarii fuit congregatio, et successive diebus sequentibus, | dominicis diebus exceptis, fuerunt congregationes usque ad diem 21. eiusdem, in quibus disceptatum est super articulis damnandis, de quibus supra.

30 Patrum sententias non recensendas esse duxi propter illarum multitudinem, itemque quoniam in omnibus pene cum votis theologorum fuere conformes. Una in re fuere non parve dissensiones, quoniam episcopus **Aciensis** multis rationibus probare contendit, papam non posse dispensare, ut alius quam episcopus munus confirmationis obeat, etiam contra statutum Florentini concilii², cuius verba factum. non ius sonare dixit. Dicebat enim, episcopis hoc a Deo concessum, et propterea qui non esset episcopus hoc facere
35 non posset¹. Cum eo fuere et **Canariensis** et nonnulli alii. Adversus quos multi et precipue **generalis Servorum** multis rationibus contenderunt.

^a Ms. afflictionum. ^b Ms. initium. *O Hic rursus Severoli manus incipit et usque ad finem Vianet, exceptis canonibus f. ig 8 v. d sic.*

¹ Raynaldus ad 1547 » n. 31 extr.

² Bulla Eugenii IV *Exultate Deo* (ed. 26. Iulii 1441)

§ ii: Bullar. Rom. ed. Taur. V, 49; *Denzingeri*, Enchiridion 7 p. 163 s.

24. Februarii.

De validitate decreti de residentia. Altercationes.

1 Dic Iovis 24. eiusdem mensis Februarii hora 20. fuit congregatio, in qua card. **Giennensis** Antequam, inquit, de canonibus dicere incipiam, unum scire desidero, an scilicet canones, qui promulgati fuerunt in proxima sessione, vim et robur obtineant. Si enim vim obtinent, ut et ego credo, non erit amplius de hiis dicenda sententia; alioquin oportebit et illos iterum examinare, quoniam, tametsi simpliciter ego illos tunc proba- 5 verim, id feci, ne aliqua inter nos controversia oriretur, et ideo, si non erunt expediti, dicam etiam de illis que mihi occurrunt.

Ad hec card. **de Monte** Sciunt, inquit, patres omnes, quod propter sententiarum i8ir varietatem in sessione concludi non potuit, | et ideo tunc dixi nos in congregatione deliberaturos. Sed postquam patrum tam varias vidimus adnotationes, censuimus parum 10 decorum esse concilii, si huiusmodi canones cum tot censuris ederentur, et propterea eosdemmet canones et maiore ordine et maiore lima politos una cum aliis canonibus vobis nunc dedimus in manibus, ut omnes, si ita patribus placebit, de integro in proxima sessione statuatur. Si tamen patribus placeat, ut canones ipsi habeantur pro expeditis, nos legati libenter voto patrum subscribemus, et ita minuatur in hac parte labor noster. 15 Sed considerent patres, ne ridiculi videamur, si canones tot notis onustos edamus. Sed de hac re die crastino agere poterimus.

Card. **S. Crucis** Questio, inquit, facti est; crastino die vota et censure patrum videbuntur, et quod a pluribus probatum fuisse cognoscetur, id pro firmo habebitur. Ego quidem, quod ad me attinet, semper tenui decretum ipsum valere, nec esse in potestate 20 nostra illum a amplius immutare vel variare, nisi simus in alia sessione. Fuerunt enim viginti et novem, qui decretum simpliciter probaverunt; reliqui patres divisi sunt adeo, ut decretum ipsum obtentum fuerit. Tamen die hoc melius lectis et consideratis sentiis patrum deliberare poterimus.

Feltrensis dixit: Separari poterunt capitula, et que nullam habuerunt contro- 25 versiam publicari, reliqua vero remanere ut indecisa.

Contra **Pisauensis** inquit: Omnia sunt conexas, et a residentia omnia dependent, 18iv et [propterea unum caput sine altero edi non potest.

Castellimaris omnia aiebat separata esse, et tot esse sententias, quot rerum capita, et propterea posse unum sine altero sustineri. 30

Adiecit ad hec **Calaguritanus**, notas patrum a decreto non dissentire, quoniam non videretur decretum improbare qui diceret ultra personas in decreto comprehensas velle etiam ut cardinales nominatim exprimerentur.

Card. **de Monte** Omnia, inquit, a residentia dependent, et ideo si illa non stat, nec reliqua stare poterunt, quoniam eius respectu canones conditi sunt, nec subsistit ratio 35 D. Calaguritani, quoniam cum in lege condenda interveniat stipulatio, id est interrogatio et responsio, non dicitur respondere ad interrogatum nec aliquid firmare, qui <pure et>c simpliciter interrogatus sub conditione respondit, 1. 1 §. *Si quis simpliciter ff. de verborum obligat.* 2, et iura sunt vulgaria.

Giennensis Mihi placet, inquit, opinio ista, ut reliqui canones pendeant a resi- 40 dentia, et quod nisi ipsa subsistat, nec reliqua subsistant. Sed videamus oportet patrum sententias; alioquin de occultis iudicare non possumus. {Hoc tamen scimus, quod in concilio Lateranensi etiam in presentia pape audiebantur vota patrum contradicentium et registrabantur eorum dicta una cum ipsis decretis.} 3

Frustra nunc de hac re (inquit card. **de Monte**) meo iudicio disceptatur, cum 45 precipue nos parati simus sequi patrum sententias; nam nihil omnino nobis neque sinodo referre putamus, hoc vel in preterita sessione statutum fuisse, vel in proxima illud idem statuere. Nam de canonibus illis nihil omnino quod substantiam mutet demimusa, ut possunt patres ex eorum canonum lectione perspicere. <Quod autem alias in concilio Lateranensi factum fuit, nihil ad propositum facit, quia papa in concilio non tenebatur 50 sequi sententias patrum, si nollebat, et propterea etiam si maior pars contradixisset,

a sic.

b M s. exprimeretur.

c add. supra lineam.

d add. in marg.

1 Raynaldus ad 1547 > n- 32 totam exhibet congregationem, ut est apud Severolum.

2 Dig. 45, 1, 1, § 3.

3 Cf. supra p. 123, adn. 4.

potuisset etiam ipse solus statuere. Sed)a dimisa pro nunc | controversia huiusmodi is2r
dicantur sententie super reliquis octo canonibus, de quibus nundum audite fuerunt patrum
sententie; nam de reliquis, quorum audite sunt semel patrum sententie, alia die agetur.

Mox **Giennensis** sententiam de canonibus ultimo loco additis dixit, illud solum
5 desiderans, ut uniones, que ex causis non veris facte essent, revocarentur; item ut epi
scopi, qui visitarent exemptos, haberent stipendium, et in omnibus privilegiatis servaretur
c. 1 de privilegiis in V l1. Quod et nonnulli alii secuti sunt.

Materanensis admonuit in hisce canonibus plura esse, que auctoritati sedis
apostolice derogarent, et propterea scirent omnes eum b, qui de privilegio prime sedis
10 detrahare studerent", ut hereticos a iure haberi.

Senogaliensis se satis alias sententiam suam explanasse dixit; nunc autem nihil
sibi dicendum esse, nisi canones acceptare et probare, dummodo iuribus D.D. episcoporum
non derogent in aliquo et sint conformes regulis sanctorum patrum, et aliquibus abusibus
non faveant.

15 **Fesulanus** ex scripto volumen pene recitare incepit. In eius initio valde con
dolebat, episcopos in propriis diocesibus et propriis gregibus aliena auctoritate egere,
hocque nequaquam ferendum esse aiebat, ut episcopi apostolica, <(id est aliena auctoritate
in gregem sibi commissum animadvertant) c. Quod, inquit, (quam iniquum sit) d, non
meis verbis, sed verbis Clementis pape 12, pontifices, attendite.

20 Tunc alta voce clamavit episcopus **Aliphanus** conversus ad legatos, dicens non
esse ferendum D. Fesulanum in tanto consensu adversus | primam sedem loquentem, is2r
petiitque dari sibi libellum, quem habebat Fesulanus in manibus, quoniam convincere
volebat verba illa heretica esse. Ad que **Fesulanus** Quid, inquit, dixi, quod heresim
sapiat? Ego quod dico, dico auctoritate Clementis pape 1, et quicquid sit, sententiam
25 meam, quam nundum (protuli)1, submitto (iudicio sancte sinodi)s.

Contra hec **Aliphanus** dari sibi libellum postulabat, ut redarguere posset illum
de heresi.

Adversus quem **Calaguritanus** et **Giennensis** dixerunt, inconueniens esse ita
sinodi libertatem impedire, neque esse Aliphani aut alterius cuiusque prelatum dicentem
30 impedire vel de heresi arguere, sed solum D.D. presidentium.

Albiganensis: Non est, patres, amplius Fesulanus audiendus, quia relapsus est,
sed acriter coercendus.

Castellimaris Nulla est, inquit, concilii amplius libertas. Et cum eo **Calaguri
tanus**, qui idem cum Castellimari clamabat.

35 Card. **de Monte** iussit D. Fesulano sub excommunicationis pena, ut sibi libellum
traderet. Cui cum statim non pareret, iterum atque iterum illum admonuit, tandemque
Fesulanus libellum porrexit cardinali S. Crucis, asserens omnia que dixit submittere iudicio
sancte sinodi.

Non hoc, inquit **Albiganensis**, sufficit, quoniam protestatio contraria est facto.
40 Indequae ortis multis verbis inter Castellimarem et Albiganensem **Albiganensis** dixit
Castellimarem non vera dicere. Inde clamores maximi ex omni parte exorti. Ispani
omnes Fesulanum tuebantur, et cum eis **Senogaliensis**; contra **auditor camere** et
Aliphanus clamabant, adeo ut | pre clamore non facile dicentes audirentur. Isti non is3r
esse quenquam adversus primam sedem quicquam loquentem audiendum, alii libertatis
45 concilii lesebam clamabant.

(**Armakanus** se ex Smo D. N. audivisseh nuper dixit, quod vellet liberum esse
uniquique dicere sententiam in concilio tam circa mores quam circa dogmata, nec aliquem
velle reprehendi, etiamsi manifestam heresim diceret, dummodo se summitteret concilio.
Cuius verba ita laudarunt Hispani, ut nihil sapientius, nihil sanctius a sanctissimo pontifice
50 exire potuissetb affirmarent) '.

Tandem tamen legatorum auctoritate omnes quieverunt, dixeruntque reliqui patres
sententiam, quorum plures simpliciter canones probaverunt, alii se imparatos ad dicendum
sententiam dixerunt. Reliqui pene omnes cum Giennensi fuerunt.

a add. in marg. laterali et inferiori; sed corr. pro proinde. b sic. c corr. in marg., pro delato
sed magis ut propria in quoscunque sui gregis animadvertere possent. d corr. pro apud veteres factum fuisse.
e Ms. inquam. f corr. pro perfecti. s corr. ex sedi apostolice. h Ms. audivise. i add. in marg.

1 Lib. V, tit. 7.

falso Isidoro confectam c. 59 (ed. Hinschms p. 53), ubi et
Spectare videtur ad Clementis I epistolam tertiam a pontificis nomen et maxima auctoritas episcopis tribuitur.

Calaguritanus multa post hec de lesa libertate concilii conquestus est, petiitque sibi licentiam abeundi concedi, si pro arbitrio cuiusque in alium esset invehendum; et adversus ea, que Materanusa protulerat, dixit: Non est aliquis hic, ut arbitror, qui prime sedis privilegium auferre conetur, sed omnes, si opus esset, credo pro ipsa moreremur. Sed sumus vocati hic non alia causa, quam ut restituantur colapsi mores, et quomodo hoc fiet, nisi plage ostendantur? Non dico ego papam hoc vel illud facere non posse, sed dico non debere, non decere, hoc non edificare. Si propterea male dico, non est quod ultra permaneamus in hoc loco, nec quod laboremus. Adiecit et alia in hanc sententiam. Multa etiam protulit, quare omnes exemptiones omnesque anexiones maxime parochialium ecclesiarum funditus revocande essent.

Adversus que mox **Aliphanus** disseruit affirmans, nulli libere loquenti dandum esse vicio; si que mala esse arbitratur, proferat; sed nullum esse ferendum, qui potestatem pape neget. Revocare autem omnes uniones nihil aliud esse, quam omnem mundi machinam evertere et quod subtus est sursum ponere. Exemptos quoque privare suis privilegiis omnino nihil aliud esse, quam nolle, pontificem posse aliquem ex unius episcopi gremio ad suum transferre. Satis abunde fieri, si in hoc, unde delinquendi occasionem preripere solebant exempti, canone provideatur, ut provisum erat: nempe ut episcopi auctoritate apostolica, quoniam sua non poterant, punire possent discolos et delinquentes.

Dictis omnium sententiis card. **de Monte** Nisi, inquit, fiduciam in Domino habemus, malam omnino coniecturam facere nos oporteret de progressu huius sancte synodi, videntes in principio quadragesime tam omnium pene sensus irritatos, ut ne unum quidem verbum quisquam ferre possit. Sed, ut dixi, fidimus in Domino et etiam in vobis, ut deinceps quietiores esse debeatis. Et certe si, cum unus ex patribus pro zelo suo contra aliquem loquitur, quod omnino temperate agendum est, alii silerent, non profecto in tot rixas incideremus. Scitote quoniam hec perferuntur nedum ad catholicos, sed etiam apud hereticos, huiusque rei causa apud plurimos male audimus. Propterea obsecro patres, ut deinceps omnia patienter ferant. Nos omnia, etiam que D. Fesulanus dixit, boni consulimus et credimus ipsum potius iudicio deceptum, quam sponte errasse, et propterea facile ignoscimus illi, dummodo in futurum a similibus absteat, rogamusque patres, ut dicta ad invicem sibi remittant, agantque ut episcopos decet. Et ad Calaguritanum conversus: Non sunt, ut alias dixi, Domine Calaguritane, tales nostre etatis homines, ut talem, qualem vos cupitis, reformationem sustinere possent. Scio tamen omnia a bono zelo proficisci; sed idem quoque zelus est apud nos, sed specie recti plurimum homines decipiuntur. Incohata est reformatio et Deo dante perficietur, et talis, que possit omnibus placere; sed omnia suo loco et suo tempore. Quod vero sepius inculcatum est de cardinalium mentione facienda, providebit **S. N. D.**

Mox card. **S. Crucis** conversus ad auditorem camere et ad Aliphanum illos leniter corripuit admonuitque illos, ut deinceps ne sibi munus hoc redarguendi prelatos dicentes sibi assumerent et ceu legatis preriperent. Si enim, inquit, nos hec audimus et tolleramus, qui legati sumus et nihilo minus, quam vos, sedem apostolicam diligimus, vos etiam tollerare potestis. Mox Fesulanum admonuit, ne toties repetitas cantilenas cum offensione aurium omnium bonorum repeteret, hortatusque est illum ad remittendam, si quam animo propter verba D. Aliphani concepisset iniuriam.

Et ita deinceps et Fesulanus et Alifanus mutuis amplexibus sese acceperunt, Idem mox fecerunt auditor camere et Castellimaris. Quibus peractis **R. M. de Monte** restituit Fesulano suum libellum cum maximo patrum consensu.

25. Februarii.

Decretum de residentia pro rato habendum esse decernitur.

Die sequenti 25. eiusdem fuit congregatio, in qua primum dixerunt sententias patres ipsi, qui in priore congregatione sententiam non dixerant, sententias inquam parum, imo nihil ab iis, que in priore congregatione dicta fuere [discrepantes].

a *M. s. Materanum.*

b *sic.*

c *M. s. gelo.*

d *M. s. gelo, gelus.*

e *M. s. admonit que.*

¹ Raynaldus ad 1547» n- 33 (non 34) omnia transumpsit, quem *Theiner* I, 454 »ex eodem Massarello» ea habere contendit. *Theiner* ipse, ut suus est mos, textum corrigendo corrumpit.

Deinde card. **de Monte** Consideravimus, inquit, et diligenter consideravimus vota patrum super decreto de residentia in proxima sessione lecto, et invenimus plures esse eos, qui decretum simpliciter probaverunt, quam omnes qui dissenserunt et simul iunctis; nam qui decretum simpliciter probaverunt, fuerunt | triginta et duo, quibus si addantur 184V
 5 generales et abbates, erunt triginta octo. Qui vero dissenserunt vel cum aliqua conditione decretum probaverunt, non sunt nisi viginti quinque, et propterea pronuntiamus et concludimus decretum fuisse obtentum et observandum, et quamvis ab initio ego eram alterius sententiae, tamen admonitus a Rmo D. Giennensi et etiam considerata rei qualitate facile ex sententia discedo et dico cum Rmo collega meo, decretum haberi pro
 10 expedito et dandam copiam esse petentibus.

Ad hec inquit **Pisaurensis**: Indecorum valde erit sinodo, si tot notis onustum decretum edatur, quamobrem statuatur, ut sine notis edatur. Cumque ea de re a diversis diverse proferrentur sententiae, card. **de Monte** dixit: Missa nunc faciamus ista, alias forte de hac re agetur. Nunc descendamus ad reliquorum canonum absolute
 15 tionem. <Quod antequam faciamus volumus vos certiores facere, iam per Smlm D. N. circa cardinales provisum esse. Legitque alterum caput litterarum Rmi Farnesii, quibus continebatur in proximo concistorio statutum fuisse, ne quisb deinceps cardinales ultra unam obtineant ecclesiam cathedrali; qui autem nunc habent, illas dimitterent infra sex menses, si pontificis sit libera eius collatio, si vero ad nominationem vel aliam dispositionem principum esset, infra annum i.) c

Legitque ipse canonem, quo statuitur de qualitate assumendorum ad cathedrales ecclesias, rogavitque, an id patribus placeret. Et omnes responderunt *placet*.

Deinde legit canonem de summovenda pluralitate ecclesiarum cathedralium, quod omnibus pene placuit, si ea adderentur canoni, quae a Smo D. N. optime de cardinalibus
 25 provisae fuerunt. Quod a **Giennensi** primum, et deinde a pluribus firmatum fuit, paucis admodum exceptis, qui simpliciter canonem probarunt. Et ita, inquit card. **de Monte**, ut patribus placuit, canonem aptabimus; utinam ita in reliquis conveniamus.

Legitque alterum caput, quo cautum est de qualitate promovendorum ad curata beneficia. Ad quod card. **Giennensis** [respondit, frustra esse membranas occupare
 30 repetitione antiquorum canonum, si nihil adderetur de novo, prout nihil addebatur. Cui **Aliphanus** dixit, in hoc ultra iura antiqua provisum esse, ut etiam provisi a sede apostolica examinari possent, et si minus idonei visi fuerint, sacerdotiis privari, quod in antiquis canonibus cautum non erat. Si ita est, inquit **Giennensis**, bene est; sed declarentur taliter verba, ut nemo de voluntate sinodi dubitet in futurum.

35 Fuere deinde alii aptati canones plures magno cum patrum consensu.

26. Februarii.

Examinantur canones de residentia.

Die sequenti emendati fuere quatuor canones, quorum emendationes referre ideo supervacaneum duxi, quoniam he in decreto ipso apparebunt suis locis adnexe. Unum non est omittendum, maximo patrum consensu correctionem canonum factam fuisse. In eo aliquandiu laboratum est, ut aliquibus et precipue **Giennensi** cardinali
 40 satisfieret, qui nullas provisiones de multiplicitate sacerdotiorum in futurum fieri volebat, nisi etiam presenti tempore provideretur. Cui satisfacisse visus est card. **de Monte**, qui alio loco tractandam esse hanc materiam pollicitus est.

28. Februarii.

Absolvitur examen canonum de residentia.

Die lune ultima Februarii de mane fuit congregatio, in qua reliqui canones secundum patrum censuram emendati fuere, maiore cum patrum consensu, quam hactenus factum fuerit.

45 Dictum deinde fuit, ut patres | sequenti die accederent ad dicendum sententiam super canonibus confectis in materia sacramentorum, quibus errores alias disputati condemnantur. 185V

a **Ms.** proferrentur. b **sc.** c **add. in marg.**

1. Martii.

Duae congregationes generales: incipit examinari decretum de sacramentis.

Die prima Marcii de mane fuit congregatio, in qua primo card. **Giennensis** et deinde ceteri patres dixerunt sententias super canonibus confectis in materia sacra mentorum, in quos varie a variis note edite sunt, magis verba quam rem ipsam decreti tangentes.

Et quoniam de mane omnium patrum sententie propter hore tarditatem audiri 5 non potuerunt, illico post prandium reditum est ad congregationem, et om/ies patres super ea re auditi fuere. Quorum notas recensere supervacaneum existimavi, quoniam ex canonibus ipsis facile unicuique patere poterunt.

2. Martii.

Congregationes canonistarum et theologorum. In congregatione generali agitur de decretis publicandis.

Die sequenti de mane fuerunt due congregationes particulares, altera quidem iuris professorum coram cardinali de Monte, in qua aptati plurimum fuere canones ad reformationem pertinentes, altera vero coram cardinali S. Crucis theologorum, in qua de emendatione canonum ad sacramenta pertinentium tractatum est. 10

Eadem die hora 21 fuit congregatio generalis, in qua postrema manus canonibus de sacramentis addita fuit, et aptata fuere in eis ad viginti loca de patrum consensu. 15
i86r Fuere nonnulli, qui prorogationem sessionis ad aliquod breve tempus desiderarent, quo maiore cum animi quiete et maiore cum diligentia canones ipsi expediri possent; non tamen hac de re quicquam a presidentibus propositum fuit.

Deinde card. **de Monte** legit decretum de reformatione, quod ab omnibus probatum fuit. Fuere numero ad decem, qui aliqua desiderarent. **Senogaliensis** se aiebat probare canones, quatenus conformes essent canonibus sanctorum patrum (et 20 nihil iuribus DD. episcoporum preiudicaret)^b. **Claramontanus** [dixit] providendum de preterito et nominandos esse cardinales, et imitandum in hoc decretum Sm D. N., qui cardinalibus in suo sanctissimo de pluralitate ecclesiarum decreto non pepercerat. **Fesulanus** ut omnia episcopi suo iure agerent desiderabat, non ut apostolice sedis delegati. **Pacensis** itemque **Astoricensis** et **Calaguritanus** addi in titulo desiderabant *universalem ecclesiam representans* et exprimi cardinalium nomina et pro 25 videri de preterito circa pluralitatem curatorum beneficiorum, et insuper nullas amplius fieri annexiones perpetuas parochialium ecclesiarum. **Castellimaris** canones, non autem decretum se probare dixit, quod perinde erat ac si dixisset, se neque titulum 186V neque verba illa probare, videlicet *salva apostolica auctoritate*. Quod et **Lancia-** 30 **nensis** secutus fuit.

Missa est congregatio hora 3. noctis.

3. Martii.

Sessio VII. Publicantur decreta de sacramentis et de reformatione.

2Die sequenti tertia Marcii fuit sessio publica, in qua cantavit missam archiepiscopus Corcirensis, oracionem autem nemo habuit, propterea quod episcopus S. Marci, cui hoc onus mandatum fuerat, raucus adeo erat, ut fari non posset. Factis deinceps 35 de more ceremoniis episcopus Salpensis legit decretum sive canones in materia sacra mentorum, et demum interrogavit omnes patres, an sibi decretum placeret, et omnibus placuit excepto **Calaguritano**, qui titulo decreti addi volebat verba *universalis ecclesie*.

Deinde idem episcopus Salpensis legit canones ad reformationem spectantes et similiter interrogavit, an omnia patribus placerent. Et ex patribus duo et septuaginta 40 novem et quinquaginta decretum simpliciter probaverunt, tredecim vero ea desiderabant, que in superiore congregatione desiderata fuere.

a sic. b add. in marg.

Numerus autem prelatorum erat tres cardinales, novem archiepiscopi, tres et quingenta episcopi, duo abbates et quinque ordinum generales.

Successive indicta fuit sequens sessio pro die 21. Aprilis. De quibus omnibus **Hercules Severolus**, promotor concilii, petiit fieri unum vel plura instrumenta per 5 notarios et protonotarios concilii.

7. Martii.

Petitio capitulorum Germaniae. Decernitur deliberandum esse de eucharistia.

Die lune 7. Marcii fuit congregatio, in qua card. **S. Crucis** primum excusavit 1871 absentiam a congregatione cardinalis de Monte, propterea quod morbo quodam eorum laborabat, cui aer matutinus maxime nocebat. Deinde exposuit accessisse ad eos duos canonicos Germanos, alterum Salsburgensem a, alterum Brixinensem a nomine capitulum suorum et capitulorum orthodoxorum totius Germanie petentes declarari canonem quendam a sancta synodo promulgatum in 6. sessione, ut in quodam eorum libello latius apparet, quod per secretarium lectum fuit. In eo continebatur, se ex pluribus audivisse in sexta sessione promulgatum fuisse canonem, quo mittebatur episcopis facultas visitandi et etiam corrigendi quoscunque et quomodocunque exemptos. Quod 15 quoniam duplicem videtur habere posse intellectum: alterum, ut episcopi visitent et corrigant excessus, si capitula, ad quae in tota Germania prima cognitio spectat, corrigere neglexerint. Quod si ita esset, se facile canonem parituros. Sin autem sonat, ut episcopi etiam nulla precedente capitulorum contumacia per se possint clerum corrigere, hoc nihil aliud esset, quam meram tiranidem episcoporum constituere, maxime in Germania, 20 ubi omnes episcopi sunt etiam domini temporales, quibus vix ita resisti posset. Multa 187v deinceps connumerabat" egregia facinora a capitularibus facta pro conservatione religionis. Deinde idem cardinalis admonuit patres, ut sequenti die venirent parati ad dicendum, quid de hoc sentirent, itemque ad dicendum sententias in materia sacramentorum.

Nunc autem hoc scire ex patribus cupiebat, an eis placeret, ut illico post tractatum 25 de sacramento eucaristiae annectere de missa, an potius reservare materiam totam de missa post omnium sacramentorum absolutionem. Qua de re dicte a patribus sententiae; omnes paucis admodum exceptis inclinaverunt ut tractatus de missa reservaretur post tractatum omnium sacramentorum.

8. Martii.

Datur responsum oratoribus capitulorum Germaniae. Incipiuntur examinari articuli de eucharistia.

Die sequenti 8. Marcii fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Priusquam, in- 30 quit, dicantur sententiae in materia sacramentorum, bene erit tractare de responsione danda istis canonicis Germanis. Super qua re cogitavimus nos nihil posse aliud respondere per sanctam synodum, nisi quod legitime personas suas; nam querelam exponunt nomine omnium capitulorum Germanie, quorum nomine negant habere aliquod mandatum, et propterea non videntur audiendi, nisi doceant de mandato. Quod ab 35 omnibus uno ore probatum fuit.

Dicte fuere deinceps sententiae in materia sacramentorum super articulis alias a 188r theologis minoribus examinatis (et precipue de sacramento eucaristiae)d.

9. Martii.

Continuatur examen illorum articulorum. Deliberatur de transferendo concilio.

Die Mercurii 9. eiusdem dixerunt plures ex patribus in eadem materia sententias. Quibus dictis card. **de Monte** Alias, inquit, polliciti sumus vobis, patres, dum estate 40 preterita multi timore belli perterriti viderentur, nos salutem patrum omnium, imo singulorum, non minus cordi habere (et habituros esse)d, quam salutem nostram propriam. Quamobrem eius pollicitationis memores visum est nobis ea vobis patefacere, que a multis accepimus, ut re cognita melius de remedio cogitare valeamus. Ut scitis, patres, post sessionem ultimo celebratam discesserunt ex hoc loco ad duodecim prelati,

a Ms. Salsburgense, Brixinense.

b videtur confundere commemorare et enumerare.

c sic. d add. in marg.

quorum pars petiit a nobis licentiam, sed ea non obtenta, quinimo denegata, discesserunt, alii vero nobis minime salutatis abierunt. Hesterno die venerunt plures alii prelati ad nos, qui hic adsunt, significantes nobis se omnino abfuturos esse, ut sue vite consulerent, quoniam aiebant se valde comotos esse morte fratris nostri episcopi Caputaquensis et aliorum, qui quotidie in hac civitate moriuntur morbo lenticulario sive ponticulari, quem morbum 5 vulgo appellamus *mai di petecchie*. Quos cum nulla ratione ad nobiscum permanendum adducere potuissemus, impetravimus ab eis, ut saltem tam diu differrent eorum discessum, donec ad synodum hac de re relatum esset. Post prelatorum discessum cupientes scire 188v naturam et vim huius morbi advocavimus medicos, videlicet Fracastorium,] medicum huius sacri concilii, et Balduinum familiarem nostrum. Quos cum de vi et natura morbi 10 huius percuntassemus, dixerunt nobis morbum huiusmodi pestilentiosum esse et solere esse pestis prenuntium, huncque morbum aiebant magis periculosum esse nobilibus et delicatis, quam agrestibus hominibus. Adiecit Fracastorius, se accessisse huc a synodo conductusa, ut febres medicaret, non autem ut pestem et lenticulares morbos curaret, quapropter sibi discedendi licentiam dari postulabat. Quod cum ex illis audivissemus, 15 nonnihil nobis et universe synodi " timentes iussimus eos in scriptis redigere hanc eorum sententiam, quam mox nobis eorum manu subscriptam tradiderunt; eam, si placet, patribus secretarius leget.

Qua lecta idem cardinalis: Voluimus haec omnia patres scire, ut omnibus per spectis et vobis et rei publice christiane consulere possitis. Antequam autem dicantur 20 sententie, duo volumus vos, patres, scire. Alterum est nullius opinionis aut consilii nos auctores esse velle, sed eam secuturos sententiam, quam synodus dixerit. Alterum vero est, ut consulatur synodo et christiane rei publice qua via patres voluerint, dummodo concilium non dissolvatur.

His dictis card. **Giennensis** annuentibus legatis Non est, inquit, res huiusmodi, 25 que proponitur, minimi momenti, quinimmo ausim dicere, nullam neque maiorem neque magis arduam a nostris doctoribus tractari questionem, quam hanc de translatione concilii vel prelatorum discessu a concilio, et adhuc non sat scio, an nos illam tractare possimus 189f papa et principibus | christianis et maxime Cesare inconsulto (quorum nutu et voluntate huc accessimus)b, et si tamen possemus, adhuc tempus dandum esset nobis et universis 30 patribus, ut super tam ardua re cogitare possemus saltem per aliquos dies, ut matura posset esse deliberatio. Ego enim quod ad me attinet, ut meam inscitiam fatear, non sum ita eruditus, ut de tam magna tamque ardua re ausim <(de improvviso)' dicere sententiam. Propterea hanc totam rem differendam esse arbitror ad aliam congregationem. Si tamen dicenda sit sententia, arbitror nihil a nobis agendum esse, antequam pontifex 35 maximus, et Cesar consulatur.

1 Sententiam card. Giennensis secuti sunt Hispani omnes, et cum iis archiepiscopus **Turritanus** et **Upsalensis** et **Panormitanus**, ac episcopi **Calixtanus**, **Fesulanus**, **S. Marci**, **Siracusanus** et alii nonnulli. Vicit tamen contraria sententia, ut scilicet discedendum omnino esset, nec (aiebat **Materanus** et cum eo plures) expectandam 40 esse pestem, quandoquidem sufficiat sola pestis suspicio, ne alioquin tarda sint remedia. Comemoratumque fuit a nonnullis, quod cum anno preterito duo peste periissent in opido Rovereti, clausas fuisse Tridentinis omnes vicinarum civitatum portas, interdictumque fuisse omnino commercium, unde accidit, ut non pauci ex his prelati, qui eo tempore discesserant a civitate Tridentina, nullibi in terris Venetorum hospitio reciperentur, 45 189v [.quamobrem coactos sub dio pernoctasse, non sine maximo vite periculo. •(Additum est preterea hesterno die septem in eadem civitate sepultos fuisse et ultra quadraginta reperiri eodem morbo laborantes.

Eorum autem, qui discedendum esse arbitrabantur, divisa erat sententia, quoniam nonnulli suspendendum esse concilium aiebant, alii concedendam esse patribus licentiam 50 ad aliquos menses, alii transferendum esse concilium dicebant. Sed multe in his sententiis difficultates sese offerebant. Nam suspensioni illud [obstabat], quod si fieret ad certum tempus, non satis rebus consilia, quoniam possibile esset, ut finito suspensionis tempore adhuc duraret aeris intemperies. Si vero suspensio ad incertum tempus re-

a sic. b add. in marg. c add. supra lineam.

ferretur, videretur potius dissolutio quam concilii suspensio, quod et eveniebat, si patribus daretur licentia discedendi quo vellent. Translationem a probari posse videbatur, sed locus, ubinam concilium transferendum esset, non minimam difficultatem habere videbatur, quoniam iam ad alienam civitatem sine principis illius sententia accedere, preterea quod indecorum erat, erat etiam periculosum, ne ipse, cuius esset civitas, nollet concilium admittere, et nullum dabatur tempus quo consuli possent.

Deinceps) iterum card. **Giennensis** eadem pene que antea dixerat replicavit, addens, plures quidem causas a pluribus allegatas fuisse, quare discedendum esset, que si vere essent, ut presuponebatur, idonee possent esse ad concilii translationem faciendam. Verum non esse de facili credendum omnibus et eo maxime, quoniam ea que dicebantur in facto constabant, de cuius veritate una die poterat constare. Propterea si quid agendum sit, ita ageretur, ne levato quodammodo velo, ut aiunt, tanta res agi videatur. Fuerunt aliqui, qui legatorum sententias se audituros libenter affirmarent. His dictis card. **de Monte** Audite sunt, inquit, patrum sententie, et licet longe maior fuerit pars eorum, qui discedendum esse ab hoc loco quam primum arbitrantur, et propterea secundum eorum sententiam concludi posset, tamen, quoniam res gravis est et quoniam non adhuc planum est, quo abeundum sit, videtur nobis pro rei gravitate audiendos iterum esse patres, qui hinc ad diem crastinum cogitare poterunt super his, que a patribus dicta sunt, et sibi et sacre synodo cavere postpositis omnibus humanis affectibus. Hoc interim volumus scire patres, nos non recusare hic permanere cum nostre vite periculo, quamvis maximo, si reliqui patres nobiscum permanebunt, verum si maior pars discesserit, nos hic cum minore parte patrum permansuros non esse.

10. Martii.

Continuatur deliberatio de transferendo concilio.

Die sequenti eadem hora fuit congregatio, in qua card. **de Monte** Cogimur, inquit, ea, que in hesternae congregatione gesta sunt, summatim repetere. Diximus enim, plures ex patribus post sessionem celebratam recessisse, partim nobis insciis, partim etiam prohibentibus; multos preterea nudius tertius testatione nobis firmasse, se omnino discessuros esse propter hanc influentiam sive morbum. Quamobrem a nobis accitos esse medicos, ex quibus multa de huius morbi sevicia audivimus, que quoniam non contemnenda videbantur, ad vos retulimus. Diximus etiam quod, cum causa communis esset et videremus ex hac patrum protectione concilium dissolvi, existimasse ad officium nostrum pertinere, patres de his omnibus admonere et insuper rogare, prout rogavimus, ut omni humano affectu deposito et solum Deum pre oculis habentes sententie, prout unicuique spiritus suggereret, pro comuni securitate et concilii conservatione dicerentur. Diximus etiam nos auctores aut persuasores esse nolle alicuius consilii vel deliberationis, sed omnem super hac re deliberationem liberam et integram patribus relinquere, pro testantes omni vite discrimine neglecto paratos esse ad remanendum hic usque ad finem concilii, si patres vellent manere nobiscum; de quibus omnibus vos, patres, testes estis. Consideratis patrum sententiis invenimus longe maiorem partem [censere], ut ex hoc loco recederetur. Pro gravitate rei visum fuit nobis conclusionem differendam usque ad hanc presentem congregationem, et interim rogavimus Deum ex toto corde ad capiendum illud consilium, quod magis conveniret reipublice christiane. Restat nunc discutiendum de modo discedendi, ita ne concilium dissolvatur. Qua de re aliqui putabant transferendum, aliqui suspendendum esse concilium, aliqui dandam esse licentiam patribus, ut possent secedere ad loca vicina, non tamen ultra duas vel tres dietas, et ibi expectandam deliberationem Sm D. N. super loco; aliqui putabant retardandam esse deliberationem ad aliquod tempus, donec Sm D. N. et Cesar consulerentur. Reclamantibus tamen aliis et dicentibus vim et genus morbi talem esse, ut nullam pateretur moram, nos quamcunque deliberationem probare possumus, dummodo concilium non dissolvatur. Et quia multi rogaverunt nos heri, ut vellemus super hac re aperire mentem nostram, libere pro-

a sic. b Ms. propter. c add. in marg. pro deletis Dictis patrum sententiis cum maxime . . .
d deditum expectandum esse ad sequentem diem. 6 Ms. externa, cf. p. 85, adn. 2. f Ms. pos.

feremus id quod nobis occurrit, repetentes id quod sepe a nobis dictum est, omnem nostram curam et sollicitudinem ad id tendere, ut concilium conservetur. Quamobrem non satis probare possumus concilii suspensionem, quoniam suspensio ipsa, saltem quoad hominum opinionem, haberet speciem dissolutionis. Primum igitur, quod sese nobis offert, est, ut presupposita protectione et discessu ab hac civitate, ut maiori parti patrum placuit, designemus locum, in quo certi simus concilium recipiendum esse. Secundum, quod locus sit huic civitati propinquus quantum fieri potest, non solum pro maiori comoditate hinc recedentium, sed etiam pro maiori facilitate redeundi ad hanc urbem, si quando cessantibus impedimentis, que nunc urgent, videretur Sm̃ D. N. pro rebus Germanie concilium esse in hac civitate^f reducendum. Tercium, quod locus ipse sit capax, habeat salubritatem aeris et copiam rerum humano usui | necessariarum — ut uno nos absol-
vamus verbo, sola, sola Bononia videtur nobis huic intentioni accomodata. Non dubita-
mus, quin ibi recipiamur cum magna gratulatione et veneratione. De illius civitatis
dotibus diserere supervacaneum esset, cum omnibus palam sit eam paucis admodum
Italie civitatibus secundam esse. Itaque putamus comode statui posse a nobis concilium
illuc transferendum et ibi celebrandam esse sessionem a nobis indictam pro 21. Aprilis,
et prosecutioni concilii incumbendum ad beneplacitum Sm̃ D. N. et donec et quousque
aliter S^a S. et sacro concilio providendum et decernendum videbitur. 1Hoc enim pactob
videtur satisfieri quodammodo hiis, qui volebant patres ultra tres dietas ab hac civitate
non abesse, et nullum scandalum in populo generabitur. Quod recedant qui voluerint
recedere et remaneant qui voluerint remanere, hoc nos probare non possumus. Poterunt
igitur patres dicere sententiam, an silicet placeat eis concilium Bononiam transferri et
ibi celebrari iam indictam sessionem et deinceps ad ulteriora procedi usque ad bene
placitum Sm̃ D. N. et sedis apostolice, donec aliter statutum fuerit per Stm̃ S. et ipsam
sedem, accedente consensu sive approbatione maioris partis concilii.

Quibus ab eo graviter explicatis card. **Giennensis** Quanto, inquit, maiore studio
et diligentia potui quantumque mihi propter temporis penuriam datum est, evolvi libros
de materia translationis conciliorum loquentes. Quorum nemoanon fatetur articulum ipsum
gravissimum esse, et plures sunt, qui hoc esse de reservatis pape fateantur, et propterea
nescio, quomodo nos sine auctoritate expressa Sm̃ D. N. hoc nedum facere, sed etiam
tractare possimus. Sciunt enim omnes patres, quanto labore quantisque vigiliis tandem
factum sit, ut petente Sermo imperatore Carolo concilium hic haberetur, et deinceps
| quantum hic permanserimus, antequam concilium aperiretur et debitum haberet pro
gressum. Quod quo magis notum est patribus, eo minus mihi elaborandum est, ut
ostendam vobis, et invictissimum imperatorem et reliquos christianos principes nostram hanc
protectionem, si modo hinc abierimus, non equo animo laturus. Eoque minus ab omnibus
probabitur protectio concilii, quoniam nullam habemus proficiscendi legitimam causam.
Nam morbus iste punticularum, qui pretenditur, si vera essent, que heri a multis dicta
fuerunt, fortassis legitima causa abeundi esse posset; sed maximam ego pro mei in
formatione diligentiam feci, ut invenirem veritatem tam eorum, qui ex hoc morbo
perierunt, quam infirmorum. De mortuis quidem testantur parochi, qui medio iuramento
testificantur paucos admodum hoc morbo defunctos esse, et inter ceteros parochus
S. Petri iuramento firmavit, in sua parochia, que valde ampla est, toto hoc mense non
nisi duos defunctos esse in sua parochia^a, alter quidem infans, alter vero hidropisi labo-
rans. Infirmi quoque diligenter perquisiti sunt, nec inventi sunt in tota hac civitate plus
quam triginta et quinque infirmi, quorum quatuor vel quinque ad sumum hoc punticu-
larum morbo laborant. Quamobrem non video, quomodo causa ista discedendi legitima
videri possit. Si tamen aliqui de hiis, que a me dicta sunt, dubitant, possunt per sacram
synodum elligi tres vel quatuor prelati, qui de premissis se diligenter informant et ad
synodum referant. Quod enim ad medicorum iudicium attinet, se contraria ex medicis
huius civitatis intellexisse. 2Sed esto, quod causa que pretenditur manifesta esset, adhuc
non posset concilium transferri, nisi omnes consentirent. Et propterea, cum | ego unus
dissentiam, translatio fieri non potest. <Ut autem perpetuis temporibus constet, me
translationi huiusmodi non consensisse, in hac cartula, quam registrari peto, meam sen-

a sic.

b M s. pactu.

c sic, iteratur.

tentiam exposui)a. Melius igitur erit meo iuditio expectare per sex vel octo dies, donec habeantur littere a Cesare et a Smo D. N., quos certib esse possumus non esse huius mentis, ut velint, ut nostro cum vite discrimine hic permaneamus. <(Et interim cogantur prelati sub gravissimis penis, ne discedant ab hac civitate, donec aliter deliberetur)a
5 Illud non pretermittam, medicos huius civitatis rogatos fuisse a Fracastorio, ut se sub scriberent eius sententie, et id facere recusasse, quoniam sibi non videbantur vera ea, que ab ipso Fracastorio in scriptis redacta erant.

Cui card. **S. Crucis** Hoc, inquit, quod medici Tridentini dicunt, verum non est.

Mox card. **de Monte**: Pauca adhuc me dicere necesse est. Nam quod ad in-
10 firmos et mortuos attinet, quid opus est amplius querere, cum cemiteria iam omnia pre mortuorum multitudine defossa sint, et Tridentini cives, ne tot quotidie mori intellige- retur a nobis, prohibuerunt campanas pro mortuis sonare et plerumque mortuorum cor pora noctu eferantur, ne sciamus stragem 0 huius contagionis, antequam nos occupaverit. Quod ad medicos attinet, non esse comparandos huius civitatis medicos cum Fracastorio,
15 cuius fides a concilio iam probata esset eo maxime, quod apud nos istorum fides su specta non parum est ex iustissimis causis. Sed tamen scimus ipsos se subscripturos fuisse dictis per Fracastorium, nisi quibusdam rationibus patribus notis detenti fuissent. Que autem dicta fuissent de auctoritate Sm D. N., satis adesse eius auctoritatem, ubi legati eius adessent d. Quod autem requiratur in translatione omnium consensum 6, se
20 non invenisse apud graves auctores, nisi cum translatio fit absque aliqua causa. (U t autem iubeamus maiori parti, ne discedat, non sat scimus, quo iure facere possumus, cum teneamur hac in re sequi maioris partis sententiam, eo maxime, quod quis non est cogendus invitatus ad permanendum aliquo in loco cum sue vite discrimine)f.

Ad hec **Giennensis** inquit: Unum verbum tantum addam, videlicet quod consentire
25 translationi concilii est | de reservatis pape, et propterea ad hoc speciali mandato opus est. 192V

Dixerunt deinceps ordine reliqui patres sententiam. Quorum decem et sex vel decem et septem ad summum secuti sunt Giennensis sententiam, pluresque eorum eo sub pretexto Giennensis 8 sententie inherebant, quoniam aiebant sibi non constare de voluntate pontificis, cuius voluntas si perspecta illis esset, se ab eo, quod Sm D. N.
30 iuberet, ne latum quidem unguem discessuros.

Addidit episcopus **Castellimaris** et post eum **Pacensis**, **Astoricensis** et **Oscensis**, se testatione firmare, ne quis omnino discedat ex hac civitate; quod si dis cesserint, se protestari remanere et remansisse semper apud eos, qui remanerent, omnem concilii auctoritatem et potestatem. Qua de re libellos sive cartulas quasdam secretario
35 registrandas tradiderunt, in quibus eorum sententie scripte erant.

Ceteri omnes uno ore consilium Rm^{am} legatorum probaverunt, nec defuerunt qui responderent Hispanis et card. Giennensi, dicentes protestationes huiusmodi nullum habere robur, quoniam contra ius facte erant. Alii elaborarunt ut ostenderent in casu inopinato maxime licere concilium et transferri et suspendi etiam absque auctoritate sedis apostolice.
40 Duo, qui hesternat die cum Giennensis 8 sententia fuerant, sententiam mutarunt, laudantes concilii translationem. Hi fuerunt **Upsalensis** 11 archiepiscopus et episcopus **Calixtanus** et forte alii.

Dictum fuit a nonnullis, adeo rem instare et periculum esse in mora, ut bonum esset confestim accedere ad ecclesiam et ibi celebrata parva missa de spiritu sancto in
45 arena capere consilium. Quod et nonnulli Hispani ac' inprimis episcopus **Castellimaris** probare videbantur. Sed hec suo loco facienda **Giennensi** placebat, cuius opinionem secuti sunt etiam legati, nedum propter hore tarditatem, sed ne tumultuaria profectio videretur.

Omnium sententiis explicatis card. **de Monte** Non est, inquit, cur hic amplius laboremus; cras hora 12. ibimus in ecclesiam, et ibi celebrata missa et factis aliis sacris
50 de more invocabimus paracletum illum spiritum, qui devote invocantibus nobis non deerit. Hoc iterum edicimus, nos nullo modo cum decem vel viginti prelatisk hic permansuros esse; verum si omnes permanere voluerint, nos libenter permanebimus, omni vite peri culo posthabito. J93r

a add. in marg.

b M s. certo.

c M s. stracem.

d M s. adesset.

e sic.

f Add. partim in interiori laterali, partim in inferiori margine.

s M s. Giennensi.

h falso Raynaldus Hispanensis; qui omnino non interfuit concilio.

■ M s. hac.

k M s. prelatos.

11. Martii.

Sessio VIII. Decernitur transferendum esse concilium Bononiam.

Die sequenti, videlicet die Veneris 11. eiusdem convenerunt patres in ecclesia s. Vigili in loco solito, ubi celebrata missa per episcopum Bertinoriensem et factis aliis de more ceremoniis^a card. **de Monte** repetiit iterum ea, que in proximis congregationibus dicta fuere ab eodem.

Mox **Hercules Severolus** promotor concilii Patres sanctissimi, inquit, audiui 5
ea, que in proxima congregatione a plerisque patribus de morbo punctulari sive lenticulari (in hac civitate crassante) dicta fuerunt. Quamobrem putavi ad officium meum maxime pertinere, perquirere quam diligentissime huius rei veritatem et vobis eam patefacere. Itaque confeci statim nonnullos articulos super ea re iuxta ea que a patribus audiui, et super iis novem fide dignos testes examinaui, ex quibus de crassatione et 10
contagione huiusmodi morbi et de aliis quampluribus ad hanc rem pertinentibus liquere potest. Que si placet sumatim recensebo.

Quinimo, card. **Giennensis** et cum eo plures dixerunt, legantur palam omnia. 193v Lecti igitur fuere articuli et successive dicta testium examinatum super illis per Claudium notarium concilii, rogatum de testium examine. Articulatorum summa hec erat: t5

Promotor sive procurator sacri concilii Tridentini premissis et salvis petitionibus etc. de stilo Romane curie solitis etc. pro sola facti immo notorietatis manifeste probatione et elucidatione ponit et dicit, quod a triginta diebus citra invaluit in civitate Tridentina gravis et pestilens morbus lenticularis sive punctularis appellatus, ex quo plures et plures quotidie moriuntur. 20

Quod morbus huiusmodi pestilens est et talis, quod ex eo ut plurimum homines moriuntur.

Quod morbus huiusmodi communiter ex mala infectione aeris provenit et eius est nature, ut ex uno in alium crassetur et transmigret.

Quod ex eodem morbo a mense citra mortui sunt inter alios plurimos generalis 25
observantie, episcopus Caputaquensis et canonicus Balduinus, et plures quotidie in firmantur.

Quod plures ex his qui infirmantur moriuntur, vel saltem debilitantur eorum sensus vel membra.

Quod morbus huiusmodi nedum in hac civitate, sed in proximis vicis et pagis 30
quotidie crassatur et plures ex eodem moriuntur.

Quod plerumque morbus huiusmodi converti consueverit in pestem.

Quod adeo sterilis est ager Tridentinus, ut ex frugibus ex eo provenientibus cives huius civitatis vix per tres menses vivere possint.

Quod prelati et alii qui ad concilium accesserunt pro maiori parte, quinimmo 35
semper ex annona, que extrinsecus in hanc civitatem portantur, victum quotidianum habent et habere consueverunt.

Quod si casus aliquis obvenisset, ut aliquis hic peste obiret, et hoc ad notitiam DD. Venetorum vel aliorum circumvicinorum perveniret, impedirentur comeatus huic urbi, ita ut nullo pacto haberentur necessaria ad victum. 40

Quod stante peste in hoc loco non esset integrum prelati hinc abire, quia a nullis omnino exteris reciperentur.

Quod in hac parva admodum civitate sunt de presenti quadraginta et amplius hoc 194r morbo lenticulari sive punctulari laborantes, et quotidie magis invalescit morbus huiusmodi.

Quod in hac civitate ut in pluribus non reperiuntur medicine apte et suficientes 45
pro morbis huiusmodi, quamobrem non possunt infirmi recte et secundum canones medicine curari.

Quod medici huius civitatis iam sepius requisiti visitare infirmos negaverunt et negant hoc facere, veriti huius morbi contagionem.

Quod omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria etc. Quare etc. 50
salvo etc. et protestatur.

a *deleta sunt haec* oratio tamen habita non fuit, quoniam episcopus S. Marci, cui hoc onus mandatum fuerat . . . cf. p. 136, l. 34. b *sic*. c *add. in marg.* d *Ms. hac*. e *deletum* per secretarium, *deinde* per Claudium notarium concilii.

Dicta autem testium recensere supervacuum est. Hoc tantum sufficiat, testes plene articulos probasse. Lectis attestationibus idem promotor dixit: medicis quoque delatum esse iuramentum et iurasse, ita se credere (et scire per experientiam, quam habent huius professionis, quod vera erant que ipsi)a in scriptis redegerunt, et addidisse Fracastorium, 5 quod si darentur sibi singulis diebus centum aurei, ut hic maneret per integrum mensem, se non mansurum.

His a promotore explicatis card. **de Monte** legit patribus decretum confectum super translatione concilii, cuius decreti summa hec erat, videlicet: sacram Tridentinam synodum timore iminentis morbi transferre concilium ad civitatem Bononie et ibi morari 10 velle, donec et quousque aliter S. St! et sacre synodo visum fuerit, et ibi celebrare sessionem die 21. Aprilis. Mox interrogavit patres, an sibi placerent eadem decreta, prout ab ipso lecta fuerunt.

Omnium vota alta voce explicata fuere, primusque omnium card. **Giennensis** nullo modo sibi translationem concilii probari aiebat, quoniam de causa que propone- 15 batur non constabat. Nec quicquam referre ea, que a promotore concilii recitata fuerant, primum quoniam ipse nullam hoc faciendi auctoritatem a synodo habuerat, et propterea gestis illis tanquam ab eo acceptis, qui nullam omnino iurisdictionem habebat, nullam esse dandam fidem, | et tanto minus quanto, quod die proxima in congregatione a pluribus petitum fuerat, ut deputarentur aliqui prelati ad hoc faciendum, et" minime 20 deputati fuerant. Quibus accedit, quod testes sunt suspecti et loquuntur de rebus sibi incognitis et quorum ut plurimum notorietas manifesta est in contrarium, et fuerunt ex aminati parte non citata, et propterea nihil curandum de huiusmodi attestationibus; et minus de dictis medicorum, cum in contrarium constet ex dictis aliorum medicorum fide dignorum. Casu tamen, quo facienda esset translatio, non esse faciendam dicebat, nisi 25 de consensu duarum ex tribus partibus concilii (iuxta constitutionem *Frequens* in concilio Constantiensi editam 1. Qui consensus)c hic non aderat, ut ex congregatione hesternaa cognitum fuerat. Quamobrem non videre se aiebat, quomodo translatio fieri posset, nempe cum nulla legitima causa esset, cur translatio fieret, et numerus eorum, qui translationem volebant, non esset sufficiens ad translationem iuxta formam dicte con- 30 stitutionis *Frequens*, et licet aliqui ex prelatis iam discesserint, hoc non fuisse ex in- dispositione aeris, sed ex eorum qui discesserunt voluntate, ut patere potest ex eo maxime, quod etiam nulla tali imminente suspitione abire consueverunt et mox tempore sessionis redire.

Post Giennensem archiepiscopus **Spalatrensis** uno verbo se decreta probare 35 professus est. Contra **Turritanus** aiebat se nullo modo translationem probaturum, nisi prius eidem constaret de voluntate Sm D. N., de qua quoniam non constabat, se decreta non probare aliquo modo dixit, sed quam primum de voluntate S. St! constaret, imutaturum sententiam et id secuturum, quod S. S4^m declararet.

Adversus hec omnia **Materanus** disseruit ostendens6 primum, testes a promotore 40 concilii receptos legitimos | esse et legitime receptos. Cum enim, inquit, ab initio sancta synodus promotoris personam aprobavit, omnia ei concessit, que ad eius officium pertinent, et ideo nulla alia commissione eguit ad recipiendos testes huiusmodi. Quorum testium dicta adeo notoria sunt nobis omnibus, ut etiam iis tacentibus omnino translatio legitime fieri posset. De medico non eandem habendam esse rationem Fracastorii et 45 medicorum huius civitatis aiebat, nedum propter peritiam Fracastorii, sed etiam propter integritatem et bonam famam eiusdem, quarum ratione semel probatus fuerat a sancta hac synodo; et ideo amplius de fide eius ambigendum non esse, et propterea dubitandum non esse, quin causa manifestissima esset et plus quam probata. Que tametsi probata non esset, voluntatem concilii pro causa esse, voluntatem nempe maioris partis, per 50 quam universa synodus representatur. Nam quod attinet ad constitutionem *Frequens*, dicebat eam in concilio Lateranensi temporibus Iulii II revocatam esse2.

a corr. in marg. pro uti.
e M s. ostendes.

b sic.

c add. in marg.

d M s. externa, cf. p. 83, adn. 2.

1 Cf. v. d. *Hardt*, Cone. Const. IV., 1425 ss.; *Hefele* Conc.-Gesch. VII., 321; *Hubler*, Die Konstanzer Reformation (Lipsiae 1867) p. 33 ss.

2 Iulii II bulla *Sacrosanctae Romanae ecclesiae* (con-

vocatoria concilii Lateranensis V) 18. Iulii 1511 Romae edita § 2 (*Bullar. Rom.* ed. Taurin. V., 500 s.; *Harduin* IX., 1584/1593; *Raynaldus* ad a. 1511, n. 9—15). *Hergenrother*, Conc.-Gesch. VIII., 454 ss.

Sententiam Materani plures secuti sunt. Addebat tamen **Feltrensis** episcopus, posse concilium derogare illi constitutioni *Frequens*, petebatque eidem ex abundanti derogari, cum par in parem non habeat imperium.

Adidit etiam **Bertinoriensis**, eos, qui discesserant, metu morbi discessisse, alias non discessuros. Aiebat enim Bitontinum¹, Soranum et Mutulanum episcopos, qui 5 nunquam antea ex hoc loco discesserant, nunc primum et hac de causa discessisse.

Fuere autem qui decretum simpliciter probaverunt triginta et quatuor, cum Turritano et Giennensi quatuordecim, Ispani omnes et regni Neapolitani et Sicilie <et Fesulanus Florentinus>f. Hii autem fuere archiepiscopus Panormitanus, episcopi Fesularum, 10 S. Marci, Bossanensis, Lancianensis, Syracusarum, | Pacensis, Astoricensis, Oscensis, Calaguritanus et Canariensis*.

Quorum sententie uno aut altero excepto cum Turritano sentiebant, ut silicet translatio non fieret, quoniam hoc sine voluntate et auctoritate Sm D. N. fieri non poterat. Adiecit **Astoricensis** male facere legatos, qui hanc concilio auctoritatem 15 permitterent, que solius esset pape, et propterea eos detrahere auctoritati sedis apostolice. **Castellimaris** protestationi alias a se date rursum se inherere dixit, protestans iterum apud eos, qui remansissent Tridenti, auctoritatem concilii remanere.

Duo fuere, qui sibi non liquere aiebant: is fuit episcopus **Agatensis** Gallus et episcopus **Portuensis** Lusitanus. Quam cum sententiam Agatensis protulisset, Respondeat, inquit **Giennensis**, clare, an velit vel nolit translationem fieri. Cui **Agatensis** Ego, 20 inquit, nihil aliud dicam, nisi quod nihil curo, utrum concilium maneat vel discedat, quia non mihi constat, uterb horum melius sit. Cogatur, inquit **Giennensis**, proferre sententiam, quia de iure cogi potest. Cui **Albiganensis** Non est, inquit, de iure cogendus, quia ex pluribus iudiciis potest unus dicere sibi non liquere. Quod et alii affirmaverunt. 25

Dictis omnium sententiis iisque per secretarium alta voce recitatis petiit card. **Giennensis** a legatis, ut et ipsi dicerent sententiam. Cui card. **de Monte** Ego, inquit, postquam translationem concilii nedum a maiori parte, sed etiam a duabus ex 30 tribus partibus abunde probari video, ideo ut apostolice sedis legatus, ut episcopus, ut cardinalis translationi consentio et ita in nomine sancte et individue trinitatis sessio iam indicta habebitur Bononie die ipsa 21. Aprilis. Et ut patres cognoscant, quam sincere, quam | simpliciter semper in rebus concilii processerimus et quantum libertati eiusdem 35 concilii semper faverimus, ad eorum maxime consolationem, qui dixerunt se consensuros translationi, si sibi constaret de auctoritate pape nobis ad hoc concessa, sciant patres, nos ab initio nostre legationis habuisse a Sm D. N. facultatem transferendi concilii, quemadmodum in bulla eius nobis concessa mox apparebit, quam quidem bullam hac tenus nolimus legi, ne honos, qui debite defertur ab omnibus ipsi sedi, traheret0 fortassis aliquos ad consentiendum in id,' quod alias facturi non essent. Ea, si placet, legetur.

Cumque id omnes uno ore petiissent, Angelus a secretis legit bullam ipsam, in qua cardinalibus de Monte, S. Crucis et Anglico vel duobus ex ipsis dabatur potestas4 40 a Sm D. N. transferendi concilium auctoritate apostolica, si quando vel peste vel bello vel alia iustae causa Tridenti <comode>a esse non posset. Qua bulla lecta idem card. **de Monte** admonuit omnes prelatos presentes sub penis et censuris in ipsa bulla expressis, ut die ipsa 21. Aprilis Bononie ad celebrandam sessionem iam indictam adessent.

Qua bulla lecta et Giennensis et omnes, qui cum eo senserant, obmutuerunt. 45 **Giennensis** tamen petiit sibi tam bulle quam aliorum gestorum fieri copiam.

Mox **Hercules Severolus** promotor concilii petiit de omnibus et singulis gestis in sacra synodo per notarios et protonotarios concilii fieri unum vel plura publicum et publica documenta.

12. Martii.

Discessus legatorum Tridento Bononiam.

Die sequenti 12. Martii discesserunt Rm legati a civitate Tridentina, et die 20. 50 eiusdem pervenerunt ad civitatem Bononie cum non paucis prelati.

a add. supra lineam. b sic. c Ms. traeret. d deletum si casus belli vel pestis vel al ... e Ms. iuxta.

1 Oblitus est ante Lancianensem nominare episcopum Castellimaris, quo dempto essent tantum tredecim.

25. Martii.

Congregationes theologorum Bononiae habitae.

Die 25. et successive fuerunt coram Rmo S. Crucis congregationes theologorum i96v
minorum, qui dixerunt sententias super articulo de confessione et aliis quampluribus
articulis ad sacramentorum materiam spectantibus.

19. Aprilis.

Decernitur prorogandam esse promulgationem decretorum.

Die 19. Aprilis hora 20. fuit congregatio generalis in domo Rmi card. de Monte,
5 in qua card. **de Monte** Non est, inquit, ut laborem in referendis gratiis vobis patribus,
qui huc tot laboribus et sumptibus nobiscum convenistis, quoniam scimus non hec a vobis
amore glorie, sed fraterna potius caritate et vestri officii memores a facta fuisse. Credendum
est non sine divino numine concilium a civitate Tridentina huc translatum fuisse. Hac
tenus et prelatorum infrequentia et etiam quia ego podagra graviter laboravi (et utinam
10 hodie non laborarem!) nihil agere potuimus. Quamobrem cogitavimus nihil in hac futura
proxima sessione promulgari posse, et propterea bonum esse, ut differatur sessio huius
modi ad aliquod tempus congruum quo materie examinari, tractari et demum cum
dignitate concilii sanciri possint. Hanc diem future sessionis cogitavimus esse posse diem
lovis post pentecostem, si ita patribus placuerit; ita tamen, ut die lovis proxima hoc
15 sanciantur in ecclesia s. Petronii, ubi omnes, quemadmodum in aliis sessionibus factum est,
conveniamus cras iterum eadem hora, et interim nos componemus decretum exami-
nandum et a vobis approbandum in proxima sessione super prorogatione sessionis et
loci huius approbatione.

Legatorum sententiam nedum utilem, sed etiam propemodum necessariam omnes
20 patres dixerunt. Addidit **Veronensis** curandum esse, ut interim quamplurimi prelati
hica advolarent, et procedendum rigore contra non venientes.

His dictis missa est congregatio. Fuere autem in eo conventu episcopis duo et
triginta.

20. Aprilis.

Approbatur decretum prorogationis.

Die sequenti 20. eiusdem eisdem patribus congregatis card. **de Monte** legit i97r
25 decretum confectum super prorogatione sessionis, cuius hec erat sententia, videlicet:
Cogitans sacra synodus concilium legitime et ex tunc legitimis causis Bononia trans-
latum volens prosecutioni ipsius concilii intendere, ut prelati, qui ad suas ecclesias his
diebus proximis comigraverunt et qui alibi sunt, commodius venire possent et rebus tam
ad fidem quam ad mores pertinentibus interesse et easd pertractare, ideo presentem
30 sessionem differre ad feriam quintam post pentecostem transferendam duxit et trans-
tulit, ita tamen, ut liceat tempus sessionis abbreviare etiam in privata congregatione, si
ita expedire visum fuerit.

Decretum uti a R^m legatis confectum fuerat omnes probaverunt. Aliqui tamen
eius copiam patribus fieri malebant. Quibus card. **de Monte**: Hoc nostre fidei com-
35 mittatur, et hac in re credatur nobis, expedire, ne cuiquam fiat copia. Si quis tamen
decretum ipsum legere voluerit et melius considerare, id facere poterit, quoniam secre-
tarius decretum illius ostendet.

21. Aprilis.

Sessio IX. Publicatur decretum prorogationis.

Die sequenti, videlicet lovis 21. eiusdem mensis Aprilis fuit sessio, in qua archiepi-
scopus Naxiensis cantavit missam de spiritu sancto et episcopus Minorensis habuit ora-
4° tionem sane ellegantem, factisque de more ceremoniis idem episcopus Naxiensis de

a sic.

b *deletum* et archiepiscopi.

c M.s. pertinentes.

d M.s. ea.

mandato R^m DD. legatorum legit decretum, de quo supra est facta mentio, et interrogavit patres, an eis placeret. Dictis sententiis omnibus placuisse cognitum est, et ita card. **de Monte** omnium | votis decretum probari pronuntiavit, cum antea se-
 197V tarius concilii sententiam episcopi **Salutiorum** et **gubernatoris Bononiensis**, qui pre-
 textu infirmitatis aberant, retulisset, quibus et ipsi se decreto subscribere affirmarunt, s

De quibus omnibus et singulis **Hercules Severolus** sacri concilii promotor petiit fieri unum vel plura publicum et publica instrumenta.

Prelati, qui sessioni presentes fuerunt, sunt infrascriptib, numero 35; verum Tridenti adhuc remansisse decem et septem compertum erat.

26. Aprilis.

Constituatur deputatio pro examinandis causis absentiae.

i98r Die 26. eiusdem mensis Aprilis fuit congregatio, in qua card. **de Monte** 10
 Duo, inquit, nobis videntur agenda inpresentiarum, alterum videlicet, ut dirigamus
 gressus nostros ita, ut certi simus, qua via ambulare velimus; alterum est, ut provideamus
 circa absentes (ita ut quam maximum hic habeamus numerum prelatorum, ut bene ab
 episcopo Veronensi in proxima congregatione admoniti fuimus)'. In quorum altero
 nostra intentio est, ut procedamus eadem via, qua hactenus ambulavimus in Tridentina 15
 synodo, nempe simul et semel tam super dogmatibus quam super reformatione. Circa
 absentes autem, quoniam hec materia absentie multas causas habet et tot fere sunt
 cause absentie, quot prelati, qui non venerunt, videretur nobis, ut aliqui deputarentur
 ex prelatiis, qui una nobiscum de re huiusmodi consulerent; cum autem ipsis et nobis
 via inventa erit et modus convocandi ipsos absentes, omnia referentur ad synodum. 20
 Prelati, qui ad hanc rem nobis viderentur elligendi, [sunt] archiepiscopus Materanus,
 Vasionensis, Bitontinus et Aliphanus. Quibus de rebus dicant patres sententiam.

Patrum sententie cum cardinalibus ad unum convenerunt, excepto **Bertinoriensi**, qui deputationem huiusmodi tanquam non necessariam dissuadere conatus est.

9. Maii.

De canonibus sacramenti eucharistiae.

Die [lune 9.] mensis Maii fuit congregatio, in qua hoc unum actum est, ut prelati 25
 omnes mitterent pro copia canonum editorum a R^m S. Crucis super sacramento euca-
 ristie, et prepararent se ad dicendum sententias super illis in proximis congregationibus.
 Simulque admoniti fuerunt, ne ipsorum canonum aliquibus copiam facerent, antequam ab
 omnibus probati essent. Adiecit 'card. **S. Crucis** se de industria omisisse in canonibus
 i98v unum ex articulis, qui a theologis disputati | fuissent, nempe illum, ubi dicebatur: tantum 30
 sumi sub una specie, quantum sub utraque, idque ea ratione factum esse, quoniam hac
 de re inter catholicos non modica esset dissentiod. Quam rationem sibi probari, si a
 patribus probaretur. Canones examinandi sequuntur:

6 Si quis dixerit in eucharistie sacramento non contineri re vera corpus et sanguinem
 Domini nostri Iesu Christi, sed tantummodo esse ibi ut in signo vel in figura, anathema sit. 35

Si quis dixerit alio modo in eucharistie sacramento contineri corpus et sanguinem
 Domini nostri Iesu Christi, quam eo, quo sancta catholica ecclesia hactenus predicavit
 et docuit, conversione scilicet mirabili totius substantie panis in corpus, et totius sub-
 stantie vini in sanguinem, ita ut sub utraque specie et qualibet eius parte separatione
 facta totus Christus contineatur, que quidem conversio a patribus nostris aptissime 40
 transubstantiatio nuncupata est, a. s.

Si quis operationem huius mysterii, qua sub specie panis et vini adest presentia
 Domini nostri Iesu Christi, dixerit non fieri prolatiis consecrationis verbis iuxta formam
 ab ipso salvatore nostro apostolis traditam et in ecclesia perpetuo conservatam et custo-
 ditam, sed per solam sumentium et communicantium fidem, a. s. 45

a *Post haec deleta sunt* Et ita cum Dei benedictione omnes abierunt. Prelati presentes sessioni fuerunt
 infrascripti . . . b *Post infrascripti deletum est videlicet, et pro nominibus praelatorum additus est tantum*

numerus, isque et quae sequuntur alio manus ductu. Reliqua pars paginae vacat. c *add. in marg.*

d *sic.* e *Hi canones scripti sunt secunda manu.* Cf. p. 127, adn. d.

Si quis dixerit, presentiam corporis et sanguinis Christi esse quidem in sacramento, sed tantummodo in usum cibi et potus, hoc est dum consecrata hostia actu exhibetur et sumitur, et ideo eucharistiam non esse adorandam adoratione etiam externa nec circumgestandam nec reservandam nec ad infirmos deferendam nec festive peculiare solemnitate celebrandam, neque etiam particulas, si que post sumptionem remanent, aut tunc re sumendas aut venerabiliter collocandas esse, ut postea resumantur, quasi in eis non sit re vera Christus, a. s.

16. Ianuarii.

Oratores Caesarei protestantur contra translationem.

Die lune 16. Ianuarii 1548 habita fuit congregatio generalis in loco solito, in qua audite fuerunt nonnullorum patrum sententiae super canonibus edendis in materia confessionis factis a patribus ad id deputatis.

Mox cum nuntiatum esset duos Cesaris procuratores adesse, qui vellent sacram sinodum alloqui, Rm^o **de Monte** retulit ad patres, quid de ea re censerent, eos comonefaciens, sibi hac in re videri non ante ipsos admittendos esse, quam pro certo sciretur ab ipsis procuratoribus, cuius nomine essent ad synodum verba facturi, proprio nomine an Cesaris.

Quod cum ab omnibus patribus probatum fuisset, promotor concilii et secretarius de mandato ipsius Reverendissimi et sanctae congregationis ipsos procuratores ad fores concilii stantes percuntaverunt, quo nomine essent verba facturi. Respondiderunt, quod ipsia (Cesaris nomine)^b. Interrogati, num haberent mandatum, respondiderunt se mandatum habere a Cesare, quod ipsi sanctae synodo mox ostendere se paratos esse.

Iis synodo per promotorem relatis per card. **de Monte** ad patres relatum est, num eis placeret procuratores ipsos hodie audiri vel magis differre ad aliam congregationem. Qua in re nonnulli fuerunt, qui expectandam sequentem congregationem censuerunt, propterea quod abessent et oratores Chrm regis, quos adesse par erat, et prelati plures, qui omnino adfuissent, si rem tam gravem tamque seriam agendam scivissent. Qua in sententia fuerunt omnes fere episcopi Galli et alii complures. Contraria tamen pluribus placuit, ea nempe ratione, quod nemini audientia deneganda esset, et quod fortassis eorum, qui synodum alloquuturi⁰ essent, multum interesse poterat an hodie vel alia die audirentur. Antequam] tamen intromitterentur placuit, ut docerent de mandato, missique sunt ad ipsos primum iidem promotor et secretarius, et deinceps archiepiscopus Materanus et archiepiscopus Naxiensis, | quibus successive ab eisdem procuratoribus pariter responsum est, se velle mandatum suum synodo presentare, idque ita se in mandatis habere; addideruntque se facile omnem ignominiam passuros, nisi confestim de mandato docerent.

Qua re per synodum intellecta placuit ipsos admitti. Qui antequam verbum vel unum quidem proferrent, interrogati sunt a Rm^o **de Monte**, ut exhiberent mandatum Cesaris, si aliquid haberent. Quamobrem ipsi diploma, in quo Cesaris mandatum continebatur, eidem Rm^o in manibus dederunt. Quod mox per secretarium concilii lectum fuit, prius sedere iussis procuratoribus ipsis, quibus locus datus fuit in medio congregationis, et duo scabelli dati, ubi sederent.

^b *correcta pro* Cesaris et non nomine tantum [*proprio venissent*].

^c *Ms.* aloquuturi.

■

' 'f:

h

■

II.

Angeli Massarelli

De concilio Tridentino Diarium
primum

(a 22. Februarii 1545 usque ad 1. Februarii 1546).

B = Cod. Barberinianus XVI, 28.

B 1 = " " XVI, 27, transcriptus ex *B*.

T = Cod. Tridentinus, Bibl. civ. coli. Mazzetti 4237 (cf. Prolegomena).

Angeli Massarelli de S. Severino

Diarium

a discessu ex Urbe ad concilium Tridenti celebrandum a.

[22. Februarii, Dominica.]

Datur crux legatis concilii.

POST missam papalem fuit data crux Rmis legatis concilii¹, et sociati de more ab Cod. omnibus cardinalibus [extra portam] b. Petri. Qui postea fuerunt in prandio cum xvifss, card. Farnesio. f. ir. '.

— O visitavi et de itinere et discessu Reverendissimi verba feci. Fall[ettus] 2 venit mecum fere semper, fuique cum eo ad D. Sever[inum] Bucc[auratum] 3 eadem de causa. Quae omnia in sero retuli Reverendissimo meo. Laudavit factum etc.e

23. Februarii, Lunae.

Praeparatur et incipitur iter.

Mane summo Reverendissimus misit me vocatum commisitque, ut Ill^lman Dominam Margaritam Austriae, filiam Caroli V imperatoris⁴, visitarem, necnon Ill^lman Dominam Constantiam, Pauli III pontificis maximi [filiam] naturalem⁵. Ivi itaque Romam f6 et dictas Dominas visitavi, de discessu hodierno Reverendissimi versus Germaniam verba faciens. Hoc interim cardinalis meus discessit ex Urbe cum maiori parte familiarium. Cumque domum rediissem Reverendissimo iam discesso, cum Fall[etto] 2 et Mar[ian]o 7

a Hunc titulum habet B, sed pro a discessu scribit post et ante discessum, quod et ante ab alio additum fuisse credo. Sed cum titulus sit corruptus, pauca nobis mutare licuit. T fomisso nomine auctoris): Diarium sacri concilii Tridentini a die 23. [sic] Februarii 1545 usque ad diem 1. Februarii 1546. Cf. Prolegomena.

b Desunt in M s., sed ex Massarelli diar. VI ad 8. Martii IJSS et ex actis concilii (Theiner I, 474*) suppleri poterant. c Deest nomen in utroque codice. d T cum eo adeo. e B (pro etc.) D. ! T Fui itaque Romae.

1 De cruce legatorum cf. Lud. Thomassini Vetus et nova ecclesiae disciplina, pars I, l. 2, c. 58, n. 6.

2 Certe est ille amicus Massarelli in huius diariis saepe nominatus. In tabulario publico Florentino Carte Cervin. vol. XIX extat documentum (dat. 30. Augusti 1549); ubi dicitur »Thomas Fallettus clericus Casalen-sis«, et secundum quod in camera apostolica officium videtur habuisse.

3 Ita legendum esse elucet ex Massarelli diar. IV ad 4. Iunii 1548 et epistula eiusdem eadem die data ad card. Cervinum, Tabui. Florent. Carte Cervin. vol. XVIII, ubi illo tempore eum obiisse legitur. Erat et ipse Septempedanus, qui Romae in domo cardinalis S. Georgii degebat medicus et paucos annos prioratum Cruciferorum suae patriae obtinebat. Cf. I. C. Gentili, De eccl. Septemped. (Maceratae 1837) II, 183; III, 138.

Margarita anno 1536 nupserat Alexandro de Medicis, duci Florentinorum, quo occiso alterum matri-

monium iniit cum Octavio Farnesio, duce Camerinensium ac postea (cf. infra 27. Augusti) Castrensium, Petri Aloysii Farnesii filio et Pauli III nepoti. Vocabatur ab Italis »la Madama«, a quo nomine appellatur platea quaedam in urbe Roma et villa ad montem Marium sita.

5 Matrimonio iuncta erat Bosio Sfortiae, comiti S. Florae, cui complures pueros pepererat, inter quos Guidonem Ascanium, qui a Paulo III creatus est cardinalis et camerarii munere fungebatur. Constantia obiit 23. Maii 1545; cf. infra ad 29. Maii.

6 Ergo videtur fuisse extra Romam, nisi lectio corrupta est.

7 Idem commemoratur in diar. IV 31. Octobris 1549. Videtur fuisse e gente Firmanorum, cui Massarellus amicitia coniunctus erat. Cf. Diar. Ludovici Firmani (Tabular. Vat. Arm. XII, vol. 29, f. 7ir, 107y, nor), cuius epitomen in hac nostra collectione dabimus.

in cam[er]aa m[e]a [fui], deinde in hosp[iti]o convic[in]ob <ianctac[ulum]>c fecimus. De nique in nomine Domini equum ascendens iter et ego Tridentum versus arripiens hora circiter 17. extra Urbem solus exivi.

Ante discessum meum reliqui partem rerum mearum D. Caesari Marianod de Firmo 1, videlicet lentinum]e, coopertorium lecti album ex tela, vestem leoninam Germanicam]f2, 5 lintheamina duo, aves duas, card[uelem] et lugar[inum] pipionfem], 4 columbas, aceti rosati vasa 53. Caetera in manibus D. Ioannis Baptistae Cervinis4.

hEadem die. Rms D. Marcellus tituli S. Crucis <in Hierusalem, S. R. E. presbiter)* cardinalis de Montepolitiano, dictus de S. Cruce vulgariter, dominus meus clementissimus, legatus concilii, una cum Rms DD. de Monte et Polo Tridenti celebrandi 10 ex Urbe recessit, iter suum versus dictam civitatem arripiens, mane hora circiter 12.

Appulimus ea die **Montem Rosellum**, ab Urbe 20 milliariis.

24. Februarii, Martis.

f. IV (Discessit ex Urbe cardinalis de Monte Tridentum versus) \

Rms dominus meus commisit, ut praeirem Tridentum et quae necessaria forent cum Tridentino cardinali et nuncio Cavensi15 tractarem et agerem una cum D. Ioanne 15 Baptista Spoletino6, familiari Rm (D.)1 cardinalis de Monte, qui et ipse sui domini nomine idem faceret. Itaque reliqui cardinalem meum de S. Cruce in Monte Roselli, et ambo dicti iter soli sequuti sumus, cum multa pluvia et nive non mediocri. Ivimus mane ad prandium supra montem Viterbiensem, a Monte Roselli 15 milliaria. Venerat nobiscum D. Constantinus Cinus7, qui necessaria in Castillione18 et Vivo09 praepararetp 20 pro familiaribus et curia. Iter fuit per monticulos et valles. In itinere **Roncillionem** pertransivimus.

a T integre camera. b T ospitio convicino. c om. T.
d T Succiano, sed Mariano defenditur diario IV j>/. Octobris 1549.
e Lentinum videtur esse vox diminutiva et derivata a lentium, quod Du Cange (Glossar. med. et inf. latinitatis s. v.) dicit significare sudarium. Coniectura tentinam (i. e. velum [lecti]) probari non potest, quoniam et B et Massarelli diar. IV ad 31. Oct. 1549 (* & * redditurum rerum index est) clare lentin. habent.
f T veste leonina Germanica. s B clare B. Io. Bocarini. T D. Ioannis Baptistae Cavini, unde verum nomen conici potest. h Videtur hinc incepisse in originali fol. 1v, quia haec superscriptio ponitur.
1 om. B. k B in marg. 1 T causam (pro Cavensi). m T Civus. n T Monstiliione;
fortasse Massarellus primum incepit scribere Montepolitiano], quod postea corripuit. o B T et vino. Nostra coniectura probatur eis, quae afferuntur adn. 9 huius paginae. p B praepararet.

1 V. p. 151, adn. 7.

2 Quam probabiliter habebat ex itinere in Germaniam, quod fecerat cum Aleandro cardinali a. 1538.

3 Quae (paucis exceptis) se recepisse narrat in diar. IV ad 31. Octobris 1549- Acetum rosatum praeparare inter speciales Massarelli artes erat, ut variis diarium locis demonstratur; cf. infra 14. Maii, 11. Iunii.

4 Ioannes Baptista Cervinus, frater cardinalis, erat eius in Romana curia procurator (cf. infra ad 1. Octobris, ubi ipse et Acciaiolus vocantur *agenti* cardinalis) idemque, ut videtur, bonorum administrator; id saltem colligitur ex quibusdam epistulis (Tabui. Florent. Carte Cervin., voi. XV, f. 172 ss.) ad cardinalem ab eo scriptis. *Spinello Bencio* (in rarissimo libro *Storia della città di Montepulciano* [Firenze 1641, 4], p. 95) teste «comando in Castel Sant' Angelo di Roma nel medesimo pontificato (Marcelli II) il Sig. Giovambattista Cervini, essendone custode et castellano.» Fratrem cardinalis fuisse hunc Ioannem Baptistam nec Bencius nec *Pollidorus* (De vita... Marcelli II [Romae 1744, 40] p. 5 s.) sciunt; hic ne mentionem quidem eius facit. Sed Massarelli testimonium utriusque silentio maius est. Caeterum Bencii liber nec diligentia nec bonis fontibus caret; praeterea cognatus fuit familiae Cervinianae proximisque aetati Marcelli, et de rebus narrat, quas fingere nemini in mentem venit. Quare eo libentius eum sequemur, cum et registrum Marcelli II in Tabulario Vaticano desideretur, nec Signaturarum volumina (Tabui.

Vat. Arm. 52) quidquam praeter unum documentum (voi. 1, f. 90v) ex eius pontificatu contineant.

5 Ioannes Thomas a S. Felicio, episcopus Cavensis et commissarius concilii pro comparando victu et aliis huiusmodi. Cf. 10. Martii. Cavensis episcopus factus erat a. 1520 (14. Martii), cui dioecesi resignavit a. 1550 reservato sibi nomine. Mense Augusto 1544 in Germaniam missus erat (*Raynaldi* Annales a. 1544, n. 9. 21. *Pieper*, Entstehungsgesch. der ständigen Nuntiatoren [Freib. 1894] p. 128. *Friedensburg*, Nuntiaturb. VIII [Gotha 1898], 97), et card. Madrucius aliud huius modi munus ei dandum censuit 8. Novembris 1545 (cf. infra et *Friedensburg* 1. c. p. 387 *). De libertate huius praelati cf. supra p. 3, adn. 2.

6 Io. Bapt. Palmerius Spoletinus, de quo vide diar. IV ad 16. Octobris 1549.

7 Hic et ipse erat familiaris card. Cervini et intima amicitia coniunctus cum Massarello, cuius assiduus paene comes commemoratur saepissime in hoc diario.

8 Non intellegit illud oppidum Castiglionem, quod ad lacum Trasimenum situm est, sed aliud in valle Urciae, ubi teste *Pollidoro* (De vita Marcelli II [Romae 1744 > 4] P- 7) Cerviniana gens haeredium cum aedibus instructis habebat, et Marcellus noster cardinalis primis litterarum rudimentis eruditus erat.

9 *Spinellus Bencius* 1. c. p. 95: »Resto Monsignore (i. e. Marcellus Cervinus) insieme con i Signori fratelli padrone dei Vivo con iurisdizione et titolo di signoria nella montagna di Siena, dove havea un

Ex monte Viterbiensi discedentes a 5 milliariis Viterbium intravimus, quo venturus erat in sero cardinalis, ubi D. Blasium Cervinum¹ invenimus. Ex bequis non descendimus, sed iter sequentes per planitiem Viterbiensem cum incredibili ventorum agitatione Montem Faliscum appulimus, ibique minime commorantes per monticulos incultos asperosque⁰ ad lacum Volsinensem descendimus, in cuius ripa per 6 milliaria equitavimus. Tandem hora circiter prima noctis **Volsinense castrum** intravimus, ibique in nocte hospitati sumus.

25. Februarii, Mercurii.

Summo mane inde discedentes a prope ripam laciper 5 milliaria **S. Laurentium** castrum invenimus, ibique manu dextra iter arripientes parum ascendimus, deinde a 6 milliariis **Aquam pendentem** intravimus. Locus asper et rusticus. Ibi quaedam necessaria, in equis tamen 6 sedentes, emimus. Descendimusque per medium milliarium et flumen¹ Paleae pertransivimus; paulo ante flumen hoc maxime auctum pontem diruperat¹. Per planitiem cultam per 6 milliaria villam, quae Pons a caetero dicitur, applicuimus, & ubi prandium fecimus. Inde hora 20. circiter descendentes per planitiem et vallem et ut plurimum per flumen praedictum, quod multoties pertransivimus¹, a 10 milliariis hospitium quod Palea (locus primus domini Senensis)^m dicitur invenimus. Ibi montem asperum ascendere cepimus maxima nostrum faticatione, quae non minus in descensu nos molestavit. Post montem per vallem non adeo latam pertranseuntes hospitium **Scalae** quod dicitur intravimus. Distat hic locus a Volsinensibus [circiter 33]^a milliariis. Ibi Constant[ini]² Castillonem³ petiit ad D. Alexandrum Cervinum¹ fratrem Rmi D. cardinalis nostri, nosque feliciter quievimus.

26. Februarii, Iovis.

Ex hospitio Scalae hora 12. discedentes⁰ per monticulos iter fecimus, et non longe flumen Orciae pertransivimus, unde parum ascendentes castrum Torrenarium intravimus, post quod descendimus parum et flumen Arbiae¹ pertransivimus; applicuimus per similem regionem monticulorum Bonconventum, ubi prandium egimus. Distat a Scala milliariis 12. Inde discedentes³ flumen Ombronis⁵ per pontem transivimus, Senasque tandem a 12 milliariis a Bonconvento pervenimus; ibi in nocte quievimus. Et quoniam haec civitas ut patria mihi est — fui enim in ea ultra septem continuos annos⁶ — et hora 22. ipsam intravimus, videndi causa et amicos visitandi causa civitatem vagati sumus, templumque beatae virginis dicatum opere mirabili structum primum petivimus studiumque in domo Sapientiae Galerani⁷ invisimus et diversos antiquos amicos allocuti sumus, Dominoque Petro⁸ charissimo amico invento nobiscum hospitatus est, feliciterque noctem consumpsimus.

a T discedentes. b B et. c B ciperosque. d sic. e B tum.
f T (om. tamen) susedentes. g T milliaria. h T fluxum. i T dirumperat. k T centeno.
T pertransit. m B in marg., et signo apposito hic inserenduⁿ esse indicatur. n lacuna in Mss.
0 B Constantius. p T Arabig. ^ B Denique. r B nobisque hospitatus/ T nobiscum dictus.

palazzo molto riguardevole, inanzi al quale passa il fiume, che da nome al luogo. (Un altro molto bene inteso dentro a Montepulciano, tutti due d' architettura eccellente dal famoso Vignola, autore dei mirabile palazzo di Caprarola.)« Habemus aliquot epistulas Alexandri et Herennii Cervini ex palatio Vivi datas in cod. bibl. Vat. lat. 6189. Pars familiarium habitabat in Vivo, quia palatium, quod erat Montepolitiani, omnes capere non poterat.

1 Quo gradu hic cum cardinali cognatus fuerit neque ex diariis Massarelli, neque aliunde comperire nobis contigit; fratrem Marcelli eum fuisse possibile est, quamquam Bencius et Pollidorus hoc non dicunt, cum uterque parum de huiusmodi rebus edoctum se probet. Bencius tamen haec de Blasio narrat (l. c. p. 94 s.): «Generale dell' una et l' altra guardia di questo pontefice (Marcelli II) et governatore dei Borgo di Roma, aetto la Citta Leonina, fu il capitano Biagio Cervini, soldato di valore.» Cf. p. 152, adn. 4.

2 Idem ille Constantinus Cinus, qui supra p. 152, l. 20, nominatur. 3 V. p. 152, l. 20 et adn. 8.

Councilum Tridentinum. I.

4 Alexander Cervinus, frater cardinalis, quem idem *Spinellus Bencius* (cf. p. 152, adn. 4) p. 95 vocat »Signore di gran virtù, merito et bontà, amico de letterati, come ne fanno testimonianza l' epistole di Paolo Manutio«. Praeterea de eo narrat: «Procreo piu figliuoli, uno nominato Erennio, abbate et referendario d' una et dell' altra Segnatura, filosofo et iurisconsulto in signe, il quale assai giovine amministro in tempi difficili con molta lode la vicelegatione di Viterbo, et havrebbe fatto progressi maggiori nella corte Romana, se l' impedimento dell' udito non gli havesse interrotto il corso della sua fortuna». Huius Herennii extant epistulae in bibliotheca Vaticana; cf. p. 152, adn. 9.

5 Prius Ombronum, deinde Arbiā transire debet; sed facile nomina postea confundebat.

6 Permagni momenti nobis est hic nuntius pro historia vitae Massarelli, de qua non nimium scimus. Cf. vitam secretarii in Prolegomenis.

7 Lectio videtur esse corrupta.

8 Sine alio indicio impossibile est dicere quemnam intellegat.

27. Februarii, Veneris.

2V Mane summo hora prima ante diem e Senis discedentes a per | 8 milliaria Staggiam pertransivimus, quod castrum est primum per hoc iter dominii Florentinorum. Illinc a 4 milliariis Poggibontium intravimus, ac non longe monticulum ascendentes hospitium, quod Tavernellae¹ dicitur, invenimus, quod a Senis² 18 milliariis distat; ibi pransi sumus. Iter sequentes flumen [Pesae]^d post paululum descensus pertransivimus ac post tantum- 5 dem ascensus San Cassiani^e castrum intravimus, et non longe ab itinere descendentes denuo per pontem flumen [Greves]^f transivimus, nec longe, nimirum 4 milliariis, **Florentiam** intravimus (ubi in nocte immorati sumus)⁸. Distat haec civitas a Senensi per 32 milliaria.

Florentiae templum divae Liberatae¹ dicatum, opere grandi et mirabili constructum 10 visitavimus, (deinde)^g leones invisimus ducemque Cosimum Medices in palatio reipublicae ad praesens commorantem, ac quaedam nobis necessaria emimus.

Florentissima olim fuit haec civitas Florentina. Verum a Clementis VII pontificis maximi tempore, qui eam sub iugo servitutis reduxit, posito in ea duce (primus)^g Alexandro Medices, nepote suo, anno 1530^h Caroli V imperatoris auxilio, adeo in miseris 15 versatur, ut nec facies nec decor² ullus soliti sui candoris appareat. Libertas enim extincta est, soliusque ducis nutu et voluntate regitur. Deus ita retribuendum populo Florentino condecens¹ iudicavit³.

28. Februarii, Sabbato.

Ex Florentia discedentes post parvam planitiem monticulum ascendimus saxosum valdek, et a 12 milliariis **Scarpariam** applicuimus, ubi¹ prandium fecimus. Inde a 20 4 milliariis Florentiolam intravimus², ubi montes Appennini in altitudinem se extollentes 3r asperrimi et viae difficiles redduntur. Ascendimus | itaque Alpes, in cuius³ fere⁰ summitate hospitium **Petrae Malae** invenitur; ibi in nocte quievimus, 34 milliariis a Florentia, ubi est confinis dominii Florentini cum Bononiensi.

1. Martii, Dominica.

Parum post Petram Malam ascendimus et cacumen Alpium Florentinorum tetigimus, 25 postea descendentes villulas nonnullas invenimus, sed in Loiano pransi sumus, quod a Petra Mala 12 milliariis distat; inde iterum descendentes Pianorum^p invenimus ac flumen [Savenae]^q pertransivimus. Hic incipit planities Romandiolae et Lombardiae. A 6 milliariis **Bononiam** intravimus, a Petra Mala 24 milliariis distantem, hora 22. In hac civitate legatus apostolicus continuo immoratur (caput enim est Romandiolae) qui ad 30 praesens est Rmus D. card. Moronus⁴. Ipsum nomine nostrorum cardinalium visitavimus; qui nos benigne excipiens suis expensis nos vivere coegit. Civitatem vagati sumus amicosque complures invisimus. Potens equidem pulcraque civitas Bononia est.

2. Martii, Lunae.

E Bononia iter sequentes non longe extra portam per pontem flumen Rheni per transivimus, ac postea per apte cultam planitiem (12 milliaria)^r castrum S. Ioannis in 35 travimus, inde per iter satis difficile acquosum lutosumque per 3 milliaria [S. Agatham Bononiensium]^h invenimus, ubi iter paululum melius efficitur, et per eandem planitiem a

a B e Scenis descendentes; T descenditis.
d lacuna in B; T Po. e T Sancassiani.
h B T 1539- 1 B concedere; T dubium.
n sic. o T fori. p T Pianurum.

b T Tanervelle. c B Scenis.
f lacuna in Mss. 8 ovi. B.
k T valle. 1 T ibi. m T pertransivimus.
i lacuna in B T. r om. T.

1 S. Reparatae (*Santa Riparata*, quod Romanae pronuntiationi [*sovdo* pro *soldo*] assuetus facile pro *Liberata* sumebat) ea ecclesia dedicata erat, in cuius loco nunc cathedralis est; ex hoc Massarelli loco vetus nomen etiam novae ecclesiae per aliquod temporis spatium videtur datum esse.

2 Videntur scriptori ante oculos versata esse verba Isai. 53, 2.

3 Interpres est nobis — ut semper fere — Massarellus eorum, quae dominus suus de historia sui temporis sentiebat. De ducis Florentini institutione v. A. v. *Reumont*, *Gesch. d. Stadt Rom III*, 2, p. 248 ss.

4 Ioannes Moronus, celeberrimus ille cardinalis, ab a. 1544 legatus Bononiensis erat usque ad a. 1548, quo anno cardinalis noster de Monte, primus concilii praesidens, ei succedebat.

10 milliariis flumen Seeehiae 1 per navem transivimus, et in hospitio Boni Portus pransi
fuimus. Nec longe a ripa dicti fluminis pertranseuntes **Concordiam** applicuimus, licet et
hora tertia noctis et incredibili nostrum fatigatione. Penes enim villicum immorati sumus.
Distat Concordia a Bononia 35 milliariis. Concordia olim a munitissimum castrum erat,
5 sed a domino | Mirandolae, quae prope est a 4 milliariis, ob potentis vicini timorem 3V
annis superioribus ad solum usque diruta iacet, villaque tantum' 30 circiter domibus
inpraesentiarum incolitur in ripa dictae Secchiaed.

3. Martii, Martis.

Summo mane per iter lutosum aquosumque adeoque propterea difficile, ut mihi nun
quam difficilior (visum) 6 videatur, dominium Mantuanum intrantes **S. Benedictum** 2
10 (a Concordia 12 mill.)e applicuimus. Monasterium hoc potens nimis liquidof est, ut ex
sua potentia et introituum superfluitate varia inconvenientia et mala oriantur. Monachi
enim habentis laxi totam vicinam regionem ut domini, ne dicam tyranni, vagantur. In
domibus non Dei, ut deceret, habitationes, sed nunc principum saecularium, nunc militum,
nunc quorumcunque villicorum, ut cetera taceam, fiunt quotidie.

15 Prandio ibi facto 3 milliariis Heridani flumen per navem transivimus et per 10 mil
liaria **Mantuam** ingressi sumus. Pulchra civitas est et recte regitur sub protectione
ducis, qui cum ad praesens iuvenis vel potius adolescens sit', card. Mantuani protectione
gubernatur, qui ei patruus est³. Cincta lacu undique iacet, moenibus bene munitis
circumdata. Ibi in nocte immorati sumus. Applicuimus civitatem hanc hora 22. Primum
20 cathedralem ecclesiam visitavimus, quae licet pulchra non sit⁴, antiqua tamen et vene
randa videtur. Palatium ducis vidimus, ducesque confratres adolescentes invisimus¹, civi
tatemque totam pervagavimus.

4. Martii, Mercurii.

E Mantua Villam francam ivimus 12 distantem milliariis, per iter difficile tae
diosumque. Prandio ibi facto per pulcherrimam planiciem transeuntes **Veronam** intra
25 vimus, ante tamen castrum Villae francae | confinia Venetorum intrantes, et murus ille 4r
per tot milliaria planitiem dividens a dominis della Scala ob incursiones Mantuanorum
constructus invenitur. Verona sub dominio Venetorum est, pulcherrime moenibus munita
novis. Adesis flumen per medium fere ipsam secatur, magnae apud Venetos aestimationis.

Ibi in sero commorantes ecclesiam antiquam episcopalem visitavimus, ubi Lucius
30 ille primus pontifex sepultus est⁵. In hac civitate est theatrum simile illi in Urbe, quod
Colisaeum⁰ dicitur, licet non aequali magnitudine, non tamen pita dirutum est, adeo ut
bene et sedilia et caetera alia perspiciantur. Suffraganeum episcopatus alloquuti nostro
rum cardinalium nomine fuimus. Episcopus est D. [Petrus Lippomanus]¹⁶, civis Venetus,
camerae apostolicae clericus. Quaedam necessaria ibi emimus. Distat a Mantua mil
35 liariis 22.

a T enim. b T qui. c T tamen. d T dicta Secchia. e om. B. f ita codd.,
videtur corruptum. g B quoque. h T recta. 1 B iuvenis est potius adol. (om. sit.).
k T Cinta. 1 B convisimus. m T pervagati sumus. n ita codd.; (B ps).
o T Collosseum. p T tam. * lacuna in B T.

1 Vix Secchiam traiebat, sed potius Panarum; illud flumen ideo putabat se transisse, quia Concordia ad ipsam sita est.

2 Celebre illud monasterium ad ripas Padi (Eridani) situm, quo devertere solebant qui Roma in Germaniam proficiscebantur. Cf. litteras card. Farnesii apud *Friedensburg*, Nuntiaturberichte VIII (Gotha 1898), 120.

3 Hercules Gonzaga (1561—1563 concilii Tridentini primus praesidens), cardinalis creatus erat a. 1527, ab anno 1540 Mantuanum ducatum regebat pro Francisco III, fratris filio pupillo, qui a. 1545 duodecim annorum erat.

4 Hoc iudicio ostendit Massarellus se antiquae artis cognitionem non profundiorē habuisse, quam plurimos suorum aequalium.

5 Non est Lucius I, sed Lucius III, mortuus 25. Nov. 1185 Veronae, quo confugerat ad tractandum cum imperatore Frederico I. Sepulcrum adhuc monstratur ibidem in ecclesia cathedrali; apertum fuit a. 1879 variaeque in eo inventa, quae nunc asservantur in bibliotheca capituli cathedralis. Documentum ea de re confectum ostendit nobis praefectus cl. v. Giuliarius, notissimus inter doctos ob eximiam liberalitatem.

6 Sedit Petrus Lippomanus ab a. 1544 (19. Febr.) usque ad 11. Augusti 1548 Edinburgi, quo nuntius apostolicus missus erat. Suffraganeum vel coadiutorem habuit fratris filium Aloysium Lippomanum, Motonensem episcopum, qui ei successit. Cf. *Ughelli*, Italia sacra V (ed. Coleti, Venet. 1720), col. 988 s.

5. Martii, Iovis.

Veronam egredientes certum vectigal, 6 solidos videlicet, portinariis solvere coacti sumus; ita enim mos iste impius vel potius ordo civitatem hanc egredientibus a Venetis impositus est. Non longe per 6 circiter milliaria vallem Alpium Germanicarum intrare coepimus; per iter non adeo difficile nec a flumine Adesis distans^a a 10 milliariis **La Chiusa**⁰ vulgo quae dicitur invenitur⁴. Locus iste Venetorum est et natura bene munitus; adeo enim vallis hic concluditur, ut non nisi per angustam viam et porticulam pertransire necesse sit. Sunt igitur continuo hic custodes, et certum quid transeuntes solvunt. Supra Chiusam^f praedictam⁶ vallis paululum dilatatur cultaque efficitur, nonnullaeque villulae inveniuntur, in quarum [una]^h pransi sumus, a Verona 12 milliariis distan[te]. Per vallem¹ intra montes asperros iter sequentes et prope ripam Adesis **Serravallum**^k applicuimus, ubi in nocte quievimus. Locus iste (recte)¹ etiam munitus est, et vallis^{4V} angusta, sub dominio tamen regis Ferdinandi Romanorum, inter Schiusam enim et hanc villamⁿ confinia Venetorum et dicti regis inveniuntur; distat a Verona milliariis 34.

6. Martii, Veneris.

Mane e Serravallo discedentes per vallem villis refertissimam et satis apte cultam iter persequuti⁰ sumus et **Roveretum** castrum multis domibus ornatum intravimus, ubi per pontem flumen [Adesim]^p pertransivimus, per planitiemque et vallem pertranseuntes et villas complures inter asperros montes invenientes **Tridentum** per 12 milliaria Dei gratia applicuimusq.

<6. Martii eodem 1545.)r

Salutant card. Madruccium. — Descriptio Tridenti.

Cum primum civitatem Tridentinam intravimus, R^{mm} D. cardinalem Tridentinum, Christophorum videlicet Madruccium et loci episcopum adivimus et nostrorum cardinalium mandata et commissionem exposuimus. Grato benevoleque animo nos excepit, seque bonaque sua in commoditatem nostrorum cardinalium offerens. Petitaque licentia ab eo discedentes hospitium duorum ensium⁸ petivimus ibique in nocte quievimus, templo divi Vigili, ecclesia cathedrali, prius visitato.

Civitas haec Tridentina sub dominio in spiritualibus et temporalibus episcopo subest, recognoscit tamen in superiorem et dominum Ferdinandum regem Romanorum tanquam comitem Tirolis, in qua regione Tridentum positum est. Rexque habet in eo continuo virum quendam suo nomine, quem capitaneum appellant. Hic tanquam supereminens et iussa cardinalis <exequi mandans> Tastat⁹ sanguinisque punitionem infert, et episcopus civilem^x. Redditus omnis episcopi est; qui ascendunt ad summam 12000 aureorum communi annuo valore, <ut aiunt>^v. Posita est in planitie in valle intra asperros montes in ripa Adesis, supra quam pons ligneus septem arcuum satis pulcher positus est. Domos habet circiter 1500⁹ pulcherrimis aedificiis constructas et viis plurimis^æ ornatissimis amplis plateisque. Palatia sunt in ea quamplurima, inter quae palatium episcopale plus caeteris pulchritudine | et magnitudine constat. Fuit hoc palatium a bonae memoriae Bernardo card. Tridentino huius moderni cardinalis praedecessore¹ con-

a T exeuntibus. b 7' distan. c codd. Schiusa. T vulgo quedre invenitur!
e T et certum, quod tr. s. f T schiunam; B Schiusam. s B praedicta.
h lacuna in M s.; una conieci, sed aliam vocem, ut prima, amoenissima vel aliam huiusmodi in originali libro fuisse verisimile est. i T valles. k T Serravallem. l add. T. m T tam.
n T Sanovillam. o 7' sequuti. p Nomen deest in T et B; sed non potest aliud flumen esse.
q B appulimus. r om. T., sed sine dubio in originali erat. s B cosium; T Eusium et antea signum aliquod. * ita conieci; B templo Deo in ecclesia catholici; T templo Deo in Ecclesia Catholici.
Ex Massarelli characteribus talis error videtur verisimilis (templo D. Vigili e-U cathf). u T suumque.
T om. T. w y' estat, Sang. x codd. infert episcopus et civilem. y sic.
z B ita; T mille et quinquagentes (sic). aa T pluribus.

1 Bernardus Clesius factus erat princeps et episcopus Tridentinus a. 1514 et castellum novum aedificabat a. 1527 1537! obiit 29. Iunii 1539! Cui successit Christophorus Madruccius, natus a. 1512 et in studio Bononiensi institutus, Iuvencius adhuc canonicus

ac decanus Tridentinus factus erat. Anno 1542 praeter episcopatum Tridentinum etiam Brixinensem administrandum suscepit et cardinalium numero ascriptus est a Paulo III. Cf. Ughelli, Italia sacra V (ed. Coleti, Ven. 1570), col. 643 ss.

structum maiori ex parte. Est enim in duas partes divisum, in novum scilicet et vetus. Adeo est ornamentis quibuslibet tum pretiosis tum multis refertum, ut quicumque illud viderit, fateri coactus sit, se nunquam pulchrius ornatusque palatium ullibi vidisse, prout ego id sponte dicere ausim¹. Ab uno latere extra civitatem per 3 milliaria flumen 5 Fersenae^a pertransit, ex quo medietas civitatem ingreditur totumque undique adeo comode pervagatur, ut nulla via strataque absque aquae cursu in toto Tridento — res mira — inveniatur.

Terra circum bene culta amoenisque collibus undique patens, qui tamen colles paulatim non longo post spatio in montes altissimos asperrimosque evadunt, supra quos 10 toto fere anni tempore nives altae permanent et aliquo ex loco nunquam discedant. Frumentum et vinum ad commoditatem usque crescunt. Carnes vitulinas caeterasque viles habet, nimirum 18 unciae 7 et 8 venundantur quadrantibus. Pisces ex lacu Benaci et flumine Adesi in copia reperiuntur. Sal vilissimum <(est)b, album pulcherrimum licet; ex A la² enim prope Oenipontem^c et ripa Oenid, ubi ex quodam currenti⁶ fonte efficitur, 15 huc vehitur³.

Templa in ea plurima sunt, quorum praecipuum est episcopatus sub invocatione b. Vigili, ecclesia quidem antiquitatem redolens, canonicis¹⁸ ornata, qui episcopum eligunt et canonicos praesentant⁸. Quilibet ad minus 200 aureos in redditibus habent. Est et¹ in ea decanatus, archidiaconatus et caetera^{ek} quamplures dignitates, magnae apud 20 accolae aestimationis¹.

Incolitur ab Italis et Germanis, adeo ut quaedam pars civitatis Germanis, quaedam Italis pro habitationem distinguatur, et qui Germani sunt, tum homines tum mulieres habitu Germanico, Italique Italico more vestes induant, consuetudines servant, lingua utantur, mores custodiant, | ecclesias separatim ingrediantur et concionatores sua quisque s^t 25 lingua audiantⁱ.

7. Martii, Sabbato.

Colloquium Massarelli cum card. Tridentino.

Iterum card. Tridentinum adivi comissionemque privatam {nomine} n Rmi domini mei exposui. Libentissime me audivit cardinalis, qui mei se officiosissimum amantissimumque tum verbis tum iuramento pluries testatus est. Inter loquendum autem, dum praeteriti temporis fieret mentio, me^o alias in hac civitate fuisse retuli cum Rmo bonae memoriae 30 Hieronymo tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali Brundusino e Motta sub dominio Venetorum gente Aleandrorum, cui a secretis et audientia tunc inserviebam, cum legatus in Germaniam, Ungariam et Bohemiam peteret anno Domini 1538 mense Augusto, cum modernus iste card. Tridentinus decanus tantum ecclesiae huiusce esset, et a dicto cardinali suo praedecessore Bernardo ad castrum Pergenense⁵ obviam card. Brundusino missus 35 esset⁶, mecumque pluries et illic et in itinere et hic Tridenti verba fecisset, et inter

a T Fersenam. b lacuna in T. c B Ijnipontum. d B Rheni vel H Eni; T hñri supra vocem deletam. e B correnti; nescio an textus sit corruptus. f Mss. canonicos. g T putantur. h codd. aureorum. i Mss. habens est, et in ea, quod ortum esse puto ex habens etc. Est in ea ... k codd. caeteras. l T magna— aestimatione. m T habitationibus. n T add. o T nec. p T tamen.

1 In tomo Conc. 77. Tabularii Vatie, f. 62 ss. (inter Cavensis episcopi scripturas a. 1542 compositas et Massarelli manu postea transcriptas) extat *Disegno del palazzo di Trento*, manu delineatum. Ibidem f. 61 eodem modo *Il domo di Trento*. Accuratiorem palatii descriptionem dat Massarellus variis huius diarii locis; praeclare nuper de eo disseruit A. W d z l, Das Castell dei Buon consiglio zu Trient, in ephemeride *Mittelungen der k. k. Centralcommiss. XXIII* (Wien 1897), P. 23— 34 5 86— 100; 130— 138.

2 Sine dubio est H ali, urbs Tirolensis ad Oenum sita, quae etiam nunc celebres salinas habet.

3 Salis vile pretium eo pluris aestimare didicerat Massarellus, quia bellum »salinum« contra Perusinos gestum in recenti omnium memoria erat. Cf. [Iren. A ffo J V] Vita di Pierluigi Farnese (Milano 1821) p. 36 ss.

A. v. Reumont, Gesch. der Stadt Rom III, 2 (Berlin 1870), 483 ss.

4 Optime his Massarelli aliorumque narrationibus usus est eques Carolus Giulianus ad componendum libellum *Trento al tempo dei concilio*, insertum ephemeridi *Archivio Trentino* 1882 s., et separatim editum Trento (G. Marietti) 1883.

5 *Pergine* (quod est nomen modernum), vicus 12 milliariis distans a Tridento, situs orientem versus ad viam, quae Tridento Bassanum ducit.

6 Ipse Aleander de commoratione sua Tridenti, ubi a 17. usque ad 20. Augusti permanebat, scripsit ad card. Farnesium 20. Augusti 1538; cf. W. Friedensburg, Nuntiaturberichte III (Gotha 1893), p. 130, n. 18. De Massarelli in domo Aleandri servitiis cf. diar. III ad I. Aprilis 1546 et Prolegomena.

caetera particularia quaedam de picturis *n* a Lutheranorum contra pontificem in quodam hospitio Pergen[en]si appensisb. Ex qua recordatione adeo card. huius Tridentini animus erga me commotus est, ut mirifice secum me in colloquium habere satagebat offerens ad mei commoditatem quicquid in manu sua esset perbenigne, maneque in prandio secum habere me voluit. Post quod iterum atque iterum de praeteritis temporibus verba fecimus 5 et de benevolentia erga cardinalem meum de S. Cruce iterum obtestatus est. Plures horas hac de causa cum cardinale consumpsi.

Ideo pauca, quae ulterius paranda erant, ea die perfecti. In sero cum D. Ioanne Baptista Spoletino 1 hospitatus sum.

8. Martii, Dominica.

Post sacrorum celebrationem cum D. Roderico a Povo optimo cive | Tridentino 10 tract[avimu]s, qui hospitii civitatis praepositus erat², et domum D. Ioannis Baptistae Girolidi⁶³ intravimus, renuente D. Ioanne Baptista Spoletino⁴.

9. Martii, Lunae.

Cum D. Andrea de Bergom of de frumento tractavimus et 400 starfia] [frumenti]s et 200 avenae emimus, lectum dominih reduximus, et circa 22. cum dimidia horam card. Tridentinum iterum visitavi, qui more solito perurbane' mecum locutus est, iterum 15 offerens etc.

10. Martii, Martis.

Episcopum Cavensem commissarium hospitiorum et provisionum concilii⁵ adivi et de necessariis pro cardinali meo loquutus. Opinioni non corres[ponde]tk⁶. A D. Ioanne Baptista Girolido 8 lectfos] commod[at]os¹ accepi et fen[um] emi etc.

IX. Martii, Mercurii.

Applicuerunt Tridentum D. Philippus et Constantfinus] Cin[us]m familiares Rm 20 domini, cuius literas mihi reddiderunt ex Rovereto, ubi in nocte quiescere intendebant.

Circa praeparationes etc. quae restabant" perfecti, et litteras Rm mei ad D. card. Tridentinum et episcopum Cavensem⁷ detuli, adventum brevi nuncians⁰ et crastina die

a *B ita*; quid hoc significet nescio (*jzopvtxaiq?* cf. opprobria Paulo III facta a Luthero et Calvino [schol. 14] in libellis contra breve p. 163, l. 19 commemoratum editis). *T* de picturis---Lutheranis qui Pont-----in quodam (*cum duabus lacunis*). b *B T* appensa. c *sic*. d *T* propositus. e *T* Giraldi. f *T* Bergon. (*om. de*). g *om. codd*. h *B* lect. Dni, *T* domum domini. i *om. T*. k *T* non cor et lacuna. l *T* 8 lecta commoda. m *T* Cives. n *T* intendebant circa preparatas - - - (*lacuna*) quae restabant. o *T* nunciant.

1 Cf. supra ad 24. Februarii et infra ad 8. et 10. Martii (et 22. Aprilis).

2 Madrucius cardinalis monuerat consules civitatis Tridentinae, ut quam optime possent praepararent civitatem ad excipiendos praelatos concilii. Qui consules ad describendas habitationes quatuor cives constituerant, singulos pro quatuor portis civitatis, et praeterea binos viros pro quatuor oppidi regionibus, qui de habitationibus, lectis, stabulis et pretiis earum rerum cum civibus agerent. Quorum omnium nomina recenset *Giuliani* in Archivio Trentino I (Trento 1882), p. 149, ed. separ, p. 5: pro describendis domibus »furono eletti Ser Antonello per porta Aquila, Giovanni Donato per porta Ponte, Giacomo Schratimpergher per porta S. Martino, Matteo Vitale per porta S. Croce«. Ad praeparanda et exornanda hospitia lecti erant: »per il quartiere di S. Benedetto: Enrico di Povo e Tommaso Cazzuffo; per S. Pietro: Girolamo Tono e Domenico Slosser; per S. Maria: Girolamo Balduino e Battista Galasso; per Borgo nuovo: Bonaventura Calepino e il dott. Calvete«. — Num hic Rodericus a Povo errore Massarelli ita nominetur pro Henrico, an hoc nomen Henrici, quod dat *Giuliani*, sit falsum,

an denique Rodericus alius sit ac ille Henricus, mihi non liquet.

3 De nomine huius viri v. infra ad 22. Aprilis. Palatium eius in eodem loco situm erat, ubi nunc aedificium postae imperialis principale situm est, et una ex magnificentissimis totius civitatis domibus. Cum vero a. 1845 tertium centenarium aperti concilii celebraretur, igne consumptum est, rudera vero a gubernio civitatis empta, quae a. 1882 adhuc restabant. Cf. *Giuliani*, Trento nel tempo dei concilio in Archivio Trentino 1882, p. 156), ed. sep. p. 14.

4 Qui in domo Antonii Giglii, ex nomine patriae *Quetta* vel *Quetta* dicti, habitationem pro cardinali de Monte conducere maluit (cf. p. 159, adn. 2). Cardinalis ipse non eiusdem ac familiaris iudicii erat; nam 22. Aprilis domum mutavit.

5 Cf. supra ad 24. Februarii p. 152, adn. 5.

6 Opinioni sc., quam ego antea de eo habueram (?); vel: non eiusdem ac ego opinionis erat (?).

7 Huius epistolae epitomen dedit *D ruffel*, Monumenta Tridentina I (Monachii 1884), p. 17, n. 9. Litterarum ad Madrucium scriptarum responsi ibidem datur epitome.

ad S. L) et Rmā me iturum Roveretum significavi. Qui cardinalis unum ex suis mecum missurum obtulit, et episcopus semet venturum ait.

In nocte una cum confamilia in domo Girolidib primum hospitati sumus.

12. Martii, Iovis.

Summo mane cum episcopo Cavensi et nobili D. Hippolito *, camerario card. Tridentini, Roveretum per equos dispositos ivi, ubi cardinalem meum exoptatum inveni. Nec multo post Rmā D. card. de Monte et ipse Roveretum applicuit. Ambo legati in crastinum iter Tridentum versum retulerunt, nosque post longam cum eisdem cardinalibus tractationem Tridentum reversi fuimus. Multi ex nostratibus civitatem in die ingressi sunt. Distat enim a Rovereto per 12 milliaria via plana facillime. Cardinales autem legati in Rovereto per noctem immorati sunt.

Tridentinus autem cardinalis post meum in civitatem reditum vocatum me misit et denuo pro cardinale S. Crucis Rmā domino meo se et bona parata obtulit.

13. Martii, Veneris.

Ingrediuntur legati Tridentum.

Rmā D. D. Ioannes Maria episcopus Praenestinus et Marcellus tit. S. Crucis presbyter cardinales et apostolici legati ad sacrum oecumenicum concilium Tridenti celebrandum civitatem hanc Tridentinam ingressi sunt hora circiter 20., maxima comitante pluvia.

Intrarunt civitatem publice solemniterque more legatorum. Igitur immorati sunt paululum in ecclesia S. Crucis extra portam civitatis ad ictum balistae, donec quae necessaria erant in civitate pararentur. Venit illuc Rmā D. Tridentinus cum tota sua curia copiosa, nobili ornataque plurimum, equites omnes. Descendens ex equo legatos in monasterium adivit, postea iterum in civitatem reversus est. Interim sacerdotes religiosique omnes cum crucibus et vexillis obviam ad portam usque legatis exiverunt. In porta arcus triumphalis paratus erat cum insignibus papae et legatorum, multaeque bombardae ictus et sonitus proiecerunt, maximoque applausu populi civitatem ingredientes ad ecclesiam cathedralem pervenerunt. Ibi card. Tridentinus cum pluviali paratus legatos veneranter excepit. Ceremoniis in ecclesia peractis domum quisque suam legati petierunt, a Rmā semper comitati Tridentino.

Rmā D. card. de Monte in domo D. Antonii Quetae 2, card. vero S. Crucis D. Ioannis Baptistae Girolidi habitationes ceperunt, licet card. Tridentinus maxime enixeque instaret, ut in castellum et arcem suam proficiscerentur, ubi eis hospitia paraverat.

Intraverunt civitatem cum cappis violaceis, quia in quadragesima, quas detulerunt usque domus eorum, sub umbraculo semper euntes, quod de more parafrasariis donatum est, licet nemo e civibus mulas legatorum, ut etiam mos est, acceperit vel etiam postu laverit. Pluvia semper in itinere (tum a Rovereto Tridentum) tum in introitu publico et reversione ad habitationem maxime invaluit, adeo ut multa, quae in honorem legatorum praeparata fuerant, omitti necesse fuerit. Familiares partim ut equites forenses, partim civili habitu incedebant.

14. Martii, Sabbato.

Rmā card. Tridentinus legatos visitavit hora 20., Montem primum, deinde S. Crucis, (humillime) operam suam pro concilii celebratione offerens. Veste indutus erat sericea e raso cremesino, principum, non autem cardinalium more, licet biretum cardinalitum deferret.

a s'c- ff T Ghirola. O T camerarij. d T Hosque. e T narratibus {erat abbreviatum
in originali narratibus). f T presbyteri. g B Oecumenicum. h B comite. i T equestres.
v T legatus; B legatos corr. ex legatus. 1 B legati. m T ictui. n T cuicumque.
O B om. p B maxima. q T raro. r T cardinalium.

. Hippolytus a Nomo, qui inter nobiles Tridentinos hodie Benvenuti: Ghidiani, Arch. Trent. 1882, p. 156 s. ed. separ. p. 15 s.

2 Cf. supra p. 158, adn. 4; de Antonio Queta 3 Cf. quae adnotantur ad 8. huius mensis, p. 158, infra ad 8. Aprilis. Domus eius sita erat in via dicta adn. 3.

R^{du}s D. Thomas Campegius episcopus Feltrensis, patria Bononiensis, frater bo. me. cardinalis Campegii, ex urbe Tridentum applicuit, ut et ipse concilio interesset¹.

Ad R^{mu}m de Monte a R^{mo} meo bis missus fui, ut de litteris Romam scribendis loquerer, quod et factum est, et cardinali retuli.

Scripserunt legati Romam ad Ill^{nu}m et R^{mu}m D. Alexandrum card. Farnesium vice- 5 cancellarium de ingressu eorum Tridentum, et grato animo a cardinale Tridentino recepto*².

15. Martii, Dominica.

{Haec dominica 4. [quadagesimae] pro die inchoandi concilii indicta fuerat)b. Pluvia adeo hac die invaluit, ut domum exire nedum legati, sed nostrum quilibet prohibitus est³. Sacra itaque domi audivimus caeteraque pro principio necessaria egimus, domum ornavimus et quisque suam curavit salutem. 10

16. Martii, Lunae.

R^{mu}s D. card. S. Crucis ivit visitatum cardinalem de Monte hora 19., | sociatus a R^{as} episcopis Cavensi et Feltrensi. Fuit ibi usque ad 22. horam, deinde ab eisdem comitatus domum reversus est.

Scripserunt legati Romam ad R^{mu}m Farnesium de concilii celebratione; ad card. Polum de eius adventu Tridentum, et quae hic⁴ facta sunt⁴; ad card. Moronum Bononiae 15 legatum, nunciandod, ut supra, in ingressu acta⁶.

Hac die inter legatos deliberatum est bis in hebdomada Romam ordinarie per cavalcata quam vocant scribendum. Nam pontifex equos dispositos per totum iter hinc Romam solvit⁵.

17. Martii, Martis.

Quoniam locus concilii in ecclesia cathedrali parandus erat, R^{mi} DD. legati mane 20 una cum card. Tridentino ad dictam ecclesiam {profecti sunt, ubi audita missa totam ecclesiam)' perlustrarunt et locum concilii pro sessionibus prope altare maius in choro aptiorem iudicarunt⁶. Iveruntg hoc ordine. Card. Tridentinus venit primum ad domum cardinalis S. Crucis, qui insimul iverunt ad domum R^{mi} D. de Monte, qua via card. S. Crucis habebat crucem. Tres una postea ad cathedralem ecclesiam contenderunt, 25 qua [via] ferebatur*¹ crux cardinalis de Monte. Omnes (cum)f mantelletis et rochetis quos vocant violaceis; ferebantur nihilominus ante eos valligiae⁷ et alia insignia cardinalium. Iverunt pedites¹.

Hac die venit Tridentum D. Dominicus de Gazteluk de Guibelalde⁸, missus ab Ill^{no} et R^{no} 1D. Didaco de Mendocia Hispano⁹, apud Venetos Caesareo oratore, qui brevi 30 oratorem huc venturum nomine imperatoris nunciavit.

Fui cum R^{mo} de Monte mane propter causam suprascriptam, et in die bis.

a T recepti; Massarelli locutioni magis convenit recepti, sed probabiliter abbreviatura usus erat.

b B in marg.

* T id.

d B T nuncians.

e T ut supra actu ingressus.

f om. B.

s B Hi fuerunt.

h T ferebat.

codd. pedes.

k B Gartela.

l sic.

m T suo.

1 De hoc praelato concilii et Romanae curiae studiosissimo alio loco loquendum est. Cf. indicem.

2 Extat haec epistula apud Druffel, Mon. Trid. p. 18, n. 12, sed dies ei ascripta est 13. Quoniam Massarellum errasse verisimile non est, legatos diem adventus litteris ascripsisse conicio, ut prima qua Tridenti fuerint die Romam scripsisse videantur. Praeterea apud Druffel alia epistula a Cervino privatim scripta invenitur (ibid. p. 20, n. 14) die 14. data.

3 Gratissimam fuisse hanc pluviam legatis et libenter eos hoc praetextu usos opinatur Druffel Theol. Litteraturblatt (Bonn) 1876, col. 398; falso idem (Cari V, pars II, p. 10 s.) contendit, legatos prohibuisse familiares suos exire domo, ne ab aliis de concilio interrogarentur. At num alia non aperiendi concilii excusatione opus erat, quam praelatorum absentia?

4 Illa epistula ad Farnesium data desideratur, alteram habet Quirinus, Epistularum Reginaldi Poli pars IV (Brixiae 1752, 40), p. 185.

5 Ex Massarelli diariis (cf. ex. gr. 18. huius) et epistulis legatorum apparet, singulis diebus Lunae et Iovis cavalcata missam esse; praeterea legati aliis litteras mittendi occasionibus utebantur.

6 Plura de hac re dicunt legati in epistula hac die ad card. Farnesium scripta: Druffel, Mon. Trid. p. 24, n. 15.

7 Illustratur haec vox loco hoc Caeremon. Rom. (Benedicti XIV) lib. I, tit. 2, § 19: Primi incident valisarii cardinalium suo ordine; ... tum sequuntur ... barbitonsor et sartor papae cum valisiis rubeis, in quibus sunt vestes, quae pertinent ad Smum D. N.

8 Infra ad 27. Martii p. 165, l. 19) dicitur, eum Mendozae secretarium fuisse. 9 Cf. ad 23. Martii.

18. **Martii**, Mercurii.

R¹ legati scripserunt litteras ad RTM D. Farnesium ¹, licet hodie jeas mittere nollent, sed in crastinam differrea, tanquam diem ordinarium.

Quare fui apud R^{mm} de Monte per duas horas tribus vicibus.

19. **Martii**, Iovis.

Card. S. Crucis ivit visitatum R^{mm} de Monte mane hora 12., cum quo fuit usque 5 ad 13. cum dimidia. Post vero prandium card. de Monte venit ad R^{mm} S. Crucis hora 20., fuitque cum eo usque ad 22. Tractarunt de litteris Romam scribendis.

Ego autem tum mane tum in die ivi ad card. Tridentinum, ut si quid novi haberet communicaret, prout humanissime fecit, et in litteris publicis scripta sunt.

20. **Martii**, Veneris.

R^m D.D. legati post prandium hora 19. iverunt visitatum card. Tridentinum in 10 arcem suam, quam videre efflagitabant. Fuerunt itaque perbenigne recepti et per palatium ducti, omnia perlustrantes; pulchrum equidem est et admiratione dignum. Perspectis cameris in viridarium palatio contiguum ducti sunt, ubi quaedam artificiose confecta de aedificiis diversis aequib viderunt. Postremo in domum vinariam profecti ientaculum 15 facere omnes coacti sunt, splendide profecto liberaliterque. Inde arcem exeuntes domum reversi sunt, habitu quotidiano incedentes.

Iveram prius ad card. Tridentinum id nunciatum. Item ad card. de Monte.

21. **Martii**, Sabbato.

R^m D. card. S. Crucis mane hora 10. et dimidia ivit spatiatum extra civitatem ad aedificium Serrae, quod per medium milliare distat, ligna secan[tis]42.

Applicuit Tridentum D. (Franciscus)6 Martinus3 familiaris R⁴⁵ D. Fabii episcopi 20 Lucerini4, qui proxime ad regem Romanorum apostolicus nuncius iturus est. In domo sua card. S. Crucis eum recepit.

Fui ad RTM D. card. de Monte post prandium bis pro etc.f

22. **Martii**, Dominica.

Card. S. Crucis celebravit mane privatim in domo sua.

R^{rius} p episcopus Antibarensis, suffraganeus ad praesens card. Rodulfi, qui est 25 episcopus Vicentinus (ubi in praesentiarum moratur)h5, per litteras suas et procuratorem specialem excusavit se, quia ad concilii locum adhuc non venerit, petensque aliquam dilationem comparendi. R^m D.D. legati terminum usque ad octavam paschae prolongarunt, scripseruntque hac de causa ad dictum card. Rodulfum.

Ivi1 ad R^{mm} de Monte, ut cum eo de expeditione crastina loquerer. Censuit tamen 30 expectandum R^{dm} D. Mignanellum, neque aliquid episcopo Antibarensi respondendum arbitratus est.

23. **Martii**, Lunae.

Adveniunt orator Caesareus et Mignanellus.

Illus et R^{inus} D. Didacus de Mendocia, Hispanus, Caes. M^{tis} apud Venetos orator6, Tridentum intravit hora 21. Card. Tridentinus ivit ei obviam ultra 3 milliaria. R^m legati

referre. b T aqg. c T liberatque. d T plane seccantis. e om. T.
T (loco etc.) 21. s t Rmus. h om B i B Fui

1 Est epistula iam commemorata apud *Druffel*,
O12 tT * % n' P²⁵>n. 17 ep. Cervini.
oc ^dmcium hodie non videtur superesse,
a -*Ferini* (Statistica dei Trentino [Trento
552JvoJ.II, s.v.), qui complures eius nominis vicos novit,
Se 3ec^A ongius a Tridento distantes, non enumeratur.
A °n Some* commera^Aoratur in hoc diario; cf. infra
' Pr'' 25>27>3°-M aii; 4., 15. Iui.; 5. Aug. etc. Iam
o assare lo amicus erat, ut ostenditur litteris eius
28. Aprilis Venetis huic datis: Tabul. Vat. Conc. 139, f. 4.
Concilium Tridentinum. I.

4 Cf. ad 23. Martii, infra p. 162, adn. 2.

5 Nicolaus card. Rodulfus Florentinus archiepiscopus
variis vicibus (cf. de Martelli episcopi Faesulani in eum
amicitia Severoli commentarium supra p. 72, l. 15 ss.)
et ycentiae episcopus erat (f 20. Ianuarii 1550).
Eius suffraganeus (vicarius) idemque episcopus Anti-
barensis erat Ludovicus Chieriegatus ord. S. Franc.,
qui postea a. 1551 concilio interfuit, f 1573.

6 Recentissimum eumque subtilissimum de Mendoza
tractatum debemus viro doctissimo *Charles Graux*

miserunt suos familiares una cum episcopis Cavensi et Feltrensi extra civitatem per 2 milliaria. Honorifice itaque receptus est. Hospitatus est in ecclesia S. Laurentii extra muros Tridenti. Causa sui adventus haec est, ut nomine Caesareo in concilio a resideat tanquam procurator.

Rm DD. legati miserunt iterum eum visitatum per duos ex suis familiaribus, quam- 5
primum ex equo descenderat. Ivi ego nomine card. S. Crucis, et perbenigne me ex-
cepit, inquit se, licet nunquam vidisset cardinalem meum, fama tamen pervolante sibi
satis notum esse, quare illum diligere observareque studii potissimum causa.

RduS jj Fakius Mignanellus Senensis, episcopus Lucerinus³², nuncius apostolicus 10
9r j apud Ser¹ D. Ferdinandum Romanorum regem ex urbe proficiscens Tridentum ap-
plicit hora 23. in equis dispositis septem cum familiaribus.

Scripserunt Rm legati Romam 3 supradictos dominos intrasse Tridentum.

Venerunt litterae ex Urbe a card. Farnesio cum cifra⁴.

24. Martii, Martis.

Orator Caesareus privatim visit legatos.

Illms D. Didacus orator Caesareus mane cum Rm Tridentino una cum episcopis 15
Cavensi et Feltrensi pransus est. Post prandium petiit audientiam a legatis, quam ei
dederunt. Hora 20. cardinalis itaque de Monte hac de causa ad domum cardinalis
S. Crucis venerat. Ad dictam 20. horam⁶ Didacus venit; iverunt ei obviam legati ad
cameram secundam usque. Fuerunt simul per integram horam cum dimidia. Causam
sui adventus significavit privatim potius, quam publice Caesareo nomine. Discedens
eodem modo ad secundam cameram a legatis comitatus est. 20

Episcopus Bituntinus, frater Cornelius⁵, Tridentum appulit hora 20.

Hora circiter 4. noctis D. Hannibalf Senensis de Belagais⁸ Tridentum per equos
dispositos venit. Is est secretarius Rm D. Ottonis Truchses cardinalis Augustani¹¹ Germani;
qui Romam a domino suo mittitur ob negotiationes publicas 6.

a T in conciliis.	b T qui primum.	c B praevalente.	d T Lucas in.
e B Ab dicta 2o hora.	f T Annibal.	g B Bellagiis.	h T Augusten.

(Essai sur les origines du fond grec de l'Escorial [Paris 1880] p. 163—273) praematura morte abrepto, qui iure queritur, quod Mendoza, vir et politicarum rerum experientia et doctrina excellens, nondum laudum suarum scriptorem invenerit. Natus Granatae a. 1503, Compluti liberalibus artibus incubuit, deinde in Italiam profectus Romae et Paduae commorabatur. Sed et rei bellicae studens praelio a. 1525 apud Papiam commisso interfuisse, postea (a. 1527?) orator Caesaris Venetias missus esse traditur. Annis 1542 et 1545 nomine imperatoris Tridentum ad concilium ibat, ubi praeter res publicas maxime litterarum studia fovebat et illius Academiae Aristotelicae socius erat, doctos conciliares libris suis plurimis rarissimisque commodatis enixe iuvando. Mortuus est a. 1575. Bibliotheca eius, quam Philippo II regi legaverat, ut is debitoribus eius satisfaceret, maximam ad partem etiam nunc servatur in monasterio S. Laurentii Escorialensi.

1 De Mendozae (cf. adn. praecedentem) et Cervini studiis liberalibus varia in hoc diario nobis occurrent exempla. Cf. 29. Martii, 1. Aprilis; Ch. Graux libro laudato; Druffel, Mon. Trid. p. 125 s.

2 Fabius Mignanellus (natus 1496) post varia negotia feliciter gesta nuntii munere functus erat apud Carolum V imperatorem anno 1537, iterum 1538/39; a. 1540 Lucerinus episcopus nominatus, postquam a. 1541 vicelegatus Bononiensis fuerat, a. 1542—1544 nuntius apostolicus apud Venetos morabatur. Vere 1545 in Germaniam tendebat, ut dietae Vormatiensi interesset idemque apud Ferdinandum Romanorum regem nuntius esset, qua commissione absoluta mense Augusto

eiusdem anni Romam revertebatur (cf. infra ad 26. Augusti et 1. Septembris). Purpura ornatus est 1551 a Iulio III, cuius familia cum Mignanelli — id quod recentiores obliti esse videntur — vinculo cognationis et affinitatis coniuncta erat, cum Iulius III natus esset ex Christofana Saracena nobili Senensi, quae primo matrimonio cuidam Mignanello nupserat (cf. Spinnellus Bencius, Storia della città di Montepulciano p. 103). Defunctus est Fabius a. 1557. Cf. indicem nostrum, et A. Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der standigen Nuntiatoren (Freiburg 1894) variis locis, et W. Friedensburg, Nuntiaturre. III (1893), 41 ss.; VIII (1898), 10 ss.

3 Druffel, Mon. Trid. p. 27, n. 20.

4 Has litteras detulerat Mignanellus (dat. 15. Martii, quo die hic Roma profectus erat), idemque duas bullas secretas. Cf. Druffel, Mon. Trid. p. 21, n. 14.

5 Cornelius Mussus ord. S. Franc. a. 1541 factus erat episcopus Brictinoriensis, a. 1544 (27. Octobris) translatus Bituntum, f. 13. Ianuarii 1574. De cuius ingenio et moribus cf. quae adnotavimus ad Severoli commentarium, supra p. 4, adn. 3.

6 Bellagais perferabat litteras illas cardinalis Augustani, quibus hic card. Granvelae de Romana curia querelas card. Farnesio scribebat. Impressa est epistula apud Druffel, Kaiser Karl V. und die rom. Curie, II (Abhandl. der bayer. Akad. der Wissensch. III. Kl., Bd. XVI, München 1881), p. 48 ss., n. 7. Cf. Friedensburg, Nuntiaturre. VIII, p. 20. 87. — Eadem die advenerunt litterae, quae sunt apud Druffel, Mon. Trid. p. 26, n. 18.

25. Martii, Mercurii.

Adveniunt Belagais et Savellus, proficiscitur Mignanellus. De oratoris Caesarei postulatione.

Rm DD. legati hesternae die decreverant hoc mane ire ad audiendum divina in ecclesia b. Mariae Maioris, cum hodie sit dies annunciationis. Verum in nocte card. de Monte laboravit podagra, propterea accedere nequivit. Iverunt tamen cardd. de S. Cruce et Tridentinus, ibique primum concionatorem latine loquentem audiverunt, deinde missam. 5 Induebantur in itinere mantelletis, prope ecclesiam | autem cappas acceperunt. Discedentes ab ecclesia cardinalem de Monte domi visitarunt — est enim non longe ab ecclesia prae dicta eius domicilium —, ubi per horam immorati sunt. Postremo card. Tridentinus cardi nalem de S. Cruce domum usque suam comitatus est, quod et antea eundo fecerat.

D. Annibal Belagius¹¹, secretarius card. Augustensis, hora 14. ad card. S. Crucis 10 cum litteris sui domini venit, licet hora 4. praeteritae noctis Tridentum applicuisset; Romam ob negocia publica se iturum retulit.

Rdus p. Fabius (episcopus)⁰ Lucerinus dictus Mignanellus post prandium habitum cum Rm S. Crucis ex Tridento discessit cum 7 familiaribus in equis dispositis hora 19., iter sequens Vormatiam versus, ubi rex Romanorum ob celebrationem praesentis diaetae 15 residet, ibi nomine pontificis maximi apostolicum nuntium gesturus. Dedimus ei cifram⁴¹.

Hora autem 17. Illius D. Flaminius Savellus, domicellus Romanus, qui apud Caesarem per aliquot menses nomine pontificis tractaverat, ex Germania rediens Romam iturus Tridentum applicuit quinque cum equitibus dispositis. Hospitatus est apud card. S. Crucis. Prandio facto ivit ad card. de Monte, de negotiis publicis loquutus, de brevi inquam, 20 quod de 6 mense Ianuario praeterito ad Caes. Mtm tulerat, ex quo tot sequutae sunt in Germania tragoediae et Lutheranis causas in scriptis respondendi data est, licet D. David Odasius prius¹ breve praedictum in Germaniam ad Caesarem tulerit².

3 Quoniam D. Didacus petierat a legatis audientiam, ut commissionem Caesaris suis 1) b) s) Rm exponeret, quaedam inter legatos et ipsum oratorem dissensio orta est. Nam 25 orator | audiri publice in ecclesia cupiebat, tanquam actus publicus palam in loco publico perpetrandum. Legati ex adverso, cum concilium adhuc non sit apertum, nihil in publico tanquam conciliariter agendum putabant. Praesentatio enim mandati, quam orator facere intendebat, ut in concilio loco et nomine imperatoris resideret, tanquam conciliarem actum reddere videbatur. Non inchoato autem concilio et sic deficiente capite et prin- 30 cipio nihil, quod id sequeretur, legati faciendum arbitrantur. Male id tulit orator, suaeque dignitati et rei existimationi valde detracturum iri censebat. Tandem in hoc omnes con venerunt, ut in domo Rm de Monte tanquam legationis principis, ut qui est episcopus Praenestinus, in aula palam apertis ianuis audiretur.

Ea de causa plurimum apud cardinales, etiam Tridentinum, laboravi, ut in id car- 35 dinale S. Crucis mandante devenerim de non off[erendo me] secretarium]n.

26. Martii, Iovis.

Datur audientia oratori Caesareo.

Mane cum decretum esset audiri D. Didacum oratorem in domo Rm cardinalis de Monte, ut supra dictum est, ipse cardinalis alios duos, S. Crucis⁰ videlicet et Tri-

a T conceptionis; B idem primum habuerat, sed correxit eadem manus. b T Bilegais.
c B. om. d T cifram. e ita B et T. f T ut. g B et T causam. h T prius; B ps
1 T detulerit. k B T perpetrando; sed Mass. scribere solet perpetrat'. 1 T Hoc (pro non)
m sic. n ita conieci; B off. sec.; T officio securo (deleto sequuto). ° B Crucem.

1 Eam, quae p. 162, l. 13 commemoratur?

2 Flaminius Savellus cognatus erat familiae Farne- sianae. Obscuriora haec Massarelli verba de commis- sione Savelli nec Druffel (Kaiser Karl V. und die rom. Curie, I [Abhandl. d. bayer. Akad. d. Wissensch. III. Kl., Bd. XIII, München 1877], 214 ss.) nec Pieper (l. c. p. 1274) nec Friedensburg (l. c. VIII, 24 s.) illustrarunt; nec nos illis feliciores sumus. Sed cf. ad 13. April. — Lutherani in scriptis illis litteris responderunt: Lutherus enim (cf. Cochlaei epistolam ad Cervinum 30. Apr. 1545 datam apud Druffel, Mon. Trid. P* 74) n. 73) et Calvinus libellos contra eas ediderunt

(cf. Druffel/Karl V., pars I, p. 224; Friedensburg l. c. VIII, 87 s.) et protestantes memoriale imperatori tradiderunt; cf. Mignanelli epistolam 30. Aprilis 1545 legatis concilii datam apud Druffel, Mon. Trid. p. 71, n. 73, et Friedensburg l. c. p. 135 ss., n. 22. Quae responsio hic intellegatur v. ad 13. April.

3 Abhinc hanc relationem exhibet Druffel, Mon. Trid. p. 29, adn. 1, sed corrupto textu ex codice Trid. sumpto. Nec difficultates ortae ex postulatione oratoris tantae erant, quantas Druffel imaginatur, sed magis formales, rectiusque legati huiusmodi rerum gnari quam Massarellus iuvenis et novellus rem narrant.

dentinum, et ipsum D. Didacum una cum Flaminio Savello in prandium in hospitium suum vocavit, lauteque [et] liberaliter manea excepti sunt. Post prandium in aulam maiorem deventum est, ubi apertis ianuis et quibuslibet utriusque curiae familiaribus praesentibus (absente tamen card. Tridentino, qui absoluto prandio domum suam reversus est) ipse D. Didacus alta voce legit quandam scripturam, causam sui adventus in hanc civitatem enarrans. Quatuor principaliora in ea continebantur: primum narrabatur diligentia imperatoris in concilio exquirendo tum apud Paulum III, tum Clementem VII felicitis recordationis, laboresque pro hoc susceptos. Secundum adventum suum tanquam procurator Caesaris in concilio residendi et omnia, quae Caesar ipse fecisset, si esset praesens, faciendi nunciavit. Tertium excusavit se, si citius huc non venerit; praepeditus enim infirmitate hoc facere nequiverat. Hoc dixit, quoniam ad dominicam praeteritam quartam quadragesimae, quae dicitur *Laetare Ierusalem*, concilium hic celebrandum in dictum fuerat. Quartum contumaciam episcoporum Hispanicorum non accusari a legatis, imo excusatos haberi rogavit¹.

Responsum est a Rm legatis, perlibenter eum [se] audivisse. Laetari enim plurimum, Caesarem eo optimo animo erga concilium (hic celebrandum indictum)³ et conciliares affectum esse, laudaruntque bonitatem et S. M^{is} religionem. Et postremo commendarunt ipsius D. Didaci personam, suas virtutes commemorantes, tempusque commodius ad respondendum in scriptis petierunt. Haec enim tantum pro nunc eum audivisse sufficiant⁶.

Post haec Illm^s D. Flaminio Sabellus⁷ hora 22. cum dimidia ex Tridento [discessit] per equos dispositos quinque cum sociis iter Romam versus arripiens litteris commissionibusque legatorum ad S^m D. N. et card. Farnesium munitus, praesertim de rebus in memoriali a Rm legatis ante eorum discessum Romae relictis².

Scripserunt item legati ad card. Moronum de successu D. Didaci, qua de causa fui apud card. de Monte quater et card. Tridentinum bis.

27. Martii, Veneris.

Datur responsum oratori Caesareo.

Instante D. Didaco praedicto Rm DD. legati hesternae suae propositionis responsum dare in scriptis repentine fere coacti sunt. Decreverant enim legati in crastinum dictum responsum differre, {quoniam} k Didacus¹ hodierna die piscationibus vacaturum dixerat⁸. Mutato vero consilio audire responsionem satagebat. Quare Rm D. card. | S. Crucis mane hora 12. domum cardinalis de Monte petiit insimulque communicata re hora 15. in hunc qui sequitur modum responderunt, cardinali de Monte tanquam principe legationis perlegente.

Laudarunt imprimis Caesaris catholicam mentem totque labores pro republica christiana susceptos, suamque religionem commendarunt omniaque, quae ab ipso D. Didaco hesternae die dicta fuere, vera esse profitentes. Quare ipsum Caesarem minime permisurum confidunt, quod in dieta praesente Wormatiensi de religione et fide verba fiant, cum concilium hac potissimum causa, Germanorum scilicet, in hac m civitate Tridentina indictum a S^m D. N. Paulo III, vero, certo et indubitato Christi in terris vicario, do-

a *textus corruptus*. T liberali manu [sic]; (liberaliter sane?). b B narrabantur.

c sic B; T anceps. d om. T. e sic B et T. f T Sabellius. g B apud.

h B et T relictis, sed Mass. saepe scribit relict., ita ut finis a scriptoribus suppletus esse videatur.

i T iterum. k B D; T (om. D) Mane; quoniam (quod non clare legebatur in originali propter correcturam) conieci. l B et T Didacum. m om. B. n T Christique.

¹ Propositionem mandatumque Mendozae et responsionem legatorum v. apud Raynaldum ad a. 1545, n. 4. 5 (propositio et responsio, sed non integra); 1546, n. 52; Le Piat III, 267—271.

² Epistulam v. apud Druffel, Mon. Trid. p. 29, n. 24, in qua nihil de hoc memoriali (de quo Mon. Tr. p. 46. 48) dicitur; ergo erat in eis, de quibus remittunt legati cardinalem ad relationem Flaminii (ib. p. 31).

³ Si ea, quae vult Druffel (Mon. Trid. p. 31, adn. 2), vera essent, legati sibi ipsi contradicerent, nam epistula 26. Martii data (Druffel p. 29, n. 24) scribunt se respondisse Mendozae, *che si fusse retornato domane et datoci la copia overo la summa de capi che haveva propositio* gV *haveremmo risposto simibnente*

in scriptis, et paulo inferius in eadem epistula loquuntur de la copia dei suo mandato, quam non stricte voluerint postulare, ne cogerentur et ipsorum mandati exemplum dare; quod domane probatur eo, quod addunt: *Don Diego s' e scusato di non poter tornar domane*: ergo illud die crastina actorum Massarelli optime dictum est et non *spater zur echt gemacht*, ut suspicatur Druffel, solumque illud *habito mandati et propositionis exemplo* falsum est, idque quia secretarius legatorum distinctionem iuridicam inter propositionem et mandatum non perspexerat. Caeterum idem Druffelio accidit: qui multas contradictiones et falsationes non invenisset in fontibus, si eos maturius considerasset. — Cur Mendoza consilium mutaverit, v. Druffel p. 32.

- minici gregis pastore ac beati Petri principis apostolorum successore, fuerit, cum articuli religionis a laicis et extra concilium sine pernicioso in omne aevum exemplo tractari ne queant, quod ad S. Mtis perpetuam gloriam pertinere arbitrantur. Praesentiam vero et assistentiam D. Didaci ipsis gratam fore tum ob eius nobilitatem et virtutem, tum ob favorem, quem a principe suo tam catholico et potente sperabant, retulerunt. Ita que mandatum S. Mtis coram ipsis legatis hesternae die exhibitum et lectum, quantum de iure possumus et debemus, grato, benevolo et prompto animo admittimus (verba formalia legatorum). Quoad ea, quae ipse Didacus de alia comparitione sua annis praeteritis, scilicet 1543, coram aliis legatis cardinalibus, scilicet Parisio, Morono et Polo [dixerat]¹, responderunt legati, quoniam ipsos nescire, quae tunc acta fuere, ad illorum minorum legatorum responsum se retulerunt, reservantes nihilominus ius addendi et minuendi, prout praesentis temporis ratio suadet. Excusationem Didaci libentissime admiserunt. De episcopis Hispaniae, addimus etiam caeterarum nationum, cognitis singulorum et uniuscuiusque impedimentis, quid sentiamus, suo loco et tempore annuente Deo declarabimus. Quae verba fuerunt formalia in fine responsionis legatorum².
- 3 Respondit D. Didacus, se libenter ipsos legatos audivisse. Quod autem ad responsionem ipsorum, eam [se] accipere in quantum iuribus Caesaris non praeiudicaret. Notariosque de actibus huiusmodi rogatos esse voluit, qui fuere D. Claudius Gallus, secretarius R^m de Monte, et D. Dominicus Gazteluc de Guibelalde, Hispanus, secretarius D. Didaci.
- 20 Replicarunt itidem legati, (videlicet) d iura pontificis salva esse prop[ter]a³ protestantes. Itaque protestationes similes et reservationes hinc inde, benevolis tamen verbis hilarique vultu, fecerunt⁴. Quae omnia in eadem aula apertis ianuis et eisdem feremetis praesentibus, qui in propositione Didaci fuerunt, acta sunt.
- Absolutis autem omnibus D. Didacus domum suam reversus est. At card. S. Crucis in prandio remansit cum R^m de Monte, hora vero circiter 19. card. S. Crucis suam habitationem et ipse petiit.
- Fui hac de causa apud card. de Monte ter mane, in sero quater propter expeditionem Romam mittendam, et ad card. Tridentinum bis, cui ostendi nomine legatorum responsionem praedictam, et ab eo alias vocatus.
- 30 Scripserunt itaque legati quae cum D. Didaco egerunt ad card. Farnesium⁶.
Item ad R^m D. Mignanellum Wormatiae nuntium agentem.
Item ad R^m D. Verallum, nuntium apud imperatorem.
Item ad R^m D. card. Augustensem, Wormatiae etiam commorantem.
Quibus omnibus propositionem et responsionem praedictas miserunt.

28. Martii, Sabbato.

- 35 Scripserunt R^m legati ad card. Moronum de successu D. Didaci. Sed responsionis l² vel propositionis copiam minime addiderunt⁷.
Card. S. Crucis fuit spatiatum apud aedificium Serrae ligna secantis etc.
Fui ob expeditionem supradictam ad R^m de Monte ter, mane et sero.

29. Martii, Dominica palmarum.

- Card. S. Crucis celebravit privatim in aula suae habitationis, deinde una cum card. 4° de Monte ad ecclesiam s. Bernardini extra civitatem per medium milliare profecti sunt,

a T quia. b T eius. c B Gatzella.
cf eadem fere verba diar. II ad 2j. Martii in fine.
(— propositione); sed defenditur diarii II loco citato.

d B T eos, quod ex abbreviatione ortum esse puto;
e B propa, poterat esse pro male intellecto propo
f T aliter. g B T ita plene.

1 Oratio Mendozae continebat haec verba: »Et quoniam a me dictum est D. Atrebatensem, D. de Granvela, meque Caesaris nomine anno praeterito comparuisse coram R^mis et [Illimis] apostolicae sedis legatis Parisio, Mutinensi et Polo, vos ultra non morabor his, quae tunc temporis tractata a nobis actaque fuere nomine Caesaris, cum publice gesta et in actis publicis relata sint« (Le Piat III, 268). Propter quod legati illa acta postea a Morono expetebant; cf. huius litteras adn. 7 citatas et infra 9. Aprilis.

2 Cf. 26. Martii p. 164, adn. 1.

3 Cf. Theiner, Acta I, 21 a; D ruffel p. 31.

4 De vi ac ratione illarum protestationum Palla-vicinus (V, 9, 1) correxit, quae Sarpius (2, 7 extr.) exaggerando dixerat.

5 Eisdem fere, non omnibus: nam Flaminius Savellus, qui propositioni interfuerat (supra p. 164, 1. 1; Cervini epist. 26. Martii data, D ruffel, Mon. Trid. p. 31, n. 25), iam profectus erat: supra 26. Martii sub fin.

6 D ruffel, Mon. Trid. p. 31, n. 26.

7 Cui directe contradicunt, quae Moronus epistula responsoria scribit apud D ruffel, Mon. Trid. p. 39, n. 36. Massarellus hic certe erravit.

habitu quotidianum in itinere usque ad portam ecclesiae ferentes. Ibi cappas pontificales violaceas induerunt, ferentes nihilominus crucem, galeras pontificales et caetera cardinalatus insignia, sociati ab episcopis Cavensi et Bituntino. Audiverunt sacra ramosque palmorum⁵ receperunt processione euntes etc.

Venerunt literae ex Urbe a Rmo Farnesio, cum quibus erat instructio pro Rmis⁵ DD. legatis.

Qui Rmi Domini miserunt me, ut communicarem summarium dictarum literarum card. Tridentino. Ivi itaque haecque exposui: card. Farnesium scribere, S. Stm iam promptiori quam unquam animo esse, ut concilium celebraretur, quare Rms legatos paratos esse iubebat, quam primum in hac civitate adesset talis praelatorum numerus, quibus aliquali cum decore et honestate concilium inchoari posset, in Dei nomine concilium aperiret etc.

Card. Tridentinus ostendit mihi litteras², in quibus card. Farnesius haec ad unguem verba scribebat: »Quanto alie cose publiche, havendo⁶ scritto a lungo alii Rmi legati, li quali so che conferiranno il tutto con V. Sna Rma, non replicaro qui il medesimo.«³ 15 Deinde Rmis gratias retulit de communicatione litterarum praedictarum etc.

Fuique apud D. Didacum et de libellis graecis nomine cardinalis S. Crucis locutus sum. Annuit libenter, numismataque antiqua cardinali ostendere^f argentea 12g dedit, quod et feci, et tres libellos graecos cardinali portavi¹⁴.

Cum supradictis litteris ex Urbe nunciatum est iocalia illa Romae inventa, quae hic⁵ annotare non abs re visum est.

a B pontem. b sic B et T. c T quando. d T ostendit, quod genuinum est Massarelli.
e T mando. f T ostenderem; fortasse Mass. scripserat ostendent[da] ? 8 B habet abbreviaturam
pro videlicet vel pro videtur; T videlicet. Sed utrumque videtur ortum esse ex numero romano VI vel arabico 13.
Sed quia ad 1. Aprilis (infra p. 167, l. 36) codd. habent 12, hoc etiam hic scribendum censi. Certe erravit
Druffel, Mon. Trid. p. 1252 codicem Trid. sequendo. h T pors0.

¹ Litterae (d. 24. Martii 1545) apud Druffel, M. Tr. p. 27, n. 22; cf. p. 29, n. 23. Instructionem non contigit Druffelio invenire inter scripturas Cervinianas Tabularii publici Florentini. Tamen ex verbis, quibus card. Farnesius (litt. cit.) eam comitabatur, satis apparet, eam non fuisse instructionem propriam, sed continuasse tantummodo tutto quello, che insino ad hora e parso a S. B ne che si possa determinare di qua sopra li capi dell' instructione lasciati da loro in nota innanzi alia partita di Roma (cf. supra ad 26. Martii p. 164, l. 22), vel in sustantia tutti li capi, che per hora si sono possuti risolvere e che piu importano alie deliberationi presenti o propinque. Ante profectum legatos instructionem scriptam minime accepisse variae card. Farnesii litterae testantur: litt. datae 12. Martii (Druffel, Mon. Trid. p. 17, n. 11: non credo poter mandare per il medesimo la instructione); 15. Martii (ibid. p. 21, n. 14: della instructione non dire altro, perche penso mandarla domani al piu lungo con la staffetta...); 19. Martii (ibid. p. 26, n. 18: la instructione era riveduta e fermata dalli Rmi deputati, gia sono tre giorni; ma... bisogna rimutarla in qualche parte, al qual effetto si fara domani la congregatione). Tandem 24. Martii cum litteris citatis mittebatur *un'altra lettera a parte per loro* (legatorum) *istruttione* (litt. cit.).

² Hae litterae inclusae erant in fasciculo legatorum; cf. horum epistolam 30. Martii datam apud Druffel, Mon. Trid. p. 32, n. 27.

³ Non contentus erat Madrucius, quod legati non *il tutto* (ut scripserat Farnesius), sed summarium tantum secum communicabant. Sed his non opportunum videbatur illum scire omnia, quare iam 14. Martii (Druffel, l. c. p. 20, n. 30) Cervinus scripserat Farnesio, postquam de comitate a cardinali Tridentino monstrata et ei retributa locutus erat: »E perche a continuare e necessario mostrarli le lettere che verranno da V. Sra, havendoli gia detto secondo la commissione di comunicarli ogni cosa, chi scrivera deve bene av-

vertire, quando ce sara cosa quale non si habbia a mostrare, che la sia separata, perche sara necessario che in ogni spaccio ce sieno lettere mostrabili. Iterum 18. Martii (Druffel l. c. p. 24, n. 16) ambo legati monebant: »E necessario, che in ogni spaccio venghino lettere di V. Sria Rmada potersi mostrare; e se alcuna cosa sara piu secreta, sia scritta a parte. Delle ricevute fin qui ci siamo aiutati con ingegno, et basta. La conclusione sia, che le partite non mostrabili si mettino in un foglio da parte scritto.« Quod in litteris Farnesianis 24. Martii scriptis factum erat de instructione; sed expresse in his litteris ad *un'altra lettera a parte* remittebatur, unde cui monstrabatur epistula, necesse erat, ut monstraretur etiam instructio. Vel card. Farnesius aliter ac legati de eis, quae Madrucio monstrari possent, sentiebat? Quoquo modo res se habet, legati tertio litteris 30. Martii a Massarello notatis scribunt: »Supplicamo a V. Sria con tutto il cuore, come ancora gl' havemo scritto per il passato che si degni farci avvertenti delle lettere o partite che vorra che si mostrino«, et non obscure significant, quae difficultates ea cautione ommissa sibi evenerint.

⁴ Dolendum est, quod Massarellus neque hic neque infra ad 1. vel 7. Aprilis indicat, quid continuerint hi libri; nam ut ad historiam bibliothecae Mendozae et Escorialiensis, ita etiam Ottobonianae (in qua sunt libri olim Cerviniani, cf. e. gr. Bethmann in annalibus Archiv d. Gesellsch. f. altere deutsche Geschichtskunde XII [1874], 217 s> vel Batiffol, La Vaticane de Paul III a Paul V [Paris 1890], p. 56. 59) perspicendam aliquis esset momenti. Cf. p. 167, l. 37 ss.

⁵ Sequitur hic in codd. index antiquitatum inventarum Romae *nell' orto di San Biagio presso S. Pietro in Vineola alii 6 di Aprile* [sic] 1545. Quem, quoniam ad rem non pertinet, omittendum esse rati tradidimus v. cl. Christiano Huelsen, qui publici iuris eum fecit in ephemeride *Bullettino dell' imp. Istituto archeologico germanico* XIII (1898), 90 ss.

30. Martii, Lunae sancta.

Suprascriptam notulam ostendi Rm D. card. Tridentino nomine card. S. Crucis, cui copiam reliqui.

Rm DD. legati scripserunt Romam ad Rm D. Farnesium communiter¹.

Item ad Rm D. card. de Carpo in suarum litterarum responsione¹ c. p.

5 Item ad Rm D. card. Toletanum super lite sua² etc. f. 'ruclis-

Item communiter ad Rm DD. Mignanellum et Verallum³.

Quare ivi ad Rm de Monte quinquies, mane et vesperi.

31. Martii, Martis sancta.

Scripserunt Rm legati ad Rm D. electum Beneventanum, legatum Venetiarum⁴.

Card. S. Crucis scripsit duplicatum ad Rm cardd. Carpensem, Toletanum et
10 Poggium hesternae die scriptarum] \

Ivi ad card. de Monte ter in die ob expeditionem Venetam.

Card. S. Crucis mane ivit spatium ad aedificia Chartae aeris⁵ Serrae lignorum] a extra civitatem per unum miliarium etc.

1. Aprilis, Mercurii sancta, 1545.

Dissensio de loco oratori Caesereo assignando.

Rm DD. legati hora circiter 21. iverunt ad audiendum mattutinum⁰ in ecclesia cathedrali una cum card. Tridentino, episcopis Cavensi et Bituntino in cappis pontificalibus violaceis. Resederunt tres cardinales in eodem loco ordine cardinalatus, episcopi vero e regione loco humiliori.

Dissensio hac die non parva orta est cum D. Didaco oratore Caesereo circa locum sibi in ecclesia assignandum. Petebat enim Didacus, locus⁰ sibi deberi post legatos immediate, etiam¹ supra card. Tridentinum, hac potissimum motus ratione, quia, si imperator adesset, resideret in concilio immediate post papam. Legati sunt nomine papae, ipse est nomine imperatoris, ergo repraesentantes debent suos repraesentatos repraesentare, et quemadmodum inter papam et imperatorem nemo sederet medius, sic nec inter legatos papae et imperatoris.

25 Rm DD. legati responderunt, D. Didacum non recte hoc in casu sentire, nam licet ipse repraesentet imperatorem, non est tamen dignior cardinalibus, qui ipsi de per se digni sunt, non repraesentatione, immo cardinalatus dignitas regali aequiparatur. Quare essent parati dare ei locum honestum et condecentem et {qui alias} f in sessionibus coram pontifice aliis oratoribus Caesareis {dari} g consuetum^o esset. Didacus tamen
30 his acquiescere nolens ad divina audienda una cum legatis {accedere} h minime voluit.

Hac de causa fui apud Rm de Monte quater, et apud Tridentinum quinquies, cum quo de D. Didaci opinione loquutus sum. Qui card. Tridentinus cum legatis sentiebat.

Card. Tridentinus misit ad Rm de S. Cruce libellum quendam antiquissimum⁶ una cum papiro antiquo^{*} litteris Gothicis descripto.

35 Fui vesperi apud D. Didacum, cui ostendi notulam supradictam rerum in urbe noviter inventarum, reddidique numismata¹² k argentea, quae altera die commodaverat⁶; cum quo loquutus sum de libris tribus illis Graecis pro card. S. Crucis scribendis. Annuit perquam libenter seque ad cardinalis mandata paratum esse humaniter obtulit, mihi que privatim ad commodam quaeque se offerens; grata cum animi hilaritate¹ ab eo discessi.

T suarum. b T scripsit. • sic B et T. A T bigno. e T et 1 T qualis.
g om. B. h om. T. 1 sic.

B habet signum, quod legi potest² et 12, sed verisimilius²; copia transumpta ex B (Barb. XVI, 27)
a 1 ^ 12- Sed B cum industria videtur pinxisse signum aequaliter ambiguum, quod certe iam in originali
et at. Cf. supra f. 166, adn. g. 1 T cum animis illaritate.

2 Mⁿ. Trid. p. 32, n. 27 (cf. p. 166, adn. 2).

Non contigit nobis invenire has litteras, sed ex varus epistulis eis temporibus ad Ioannem Poggium Hispamarum nuntium scriptis (collectis in Tabular. Vat. un. di Spagna vol. 1A) colligitur, de aliquot episcoporum spolus papae solvendis nec solutis tractatum esse. Vel archiepiscopus cum capitulo suo litigabat?

(Ioannes Tabera, cardinalis et archiepiscopus Toletanus, mortuus est 1. Augusti 1545.)

3 Nec Druffel nec Friedensburg habent has litteras.

4 Infra ad 6. Maii notatur responsum, ex quo quid hae litterae continuerint intellegitur,

5 Quid continuerit libellus dicitur infra 7. Aprilis,

6 Cf. supra 29. Martii p. 166, l. 18.

2. Aprilis, Iovis sancta.

Card. S. Crucis, dominus meus clementissimus, mane celebravit in aula suae habitationis suosque familiares numero 37 communicavit, licet alii quinque essent praesentes, qui Dominicum corpus in die paschatis sumere decreverunt. [Sunt igitur omnes numero 42. Alii enim cum equis in Italiam reversi sunt.]

Rm DD. legati iverunt mane ad audiendum sacra in ecclesiam S. Marci cum cappis violaceis, tum in itinere tum in reditu sociati ab eisdem episcopis Cavensi et Bituntino. In dicta ecclesia nihil tanquam legati peregerunt. Sacramentum in processione honorarunt, deinde quilibet separatim domum suam rediit.

Card. Tridentinus hoc mane legatos comitatus non est. Nam cum ipse sit episcopus et princeps Tridentinus, occurrunt facienda nonnulla his diebus in ecclesia cathedrali ab eo cum clero et populo suo, ut non commode aliorum societatem pati possit. Id quod fuit etiam in causa, quod legati ad ecclesiam cathedralem minime profecti sunt. Card. enim Tridentinus habitu principis, bireto excepto cardinalitio, incedit, veste videlicet nigra oblonga, et quaedam alia ut princeps facit, quae cardinalem tamen nequaquam decere[n]t. Concordes igitur in hoc fuere legati cum Tridentino, ut per has dies hebdomadae sanctae ab ecclesia cathedrali abstineant. Ivere igitur [ad] S. Marcum.

Vesperis Rm DD. legati petierunt iterum S. Marcum, ubi matutinum audiverunt, omnibus legatorum ceremoniis exceptis. Cappas pontificales violaceas in porta ecclesiae induerunt; eundo autem et redeundo mantellettis usi sunt.

Scripserunt Rm legati ad card. Farnesium 1.

Item card. S. Crucis ad eundem pro Rm card. de Monte de provisione centum duc[atorum] d.

Item ad card. Polum communiter, excusantes silentium aliquot dierum 2.

Ivi igitur ter in die hac de causa ad Rm de Monte.

3. Aprilis, Veneris sancta.

Rm DD. legati iverunt mane et vesperi ad audiendum sacra in ecclesiam S. Marci more hesterno, id est cum mantellettis usque ad portam ecclesiae, ubi cappas induerunt, quas in exitu reliquerunt. Osculati sunt crucem; aureum quilibet condonarunt. Quodh subsequenter et nos omnes fecimus. Iverunt ad ecclesiam separatim, quilibet crucem afferens, quod et in reditu fecerunt.

Quae consuetudines hac die in civitate Tridentina observentur, in alio maiori libello descriptae inveniuntur 8.

4. Aprilis, Sabbato sancto.

Iverunt Rm legati mane ad S. Marcum cum cappis violaceis, quas post celebrationem missae in exitu ecclesiae exuerunt et mantellettos rosaceos acceperunt, quo habitu domum reversi sunt, quolibet eorum crucem ferente. Familiares Rm legatorum prophetias legerunt.

Applicuit Tridentum RdMk D. episcopus Bertinoriensis, D. Thomas Casellus 14.

Quoniam mane card. Tridentinus erat celebraturus in die paschatis, et Rm DD. legati interesse decreverant. Stante vero D. Didaci oratoris Caesarei super sedibus alteratione, prius quid ipse D. Didacus adhuc sentiret Rm legati intelligere voluerunt. Ivit itaque Rdus D. episcopus Cavensis, nomine tamen proprio ut amicus et D. Didaci coniunctissimus, dictam quaestionem illi proponens; et post multa orator acquievit, post

a B Bisentino; T Bittontino. b B occurrerunt. c T minime.

d B (om. de) provisionem centum duc.; T post signum non liquens provisione census (om. duc.).

e T tertia in die (in originali certe, ut in diariis saepe: 3. * T add. et.

g B condonavit, sed scriptor videtur textum emendare voluisse. h T Quos. * T add. dictam.

k B Rm, sed contra Massarelli Thorem. i T Casellus.

1 Druffel, Mon. Trid. p. 34, n. 28.

2 Epistulae Poli ed. Quirini IV (Brixiae 1752), p. 187.

3 Inter diaria Massarelli nobis cognita nullum extat, quod de hac materia loquatur; nam praeter diar. III de nullo alio cogitari potest, sed ne hoc quidem eius

modi quidquam continet. Unde memorabilia Massarelli de Tridentina urbe collecta nobis deperdita esse credemus.

4 V. in indice locos, ubi loquitur Massarellus de hoc praelato, qui plurimum valebat in concilio.

legatos sibi locum non convenire, sed super omnes episcopos e regione legatorum, omnibus cardinalibus libere locum cedendo. Huius cessionis potissima ratio fuit, cum concilium adhuc coeptum non sit, neque vere adhuc ipse orator personam Caesaris repraesentet, cum tantum ad assistendum concilio missus sit, non videbatur condecens, ut tanquam imperatoris orator in praesentiarum alicui actui publico interesset. Igitur episcopus Cavensis oratoris assensum et voluntatem retulit, cum prius una ivissemus ad card. de Monte et S. Crucis bis, et S. R^mTM D^o iudicium haberetur.

5. Aprilis, Dominica paschatis resurrectionis.

Missa sollemnis in ecclesia cathedrali. Prandium in castello.

R^mTM et [^]111TM D. Christophorus Madruccius, S. Caesarei in palatio diaconus cardinalis Tridentinus, qui et Tridentinus episcopus est, celebravit pontificaliter in ecclesia cathedrali. R^m D. D. legati miserunt prius suos familiares, ut dictum Tridentinum comitarentur. Ivimus igitur. Ego autem cum S. D^{ne} R^{ma} nomine legatorum quae heri sero per episcopum Cavensem facta et dicta sunt repetivi, videlicet, quod R^m legati decreverant hoc mane in ecclesiam cathedralem ad audienda sacra minime accedere, si prius D. Didaci voluntatem non intellexissent circa loci sui sessionem. Nequaquam enim visum erat legatis oratore in obstinatione persistente sacrum diem istum paschalem perturbare, cum ullob modo locum ab eo petitum tanquam sibi non convenientem dare legati nollent, confusionis omnisque mali causam sublatam iudicantes, si ab ecclesia cathedrali hoc mane abstineant. Quare rogabant legati R^m D. Tridentinum boni id consuleret. Haud enim S. R^m D^{ns} causa, id est ut sua praesentia missae celebrationem non honorarent, id facere decreverunt legati. Postremo D. oratorem acquiescere retuli, ut superius scriptum est.

Laudavit card. Tridentinus legatorum prudentiam optimeque hac in re ab eis processum deliberatumque fuisse annuit, nullaue apud eum ob hanc causam excusatione opus esse.

Recessit card. Tridentinus ex arce eques cum familiaribus omnibus tum suis tum R^m legatorum et nobilibus urbis. Cum autem in ecclesiam intrasset, R^m legati et ipsi templum ingressi sunt. Iverat paulo ante card. S. Crucis ad domum R^m de Monte, unde una in cappis rosaceis, insignibus cardinalitatis et cruce ecclesiam concesserunt.

Interea card. Tridentinus habitum pastorem suscepit, exivitque ex sacro cum pluviali aureo, mitra episcopali, | brachium s. Vigili, civitatis Tridentinae protectoris, in manu deferens. Quem canonici et clerus sequuti sunt, deinde legati, quos subsequatur D. orator Caesareus, manu dextra cum episcopo Cavensi deambulans, post quos episcopi Bituntinus et Bertinoriensis, denique praetor et capitaneus urbis cum reliquis nobilibus. Quo ordine processionaliter ecclesiam circumierunt clero cantante:

*Salve festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua Deus infernum fregit et astra tenet etc.*

Ubi ad altare maius ventum est, missa incepta est. R^m legati sederunt parte dextra in sedilibus raso rosaceo ornatis, e regione vero Didacus primus loco una cum episcopo Cavensi, Bituntino et Bertinoriensi sedibus velluto nigro tectis. Celebrata est missa magna cum veneratione et solemnitate; pax legatis, oratori et episcopis data est, evangelium autem non nisi legati osculati sunt. Benedictionem pontificalem card. Tridentinus dedit, verum non post missam absolutam, ut alias dari solet, sed immediate post *ater noster* ante *Agnus Dei*, quem morem antiquum episcoporum Germanorum aiunt; post celebrationem vero missae iterum non benedixit.

Absoluta missa rediere legati soli domum, deinde Tridentinus una cum oratore et episcopo Cavensi; quem etiam aliquot ex familiaribus cardinalis S. Crucis comitati fuimus a arcem usque, secumque in prandio cardinalis omnino habere nos voluit, humanissime splendidissimeque nos excipiens. Mos est apud Germanos, in aulis praesertim principum, dum ferculae ad mensam feruntur primae, cani ab omnibus familiaribus alta voce Agnum Dei paschale praeferentes lingua Germanica: *Christ ist erstanden*, id est: *Christus resurrexit*. Facto prandio benigne a cardinali domum nostram dimissi sumus.

TM tamen- b T nullo. 0 T abstinerent. d T caput.
T pro. f T Christ ist erstanden.

Hoc est ad *Pax Domini sit semper vobiscum*.
Concilium Tridentinum, T.

i7r Et quoniam haec civitas in confinibus Germaniae posita est | aliquas Italicas, aliquas Germanicas consuetudines habet. Inter caetera concionatur his diebus Italice, in ecclesia videlicet S. Vigili, quae cathedralis est, et Germanice in ecclesia S. Petri, quae Germanorum dicitur. Quam concionem lingua Germanica audivimus, in qua concione consuevere omnes, tam mares quam feminae, alta voce canere lingua Germanica: *Christus S resurrexit, alleluia, Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea*. Quod nobis valde mirum extitit.

Card. Tridentinus ad vespervas in cathedralem profectus est, card. de Monte apud S. Mariam Maiorem, suae habitationis vicinam; card. S. Crucis domum non exivit, cum nulla ecclesia domui nostrae propinqua sit, et [ad] cathedralem minime proficiscendum 10 decreverant.

6. Aprilis, Lunae, <die>a 2. paschatis.

Ivissent Rmi legati libenter ad ecclesiam cathedralem, ut diem istum ita solemnem venerarentur. Verum pluvia plurimum aestuante domum exire non potuerunt, quolibet eorum domi sacris peractis x.

Rmi legati receperunt litteras ab Ulmo et Rmo D. Otthone Truchsesb card. Augustensi 15 Germano, primam propositionem in nomine Caesaris in dieta imperiali Wormatiensi factam fuisse 23. Martii, quae tria principalia capita continet: religionem, iudicium camerae imperialis et subsidium contra Tureas, contra quos Caes. Mtæ personaliter adire se offert, dummodo a Germanis concedenti numero militum adiutus fuerit.

Quae omnia ad Rmm card. Farnesium Rmi legati scripserunt, una packetum card. 20 Augustensis mittentes.

Scripserunt item" ad card. Moronum, Bononiae legatum apostolicum, propositionis praedictae fidem concernentem] d mittentes.

Quare ivi ad card. de Monte quinquies.

i7v Rmi D. episcopi Cameracensis [Roberti Croy]6 nomine [D. Hadrianus Loyr]e Gallus, 25 comparuit coram Rmis legatis procurator, episcopum ob non comparitionem in concilio excusans et admitti ob urgentes causas excusationem petens supplicansque. Praepeditum enim aiebat propter dietam praesentem Wormatiensem, cui interesse tanquam imperii princeps tenebatur¹.

Rmi legati dictum procuratorem libenter audiverunt causamque et excusationem 30 neque recipi neque refelli decreverunt.

(Ninxit hoc mane in vicinis montibus, qui antea nihilominus nive cooperti albi videbantur)g.

7. Aprilis, Martis, 3. (die)a paschatis.

Rmi DD. legati una cum card. Tridentino, D. oratore Caesareo, episcopisque Cavensi et Bertinoriensi iverunt ad audienda sacra in ecclesiam S. Petri, quae Germanorum dicitur, 35 ubi Rds D. fr. Cornelius episcopus Bituntinus concionavit, ut soleth elegantissime². Card. Tridentinus ivit ad domum cardinalis de Monte, ad quam prius accesserat card. S. Crucis, unde simul ad ecclesiam profecti sunt D. Didaco oratore et episcopis subsequentibus. Mantelletis in itinere usi sunt, prope autem ecclesiam cappas rosaceas pontificales in duerunt. Tribus cathedris velluto rosaceo tectis consedere cardinales, orator autem cum 40 episcopis loco velluto nigro cooperto, aliquantulum ab his remoto; ubi concionem audiverunt. Deinde privatae missae¹ aliis in sedilibus raso cremesino ornatis legati, orator, et episcopi eomet loco affuerunt.

Sacris peractis card. Tridentinus legatos, oratorem et episcopos in prandium secum duxit. Iverunt igitur insimul ad arcem card. Tridentini, ubi liberaliter, munificentissime 45

a om. B. b B Truches. c T iterum. d T concernentem.

e Lacuna in manuscriptis, quam explevi ex Actis. f T cogebatur. g in codd. ponitur ante illud Rmi legati} quod praecedit. h T add. et. i T privatam missam.

¹ Subtiliora sunt, quae Druffel, Theol. Litteraturbl. cum 2. Aprilis Massarellus non veritus sit eam causam (Bonn) 1876, coi. 398 hinc elicere conatus est, pluvia indicare, cur hic eum ambagibus uti credamus? praetextu usos esse legatos, ne ritum Germanicum in 2 Cf. de Mussi eloquentia quae annotantur ad Se ecclesia cathedrali adhibitum videre cogerentur; nam veroli commentarium supra p. 4, adn. 3.

hilarique fronte pransi sunt in aula maiori sub umbraculo illo aureo, de quibus supra¹. Eodem tempore et familiares quamplures utriusque legati et Tridentini in eadem aula comedentes numero 48. Prandium hora 14. inceptum usque ad 17. circiter perduravit, cuiuslibet carnis ferculae unam piscium immiscendo, quae ad numerum 74 a ascenderunt.

5 Prandio facto in aulam vicinam pannis rosaceis tectam secesserunt, ubi per duas [horas immorati sunt. Deinde in viridarium descendentes domum reversi sunt, [cardinali S. Crucis cardinalem de Monte ad habitationem usque comitante.

Ficus recentes in mensa hoc mane appositae sunt. Crescunt eae ficus prope castrum Rivae in Benaco, ubi aer amenissimus est; neque extra tempus vel consuetudinem id hoc anno evenisse aiunt, sed annuatim eiusmodi crescere. Quod nobis valde mirum extitit.

Ivi mane ad Rm^m Tridentinum, qui ad card. S. Crucis venturum dixerat, ne veniret rogitans. In meridie autem ivi ad Illm^m D. Didacum oratorem Caesareum nomine S. Crucis, cui reddidi libellos duos Graecos², ostendique papirum antiquum litteris Gothicis³ descriptum una cum psalterio antiquissimo a Rm^o card. Tridentino habitum³. Deinde ivi ad card. de Monte de rebus comitii varia loquutus etc.

8. Aprilis, Mercurii.

Audiuntur oratores regis Romanorum.

Illm^o D. Franciscus Castelaltusⁱ, Tridenti pro rege Romanorum capitaneus, et D. Antonius Quetta⁵, Sermi Ferdinandi Romanorum regis oratores ad concilium destinati, a Rm^o legatis audientiam petierunt, quam hodierna die se daturos promiserant. Itaque card. de Monte ad domum Rm^o de S. Cruce summo mane profectus est, ut illos oratores ibi audirent. Renitente autem card. S. Crucis, ut qui secundus in legatione esset, et ideo in sua habitatione actum publicum faciendum non videbatur, ad domum card. de Monte^{i8v} itum est. Ubi dictos oratores hora circiter 14. ad audientiam receperunt. Praesentarunt imprimis oratores litteras Sermi regis sub dat. 24. Martii 1545 Wormatiae, in quibus rex²⁵ operam suam favoremque in' concilio offerebat oratorumque suorum dictis se nihilominus referens⁶. Qui ore exposuerunt bonam piamque mentem regis, eiusque operam et favorem pro concilii oecumenici celebratione obtulerunt.

Rm^o legati responderunt, illos gratiose audivisse laetarique plurimum de religione regis, cui gratias immortales pro tam catholicis sponsonibus retulerunt. Sperareque tum bonitate summi pontificis, tum auxilio Caesaris et S. Mtis aliquid tandem commodi christianitati ex hoc sacro concilio allaturum⁷ iri, in quo nihil ex eorum parte desiderari posse conarentur. Sicque oratores paucis replicatis dimissi sunt.

Quae omnia ego retuli Rm^o card. Tridentino, cui nomine legatorum regias literas ostendi.

Post haec decreverunt legati haec omnia Rm^o Farnesio nuntiare. Ivi igitur ad³⁵ Rm^{um} de Monte, qui in abbazia S. Apollinaris extra civitatem ad quartum milliarium

a nescio num numerus sit rectus; temporis spatio et magnificentiae hospitis convenit.

b B Queza.

c sic.

1 Nescio an dicat narratiunculam ad 20. Martii, supra p. 161, licet ibi de umbraculo aureo nihil dicatur.

2 Duos eorum trium, quos 29. Martii acceperat, de quibus scribendis 1. Aprilis cum eo locutus erat?

3 Supra p. 167, l. 33 s. (1. Aprilis).

4 Franciscus Castelaltus cognomen duxit a castello huius nominis apud oppidum Burgum in valle Sugana. Ipse ultimus suae familiae erat et 29. Decembris 1555 Tridenti diem obiit supremum; cf. A. Perini, Statistica dei Trentino II (Trento 1852), 114.

5 Cf. supra p. 158, adn. 4, et C. Giuliani in analibus Archivio Trentino 1882, p. 156, ed. separ., p. 14. Antonius Quetta, natus in vico huius nominis non longe a Tridento sito, Georgii de Neydeck, Bernardi Clesii et Christophori Madrucii, episcoporum ac principum Tridentinorum, cancellarius fuerat, deinde Caroli V et Ferdinandi I consiliarius factus huiusque orator apud rempublicam Venetam posteaque in con-

cilio. Scripsit librum *Centum consultationes legales*, qui prodiit Hamburgi 1609 apud Frobenium, praeterea- que statutorum Tridentinorum sub Bernardo Clesio promulgatorum auctor esse traditur. Sepulcrum eius cum titulo est in ecclesia S. Mariae Maioris Tridenti. Cf. A. Perini 1. c. p. 412.

6 His litteris promittebantur mandatum et alii oratores, secundum legatorum epistolam 8. Aprilis ad card. Farnesium missam: D ruffel, Mon. Trid. p. 40, n. 39. Mandatum ipsum praesentabatur 29. Augusti (cf. infra, cf. 1. Sept.) et datum est Wormatiae 23. Aprilis 1545. Errat Le Piat (III, 272) dicendo, hoc mandatum die 24. Martii datum esse (cum in fine ipsius mandati recta dies legatur), et ad Raynaldum 1545, n. 6 remittendo, cum confundat illas litteras cum mandato. Similis error est apud Theiner (Acta I, 23) et Friedensburg (Nuntiatgeber. VIII, 111 3); nam Raynaldus de litteris, non de mandato loquitur.

degebat, et tandem litteris moderatis Romam regiarum litterarum copiam et actorum summam miserunt una cum novitatibus de propositione in dieta a card. Tridentino habitis. Qui card. Tridentinus 250 ducatos Romae D. Petro Radicio agenti suo remittendos legatis per manus meas numeravit

Quare legati card. Farnesio hac de causa scripserunt².

Fui ad Rm^o card. de Monte quater in die, tum ob pecunias suprascriptas, tum ob expeditionem Romam mittendam].

9. Aprilis, Iovis.

Decreverant Rmⁱ legati Romam scribere litterasque opportunas praeparaverant³.
i9 Verum cum essent in ipsa missione litterarum, litterae ex urbe Bononiensi a card. Morono venerunt, 7. et 8. huius datae⁴, cum actis coram ipso et collegis anno praeterito 1543, cum legati hic agerent, cum Illmo D. a Grandvela et consociis.

Cum quibus erant litterae ex urbe Roma, non autem publicae⁵; id quod retardavit expeditionem praesentem⁶.

Me igitur exeunte apud card. de Monte hora 2. noctis litterae venerunt, quas ego cardinali S. Crucis ostendi. Erant in ipsis litteris plures ex Urbe novitates; inter caetera sacram penitentiariam Rm^o card. Roberto Puccio⁷ datam fuisse nunciatum est, die vide licet dominica palmarum, addita pensione 1000 ducatorum pro Rm^o D. card. Crispo⁸. Item quod episcopus Ruffinus castellanus S. Angeli praepositus est, et multa alia, ut in litteris.

10. Aprilis, Veneris.

Fui mane ad Rm^{um} de Monte, cui hesternas litteras ostendi, quae Romam missae fuerunt⁹. Item ostendi litteras Moroni et Acciaiolii¹⁰ de quibusdam novitatibus, prout in litteris.

Scripserunt item ad card. Moronum in responsionem suarum 7. et 8.

Card. Tridentinus misit munera Rm^s legatis ficus recentes una cum pomis uvisque.

Intravit Tridentum episcopus Jacomellus Bellicastrensis videlicet nomine Iacobus, cognomento Jacomellus, civis Romanus¹¹.

11. Aprilis, Sabbato.

Card. Tridentinus venit visitatum cardinalem S. Crucis post prandium. Inter alia, quae insimul colloquuti sunt, S. D^{on} Rm^{an} ad eundem ad castrum Rivae invitavit, prout etiam fecerat cum card. de Monte. Visum tamen non est S. Crucis, civitatem et locum

a T fuerant. b T iterum add. episcopus Bellic.

1 Epistula 9. Aprilis data (*Druffel*, Mon. Trid. p. 46, n. 42) confitentur legati, quam opportuna sibi fuerit illud Madrucii mandatum: »11 card. di Trento nel secreto nostro non ci ha fatto dispiacere alcuno a rinfrancacci di questa somma in questa vicinità dei fine delli doi mesi avendo il primo mese con gli preparamenti e spese dei viaggio e fmimenti qui di suppeletile e vettovaglie portatosi via quasi integra provisione di tutti due li mesi.«

2 Litterae legatorum 8. Aprilis datae, apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 40 s., n. 39, loquuntur de oratorum regis Romanorum comparitione et de nuntiis ex Germania allatis, non de pecunia, de qua cf. adnotationem praecedentem.

3 Sine dubio sunt illae apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 44, n. 42 (cf. adn. 1 huius pag.), quae originales extant in Tabulario Vaticano Carte Farnes. fasc. VI; sed mittebantur die 10. Aprilis, quam conferas.

4 *Druffel*, Mon. Trid. p. 39, n. 36. 37. Cf. supra p. 165, l. 35, cum adn. 7 ibidem.

5 A quo scriptae fuerint hae litterae, colligitur ex relatione diei sequentis lin. 21.

6 Secundum quod scribunt legati ad card. Far-

nesium (*Druffel*, Mon. Trid. p. 45), eadem die acceperunt litteras Ioannis de la Casa, nuntii apud Venetos.

7 De quo cf. quae dicuntur infra ad 19. Aprilis et 29. Maii.

8 Cf. 29. Maii infra.

9 Ex lectione falsa cod. Tridentini *Druffel*, Mon. Trid. p. 47 *, vult concludere, cardinalem de Monte non fuisse harum litterarum socium, quamquam heri Massarellus se cum cardinali ea de re locutum esse dicit; praeterea et primus et secundus praesidentes illis litteris subscripserunt (cf. adn. 3 de forma originali). Sed ultro lectio codicis B omnes *Druffelii* coniecturas irritas facit, ex quo luce clarius apparet, Massarellum cardinali litteras ostendisse et tum demum eas missas esse.

10 Quas et ipsas heri acceperat, cf. adn. 5. Acciaiolus erat unus ex agentibus qui vocantur vel procura toribus cardinalis Cervini; cf. p. 152, adn. 4.

11 Factus erat episcopus Belcastrensis 5. Maii 1542, quem episcopatum resignavit 14. Decembris 1552. Postquam Cavensis episcopus e concilio abire coactus est (cf. Severoli commentarium ad 17. et 19. Iulii 1546, supra p. 90 ss.; Massarelli diar. III 17. Iulii 1546 ss.), ipse illius loco commissarii munere fungebatur. De eius ingenio et moribus cf. supra p. 3, adn. 2.

concilii oblectamenti praesertim causa derelinquere, ut venientes episcopos excipere, ut decet, non posset. Quae ratio Tridentino | satisfecit; quem ad arcem usque com- 39
itatus sum, varia benigne cum Dñe S. RTM locutus.

Deinde ivi ad card. de Monte.

12. Aprilis, Dominica.

Missa sollemnis. Adventus abbatum Cisterciensium.

5 Rm DD. legati una cum card. Tridentino, D. Didaco oratore Caesareo et episcopis Cavensi, Bitontino et Bertinoriensi iverunt ad audiendum sacra in ecclesiam S. Mariae Maioris. Usi sunt mantelletis usque ad portam ecclesiae, ubi cappas pontificales in duerunt. D. episcopus Bertinoriensis concionem habuit, cuius thema fuit ex epistula divi Petri I c. 2 *Deponentes igitur etc. sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac con-*
io *cupiscite* etc. Sederunt legati in concione cathedris velluto cremesino tectis, orator autem <et>b episcopi loco humiliori velluto nigro cooperto. Absoluta vero concione sedilia altiora raso cremesino ornata ascenderunt, oratore et episcopis eodem in loco com morantibus. Itaque missam audierunt, deinde domum reversi sunt, Montem ad habi-
tationem usque suam, quae ecclesiae proxima est, comitantes.

15 R^{ka} D. Ioannes abbas et generalis Cisterciensium una cum coabbate de Buxeria, natione Galli, Tridentum applicuerunt coramque RTM DD. legatis tanquam in concilio comparuerunt, excusantes eorum moram in veniendo, operam ipsorum pro celebratione concilii offerentes. Addiderunt praeterea, cum concilium adhuc inceptum non fuerit, se Romam ad Smum D. N. proficisci velle, quaedam religionis urgentia negotia tractaturi.
20 Quare licentiam a legatis humiliter petierunt, brevi nihilominus se reversuros promittentes.

A Rm legatis per organum card. de Monte responsum est, grato benevoleque animo eos vidisse audvisseque, laetarique plurimum, quod Gallicae nationis aliqui iam ad concilium proficiscantur. Verum quoad eorum | petita, videlicet dandi licentiam hinc recedendi et eundi Romam, ipsis legatis non facultatem esse, alicui ex loco concilii dis-
cedendi licentiam tribuere, sed omnes ad eum venientes benigne suscipere. Ceterum
25 si ipsi ire vellent Romam ad S. Stm, hoc non improbabant, dummodo redeundi Tri-
dentum memores essent, id insuper obicientes, non dici, venisse eum, qui non stetit. Quo vero ad negotia, quae apud S. Bnm commendari cupiebant, id libenti animo suis privatis litteris facturos annuerunt.

30 Quae responsio in scriptis dictis abbatibus data est, cum ipsi etiam in scriptis ea, quae verbo mane dixerant, legatis exhibuissent in supplicationis formam redacta. Lega-
torum autem responsio utriusque legati manu subscripta fuit sub dat. 13., quae erit dies crastina huius, cum hodie illis data non fuerit*.

Venerunt litterae ex Urbe a Rm card. Farnesio 6. Aprilis datae², cum quibus erant
35 litterae ad card. Augustensem et Rmnc D. Mignanellum episcopum Lucerinum, nuncium apostolicum apud SerTM Romanorum regem.

Quare ivi ter ad Rmm card. de Monte.

13. Aprilis, Lunae.

Transitus Marsupini. Variæ litterae.

D. Ioannes Marsupinus, secretarius Ser^{mi} Romanorum regis³, qui Romam per equos dispositos proficiscebatur, Tridentum appulit. Sui itineris causa haec fuit, ut a Sm D. N.
40 suppetias contra Tureas in Hungariam hoc anno prorupturos peteret.

a B 1 Bisontino; T Bitton.

B.

c B Rovere (pro Rdum).

1 Propositio abbatum et responsio legatorum apud Theiner, Acta I, 21 s.

2 Druffel, Mon. Trid. p. 37, n. 31. Litteras ad card. Augustensem et ad Mignanellum missas non cognoscimus.

3 Ioannes Marsupinus, qui in litteris credentialibus (datis 6. Aprilis 1545? cf. Friedensburg, Nuntiaturber.

VIII, 94 *) a Ferdinando appellatur »consiliarius et secretarius noster«, eisdem litteris testibus mittebatur Romam, »ut una cum Rdo et nobili D. Didaco Lasso de Castiglia, consiliario et agente nostro, Sti V. quae dam ad communem christianitatis defensionem perti-
nentia exponat« (Friedensburg 1. c.). Cuius generis haec fuerint, ex litteris Camilli Capilupi, ducis ac car

Quare literas regias ad card. S. Crucis tulit¹, tanquam ad regis Romanorum suorumque regnorum et dominiorum protectorem, eum rogans, ut apud S^m S. litteris supplicaret pro dicto auxilio brevi potenteque mittendo etc., id quod lubentissime enixeque a cardinali factum eadem hac die exstitit².

Tulit idem Marsupinus litteras card. Augustani ad R^{mos} D.D. legatos³ et S. Crucis particulares una cum libello, qui noviter in Germania editus est contra breve a S^{mo} D. N. | sov | ad imperatorem superioribus mensibus per D. David Odasium destinatum⁴. Item litteras D. Mignanelli 4.5 et 6.6 datas.

dinalis Mantuanorum apud Caesarem procuratoris, Vormatiae 5. Aprilis datis intellegitur: rex cum non esset contentus eis, quae Mignanellus nuntius nomine papae contra Tureas ei promiserat »si e risoluto di mandare il Marsupino con commissione che da Roma non si parta finche non habbia la resolutione (quare non ante mensem Octobris poterat proficisci; cf. Massar. infra ad 11. Oct.), se N. Sre gli voi dare quel che dimandava o no; il che no so quanto sia ancora.« Cervinus id sciebat; qui epistula sua 13. Aprilis card. Farnesio data (*D ruffel*, Mon. Trid. p. 50, n. 46) Marsupinum ad id mitti ait, »che seguira la prattica mossa gia dal R^{mo} card. di Trento et domandara, che S. S^a voglia pagar 1^a armata dei Danubio in danari per quattro o cinque mesi, quale armata dice di disegnarsi di 10 mila fanti dei paese d'Austria« etc. De eis, quae card. Tridentinus in curia tractaverat, cf. quae scribit imperator 28. Februarii 1545 (apud *D ruffel*, Karl V und die rom. Curie II [1881], p. 48, n. 6) ad Ferdinandum regem et 3. Aprilis ad Ioannem de Vega (apud *Maurenbrecher*, Cari V [Dusseldorf 1865], p. 22 * : »he entendido que la commission por la qual el cardenal de Trento bolvio a essa corte fue de pedir ayuda de parte dei Sermo rey de Romanos mi hermano por el armada dei Tureo hacia Ungria«). Cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 25 s. — Marsupinus a Mignanello (litt. 4. Aprilis Vormatiae ad card. Farnesium dat., ap. *Friedensburg* p. 91) laudatur, »che e cortigiano vecchio et da bene et merita esser ben veduto et carezato da V. Sna Rma et Illma«, et ab ipso card. Farnesio (litt. 21. Maii ibid. scriptis, 1. c. p. 84 *), quod »pronta- et amorevolmente in servitio delle cose di N. Sore in tutto il tempo che e stato in questi paesi di qua« se gesserit. Plura apud *Friedensburg* 1. c. p. 84 f.

1 De quibus loquitur etiam Cervinus litteris p. 173, adn. 3 citatis.

2 *D ruffel*, Mon. Trid. p. 49/ n. 46; cf. p. 173, adn. 3 et huius pag. adn. 1.

3 Datas 6. Aprilis 1545 : *D ruffel* 1. c. p. 37, n. 32.

4 Cf. supra p. 163, 1. 19 ss. et adn. 2. Non de Lutheri (ut *D ruffel*, Karl V, pars I, p. 231 18, et illum secutus *Friedensburg* VIII, 98), sed de *Calvini* libello contra illud breve edito cogitaverim, primum quia Lutheri Germanica lingua scriptum vix card. Augustanus Cervino huius linguae ignaro misisset, deinde quia Cervinus in responsione illarum litterarum libellum nominat *le annotationi, quali sono state fatte nel breve* (*D ruffel*, Mon. Trid. p. 54, n. 49), quod minime in Lutheri, optime in *Calvini* librum — ut qui *scholia* intitulabatur — convenit. Ex voce *noviter*, quae idem significat ac *nuper*, nullo modo id sequitur, quod *D ruffel* (Karl V, pars I, p. 231 18) inde eliciebat; nam locus epistolae Lutheri ibidem exhibitus testatur, huius librum 25. Martii 1545 prodiisse, et Bullingeri litterae ibid. p. 226 10 citatae docent, hunc die 27. Martii *Calvini* librum iam vidisse; cum ergo libelli eodem fere tempore editi sint nec in epistulis nuntiorum vel legatorum vel aliorum ullum nos indicium habeamus, quo probaretur legatos concilii de *Calvini* libello prius scivisse quam de Lutheri, *D ruffelii* argumentatio concidit. *Calvini* librum

somniatur *D ruffel* (ibid. p. 226 n) non ante mensem Augustum in manus legatorum venisse, ad locum Massarelli 13. Augusti provocando f. »*Hebbi dal Beccadello le scolie sopra il breve ali' imperatorem*«, quem procul dubio male intellexit. Nam minime Beccatellum tum demum recepisse illum librum ibi dicitur, sed, cum esset concilii secretarius, illum custodierat cum caeteris scripturis publicis, quas, antequam iter suum Romam faceret, tradebat Massarello, qui deinde secretarii munus obibat. Id luce clarius apparet ex eiusdem Massarelli relatione 12. Augusti 1545 :

dal card. di Monte, il quale mipario dell' andata dei Beccadello a Roma, et... il giorno nel mettere in ordine le lettere pubbliche [quas a Beccatello acceperat] con Mr Trifone; quibus scripturis Beccatellus die 13. (qua proficiscebatur) addidit illum librum, quem probabiliter penes se repperat, cum res suas colligeret. Cf. 21. Augusti, ubi narrat Massarellus: *Il card. di Monte mi mando le dette due lettere* [Mignanelli et Madrucii], *che io le servassi come segretario dei concilio in loco di Mr Beccadello*. Magis etiam erravit *D ruffel* (1. c. p. 231 18) dicendo, iam antequam Lutheri liber prodisset legatos de eo scivisse, quod ex Massarelli diario supra p. 163, 1. 19 ss., sequi contendit, cum — ut *D ruffel* ait — ea verba certe eadem die [25. Martii] (*usicher vollig gleichzeitig*) scripta sint. Cuius mihi contrarium constat. Nam cum legimus in Mignanelli epistula 13. Aprilis 1545 a⁶ legatos scripta (*D ruffel*, Mon. Trid. p. 51. n- 47); *aparentemente il breve che mando N. Sreper Mr David ha et suscitato tragedie et dato causa di rispondere*, quis non videt hunc locum animo Massarelli obversatum esse, quando scribebat illa verba supra p. 163, 1. 20 s. ? Atqui eae litterae legatis non praesentabantur nisi 21. Aprilis (cf. quod a tergo illarum litterarum scriptum est secundum *D ruffel*, et Massarelli diar. infra ad illam diem); ergo, cum Mignanellus certe non ex Massarelli diariis hauserit, secretarius hunc locum non ante 21. Aprilis scripsit. Cf. supra p. 166, adn. 5, ubi Massarellus non 6 di *Aprile* pro di *Marzo* dixisset, si ipso mense Martio illa verba scripta essent et non potius mense Aprili vel alio mense simul cum relationibus de mense Aprili; infra ad 7. et 8. Maii legitur, eis diebus itinerarium, i. e. notationes ad 23. Februarii et dies sequentes scriptas esse. Codicem originale ipsius Massarelli manu scriptum si haberemus, certe is plures nobis ansas daret; sed etiam sine eo ex aliis diariis originalibus de illo coniecturam facere possumus. De quibus uberius in prolegomenis disputatur. Id iam nunc constat, illi relationi Massarellianae non nimiam fidem tribuendum esse. — Vix intellegitur unus ex illis aliis libellis, de quibus loquitur Cochlasus epist. 30. Aprilis Eichstadio scripta ad Cervinum (*D ruffel*, Mon. Trid. P- 75 j n- 73)- Summaria duo illius Lutherianorum memorialis, quae Mignanellus 10. Maii legatis mittebat (*D ruffel*, 1. c. p. 87, n. 93; *Friedensburg*, Nuntiaturberichte VIII, 137 *), non ante 27. Aprilis orta esse possunt, qua die Mignanellus (*Friedensburg* 1. c. p. 136) memoriale traditum esse refert. — Litterae cardinalis Augustani supra dictae num supersint nescio.

5 *D ruffel*, Mon. Trid. p. 34, n. 29.

6 Ibid. p. 38, n. 34.

Itaque Rm legati scripserunt ad card. Farnesium de dicto secretario et quae Mignanellus significaverat¹.

Qua de causa quinquies ad card. de Monte profectus sum et ter ad card. Tridentinum, cui litteras card. Augustani nomine legatorum ostendi 6. Aprilis Vormatiae² datas. Ipse autem Tridentinus litteras etiam dicti Augustensis ad eum idem continentes ostendit.

Secretarius autem praefatus nocte sequenti adveniente die ex Tridento discessit, iter suum Romam versus equis dispositis sequendo.

14. Aprilis, Martis.

Ras D. episcopus Feltrensis rediit Tridentum. Iverat enim die lunae hebdomadae sanctae ad ecclesiam suam, ut dies paschales cum grege suo celebraret.

Rm legati scripserunt ad card. Augustensem et D. Mignanellum in responsionem suarum 4. et 6. huius datarum 3. Quare fui apud Montem ter, qui in abbatia S. Apollinaris morabatur recreationis captandae gratia.

Card. S. Crucis ivit mane ad audiendum sacra in ecclesiam S. Bernardini extra civitatem per medium milliarium, deinde spatiatum per adiacentem regionem.

15. Aprilis, Mercurii.

Rm legati scripserunt ad Rm card. Farnesium, prout in copiis⁴.

Card. S. Crucis profectus est ad villam Pergeis ad videndas auri fodinas et loca, ubi argentum et aes purgantur, a Tridento 5 milliariis.

Nocte sequenti hora 4. applicuit Tridentum D. Annibal, secretarius Rm D. card. Augustensis, per equos dispositos⁵.

Fui ad Rm card. de Monte propter expeditionem supradictam ter. Reliquimus S. Dni Rm folium album pro litteris ad card. Farnesium manu card. S. Crucis sub scriptum, cum Pergeis ituri essemus, prout supra.

16. Aprilis, Iovis.

Mane hora 13. secretarius Augustensis tulit litteras card. Farnesii ad Rm legatos 4- et 13- huius datas⁶, quibus se brevi iturum ad Caesarem significabat. Quas litteras nomine legatorum card. Tridentino ostendi, qui mirum in modum cardinali S. Crucis affectum etiam retulit.

Dictus secretarius Augustensis discessit ex Tridento hora 19. Vormatiam versus; cui litteras Rm legati dederunt ad card. Augustensem et D. Mignanellum 7 gratulatorias de ipsorum actionibus etc.

Quare fui ad Rm de Monte (quater, videlicet) 3 cum in abbatia S. Apollinaris moraretur.

Card. S. Crucis mane ivit ad audienda sacra in ecclesiam S. Crucis.

17. Aprilis, Veneris.

Rm £), card. Tridentinus dono misit Rm legatis unum storionem librarum 60, quibus per medium divisus cuilibet portio sua tributa est. Portio card. S. Crucis in alias partes

a T 4 ultra.

b sic.

¹ Haec epistula desideratur apud *D ruffel*.

² Eadem, quae p. 174, l. 5 commemorantur.

³ De epistulis legatorum ad Mignanellum cf. adn. 7 huius pag.; ad card. Augustanum extant Cervini tantum apud *D ruffel*, Mon. Trid. p. 54, n. 49.

⁴ Huius epistolae minuta quaerenda esset — id quod sequitur ex lin. 21 ss. huius pag. — inter scripturas card. de Monte, quae hactenus latent.

Qui Roma revertebatur, cf. supra ad 24. Martii P- 162, l. 22. Eadem die card. Cervinus recepit litteras card. Augustani 8. Apr. datas: *D ruffel* p. 40, n. 38.

⁶ Non 4. et 13., sed 11. et 12. datas (*D ruffel*

p. 48 s., n. 44. 45); nam praeterea, quod epistula 4. scripta nec superest nec unquam fuit (litteris Farnesii [*D ruffel* p. 37, n. 31] die 6. Aprilis scriptis expresse dicitur, quattuor legatorum epistulis responsum non esse), cum litterae 6. scriptae iam 12. Aprilis ad legatos pervenerint, certe etiam 4. datae pervenisent; immo et ipse card. Farnesius posteriore epistula dicit, secretarium illum etiam priorem secum laturum esse.

⁷ Hae litterae et supra adn. 3 dictae commemorantur a Mignanello ap. *D ruffel*, Mon. Trid. p. 60, n. 55. Caeterum cf. *Friedensjurg* VIII, IIII 1.

divisa est: ad D. Didacum caput, ad episcopos Iacomellum, Feltrensem et Bituntinum cetera missa fuerunt¹.

Ninxit in vicinis montibus, et frigus Tridenti viguit.

Card. S. Crucis post prandium ivit ad domum Rm de Monte propter expeditionem hodiernam Romjanam] et illa duo maxima puncta² discussa fuerunt, ut ad Smtm D. N. 5 scriberentur.

Qua ex causa fui quinquies ad Rmm de Monte, semelque ad abbatem] 8 etc.a, usque ad horam 2. noctis, propter quod litterae expeditae minime fuerunt.

18. Aprilis, Sabbato.

^{21V} RTM legati scripserunt Romam, dirigentes litteras suasb ad Smm D. N.4, cum card. Farnesius esset in itinere verisimiliter ad Caes. Mtem. Quae per staffettam missae cum ¹⁰ diligentia fuerunt.

Fui ad card. de Monte quater propter dictam expeditionem, nomineque legatorum caput sturionis D. Didaco oratori Caesareo tuleram.

Cum quo oratore cum spatiatum irem, quasdam novitates ex Constantinopoli de rebus Turcicis per exploratorem suum proprium habuisse retulit⁵, videlicet: ¹⁵

quod explorator discesserat ex Constantinopoli 12. Martii et transierit per Adriamopolim 22. eiusdem;

quod Turea discedit cum exercitu ex Constantinopoli Hungariam versus die 25. Aprilis, qua die solet fere semper Turea expeditiones suas aggredi, duceretque secum 80000 equites et pedites 6000; ²⁰

quod secundogenitus Tureae tractaret cum Zoffi, ut fortior contra christianos postea se redderet.

Narravit ordinem mortis D. Adorni oratoris regis Romanorum⁶;

quod regina Ungariae, uxor bonae memoriae Ioannis Ungariae regis, Tuream sollicitaret, ut in Transilvaniam copias mitteret: aliqui enim illius regionis primores contra ²⁵ reginam conspiraverant;

quod Turea principalem suam expeditionem Comarem⁷ insulam versus directurus esset; nam ea expugnata Viennam postea peteret;

quod Turea non iret in ista expeditione personaliter, si Caesar Carolus V persona liter se in Ungariam conferet, sin autem, iret. Timet enim Turea imperatorem nostrum, ³⁰ qui in praesentiarum apud Germanos est, nec provinciam illam, quae valde potens est. contra eum excitet, stante praesertim dieta Wormaciensi, in qua rex Romanorum, frater Caesaris, praesens est.

Quae omnia Rm's referrem. Romam ad S. Stm mittenda decreverunt. Itaque cum ³⁵ litteris supradictis missa sunt.

19. Aprilis, Dominica.

Card. S. Crucis ivit mane spatiatum versus aedificium Serrae lignorum⁸.

Rm's card. Tridentinus hora 19. venit visitatum Rm's legatos, cum quibus de ad ventu card. Farnesii et de utilitate tum publica tum privata exinde speranda loquutus est.

Ivi ad Rmm de Monte sexies propter crastinam expeditionem ad papam, Farnesium et ⁴⁰ Moronum. Qui card. de Monte varia mecum loquutus, praesertim animum suum circa praesentes negotiationes liberrime aperuit, videlicet quod pen[itebit] p[a]p[am] mu[ltis] ca[usis],

* B T et. b B 2; id ortum esse conicio ex suas, quodperperam scriptor duas legebat. c B in textu ne, supra lineam ut; T ne. d T eam. e B lignae; T lignea. Massarellus abbreviatwn sine dubio scripserat.

¹ Hinc cognoscitur, qui praelati gratissimi Cervino fuerint; Bertinoriensis postea his accedebat, Cavensis (cf. supra p. 3, adn. 2) nunquam specialis cardinalis gratia fruebatur.

² Haec expeditio fiebat die sequenti; illa duo maxima puncta videntur fuisse: de tempore inchoandi concilii et de card. Farnesii itinere in Germaniam, quae continentur in litteris in adnotatione 4 huius pag. citatis.

³ Quis fuerit dicitur infra ad 24. Aprilis.

⁴ Druffel, Mon. Trid. p. 55, n. 50.

⁵ Cf. Farnesii epistolam apud Friedensburg VIII, 125 s., et huius adnotationem ibid. p. 126 l.

⁶ Hieronymus Adornus, praepositus Agriensis (Erlau), a Ferdinando rege ad Turearum imperatorem missus erat, ubi moriebatur. Eius instructio (dat. 28. Decembris 1544) apud Buchholtz, Ferdinand I, Urkundenb. p. 342; cf. Friedensburg VIII, 76 2. Secretarius eius fuerat Ioannes Maria Malvetius Bononiensis.

⁷ Hodie Comorn vel Schiitt.

qui[a] poenit[entiarum] Puc[cio] dedfit] et assumps[it] ad card[inalatum], quon[iam] indfoctus]b et inep[tus] hom[o] etc.¹

Cum D. Dominico Gaztelu de Guibelalde² [locutus sum] de sua expectatione⁰ veteri expedita³, quam dedissem D. prothonotario Sanches³, olim oratori regis Romanorum apud pontificem. Novum se de omnibus reddidit; credidit tamen et iuramento se ita credere affirmavit. Quare computum ad mei relationem simplicem libenter visurum.

20. Aprilis, Lunae.

Rm legati scripserunt Romam ad Sm^m D. N. super monitione denuo praelatis ab ipsis legatis, si S. S³ eam facere nollet, facienda, et quod mitterentur bullae omnes pro celebratione concilii editae/.

10 Item ad card. S. Florae pro paramentis rubeis in concilii aperitione⁵.

Item ad Rmm Moronum, legatum Bononiae, roganse ut adventum card. Farnesii Bononiam quamprimum huc significaret per cursorem proprium.

Item ad R^m Farnesium excusantes, si hominem proprium ad eum | non miserint, 22v prout fecerat card. Tridentinus⁶.

15 Item ad nuntium Venetorum⁷ mittendo eif novitates Turcicas, de quibus supra.

Quare fui quinquies apud card. de Monte, qui exacte mihi narravit, qualiter suum puerulum primum ceperit et in filium fratris adoptari fecerit⁸, cum esset Placentiae gubernator.

Feltrensem in coena, Bertinoriensem in prandio cardinalis S. Crucis habuit.

21. Aprilis, Martis.

20 Afferuntur litterae ex Urbe, sed non publicae, dum card. S. Crucis esset apud flumen Adesis spatiatum, mane hora 13.

Item venerunt litterae ex W ormatia a D. Mignanello cum illa longissima cifra⁹, quare ivi quater ad card. de Monte.

Venerunt duo illi fratres ord. Praedicatorum ex Hispaniis ad card. S. Crucis, qui 25 eos hospitio, victu videlicet quotidiano, excepit¹⁰.

22. Aprilis, Mercurii.

Card. de Monte venit primum habitatum in domum D. Ioannis Baptistae Giroldi, civis Tridentini et domini castri Segunzanis¹¹ una cum card. S. Crucis. Ista domus a Rm card. Tridentino Rm legatis communiter assignata est. Est enim ampla, pulchra, et aeris salubritate maiori totius civitatis posita¹².

3^o Fui ad Rmm D. card. Tridentinum propter iter Benacum versus, cum ipse in viridario cum D. Didaco oratore et episcopo Cavensi coenaret.

Cifaratu illam longissimam D. Mignanelli clariorem reddidi, propterea nunquam a multo tempore, cum esset ineptissime scripta, [tantum] animo labor[avi].

a B quos (ex qfi?). b B iud. « B expedne. d B expec^a; T expect^a. « sic B T.

B eis. g B Pemestum; 7 'Pemuntum. Nomen suprapositum desumpsi ex C. Giuliani, Trento al tevipio el concilio (in Archivio Trentino 1882, p. 156, ed. separ. p. 14) > ex Massarelli characteribus hic scriptorum error facile comprehenditur. Sed fortasse legendum et D. Castoris Pernester, quod cognomen occurrit in scripturis episcopi Cavensis. Cf. adn. 11 huius pag.

1 Notas supplevit — ut mihi quidem videtur, recte — Druffel] Mon. Trid. p. 272. Cf. supra ad 9- Aprilis p. 172, l. 16.

2 De quo vide supra ad 17. Martii p. 160, l. 29 ss. et adn. 8, 27. Martii p. 165, l. 19.

Gabriel Sanchez, cuius relationes ad Ferdinandum regem scriptae extant in Tabulario publico Vindobonensi, cf. Friedensburg VIII, 55.

4 Druffel, Mon. Trid. p. 59, n. 53.

Extat in Tabulario Vaticano inter scripturas dictas Carte Farnesiane.

Card. Tridentinus obviam miserat Farnesio prae-Vin^{*1} ^ Pae Bononiam usque: Friedensburg

Erat Ioannes della Casa, de quo cf. p. 184, adn. 11. Concilium Tridentinum. I.

8 Erat ille Innocentius, post adoptionem de Monte cognominatus, quem primus praesidens papa electus cardinalem fecit; cf. Massarelli diar. VI ad 30. Maii et 28. Decembris 1550.

9 Druffel, Mon. Trid. p. 53, n. 48, et cifra ibidem p. 51, n. 47; Friedensburg VIII, 99 s., n. ir.

10 Apud Druffel] Mon. Trid. p. 60, n. 54 comendatur a Cervino fr. Bernardinus de Minaya.

11 Segunzanum est castellum non longe a Tridento situm; sed teste A. Ferini, Statistica dei Trentino II (Trento 1852), 509, non ante saeculum decimum septimum baronibus de Prato obtigit, unde dubitaverim, utrum nomen a C. Giuliani positum rectum sit, an potius aliter sit legendum.

12 Cf. ad 8. Martii supra p. 158, l. 11/12 et adn. 3.

23. Aprilis, Iovis.

23 Rm DD. cardd. S. Crucis et Tridentinus hora 14. cum dimidia | discesserunt ex Tridento versus Benacum ad castrum Rivae sub dominio Tridentino, ut ibi card. Farnesium venientem exciperent, qui die crastina illuc profecturus est, cum hodie hospitetur in castro Pischeriae. Rms de Monte discessit post prandium hora 19., idem iter facturus et eadem ex causa.

Scripserunt nihilominus Rm DD. legati Romam ad pontificem, mittentes una lit-
teras catholicorum principum Germaniae, qui auxilium contra Tuream a S. Ste expo-
stulant *, et litteras cifratas D. Mignanelli.

Fui mane ad Rmam Tridentinum propter iter praedictum ter, cum de equis ducendis,
tum de hora et re loquendo, excusans etiam cardinalem de Monte, qui propter poda-
gram Rivam contendere non posse dixerat, mutato tamen proposito ivit. Ego autem
petere una non potui, cum expeditio litterarum mihi comissa esset ab utroque. 1

24. Aprilis, Veneris.

Episcopus Maioricensis, D. Ioannes Baptista de Campegio, Bononiensis, bonae me-
moriae cardinalis Campegii [filius], Tridentum applicuit. 2

D. Ludovicus Beccatellus 3 Tridentum intravit. 1

1 De quibus litteris loquitur etiam Mignanellus, qui eas legatis transierat: *D ruffel*, Mon. Trid. p. 54, n. 48; *Friedensburg* l. c. VIII, 102 et ibidem adn. 2.

2 Ioannes Baptista Campeggius, natus Bononiae a. 1507, ab imperatore Carolo V (in favorem patris bene de imperio meriti) a. 1532 episcopus Maioricensis prae-
sentabatur, quam ecclesiam resignavit circa a. 1560, ut ait Gams, ante 1565, ut putat *Giov. Fantuzzi*, *Notizie degli scrittori Bolognesi* III (Bologna 1783, fol.) 37; ibidem p. 36—41 habes vitam Campeggii accurate scriptam. Qui episcopus et concilio Tridentino iterum a. 1551 congregato interfuit et in eius quinta sessione orationem habuit, quae Venetiis apud Aldum a. 1561 typis divulgata est. Obiit a. 1583.

3 Litteris 11. Apr. datis card. Farnesius Beccatellum iusserat Tridentum se conferre (*M orandi* Monumenti di varia letteratura tratti dai manoscritti di Monsr Lodovico Beccadelli I, 2 [Bologna 1799, 40], p. 93) alisque (cf. ad 16. Aprilis, supra p. 175, adn. 6) idem nuntiaverat legatis: »N. Sre ha fatto deputatione di Mr Ludovico Beccadello per secretario de Srie V. secondo il suo memoriale [cf. supra p. 164, l. 22/23], et se li mandara ancora un substituto di questi miei [Trifonem Bencium hunc fuisse coniecerim, de quo inferius in hoc diario erit sermo; cf. 6. Iunii et praecipue 12. Augusti] per aiutarli a scrivere.« Hinc elucet, quid iudicandum sit de *D ruffelii* assertionem (Theol. Litteraturbl. [Bonn] 1876, col. 395), Beccatellum non fuisse secretarium rite creatum (*officieller Secretar*). Sed mense Augusto eiusdem anni hic Romam mittebatur, ut cum pontifice de rebus concilii tractaret (cf. infra 13. Augusti), unde 24. Sept. Tridentum reversus iterum abibat J. Octobris vocatus a pontifice ad servitia nepotis sui Raynucii Farnesii (cf. card. Alexandri Farnesii litteras 16. Sept. datas ap. *D ruffel*, Mon. Trid. p. 188, n. 195). Succedere Beccadello voluerat Farnesius Paulum Sadoletum, Carpenteractensem episcopum, de qua re legatorum sententiam sciscitabatur; at horum litterae 20. Sept. scriptae (*D ruffel* l. c. p. 191, n. 199) nihil huiusmodi continent, quare vel Sadoletum minus illis placuisse vel, cum concilium apertum nondum esset, rem non urgere eis visum esse verisimile est. Et certe eo tempore etiam inferioris notae homo secretarii muneri satisfacere poterat, legatque Massarellum illud obire iubebant (cf. 12. et 21. Augusti). Verum aperto concilio aliquem humanioribus litteris insignem Farnesium eligi cupiebat, ut M. Antonium Flaminium (cf.

supra p. 15, adn. 1; Farnesii epistulam 31. Dec. 1545 scriptam ap. *D ruffel* l. c. p. 256, n. 283, et legatorum 6. Ian. 1546: ibid. p. 315, n. 292), cardinalis de Monte, vel Aloysium Priulum (legatorum epist. d. 8. Febr. 1546: *D ruffel* l. c. p. 379, n. 332), card. Poli familiares, de quibus suo loco dicendum erit.

Ludovicus Beccatellus (eiusdem gentis ac Antonius ille Panormitanus), natus Bononiae 29. Ianuarii 1501 et in studio Patavino institutus, a. 1534 card. Contarini secretarius factus erat (cuius bona venia a. 1538 cardinalem Polum concomitabatur in Hispaniam et Galliam proficiscentem), quem sequebatur a. 1541 in legatione Germanica. Mortuo patrono (cuius vitam descripsit, Monum. di var. letteratura I, 2 [Bologna 1799, 40], p. 1—59) a. 1542 a card. Cervino, qui Regiensis episcopus erat, ad hanc ecclesiam ordinandam et administrandam mittebatur; tunc temporis sacris ordinibus minoribus qui vocantur est initiatus. Postea (a. 1544) per aliquot menses card. Morono, Bononiae legato, serviebat, deinde cum mandatis papae Venetias petiit, Bononiamque redux a Paulo III Romam accersitus est, ut Raynucii Farnesii, pontificis nepotis, studiorum moderator esset. Erat hic adulescens 14 annorum, sed nihilominus archiepiscopus Neapolitanus electus eoque tempore Patavii litteris incumberebat; de inde sub finem a. 1545 cardinalis creabatur et autumnus 1546 legationem Marchiae obtinebat. Beccatellus semper ei a secretis erat, donec a. 1549 24. Maii Ravennensi ecclesiae praeficiebatur. Card. de Monte, postquam eodem anno pontifex electus est, Venetias eum nuntium apostolicum mittit, sed a. 1554 Romam avocabat, ut ipsius in spiritualibus esset vicarius. Deinde Beccatellus iterum Germaniam petiit comes cardinalis Moroni, qui a. 1555 legatus ad dietam Augustae celebrandam proficiscebatur. Sed mortuo Iulio III repente cum legato redire coactus 18. Septembris 1555 Ragusinis archiepiscopus a Paulo IV datur, quae civitas diu adversus Ioannem Angelum card. de Medicis litem egerat — unde cur Pius IV non semper Beccatelli studiosissimus fuerit intellegitur — et a. 1561 (cf. Astolfi Servantii diarium ad 21. Septembris 1561, et *Particolar notaviento ... de cardinaliam basciadori, patriarchi, arcivescovi, vescovi* etc. ... *che sono nel concilio di Trento*. ... *In Riva di Trento 1562*, in voi. 8. Concil. Tabularii Vatie., f. 164v) Tridentum ad concilium tertio congregatum venit, unde reliqua eius vita postea erit enarranda. Cf. vitas diligenter scriptas

Perpetratum est quoddam homicidium per quendam rusticum in personam cuiusdam baiuli publici. Quare clausae sunt omnes portae civitatis per 4 horas, ut homicidam haberent — mos ubique per Germaniam.

Fui cum D. abbate Tut[i] spatium et litteras binas ad pontificem scripsi una cum declaratione recess[us] Ratisbonensis 1541 pro D. Mignanello Wormatiam mittenda.

25. Aprilis, Sabbato.

Mane ivi cum D. Tut[i] et Melone⁴ spatium extra portam S. Crucis per 3 miliaria, ubi frag[a] legi, deinde cum equitib[us] cardinalis Monte pransus sum, caeteraque paravi pro adventu card. Farnesii.

5 Rms et iijmus £) Alexander tit. S. Laurentii in Damaso card. Farnesius diaconus, vicecancellarius, pontificis Pauli III nepos, Tridentum intravit hora 20. cum dimidia per portam Pontis (veniens ex castro Rivae supra Benacum, ubi applicuerat hesternae die hora 21., exceptus a Rmo de Monte, S. Crucis et Tridentino, qui eum ibi expectaverant et hoc mane in castro Archi⁶ pransi fuerant) maximo cum fastua — erant enim tum in rotundo monte extra Tridentum, quem castrum Tridentini vocant⁷, tum in propugnaculo supra portam, tum in turre civitatis in platea quamplurimae bombardae —, sociatus a tribus Rms supradictis et episcopis Cavensi, Feltrensi, Iacomello, Bituntino, Bertinoriensi et Maioricensi et Dandino, qui cum Farnesio erat, et D. Didaco a Mendoza oratore Caesareo, commendatore Cypri, D. Francisco a Castelalto, supremo regis Romanorum in hac civitate capitaneo, D. Sigismundo a Thono, D. Sigismundo ab Archo, comite a Lodron, comite Hippolyto⁸, comite Porliliarum⁹ et quampluribus aliis nobilibus Germanicis, necnon 33 nobilibus, qui per equos dispositos S. Rmae Dnm sequebantur, videlicet Illmo D. Sfortia a S. Flora, fratre cardinalis S. Florae, R¹⁰ D. Prospero de S. Cruce, auditore Rotae Romanae, D. Hieronymo a Coregio, D. Asc[ani]o ex' Nepete, D. Mutio Muti nobili Romano, D. Agolanted, D. Remigio phisico¹⁰, et aliis suis domesticis' curialibus. Erant itaque 25 omnes numero 250 equites. Hospitatus est in palatio Rlm Tridentini, ubi descenderunt etiam legati, qui etiam una cenati sunt, egregie se gerente Tridentino liberaliterque. Hora autem 24. habitationem propriam redierunt Rm legati etc.

Iveram cum Tut[i] et Beccat[ello] advent[um] <vis[um]>f et coenatum⁶ cum Remigio <Eland[ro]>f.

26. Aprilis, Dominica.

30 Rms D. card. S. Crucis ivit summo mane ad card. Farnesium, cum quo per duas horas loquutus est¹¹, deinde domum ad prandium reversus est pluvia <extante>f.

Card. Tridentinus munificentissimum Farnesio prandium fecit.

a B faustu. b T Porliian. c T D. Asc¹⁰ extra Nepete. d T Azolante.
e B Domcis. f om. T. s T et B coenam.

apud Fantuzzi (libro laud. in adn. praecedente) II (Bologna 1782), 5—26; [Morandi] Monumenti di varia letteratura tratti dai manoscritti di Monsr Lodovico Beccadelli I, 1 (Bologna 1797, 4°), p. 1—169.

1 Per longum temporis spatium hic (cf. supra 17-Aprilis) ut amicus et comes fere perpetuus Massarelli in huius diariis nobis occurrit. Ceterum quis fuerit nescimus; in Tabulario Vaticano Cone. tom. *39> f. 91 extant litterae eius ad Massarellum scriptae Montosolis 14. Maii 1543, ex quibus antea eum Romae habitasse cernitur, et quibus subscribit Arcan[ge]lo [?] Tuti.

2 Una epistula est apud Druffel, Mon. Trid. p. 62, n. 58, 23. Aprilis data; utrum altera fuerit privata Cervini an communis legatorum an copia litterarum Mignanelli, non liquet.

3 Cf. ad 27. Aprilis infra p. 180, 1. 9.

4 Nescio quod fuerit nomen integrum et quis fuerit homo.

5 De fine huius itineris Farnesii v. Druffel, Kaiser Karl V und die rom. Curie II (Abhandl. der kgl. bayer. Akad. d. Wissensch. III. Kl., XVI. Bd., I. Abth.,

Munchen 1881); Gius. de Leva, Storia documentata di Carlo V vol. IV (Padova 1881), p. 10 ss.; Friedensburg, Nuntiaturber. VIII, 23 ss. et documenta in illa collectione impressa. — Quae sequuntur, excerpta sunt apud Giuliani, Trento nel tempo dei concilio (Archivio Trentino I [Trento 1882], 160), ed. separ. p. 18; Friedensburg l. c. p. 121, cf. p. 107.

6 Areo, castellum non longe a Benaco lacu situm. Gens illa, cui nomen dedit, adhuc floret in Bavaria et in Austria et in Italia; ex cuius tabulario Th. Sickel (cf. eius librum Zur Geschichte des Concils von Trient [Wien 1872], maxime praefationem p. V s.) documenta pretiosissima et historiam concilii illustrantia eruit.

7 Verruca hodie appellatur.

8 Hippolytus a Nomo: Giuliani l. c.

9 Vel di Porcia: Giuliani l. c.

10 Is erat medicus Farnesii; cf. infra 7. et 16. Iunii.

11 Qua de re egerint dicit Farnesius epistula hac die data, apud Friedensburg l. c. VIII, 123, 1. 30 ss.; Cervinus postea instructionem pro legato iuveni scripsit, quam ex scripturis Cervinianis edidit Druffel, Karl V, pars II, p. 55, n. 10.

Rm legati scripserunt Romam ad card. S. Florae¹, mittentes binas litteras D. Mignanelli² 20. et 22. datas, quae litterae mane ex Wormatia venerant una cum cifra².

Item ad Mignanellum³, [indicantes] adventum Farnesii, receptionem suarum et misfsas] ad card. S. Florae.

27. Aprilis, Lunae.

Rm DD. cardd. Farnesius et Tridentinus venerunt visitatum Rm DD. de Monte et S. Crucis una cum D. Didaco oratore Caesareo hora 19. licet magna cum pluvia. Fuerunt insimul per duas horas. Deinde ivit Farnesius visum cameras omnes utriusque legati. Postea civitatem perlustrarunt⁴.

— Scripsi pro D. Mart[in]o Francisco]5 W ormatiam mittenfdam] declarat[ionem] recessus Ratisbonensis, quem a meis in litteris inclusi, nomine card. S. Crucis, una cum ipso recessu.

Fui ad Rm de Monte ter, de card. Farnesio et Tridentino loquutus.

Tota die adeo pluit, ut Rm legati domum exire non potuerint.

28. Aprilis, Martis.

Applicuit Tridentum D. Benedictus de Nobilibus episcopus Aciensis⁶

R card. Farnesius mane hora circiter 12. discessit ex Tridento W ormatiam versus ad Caes. Mtem, sociatus extra portam civitatis per medium miliarium a Rm legatis et card. Tridentino, qui Brixinam usque contendere voluit, tum ob privata sua negotia tum ut Farnesium comitaretur.

R legati iverunt prius in arcem ad Farnesium, cum quo fuerunt per duas horas Quo tempore venerunt litterae ex Urbe a pontifice⁷, qui mandabat Rm legatis aperiri concilium in die s. crucis, quae erit tertia Maii. Quod cum audiret card. Farnesius, consului primum expectandam voluntatem Caesaris. Nam sibi nequaquam visum est condecens tam maximum opus aggredi, nisi prius cum imperatore res consultationi (posita) b esset. Itaque rogare legatos, ut in hoc nihil innovent absque eo, quod ipse primum cum Caes. Mte sit loquutus et Caesaream mentem super hoc litteris suis declaraverit. Id Rm legatis non displicuit, tum quia card. Farnesius⁸ mentem pontificiam bene nosse pensitant, tum quia hoc D. Didaco oratori (etiam) b mirum in modum placebat. Nam aiebat ipse: gratias S. S4 Caesar referet, si huius benignitatis officio cum eo usa fuerit. Quare obsecrare legatos, ut super apositione tantisper supersedeant, donec card. Farnesius cum imperatore sit loquutus. In quam sententiam firmiter tandem venere legati idque conclusum est Rm D. etiam card. Tridentino idem asserente».

Rm legati post discessum Farnesii scripserunt eidem⁹, prout in copia.

Item ad card. S. Florae communiter, et S. Crucis privatim¹⁰ de card. Farnesio ut supra, videlicet de conclusione facta circa apositionem concilii¹¹.

Misi ad D. Dominicum Guibelalde Iulios 33 et baifoccos] S pro resid[u]o suae ex-

a sic. b om. B.

¹ D ruffel, Mon. Trid. p. 63, n. 61.

² D m ffel l. c. p. 58, n. 51; p. 60, n. 55. *Friedensburg* l. c. VIII, 108. 110. Prior epistula teste D ruffel partim in cifra scripta erat; sed Massarellus propriam cifram praeter litteras videtur significare.

s Non inveni has litteras inter impressas.

⁴ Apud *Friedensburg* l. c. VIII, n. 17 et 18 (p. 119 ss.) duae epistulae cardinalis Farnesii extant ad card. S. Florae scriptae 26. et 27. Aprilis.

⁵ De quo vide ad 21. Martii, supra p. 161, l. 19 et adn. 3 ibid.

cum illis Venetis maxime egit, ut aliquam civitatem in eorum dominio pro tam sancto opere peragendo concederent¹. Qui quidem Veneti etsi ab initio, Tureis Corcyram, ipsorum ditionis insulam, unum ex praecipuis christiani orbis propugnaculis, validissima classe obsidentibus, eam nequaquam praestare voluerint, bello tamen semoto Vincentiam concesserunt. Verum cum propter impedimenta supradicta post eius civitatis concessionem 5
 6 S. S. significatam vix tantum temporis iam prorogati concilii supereset, (ut nedum prae lati illuc convenire, verum etiam de huiusmodi concessione Stæ S. non potuisset eosdem praelatos certiores reddere, coacta est concilii celebrationem in aliud commodius tempus differre, nempe ad Kal. Maii 1538,)“ | aeditab bulla, quae incipit: *Benedictus Deus et pater Domini nostri* etc., sub data Romae 8. Idus Oct. 1537, pontificatus sui anno tertio², ic

[7.] (Mittuntur legati et nuncii ad pacem principum et celebrationem concilii procurandam, 20. Octobris 1537c.) d

Et ut interim Stæ S. nihil laboris aut diligentiae praetermitteret, quod ex parte sua negotium (concilii celebrationis)³ huiusmodi concerneret, iterum legatos et nuncios ad omnes fere christianos principes hac de re misit⁶; nam die 20. Octobris eiusdem anni D. Fabium Mignanellum episcopum Lucerinum³, tunc advocatum consistorialem, ad Caesarem, et Baldassarem de Florentia⁴ ad Francorum regem tum de pace inter ipsas Mtes, 15
 tum de concilio tractaturos direxit, nec non 5. die Decembris Ioannem Mattheum episcopum Veronensem⁶ et (Ugonem Rangonum)^f episcopum Regiensem⁷ Venetias ad Illmm
 7r illum senatum idem procuraturos, et exinde Vincentiam pro rebus ad | concilii celebra tionem necessariis parandis (ituros)^g, nec multo post, die videlicet 19. eiusdem mensis Rmos p p Christophorum card. Iacobaccium ad Caesarem et Rodulphum card. Carpenssem 2c
 ad Francorum regem a latere legatos constituit¹⁸, qui (die)g 23. ex Urbe recesserunt¹

a tota paene pagina immutata est. Prior tenor hic erat: ut nedum praelati illuc convenire, verum etiam de huiusmodi concessione eosdem praelatos non potuisset Stes S. reddere certiores, coactus est summus pontifex concilii celebrationem in aliud commodius tempus differre. Super quo tamen prius Rmorum DD. cardinalium consilium et assensum exquisivit. Qui Rmi Domini die ultima Septembris dicti anni facta apud Rmum D. Ioannem episcopum Ostiensem card. Senensem, collegii tunc decanum, generali congregatione necessario differendum esse concilium censuerunt {antea existimarunt}. Quam sententiam cardinales praedicti summo pontifici {antea Smo D. N.}, qui tunc Nepete erat, significarunt, mittentes ad Stem S. (dei. Dominum) Nicolaum Casulanum, dicti card. Senensis secretarium. Pontifex itaque urbem reversus celebrationem concilii huiusmodi ad Kal.
 6V Maii 1538 | prorogavit. b sic.

c cod. 1538. Massarellus erravit seductus termino ad quem concilium indictum erat supra l. io huius pag. d alio atramento add. in marg. e corr. pro transmisit. f nomen add. supra lineam, antea scriptum erat N. s supra lin. add. h corr. pro designavit. i antea iter ex U. arripuerunt.

¹ Litterae a papa ad Venetos directae apud *Raynaldum* ad a. 1537, n. 33; *Le Piat* l. c. II, 588.

² Bullam exhibent *Raynaldus* ad a. 1537, n. 55; *Le Piat* l. c. II, 589/591; ex qua Massarellus etiam hoc caput partim ad verbum commodavit. Exemplar originale in tabulario Vat. *Concil.* 90, n. 11 (ant. n. 26).

³ De Mignanello conferas quae adnotata sunt ad Massarelli diarium I, supra p. 162, adn. 2; de hac nuntiatura specialiter *Friedensburg*, Nuntiaturber. III (1893), 42 s., maxime p. 43, adn. 1; *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 115, adn. 1, qui medio fere mense Novembri Mignanellum ad imperatorem venisse refert (sed errat dicendo Mignanellum in der ersten Hälfte des October 1537 missum esse, cum epistulae apud *Friedensburg* l. c. p. 43, adn. 1 citatae 18. et 29. Octobris datae sint). Paulo ante Mignanellus Venetis reversus erat, cf. *Raynaldum* ad a. 1537? n. 52; *Friedensburg* l. c. II, 198, adn. 4, supra p. 409, adn. 3.

⁴ Hoc est nomen a *Pieper* l. c. p. 115, adn. 1 desideratum.

⁵ Errare videtur Massarellus. Nam secundum acta consistorialia, e quibus hanc particulam exhibet *Friedensburg* (Nuntiaturber. II, 242, adn. 3), die 5. Decembris »de legatis mittendis decretum fuit, ut D. Fabius Mignanellus, nuntius ad Caesarem Maiestatem (cf. supra adn. 3 huius pag.) expectaretur.« Qui cum vel sero redisset vel qualibet de causa ire non potuisset, illi duo mittebantur.

⁶ Ioannes Matthaes Gibertus, qui a 1524 ad imperatorem et regem Gallorum in Galliam Transpadanam missus erat, ut pacem procuraret, et iterum ad eosdem a. 1527 mittendus fuerat, cf. *Pieper* l. c. p. 66. 73. De eius vita et ingenio cf. *F. Dittrich*, Zur Gesch. d. kath. Reformation, in annalibus Histor. Jahrbuch VII (München 1887), 1 ss.; *G. Bernardi*, L'assedio di Milano nel 1526 (Archivio storico Lombardo XXIII [1896], fasc. 10, ubi sunt epistulae a Francisco Guicciardino ad Gibertum ut papae ministrum directae). Litterae pontificis ad episcopum Veronensem scriptae apud *Raynaldum* ad a. 1537, n. 34 (19. Dec., non 5. datae, cf. adnotationem praecedentem).

⁷ Idem iam a. 1533 ad Ferdinandum Romanorum imperatorem et alios principes Germaniae missus erat, cum quibus de condicionibus concilii celebrandi ageret: *Raynaldus* ad a. 1533, n. 7 ss.; cf. eundem ad a. 1537, n. 34 (pontificis epistula ad Gibertum directa, ubi Rangonum laudat ut »probum, integrum ac doctum virum nobisque gratum ac acceptum«).

⁸ Quibus mandatum erat id agere, ut indutiae inter imperatorem et Gallorum regem initae in pacem integram ac firmam mutarentur. Ambo 13. Ianuarii 1538 Montispelessuli audiebantur a rege, unde Iacobacius ad imperatorem proficiscebatur, ad quem 17. Ianuarii pervenit. Cf. *Raynaldum* ad a. 1537, n. 59. 60; *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 115 s.; *Friedensburg*, Nuntiaturber. II, 242, adn. 3.

[8.] (Preces publicae pro pace principum Christianorum 11. Decembris 1537-)a

Praeterea, ut Deus optimus maximus ad tam sanctum opus aggrediendum propitius haberetur, reiterato S³⁸ S. in Urbe totoque christiano orbe publicas supplicationes pro Christianorum principum unione indixit, 11. videlicet die Decembris 1537b-

[9.] (Publicatio capitulorum foederis contra Tureas, 8. Februarii 1538.)0

Nec propterea foederis inter Caesarem et Venetos initid executionem praetermisit. Die enim 8. Februarii in eodem senatu dictae confoederationis capitula¹ (confirmavit)⁶, quae tamen 4. Idus eiusdem (mensis)e | sacris in basilica principis apostolorum peractis ^r iterum repetita et publicata fuerunt; nec non D. (Marcus Grimanus)' patriarcha Aquilegiensis classis pontificiae praefectus designatus fuit, qui die 3. Martis ex Urbe recedens Corcyram versus cum triremibus pontificiis (iter arripuit)⁸².

[10.] (Constitutio legatorum concilii Vincentiae celebrandi 20. Martii 1538.)c

Ad concilii autem celebrationem interea Stas S. omne studium convertens 13. Kal. Aprilis tres de latere legatos, R^ms videlicet Laurentium episcopum Sabinensem Campegium ³, Iacobumque tit. S. Apollinaris Simonettam⁴, ac Hieronymum tit. S. Chrysogoni Brundisium⁵ S. R. E. (presbyteros) h cardinales Vincentiam concilii praesidentes destinavit, concessa eis facultate ea omnia faciendi, quae in huiusmodi negotio quomodolibet ne cessaria et opportuna forent, datis super his litteris Romae 20. Martii 1538', pontificatus sui anno quarto, incipientibus *Ad prudentis patris fam ilias officium*⁶ etc.

[11.] (Colloquium Pauli III, Caroli V imperatoris et Francisci Gallorum regis mense Maio 1538.)0

sr

Et quoniam ad concilii celebrationem Christianorum principum ((ut superius diximus)) ⁰ pace et unione maxime opus est paxque ipsa, licet diu et totiens efflagitata, secuta adhuc non fuerat, ipse pontifex post multorum hactenus frustra missionem legatorum, litterarum nunciorumque, saepedictas Caesaream et Ch^rm^m Maiestates personaliter (adire)k decrevit, dieque 23. eiusdem mensis ex Urbe discedens Niceamque versus iter aggressus colloquium cum dictis Caesare et rege per mensem et ultra habuit⁷. Die enim 18. Maii pontifice prope Savonam existente primum cum imperatore colloquutus est. Cum autem Niceam Stas S. 17. eiusdem applicuisset, iterum cum S. Mte Caesarea 21. dicti mensis ad radices montis sub tentoriis, et die 2., 13. et 17. Iunii cum Gallorum

a alio atramento add. in marg. b postea delentur Intrepideque hanc rem tandem perficiendam cupiens 5. Kal. Februarii 1538 in sacro patrum senatu ad concilium omnino proficiscendum ab omnibus esse decrevit. c iti marg. d corr. ex incepti. e legi demandavit. ^ nomen add. supra lineam, antea scriptum erat N. g corr. pro adnavigavit. h supra lin. add. 1 Ms. 1537. k corr. pro petere.

¹ Extant apud Raynaldum a. 1538, n. 4, cf. ibid. n. 3, et excerpta ex Actis consistorialibus apud Friedensburg 1. c. II, 254, adn. 1.

² Hoc caput integrum transumpsit Raynaldus ad a. 1538, n. 4.

³ Laurentii Campegii vitam describere et alii et Carolus Sigonius (inter huius opera tom. III [ed. Phil. Argelattis, Mediolani 1773] coi. 529—59° > de legatione eius ad concilium cf. maxime coi. 567 s.) et Giov. Fantuzzi (Notizie degli scrittori Bolognesi III [Bologna 1773, 40], 47—61); cf. etiam Ciaconium 1. c. III, 384.

⁴ Eius vita apud Ciaconium 1. c. III, 57°. Gentilicius erat Ludovici Simonettae, qui cum aliis tertiae Tridentinae synodo praefuit.

⁵ De Aleandro multa his temporibus scripta sunt. Cf. maxime Friedensburg, Nuntiaturber. III, 28 ss., de hac legatione p. 40 s., unde apparet Aleandrum 1. Aprilis, Simonettam 2. Aprilis Roma profectos, Campeggium morbo per aliquod tempus retentum esse. — De concilio Vincentino cf. G. Capasso, I legati al concilio di Vicenza 1538; B. Morsolin, II

concilio di Vicenza (Venezia 1889), citatos apud Friedensburg 1. c.

⁶ Exemplar originale in archiv. Vat. Concil. 90, n. 2 (ant. num. 32). Bulla data est 13. Kal. April. 1537 secundum stilum in bullis legationum tunc usitatum. — Raynaldus ad a. 1538, n. 9 refert de creatione legatorum, n. 32 exhibet bullam, n. 31 insert hoc capitulum, sed non ad verbum, immo ex »Actis concilii Tridentini manuscriptis archivi Vaticani signatis n. 3188, p. 51«, quod volumen hodie signatur Concil. t. 1, et continet aliam ex multis recensionibus, quibus haec introductio (et acta) ab ipso Massarello redacta est (sed exaratum est volumen a scriptore); quarum recensionum cum unaquaque eadem fere res contineat, nulla cum aliis ad verbum congruit. — Raynaldus ibid. n. 35 ex eodem actorum volumine addit: »Qui quidem legati et praesidentes applicuerunt Vincentiam Kalendis Maii, quae dies constituta fuerat ad ipsum concilium inchoandum, ingressique sunt civitatem solemni legatorum de latere more.«

⁷ Huc usque Raynaldus hoc caput transumpsit, ad a. 1538, n. 9.

rege tum de pace vel saltem foedere, tum de concilii celebratione verba faciens, tandem 14. Kal. Iulii | 1538 Stas S. decennales inducias inter ipsas Maiestates constituit, adeoque dictorum principum animos ad pacem et unionem flexit, ut post S. Stiaex Genua, ultima videlicet Iunii, discessum, ipsi Caesar et Gallorum rex apud Aquas mortuas die 14. Iulii et amice alloquuti sint et sequenti die 15. ambo pransi cenatique fraterne 5 fuerint. De quo quidem ut primum accepit nuncium pontifex, maxime exhilaratus speravit tandem Dei beneficio et pacem sequi et concilium ipsum posse commode celebrari K

[12.] (Prorogatio tertia concilii ad pascha resurrectionis, 28. Iunii 1538.)" 2

Caeterum cum legati <apostolici>b, qui iam Vincentiam pro concilii celebratione applicuerant, per nonnullos inibi menses praelatos expectassent <(nemoque comparuisset, idque S. Su per eorum literas significassent)>c, ex alia vero parte Sermus imperator | et 10 Chrms rex nec non Ferdinandus rex Romanorum praelatos regnorum suorum ad ipsum concilium veniendum per aliquod tempus expectari et ut aliam habendi concilii rursus temporis prorogationem decerneret a Ste S. petierint, ne tantorum principum voluntati deesset, Stas S. concilii celebrationem huiusmodi usque ad festum paschatis resurrectionis D' N. Iesu Christi 1539 differendam esse <statuit, precepitque ipsis legatis ac quibusvis 15 aliis, qui iam Vincentiam convenissent)>e, ne interim circa dictam celebrationem se intro mitterentf, publicata bulla quae incipit *Universi populi christiani curam* etc., sub data Genuae 4. Kal. Iulii 1538, pontificatus sui anno quarto3.

[13J (Prohibetur aperiri concilium post Kalendas Maii 1538.)" 4

Et quoniam pontifex in eisdem litteris inhibuerat concilium in dictis Kalendis Maii, ad quas prius prorogatum fuerat, | inchoari, dubietas quaedam orta est, num post dictarum 20 Kalendarum diem concilium aperiri posset, cum prohibitio de Kalendis Maii tantum loqueretur. Stas S. ad delendam omnem dubitandi occasionem etiam post diem Kalendarum Maii sine S. Stls mandato concilium a nemine inchoandum esse (declaravit)e, aliis publicatis litteris incipientibus *Romanus pontifex supra gregem Dominicum*) h etc., sub data Placentiae 25. Aprilis eiusdem anni5.

25

[14.] (Mittitur legatus in Germaniam ad tractandam unionem cum Lutheranis, Augusto 1538.)>a

Post haec cum Ferdinandus Romanorum rex S. S4 significasset <sibi videri>h non adeo difficile inter catholicos et protestantes concordiae tractationem futuram, si S*as S. in Germaniam aliquem probatae existimationis et vitae sacrarumque litterarum peritia praestantem virum transmitteret e, Stas S. R"mm D. | Hieronymum Aleandrum <tituli S. Chrisogoni presbyterum>a card. Brundisium de latere legatum tum ad ipsam Germa- 30

a add. in marg. > corr. pro praedicti. • corr. ex: neminemque praeter unum, archiepiscopum videlicet Rigensem die 5. Iunii 1538 comparentem vidissent idque S. S11 per suas litteras notum fecerint [sic].
d s'c- 6 corr. pro declaravit, ipsisque legatis ac omnibus aliis, qui iam Vincentiam convenerant.
f deletum arcte mandavit. s corr. pro decrevit. h add. supra lineam.

1 De papae itinere eiusque comitibus et de colloquio cf. *Raynaldum* ad a. 1538? n. 9 ss.; *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 116 s. *L.v.Ranke*, Deutsche Gesch. im Zeitalter d. Reform. IV 5 (Leipz. 1875), 82ss.
Massarelli cum unam recensionem ex alia derivaret, facile fieri poterat ut hic aliquid omittendo, illic addendo filum narrationis et ordinem temporum perturbaret. Quod hoc loco ei accidit. Nam capitulum 11 ut agens de bulla posteriori certe ponendum erat post cap. 12, quod loquitur de litteris ante illam bullam editis. Rectum rerum ordinem dat *Raynaldus*, ad a. 1538, n. 32 ss., secundum codicem supra p. 4 11, adn. 6 citatum, primum exhibens breve ad legatos concilii 25. Aprilis 1538 Placentiae datum, inc. *Licet nos* (ibid. n. 33), deinde (n. 34 [ubi in nostra editione, Coloniae Agr. 1727, falso legitur *M.s. Vat. n. ji8 q P- Sj6*, cum legendum sit *3188 fol. j^h>*], cf. in nostro diario cap. 12) aliud eadem die datum inc. *Romanus*

pontifex, denique bullam IV. Kal. Iulii datam, inc. *Universi populi christiani* (cf. hoc cap. 11).

3 Exemplar originale in archivo Vat. *Concil. 90*. n- 12 0 - n. 26). Cf. *Raynaldum* ad a. 1538, n. 35; ceterum hic repetenda sunt, quae adnotantur supra p. 4 11, adn. 6. De novo illo colloquio inter papam et imperatorem et Gallorum regem habito cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. II, 55. Huc pertinere optime ait *Friedensburg* (1. c. III, 67, adn. 4) scripturam illam cui titulus *Causae propter quas Smus D. N. ad praesens prorogat celebrationem concilii*, quam *Raynaldus* perperam insert ad a. 1539, n. 25 ss.

4 Cf. adn. 2 huius pag.

5 *Raynaldus* ad a. 1538. n. 34, exhibet litteras (cf. adn. 2 huius pag.), quarum exemplar originale extat in archiv. Vat. *Concil. 90*, n. 7 (ant. num. 30).

6 Cf. *Raynaldum* ad a. 1538, n. 38; *Friedenslmrg*, Nuntiaturber. II, 51—55; HJⁿ 54 ss.

niae provinciam, tum regiam Rom. M^{tem} (destinavit)a, ut si qua media forent, quibus aliquis amicabile concordiae tractatus haberi posset, exquirerentur¹³. Qui cardinalis ex Vincentia, ubi adhuc concilii legatus agebat, 13. Augusti 1538 recedens Germaniam versus iter aggressus est². Qua in provincia per annum et ultra immoratus cum nihil certi aut reipublicae christianae utile⁰ fieri potuisset, Romam, quam 15. Decembris 1539 intravit, a S. Ste accersitus (fuit)d³.

[15.] (Constitutio secunda legatorum concilii in civitate Vicentina, 21. Aprilis 1539.)e

Quo tempore S[†]8 S. reiteratis litteris nunciisque apud supradictos principes instare non destitit, ut pace inter eos conciliata omni conatu concilii celebrationi vacarent, | nec m^r non die 21. Aprilis 1539 iterum concilii praesidentes creavit, R^{ma} videlicet Bonifacium episcopum Portuensem, Hipporigiensem⁴ (D. Laurentio card. Campegio aegrotante, obiit enim 25. Iulii), Iacobum Simonettam et Hieronymum Brundusinum presbyteros S. R. E. cardinales⁵.

[16.] (Prorogatio quarta concilii ad beneplacitum sedis apostolicae, 21. Maii 1539.)e

Verum cum S^{ermus} imperator et Francorum rex una cum Ferdinando Romanorum rege a Ste S. per litteras suosque oratores contenderent, ut alias rursus temporis pro- rogationes faceret, praecipue autem instaret Caesar, protestantibus se promisisse de monstrans operam suam apud pontificem interpositurum, ut aliqua inter ipsos et catho- licos concordiae ratio iniretur⁶, quod tamen ante suam in Germaniam protectionem commode fieri non posse affirmabat, Stas S. tantorum principum voluntate adducta, cum praesertim | cerneret nullos alios prelatos ad resurrectionis D. N. Iesu Christi festum Vin- centiam convenisse, prorogationis nomen tam saepe frustra repetitum fugiens, celebra- tionem concilii huiusmodi ad S. Stis sedisque apostolicae beneplacitum suspendit die⁷ 21. Maii 1539⁷, de suspensioneque huiusmodi litteras ad singulos supradictorum prin- cipum (datas die)a 10. Iunii eiusdem anni (destinavit)⁶ pontificatus sui anno quinto⁸.

[17.] (Mittitur legatus ad imperatorem et regem Gallorum pro pace, 24. Novembris 1539.)e

Nec propterea praetermisit S⁴⁸ S. omnem operam et laborem, ut interim pax rei- publicae christianae redderetur. Itaque cum Caesar, Belgis ad defectionem ab eo in citatis, defectionis huiusmodi comprimendae gratia per Galliam amicissime et cum Gallorum rege magno benevolentiae concordiaeque indicio transiens in Belgas profectus fuisset, Stas S., ut | dictarum M^{tem} animos maiori affectionis vinculo paterno affectu conciliaret, m^r atque propterea concilium commodius celebrari posset, R^{um} D. Alexandrum S. Laurentii in Damaso diaconum cardinalem vicecancellarium, suum secundum carnem nepotem, ad

a add. supra lineam.

b sic; postea dei. destinavit.

c corr. pro condecens.

d pro deleto est.

e add. in marg.

f postea deletum videlicet.

s corr. ex anni datas misit (?).

1 Raynaldus 1. c. n. 38—40; Friedensburg 1. c. II, 55 s.; III, 40 s. 44 ss. 55. 93 ss.

2 Quo in itinere cum Massarello transibat Tridentum, cf. Massarelli diar. I, supra p. 157, 1. 29 ss. et adn. 6; Friedensburg 1. c. III, p. 48; p. 130, n. 18.

3 Raynaldus ad a. 1538, n. 40, transumpsit hoc caput (ibid. in margine pro Ms. Arch. Vat. p. 96 legendum est p. 9b). Quae gesserit Aleander in Germania exponit Friedensburg 1. c. III, p. 56 ss.

4 Bonifatius Ferrerius Vercellensis secundum Ciaconium (III, 351) iam a. 1528 Iporegiensem ecclesiam cum Vercellensi permutarat; Portuensem titulum suscepit a. 1537; interfuerat concilio Lateranensi quinto. Anno 154° Bononiae legatus factus diem obiit supremum Romae 2. Ianuarii 1543.

5 Haec nova legatorum nominatio (quae omittitur in ea recensione quae impressa est apud Le Piat 1. c. VII, 2, 36) tradita est Petri Pauli Gualterii et hoc nostro diario (cf. Raynaldum ad a. 1539, n. 25) et probatur litteris Farnesii ad Aleandrum 9. Aprilis datis,

quas iam Pallavicinus 4, 9, 8 allegavit, publici iuris fecit Friedensburg 1. c. IV, p. 52 ss., n. 203, et quibus scribitur nuntio in Germania commoranti et aegrotanti: »La indisposizione di V. Sna Rma e dispiaciuta a N. Sre molto, perche la desidera sana, et maxime dovendo tornare a Vicentia per le cose dei concilio, come S. Sta vuole che la torni et me ha commesso le scriva ch'ella si dia in viaggio per quella volta quanto piu presto per le occorrentie presenti, perche anco li colleghi soi partiranno in breve.« Certe probaretur etiam Actis consistorialibus, si haec mihi praesto essent.

6 Agebatur eo tempore de concordia quam vocabant Francofordiensi, de qua Raynaldus ad a. 1539, n. 2 ss.; Friedensburg, Nuntiaturber. III, 54 ss.

7 Excerpta ex actis consistorialibus de hac re apud Friedensburg 1. c. IV, p. 67, adn. 4.

8 Breve ad imperatorem directum apud Friedensburg 1. c.; cf. Raynaldum ad a. 1539, n. 26 (citatur Archivi Vaticani tom. 13 de concil.), ubi extat re sponsum Ferdinandi Romanorum regis.

saepefatos Caesarem et Chrmum regem legatum (constituit)a 8. Kal. Decembris 1539. Qui 24. Novembris ex Urbe discedens iter Galliam versus arripuit*.

[18.] (Foedus catholicum Germaniae pro defensione religionis, 10. Iunii 1540 b.) c

Verum ob gravia sedis apostolicae negocia, Perusinis eo tempore contra pontificem arma sumentibus², die videlicet 2. Aprilis 1540 dictus cardinalis Farnesius in Urbem, quam ultima Maii ingressus est, redire coactus fuit, conclusa nihilominus ante suum ex Germania discessum inter S. Stm et Caesarem et Ferdinandum Romanorum regem nec-
 21 non aliquot imperii catholicos^d | principes confoederatione catholica, quae antea die 10. Iunii 1538 in civitate Norimbergensi ob tuendam religionis nostrae divinique cultus conservandi causam contra haereticose defensiva instituta fuerat³. Sua enim S^t* in prae dicti Rm D. card. Farnesii personam mandatum ad dictum foedus nomine sedis apostolicae ingrediendum fecerat sub data Romae Kal. Maii 1540, quod incipit *Ad boni pastoris officium* etc.⁴

[19.] (Mittitur legatus (ad imperatorem)f et Gallum, 1540 12. Maii.)⁰

Redeunte igitur in urbem cardinali Farnesio, ut indeficienter tam sanctum opus a S. Mibus Stes S. expostularet, Rmum D. Marcellum Cervinum tit. S. Crucis in Hierusalem presbyterum cardinalem, tunc Neocastrensem nuncupatum, legatum de latere apud dictas Mtes idem de pace et concilio tractaturum creavit 4. Idus Maii 1540⁵.

12V [20.] (Mittitur legatus ad dietam imperialem Germaniae, 21. Maii 1540 g.) c

Caesar autem Belgis pacatis in Germaniam profectus est, ubi imperialem conventum tractandi eius quem pontifici promiserat concordiae modum h ad diem 6. Iunii 1540 Spirae celebrandum indixerat Suamque Stm rogavit, ut aliquem doctrina insignem et pacis amato-
 rem a latere legatum illuc mitteret. Quare Stas S. Rm'm D. Casparem card. Contarenum die 21. Maii Spiram iturum designavit⁶.

[21.] (Nuncius apostolicus ad dietam Hagenoensem 1540 «.)[°]

Cum vero ob nonnulla impedimenta, praesertim epidemiae morbum, huiusmodi conventus Spirae celebrari nequiverit, Hagenoam translatus est; quo Stas S. Rmm D. Ioannem tit. S. Vitalis card. Moronum, tunc episcopum Mutinensem, nuncium destinavit⁷.

, [22.] (Nuncius apostolicus ad colloquium Vormatiense super religione 1540 8.) c

13r Caeterum cum (ille modus) * curandae in conventibus tractandaeque concordiae ad maiores potius concitandas dissensiones aptus videretur, iterum generale concilium tan-

a corr. pro destinavit, et postea misit. b Ms. 1538. e in marg. d corr. pro Christianos.
 e corr. pro haereses. f corr. ex in Germaniam pro relig. s Ms. 1539. h sic.
 1 corr. ex spes pacis illeque.

1 Hoc caput integrum commodatur a *Raynaldo* ad a. 1539, n. 32. — Farnesius iam mense Iunio eiusdem anni Toleti ad imperatorem fuerat: cf. *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 118; iterum propter hanc causam mittebatur. Comes erat Marcellus Cervinus eius secretarius, qui 27. Augusti 1539 episcopus Neocastrensis nominatus erat. Plura apud *Raynaldum* ad a. 1540, n. 1 ss.; *Pieper* l. c. p. 119.

2 De Perusinorum cum Paulo III bellis cf. *[Iren. A ffo]* Vita di Pierluigi Farnese (Milano 1821) p. 36 ss., et A. v. *Reumont*, Geschichte der Stadt Rom III, 2 (Berlin 1870), 483—487 (et supra p. 157, adn. 3).

3 Capitula foederis initi inter catholicos apud *Bucholtz*, Ferdinand II. vol. IX, p. 366—371; epitome in litteris Moroni 13. Iulii 1538 datis apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. II, 314.

4 Ad hunc locum provocat *Raynaldus* ad a. 1540> n. 26 nil addens; nec *Pallavicinus*, qui IV, c. 10 et 11 agit de hac legatione et de alia Cervini, quiddam refert; *Pieper* l. c. p. 120, adn. 4 remittit ad *Gius.*

de Leva, Storia docum. di Carlo V vol. III, quod consultare nobis non licuit.

5 *Raynaldus* ad a. 1540, n. 26 excerpta dat ex Actis consistorialibus et n. 27 breve ad imperatorem; item *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 120, adn. 5; p. 137 s.; *F. Dittrich*, Gasparo Contarini (Braunsberg 1885) p. 516, eiusdem Regesten und Briefe des Card. Gasparo Contarini (Braunsberg 1881) p. 125, n. 467.

6 *F. Dittrich*, Gasparo Contarini p. 510 s. 516 ss.; Contarenus maxime Hagenoae desiderabatur, l. c. p. 521 ss., sed a Romana curia retinebatur, l. c. p. 523 ss.

7 Moronus iam antea nuntius apud Ferdinandum regem commorabatur et ante 1. Iunii 1540 Hagenoae erat: *Pieper* l. c. p. 105; cf. *L. Pastor*, Die kirchlichen Reunionsbestrebungen während der Regierung Karls V. (Freiburg 1879) p. 182 s. 187 ss. Eius instructio 15. Maii 1540 data apud *H. Laemmer*, Monumenta Vaticana (Friburgi 1861) p. 262—266.

quam unicum in fidei sedandis discordiis antidotum S43 Sua Caesareae M4 per Rmos D. Marcellum 1 legatum et Ioannem nuncium 2 supradictos obtulit. At Caesar protestantibus concilii celebrationi minime assentientibus denuo tractandae in imperialibus conventibus concordiae modum aggressus est, Vormatienseque colloquium ad 28. diem Octobris 1540, 5 antequam Hagenoensis conventus dissolveretur, quinto videlicet Kal. Augusti, habendum indixit. In quo colloquio tum catholicorum tum protestandum deputati aliquot amice, non tamen conclusive, articulos religionis inter se conferentes aliquod pacis medium per scrutarentur. Ad quam sane colloquutionem etiam S*8 S. Rmum D. | Thomam 3 episcopum i3v Feltrensem nuncium apostolicum una cum aliquibus viris doctis direxit 4.

[23.] (Legatus apostolicus ad dietam imperialem 1541) a.

io Et quoniam in dicto Vormatiensi conventu nihil a colloquutoribus concludendum fuerat, omnia ad imperialem Ratisbonensem dietam, quam ad 6. diem Ianuarii 1541 celebrandam Caesar indixerat, remissa sunt 5. Et licet pontifici articulos religionis Christianae in privatis Germanorum conventibus tractari neque pium neque condecens videretur, ne tamen a Caesaris recta mente discederet, etiam legatum suum <(Rmum D. card. 15 Contarenum) b Ratisbonam ad praefatam dietam et Caesaream Mttm iturum creavit die 10. Ianuarii 1541; ex Urbe autem 5. Kal. Februarii recessit 6.

[24.] (Deputatio 10 cardinalium super reformatione, 1541) a 7.

Interim etiam non omisit pontifex concilium generale Christianis principibus suadere. i4r At quia huiusmodi celebratio ob temporum malignitatem tunc impossibilis | fere videbatur, ne interea christiana respublica omnino pessumiret, Stæ S. ecclesiae reformationi 20 alia via vacandum decrevit. Quapropter decem ex sacro cardinalium senatu doctrina et morum gravitate praestantes viros, qui eiusmodi negotii curam assumerent, delegit, dieque 13. Decembris convocatis quamplurimis in dicto senatu praelatis eos monuit, <ut ad eorum ecclesias proficiscerentur, residentibus liberam collationis alternativam et contra exemptos procedendi facultatem concedens> nonnullasque pro Romana curia in primis 25 moderanda die 18. eiusdem constitutiones aedidit 48.

a in marg. b in marg., sed eodem atramento eodemque manus ductu. 0 corr. pro ut quisque ad suam proficiscerentur ecclesiam, liberam cuilibet collationis . . . facultatem offerens. d sic.

1 Cervinum, qui usque ad mensem Septembris apud imperatorem remanebat: *Pieper* 1. c. p. 121.

2 Addita voce *supradictos* indicatur intellegi Moronum, qui cum Ferdinando rege erat; nam Ioannes Riccius Montepolitanus in rebus privatis ad imperatorem missus erat (*Pieper* 1. c. p. 121), et Ioannes Poggius, nuntius apud imperatorem ordinarius (*Pieper* variis locis), antea nominatus non est. Cf. praeterea p. 414, l. 14 s. et p. 414, adn. 7.

3 Campegium, fratrem iuniorem card. Laurentii Campegii: *Pieper* 1. c. p. 138.

4 Hoc capitulum (cum parte sequentis, usque ad *remissa sunt* l. 12 huius pag.) commodavit *Raynaldus* ad a. 1540, n. 52 (ubi in editione Coloniensi a. 1727 corrigendum est p. 12 b pro p. 126), addens relationem ex actis consistorialibus l. Octobris cum nominibus comitum Campegii, qui fuerunt: «Thomas Badia, apostolici palatii magister, Gregorius Cortesius, abbas Benedictinus, Petrus Gherardus Gallus atque alius theologus e Scotia oriundus, qui tum in aula pontificia morabatur» [dicitur doctor Ioannes Wauchop Scotus, de quo supra p. 187, l. 5 et adn. 1 et p. 256, adn. 4, et *F. Dittrich*, Gasparo Contarini p. 537. 550. 563 et *Pieper* 1. c. p. 139, ubi etiam de illis aliis theologis aliqua inveniuntur]. Quibus postea adiunctus est Albertus Pighius: *Raynaldus* ad a. 1540, n. 56 et *Dittrich* locis laudatis. Campegii instructio 11. Octobris 1540 data apud *Raynaldum* 1. c. n. 54; *Le Piat* II, 678, breve 1. Octobris datum apud *Raynaldum* n. 53; *Le*

Piat II, 676; cf. *Pieper* 1. c. p. 139. 140. Alia de eodem colloquio ibid. n. 57 ss.

5 Cf. *Raynaldum* ad a. 1540, n. 52 et 59.

6 *Raynaldus* ad a. 1541, n. 1 ss.; *Pallavicinus* 1. IV, cap. 13—15; *Pieper* 1. c. p. 140 s. 169 ss., et maxime *Dittrich* 1. c. p. 550 ss.

7 Ordo capitum 22. 23. 24. et 25. praeposterus est, cum recte disponendum fuisset primo loco cap. 23., secundo 24., tertio 25., quarto 22. *Raynaldus*, qui ad a. 1541, n. 33 exhibet capita 23. et 24. (sed 23. ex *Ms. arch. Vat. to7n. 3190* [nunc *Concil. j.*], p. 207), recte hoc ante illud ponit.

8 Solus Massarellus nobis de nova hac cardinalium congregatione videtur nuntium tradidisse (acta consistorialia videre non potui). Iam anno 1536 quattuor cardinales deputati erant, ut deliberarent de reformatione facienda (*Pallavicinus* 4, 5, 3 s. [qui ad a. 1537 id refert]; *Dittrich*, Gasparo Contarini p. 350 ss.); iterum 17. Augusti 1540 quattuor congregationes ternorum cardinalium pontifex instituerat (*Pallavicinus* 4 > 5 > 4 5 *Dittrich* 1. c. p. 404, cf. supra p. 113, adn. 1). Ad reformationem denuo aggrediendam Paulus III videtur incitatus esse eis, quae de querelis Ferdinandi Romanorum regis scripserat Contarenus 17. Iunii 1541 (*Pallavicinus* 1. c.; *Dittrich* 1. c. p. 704 ss. 795 s.) et quae acta erant Lucae, cf. *Raynaldum* ad a. 1541, n. 53; *Dittrich* 1. c. p. 788 et *Histor. Jahrbuch* IV (München 1883), 623 (litterae Moroni 21. Iunii 1541 Ratisbona Farnesio scriptae).

[25.] (Roboratur foedus catholicum Germaniae 29. Iulii 1541)a

At legatus apostolicus, qui iam Ratisbonam applicuerat, cum varios concordiae tractatus, ut dissidium religionis nostrae ad aequum intellectum reduceretur, cum protestantibus | habuisset, nihil tamen pium vel quod reipublicae christianae expediret assequi potuit, foedus tantum catholicum inter S. Stm̄ Caesarem, Romanorum regem et imperii principes supradictos, quod alias nomine sedis apostolicae card. Farnesius intraverat, 5 quibusdam denuo adiectis conditionibus die 29. Iulii 1541 roboravit2.

[26.] (Colloquium Pauli III et Caroli V imperatoris Lucae mense Septembris 1541)al.

Praeterea cum ex dicti Ratisbonensis conventus sententia a S. Ste peteretur, ut a protestantibus quosdam articulos tolerandos declararet, quoad illi per oecumenicum concilium terminarentur et deciderentur3, id S. St1 neque secundum catholicam et christianam veritatem, neque suam et sedis apostolicae dignitatem concedendum visum fuit, sed potius 10 concilium quamprimum celebrandum illis proposuit: sane pontifex ex nihilo alio quam ex concilii celebratione et pacem populo christiano et sacrae religionis nostrae integritatem oriri posse arbitratur/. Illud tamen cum sine unanimi Christianorum principum assensu et concordi voluntate commode nequaquam celebrari posset, Stas S. iterum pacis tractatum, licet toties frustra tentatum, prae manibus sumere constituit necnon ipsamet, 15 cum parum hactenus tot legatorum missio profuisset, denuo Caesaream M'em personaliter, quamvis senio iam confecta, neque periculis neque laboribus parcens adire non dubitavit. Igitur 27. Augusti 1541 ex Urbe recedens Lucam versus iter arripuit ibique colloquio cum Caesare ab 11. usque ad 19. diem Septembris habito Caesare in Africam cum classe traiciente nihil omnino certi de pace cum S. Mte conclusum est5. 20

[27.] (Nuncius apostolicus in Galliam pro pace, 10. Novembris 1541)4

i5v Quod etiam quaerendae pacis officium apud Chrm̄ | regem omni conatu perquirere non praetermisit, misso ad Mtem S. Rmo D. Nicolao card. Ardinghello tunc in minoribus agente, episcopo scilicet Forosempronensi 6, 4. Idus Novembris eiusdem anni 7.

[28.] (Indictio prima concilii in civitate Tridentina 22. Maii 1542)a.

Quam tamen animorum concordiam et voluntatem dum expectaret Stas S., res christiana quotidie in peius ruebatur, Turis Hungariam vastantibus, Germanis in dies [magis] a 25 vera Christi fide aberrantibus, caeterisque rei publicae christianae provinciis infidelium metu moeroreque ac variis calamitatibus afflictis, nullius amplius principis consensum expectare decrevit. Itaque Vincentia a Venetis denegata locumque concilii Germanicae nationi (cuius res potissime agitur) commodum Stas S. eligere cupiens Tridentinam civitatem ab 16r ipsis valde cupitam8 pro oecumenico concilio celebrando | deputavit ad diemque Kal. 30 Novembris 1542 inchoandum statuit aedita bulla quae incipit *Initio nostri huius pontificatus* etc. sub dat. Romae 22. Maii 1542, pontificatus sui anno 8, publicata vero 29. Iunii eiusdem anni9. Idoneus quippe locus Tridentum visus est summo pontifici, quo ex Germania facillime aliisque finitimis nationibus, ex Gallia scilicet, Hispania caeterisque provinciis remotioribus non difficulter episcopi et praelati convenire possent. 35 Quare autem S. Stas annum tempus mutando concilii loco ad diem concilii indictam,

1 in marg.

b add. in viarg., sed rursus deletum pro concilii celebratione.

1 Cf. p. 12, adn. 4.

2 Raynaldus ad a. 1541, n. 18. 20; n. 33 caput integrum; Dittrich 1. c. p. 701 ss. passim, maxime p. 769 s.

3 Cf. Dittrich 1. c. p. 706 ss., 714 ss., 729 ss., 761 ss.

4 Huc usque transumptum est capitulum apud Raynaldum ad a. 1541, n. 33, quae sequuntur usque ad verbum *dubitavit* 1. 17 huius pag. ibid. n. 48.

5 Quid actum sit inter pontificem et imperatorem v. apud Raynaldum ad a. 1541, n. 49 ss., Dittrich 1. c. p. 788; Pieper 1. c. p. 141; de expeditione

Algeriana Raynaldus n. 48. 64 ss., Pieper 1. c. p. 123; Ranke, Deutsche Geschichte IV 5, 170 s.

6 Eodemque datario ac primo secretario pontificis, Pieper 1. c. p. 122.

7 Raynaldus ad a. 1541? n. 5° ss*5 Pieper 1. c. p. 122 ss.

8 In comitiis Spirensibus Tridentum propositum erat praesente Ioanne Morono nuntio: Raynaldus ad a. 1542, n. 12; Pieper 1. c. p. 142 s.

9 Apud Raynaldum ad a. 1542, n. 13 et in editionibus decretorum concilii. Exemplar originale in arch. Vat. Concil. 90, n. 15 (ant. num. 30).

sicut quibusdam constitutionibus alias praescriptum est, non praefiniverit, id fuit in causa, ne aliqua in parte christianae reipublicae, quae tot calamitatibus undique attrita erat, conciliandae spes longius extraheretur, eam scilicet | spem maiorem in Domino quam in hominibus ponens. Saepe enim fit in bonis operibus incipiendis, ut quod humana non
5 valent consilia, divina virtus efficiat.

[2g.] (Legati apostolici ad Caesarem et regem Gallorum pro concilio et pace, 7. Augusti 1542)°.

Concilio itaque Tridenti indicto, ne S^{ca} S. solitum paternum atque pietatis officium etiam tum, cum maxime opus erat, desereret, neve sumptibus aut laboribus, licet saepius frustra susceptis, parceret, iterum ad conciliandos Caesareae et Chr^{stianae} M^{ajestatis} animos se convertit atque iterum de latere legatos, R^{omani} videlicet Gasparem Contarenum ad Caesarem, quibus iam ex Africa in Hispaniam redierat, et Iacobum Sadoletum ad Francorum regem de pace et concilio tractaturos die 7. Augusti creavit

[30.] (Litterae apostolicae ad diversos principes super pace inter Caesarem et Gallum procuranda 1542) a.

Verum cum idem card. Contarenus die 24. eiusdem mensis Bononiae obiisset, S^{ca} S. in eius | locum R^{omani} D. Michaellem de Sylva tit. S. Praxedis, tunc basilicae XII apostolorum presbyterum cardinalem Visensem, 26. dicti mensis Augusti suffecit, per quem etiam litteras tum pacis hortatorias ad ipsum imperatorem 2, tum paternas et charitatis affectu refertas ad R^{omani} DD. Ioannem tit. S. Ioannis ante portam latinam Tholetanum ac Garsiam tit. S. Susannae Hispalensem S. R. E. presbyteros cardinales, necnon Ill^{ustros} DD. de Granvela et Covos transmisit sub dat. Romae 7. Kal. Iulii 1542, sicut etiam praedicto R^{omani} D. cardinali Sadoletto similes litteras ad Gallorum regem 3, Navarrae reginam, Delphinum Delphinamque ac D. Aurelianensem R^{omani} DD. Franciscum tit. SS. Petri et Marcellini presbyterum (Turnonium) a et Hippolytum S. Mariae in Aquiro diaconum Ferrariensem cardinales atque Ill^{ustros} D. de Anebau et admiralium¹ Franciae | sub dat. 16. Kal. eiusdem Iulii dederat 4.

[31.] (Imperator et rex Romanorum concilium fovere student 1542) a.

Respondidit² interim Caesar apostolicis litteris, quibus Kal. Iunii praecedentis S^{ca} S. concilii indictionem significaverat, S. S^{ca} S. studio ac diligentiam tum in concilii celebratione, tum in pace procuranda commendans, in Gallorum tamen regem culpam omnem, cur pax hactenus sequuta non fuisset, reiciens, (concilii vero celebrationem se omni conatu promoturum [pollicitus],) a prout exacte suis in litteris sub dat. in oppido Montisoni 25. Augusti eiusdem anni continetur³. De qua etiam concilii indictione pontifex alios christianos principes, praesertim Ferdinandum Romanorum regem, per litteras in forma brevis sub dat. Romae 29. Iunii 1542 certiore⁴ reddiderat. Quibus quidem litteris rex ipse respondidit: nihil antiquius aut gratius S. M^{ajestatis} fore, quam concilii huiusmodi celebrationem, cui etsi | propter rerum difficultates personaliter interesse non valeret, idoneos tamen nuncios suo nomine affuturos curaret et omnibus denique modis eniteretur, ut quae suae partes sunt, in his ne desideraretur aut pietas aut officium aut studium suum etc., datum Viennae 21. Septembris dicti anni.

a in marg.

b Ms. quia.

c Ms. Admiratum.

d sic.

¹ Raynaldus ad a. 1542, n. 22; Dittrich, Contarini p. 846 s.; Pieper 1. c. p. 124.

² Extant litterae apud C. Lanz, Die Correspondenz des Kaisers Karl V t. II (Leipzig 1845), P-357, n. 493. Error est Raynaldi ad a. 1542, n. 27, cum dicat Visensem litteras ad Gallorum regem detulisse. — Legatus non benigne ab imperatore excipiebatur: Raynaldus 1. c. n. 30; Pieper 1. c. p. 125. Responsum imperatoris consentiens cum alio, quod commemoratur cap. 31, apud Lanz 1. c. p. 378, n. 502.

Concilium Tridentinum. I.

³ Litterae 17. Augusti datae, ergo non eadem atque illae apud Raynaldum 1. c. n. 27.

⁴ Plurimae epistolae de concilio apud Raynaldum 1. c. n. 39 ss. Ad eosdem fere semper in maioribus rebus scribebatur, ut exempla apud eundem Raynaldum demonstrant.

⁵ Extat apud Le Piat III, 134—143; cf. adn. 2. Apud Le Piat 1. c. p. 145—149 aliae litterae imperatoris respondentes litteris Pauli III scriptis 26. Augusti 1545, datae Montisoni 18. Octobris 1542.

[32.] (Constitutio prima legatorum concilii Tridentini 16. Octobris 1542)“.

Appetente vero concilii indicti die, Kal. videlicet Novembris, ne aliqua in parte reipublicae christianae deesset, Stas S. R^m D.D. Ioannem Thomasium Cavensem¹ ac Ioannem Mattheum Veronensem² episcopos Tridentum die 18. Septembris 1543 destitavit, ut quae necessaria pro concilii celebratione essent pararentb. Nec multo post, <nempe die 16. Octobris eiusdem anni>a tres a latere legatos concilii praesidentes creavit, R^m mos scilicet Petrum Paulum tit. S. Balbinae Parisium, Ioannem tit. S. Vitalis Moronum presbyteros, et Reginaldum S. Mariae in Cosmedin diaconum | Polum S. R. E. cardinales'. Qui Polus 26., Moronus 27., Parisiusque 28. dicti mensis ex Urbe discedentes iter Tridentum versus aggressi sunt³.

Quam legatorum deputationem statim Stas S. R^m D. Christophoro tit. S. Caesarei in palatio presbytero cardinali Tridentino, tum dictae civitatis tantum episcopo, necnon nuncio Cavensi praefato per litteras in forma brevis sub dat. Tusculi 25. eiusdem Octobris significavit, ut diligentius quae in loco concilii per eos paranda erant perficerentur⁴.

[33.] (Colloquium Pauli III et Caroli V imperatoris Busseti mense Iulio 1543) a-

Post haec etsi S. Stas tum ex toties frustra tentatis paternis monitionibus tum frequenti legatorum et nunciorum missione, tum denique ex supradictis Caesareis litteris parum de pace (sperare posset)d, spem tamen in Domino ponens, in cuius manu sunt corda regum, | reiteratis ad easdem Caesaream et Chrm^m M^{ta} litteris sub dat. Perusii 12. Novembris dicti anni⁵ et pacem iterum et concilium procuravit. Quibus etiam in litteris Stas S. a dictis M^{tib} colloquium petiit et ut aliquem S. Su propiorem locum, in quo cum S. Stis et ipsarum commode et securitate congregari posset accedere, nec non ab armis, quae tunc inter saepedictas M^{tes} cruenter vigeant, cessare, praelatosque regnorum suorum Tridentum ad concilium destinare vellent⁶. Imperator autem pontifici respondens Mu S. studium in exquirenda pace probavit, (quae cur hactenus sequuta non fuisset, regi Gallorum esse ascribendum. Neque colloquium commode tunc haberi posse videbatur)f, cum regna sua Castellae invisere iam proposuerit, | longe id⁸ a sua in Italiam profectio remotum, missis ad St^m S. litteris sub dat. Valentiae 16. Decembris 1542. Venienti postea nihilominus in Italiam Caesari pontifex obviam se ire velle in sacro senatu¹¹ significavit (die 9. Ianuarii 1543>1, ut omnem videlicet (eius)k, si qua restaret, operam in conciliandis M^{tis} Caesareae et Chrmⁱ regis animis interponeret. Itaque die 26. Februarii dicti anni Caesarem alloquuturus ex Urbe recedens Bononiam versus profectus est. Cum autem imperator 25. Maii Genuam ex Hispaniis applicuisset, Stas S. R^{mm} D. Alexandrum card. Farnesium die 28. dicti mensis de latere legatum¹ e Bononia, ubi erat pontifex, ad M^{tem} Caesaream destinavit, ut eam pontificis nomine exciperet, Cremonamque intrante Caesare iterum legatos R^m D. Petrum Paulum Parisium et Marcellum tit. S. Crucis cardinales die 18. Iunii ad M^{tem} S. direxit. Nec multo post, die scilicet 21. dicti mensis, pontifice ipsoque Caesare Busseti castrum ingressis colloquium per quattuor continuos dies (videlicet usque ad 25^m, qua die ambo illinc recesserunt) tum de pace praedicta, tum de concilii celebratione habuerunt⁶.

a in marg. b antea hic posita erant verba quae deinde mutata inseruit supra: die 18. Septembris 1542 apostolicos nuncios destinavit. c dei. die 16. Octobris eiusdem anni (quae supra l. S sunt inserta). d corr. ex sperandum esse prospiceret. e deletum hortata est. f corr. pro Quo vero ad ipsius executionem, cur hactenus sequuta non fuerit, S. Stⁱ ignotum non esse. At colloquium commode tum haberi posse non videbatur. g sic. h deletum patribus. i antea insertum erat supra l. 27 post se ire velle. k add. supra lineam. l in hac et praecedenti propositio⁷ e verborum ordo interdum postea mutatus est. m paucula hic mutata.

1 De quo cf. supra p. 152, adn. 5. Tridenti de domiciliis ac victu aliisque de rebus pro concilio percontatus est, cf. supra p. 275, adn. 3.

2 Cf. supra p. 410, adn. 6.

3 Raynaldus ad a. 1542, n. 43 hanc relationem exhibet ex Actis conc. Trid. ms. Vatie. Archiv. sig. 3188 [hodie Concil. i], pag. 36.

4 Ambae epistolae conservatae sunt in tabulario Vaticano Concil. tom. 132, f. 170. 171.

5 Raynaldus ad a. 1542, n. 31 exhibet litteras ad imperatorem, n. 33 ad Gallorum regem datas.

6 De conventu Busseti habito et quae illum praecedebant cf. Raynaldus ad a. 1543 > n. 9 ss* > Pallavicinum 5? cap. 2 et 3 Pieper l. c. p. 125 s.

[34.] ((Suspensio prima concilii Tridentini 6. Iulii 1543 a*)

Interim apostolici legati, qui iam Tridentum applicuerant, per sex menses et ultra praelatos expectando non sine aliqua sedis apostolicae indignitate permanserant^a et septem tantum comparuerunt, duo scilicet archiepiscopi, Corcyrensis¹ et Idruntinus^d, et episcopi Cavensis, Feltrensis, Bellicastrensis, Bituntinus et Millopotamensis, necnon 11^f DD. de Granvela ac episcopus Atrebatensis et Didacus de Mendocia Caesarei (oratores, j Qui oratores parum Tridenti immorantes cum ad alia se divertissent² legatique fere soli remansissent, et Stas S.)⁶ nihil omnino vel pacis vel concilii a Caesarea M in Bussetensi colloquio assequi potuisset (cerneretque tot)^f labores et pericula hac de causa totiens a S. Ste susceptos, tot legatos et nuncios ad eosdem Caesarem et Francorum regem caeterosque reges et principes christianos destinatos, tot ad illos datas litteras, totiens indictum suspensumque concilium et ad illud de latere missos legatos, tot denique praelatis et aliis, qui concilio interesse debent, ut omnino (ad illud)⁸ accederent, transmissa mandata et hortationes in cassum processisse^h, cum praesertim odia et simultates inter eosdem principes (in dies)⁸ augeri et iam ab unoquoque eorum per alterum ab induciis S. Stia interventu Niceae inter eos constitutis discessum esse praetenderetur, (hac potissimum occasione, quod)¹ D. Rinconus Hispanus, Caesareae M^{tis} rebellis, et Caesar Fregosius, Chrm^o regi acceptissimi duces, dum per Heridanum prope Papiam navigarent (die 3. Iunii 1542) g s Caesarianis militibus interfecti fuissent, et iam arma tractari et bellum moveri ceptum esset, (quam ob causam imperator et rex praefati)^k suorum regnorum et dominiorum tuitioni intenti concilii celebrationi ob vigentia inter ipsos bella (haudquaquam vacare)¹ posse assererent; ac postremo (cum Stas S. tum ex relatione)^{ra} Rm^o DD. Petri Pauli Parisii et Reginaldi Poli legatorum praedictorum^{tl} qui duo a pontifice ex Tridento accersiti fuerant, ut ab eis quo in statu res essent et quid super celebratione concilii operari posset intelligeret, tum (ex litteris)g Rm^o D. Ioannis Moroni alterius legati, qui adhuc Tridenti morabatur, nec non caeterorum praelatorum in dicta civitate Tridentina existentium⁰, quorum fere singulorum super ea re Stas S. sententiam exquisivit, (animadvertet)^p tunc temporis intentionem suam super concilio impleri non posse, vigentibus tot in locis inter eosdem principes bellis, ac immanissimo Turearum tyranno cum validissimo exercitu Hungariae regnum invadente et eius copiosa munitissimaque classe iam mare inferum ingressa maritimasque Italicas regiones non longe ab Urbe depopulante, concilium differendum constituit, illudque ad beneplacitum sedis apostolicae et usque ad aliud opportunius et com modius tempus per S^m S. declarandum suspendit, necnon eosdem q cardinales et legatos ab eodem concilii loco ad sedem apostolicam revocavit praelatisque, qui iam Tridenti convenerant, illinc recedendi usque ad dictum tempus licentiam concessit, aeditis super (ea re)r litteris sub dat. Bononiae 6. Iulii 1543³ pontificatus sui anno nono, incipientibus *Etsi cunctis quidem in rebus* etc., publicatis autem Romae 19^a Septembris eiusdem anni³.

[35.] (Legatus apostolicus ad Caesarem et Gallum, 31. Novembris 1543)a-

Non cessavit (propterea)⁸ pontifex tum hortando tum monendo principum animos ad unionem revocare. (Quare)⁴ Rm^o D. Alexandrum card. Farnesium apostolicae sedis

a *in marg.* h *corr.* ex indignatione. 0 M s. Corarensis (ortum ex Corcirensis). A *corr.* ex Otrontinus.
e *abbreviatum* pro oratores, qui die (lacuna in M s.) coram supradictis Rmls legatis parentes Caesareae M^{tis} operam et favorem pro celebratione concilii obtulerunt. Quod non multo post ab Illm^o D. Franc[isc]o Castella^o Sermi Romanorum regis nomine repetitum est. Verum cum praefati Caesarei oratores parum Tridenti immorantes ad alia se divertissent, Stasque S.
f *supra lineam corr.* pro totque, cf. adn. h. g *add. supra lin.*
h *deleta* Stes S. non sine magno animi dolore intueretur.
1 *corr.* pro propterea quod die 3. Iunii 1542. k *corr.* ex Carolusque imperator et Francorum rex praefati.
1 *corr.* pro vacare non. m *corr.* pro tum. n *dei.* relatione. 0 *dei.* litteris.
p *corr.* pro intelligeret. q *deleta sunt nomina.* r *corr.* pro hoc.
s *pro dei.* interim. * *pro dei.* quapropter.

1 Cf. supra p. 184, adn. 6; p. 206, l. 14 ss.
2 Raynaldus ad a. 1543, n. 1—5, Pallavicinus l. V, c. 3 agunt de tractatis inter legatos et oratores; cf. etiam supra p. 275, l. 30 s. 34 et adn. 3. Oratio et mandatum praeterea apud Le Piat III, 154 ss.

3 Raynaldus ad a. 1543, n. 17 exhibet bullam omisso initio; integra est apud Martene, Vet. script. VIII, 1033; Mansi, Supplem. concil. V, 562; Le Piat III, 195- Exemplar originale in arch. Vat. Concil. 9° > n- 14 (ant. num. 27).

legatum ad Caesarem et Gallorum regem pro tractanda inter eos pace die 21. Novembris dicti anni in sacro patrum senatu creavit¹. Qui 28. eiusdem mensis lex Urbe recedens Germaniam versus profectus est².

[36.] <(Nuncius apostolicus ad dietam Spirensem 1543)a.

Cum autem Caesar imperialem dietam Spirae celebrandam indixisset, in qua inter alia de religionis controversia tractandum erat, Stæ S., ne officio suo et in hoc quoque deesset, R^m D. Ioannem Franciscum card. Sfondratum tunc in minoribus agentem, episcopum scilicet Amelfitanum, ad dictum Spirensem conventum destinavit³.

[37.] (Iubileum pro pace principum Christianorum, n. Decembris 1543)\

(Caeterum)" cum in tanta haeresum, dissensionum⁰ bellorumque tempestate tantisque excitatis fluctibus viribus suis non satis fideret pontifex, cogitatus suos in Domino coniecit publicasque processiones et preces die 11. Decembris praefati per universum christianum orbem indixit, totque indulgentias pro hac principum unione et pace orantibus^a concessit, quot 25¹⁰ quoque anno |iubilei tempore apostolorum limina visitantibus tribui consuevere; necnon 16. eiusdem mensis pontifex ipse una cum R^ms DD cardinalibus (qui tunc in urbe 24 erant) et 57 praelatis totaque Romana curia <a palatio apostolico ad ecclesiam divi Petri per civitatem Leoninam pedes profectus est⁴.

[38.] Legati duo pro pace ad Caesarem et Gallum, 30. Iulii 1544.

Verum dictorum)J principum animi in dies magis paci ipsi adversabantur. Nam praefatus card. Farnesius legatus per suas litteras 27. Ianuarii 1544 datas Su S. significavit Caesarem ad pacem cum Gallorum rege flecti adhuc aliqua ratione non posse, reque infecta cardinalis ipse 1. Martii dicti anni ex Germania rediens urbem ingressus est. (Caesar enim Maio mense validissimo cum exercitu Galliam aggressus fuerat)⁶ Lignique oppidum die^a 29. Iunii anni eiusdemf expu'gnaverat Angliaeque regis copiis adiutus maiora propediem in Gallos minabatur. (Atque etiam eodem tempore)g in Pedemontana regione Caesareas copias marchione Guasti ducente non minus acre bellum cum Gallis gerebatur, quorum amboh exercitus die 14. Aprilis 1544 prope Carignani oppidum Caesarianis in fugam versis, nec multo post, 4. scilicet Iulii non longe a flumine inesimo Gallis profligatis conflixere⁶. Non desperavit tamen pontifex posse aliquando beneficio pacem inter praefatos principes fieri, opusque totiens frustra tentatum iterum aggressus est'. Quare die 3. Iulii praedicti anni duos a latere legatos, R^ms videlicet (b. R. h. cardinales)¹ Marinum episcopum Portuensem Grimanum ad Gallorum regem et Ioannem tit. S. Vitalis presbyterum Moronum (ad Caesarem)¹ pro unione inter eos concilianda designavit s. Gravius nihilominus in dies | magis atque magis bellum inter ipsas i excitabatur, Caesare non longe a Parisiis in oppido Millun cum validissimis

* m marg. b corr. pro verum. • falso Raynaldus dissensione.

tn marg; corr. pro processionaliter Leoninam civitatem perlustratus est. At nobis laetitiae diem videndi adhuc indignis dictorum (omissa superscriptione).

^a mutatum ex Aggressus enim fuerat ex una Maio mense, validissimo cum exercitu Galliam Caesar

^a postea insermt mensis, quod non quadrat. * mutatum ex Ex altera vero parte.

¹ pro dei. uterque. ¹ add. in marg. eodem tempore quo textus scribebatur. k dei. ituros.

^a cuTM hls aliam recensionem, quam excerpsit Raynaldus ad a. 1543, n. 52 ex cod. ce card. Spadae.

Excerpta ex actis consistorialibus apud Pieper l. c. p. 126 adn. 2. Caeterum v. Raynaldum ad a. 1543,

1 c 126' A * ' anum 1 c 15- c- 51 Pteper

3 r, , S. , "tegrum apud Raynaldum ad a. 1543, n. 49 Stondratum iam cum farnesio iter in Germaniam fecerat et illo revertente remanserat ibi comitiisque (sed eis non ad finem usque) interfuit, Pieper l. c. p. 127. 'quibus mendis corruptum exhibet hoc caput ayna us . c. n. 53.

Kenquam partem capitis integram transumpsit cinya us a a. 1544, n. 20.

6 Cf. L. A. Muratori, Annali d' Italia XIV (Milano 1820), 499 ss.; H. Leo, Geschichte der italien. Staaten V (Hamburg 1832), 447.

t Sed id postquam ex litteris a Poggio e Germania missis cognoverat tractatum pacis absque fundamento non esse et eo magis, quia ex aliis locis idem percipiebatur et praecipue epistulae Camilli Columnae ad archiepiscopum suum fratrem hoc testabantur et ab aliis ex variis partibus hoc idem nuntiabatur: ex litteris card. Farnesii apud Raynaldum ad a. 1044, n. 19.

8 Imperator legatum recipere recusabat, qua re audita Moronus, qui iam Lugduni erat, revertebatur; sed etiam Grimanus pace interim (18. Sept.) legatis non expectatis facta Romam rediit: Pieper l. c. p. 128 s.

copiis existente, rexa autem Turearum foedere innixus eorum classe Italicas ditionis
Caesareae maritimas regiones continuo infestabat. Nam dux ipsius classis, Barbarossa,
Thyreni maris dominus factus iam Herculis Talamonisque portus in Senensium dominio
{mense}0 lunio* necnon Liparis civitatem et insulam 14. Iulii una cum nonnullis aliis
5 oppidis6 expugnauerat depopulaveratque.

[39] (Caesar arguitur a Paulo III, quod nimiam auctoritatem in rebus religionis sibi arroget,
24. Augusti 1544.

His tantis reipublicae christianae incommodis et calamitatibus accessit (id quod
plurimum S. Stis animum turbavit), quod Caesar in conventu imperiali Spirae habito quae
dam religionem concernentia cum Lutheranis tractaverat atque concluderat, quae ipsius
pontificis et sedis apostolicae dignitati et auctoritati adversabantur. Qua re non parum
10 commotus pontifex litteras in forma brevis ad ipsum imperatorem scripsit, quibus in
trepide magna animi constantia M^{tem} S. admonuit atque reprehendit, quod ea quae ponti
ficis summi essent sibi arrogaret, incipientibus litteris praedictis *Ex aedictio M^{tis} tuae
acta conventus tui Spirensis cognovimus*. Dat. Romae apud S. Marcum die 24. Augusti 1544*.

[40.] Pax inter Carolum V imperatorem et Franciscum regem Chrmum, 17. Septembris 1544)*.

Caeterum dum magis omnia per totum christianum orbem bellis, simultatibus
15 dissensionibusque ardent, ecce {tandem} h laetissimus Domino miserante dies {illuxit} 1
in quo* pax et unio inter praedictas Caesaream et Chrm^m M^{tes} conciliata est, die videlicet
17. 2 Septembris 15443. Cuius pacis nunciis cum primum ad pontificem, {qui Perusii
tunc erat} 1 allatus est, in magnam spem Stas S. devenit, posse etiam tandem oecumenicum
concilium 1 celebrari, Deoque inprimis pro tanto in {christianam rempublicam} n collato
20 beneficio gratias {egit} 4, dieque 0 10. Octobris 5 per Urbem et christianum orbem preces
publicas ad Deum offerri et processiones per tres continuos dies fieri mandavit, necnon
die 12. eiusdem {mensis} h ipse pontifex cum sacro patrum senatu totaque Romana
curia {pedes} h a basilica principis apostolorum usque ad ecclesiam b. Mariae supra
Minervam profectus est.

[41.] (Nuncii apostolici ad Caesarem et Gallum super gratulatione pacis, 29. Octobris 1544)r.

25 Praeterea, quoniam dicta pax eo maiorem laetitiam S. S¹ attulit, quo magis in eo
componendarum controversiarum negotio per tot annos laboraverat 5 et praecipuam

a sic. b form alia quaedam hic mulata sunt. c corr. ex die . . . [lacuna]. a M. s. Iunii.
e corr. ex propugnaculis. f post haec deleta tenoris infrascripti, videlicet: Paulus III etc.
g haec omnia cum cap. praecedenti addita sunt in marginibus. h add. supra lin.
i corr. ex advenit. k dei. tandem. l mutata ex dum Perusii commoraretur, die . . . [lacuna]
eiusdem. m dei. annuente Domino. n corr. pro christianitatem.
o corr. pro agendas esse constituit. Igitur die. p M. s. Decembris, quod certe oriebatur 8^a male
lecto ut Xbris vel duplicando numerum diei io; cf. adn. J huius pag.
q M. s. Decembris; cf. adn. p huius pag. r add. in marg. s corr. ex laboraverit.

1 De his famosis litteris et quando traditae sint
imperatorii cf. supra p. 163, 1. 19 et adn. 2 et maxime
p. 174, adn. 4 librosque ibi laudatos. — Massarellum,
cum dicat Savellum breve ad imperatorem detulisse,
errare crediderim; qui error eo facilius oriebatur, quia
Savellus de «tragoediis», quae illud breve secutae
essent, tanta narrabat.

2 Raynaldus ad a. 1544, n. 22 scripsit 18 I vera
dies est 14. Septembris.

3 Pax conclusa est in oppido Crespy.

4 Huc usque commodatum a Raynaldo 1. c. n. 22;
quae sequuntur v. ibid. n. 33.

6 Merito et Druffel, Karl V pars II (Abhandl. der
histor. Klasse der k. bayer. Akad. der Wissensch. XVI, 1
[München 1881]), 9 s. et Pieper, Zur Entstehungs-
geschichte p. 129, adn. 2 Massarelli testimonium de
10. Decembris etiam a Raynaldo (cf. adn. prae-
cedentem) transumptum ut errorem reiciunt, et Pieper
Octobris corrigendum esse proposuit (cf. adn. p
huius pag.). Nam 10. Octobris consistorium erat
(Raynaldus 1. c. n. 23), 13. Octobris litterae pon-

tificis ad regem Gallorum (Raynaldus 1. c. n. 24),
16. Octobris ad imperatorem (1. c. n. 26) datae
sunt. Praeterea, cum postea (c. 39) narretur Sfon-
dratum nuntium missum esse ad imperatorem, hoc non
29. Decembris, sed 29. Octobris factum esse oportet;
nam Sfondratus cardinalibus ascriptus est 19. Decem-
bris; at ut cardinalis non amplius poterat manere nun-
tius, nedum recenter creari. Denique Farnesius litte-
ris 14. Novembris datis (G. de Leva, Storia di Carlo V
vol. IV, p. 5, adn. 1) dicit: «dopo la partita di Roma
di Monsr Sfondrato, dal quale . . . la M^{te} Caesarea
havera pienamente inteso l'animo di N. Sre circa la
celebratione dei concilio . . .», et si Sfondratus 29. De-
cembris demum profectus esset Roma, Granvella 15. Ia-
nuarii nondum de eius vel brevi fiendo vel iam facto
discessu ab imperatore scribere potuisset (Weiss, Papiers
d'Etat III, 69). Ordinem rerum cum pluries praeposte-
rum invenerimus apud Massarellum (cf. supra p. 412 2 et
p. 415 7), non pro testimonio usurpare possumus (c. 38
de factis mense Septembri, c. 39 Decembri, c. 40
Novembri ageret, si lectio Decembris esset recta).

251 curam adhibuerata, de huiusmodi | sua exhilaratione ipsos principes non potuit certiores non reddere. Quapropter die 29. dicti mensis (Octobris)^{b1} R*^a D. Ioannem Franciscum card. Sfondratum, tunc episcopum Amelfitanum in Belgas ad Caesarem, dieque 31. D. Hieronymum Dandinum episcopum Casertanensem ad Gallorum regem, ut S. Sts et sedis apostolicae nomine S. Mtilms de pace facta gratularentur, nuncios destinavit², 5

[42.] (Revocatur suspensio concilii et indicitur dominica IV. in quadragesima pro eius inchoatione Tridenti facienda 1544, 19. Novembris)⁰.

Cum itaque impedimenta, quae concilii celebrationem antea retardare solebant, sublata essent, hac scilicet pace facta, consilium prophetae Slæs S. sequutad, qui cum nos ad inquirendam pacem hortaretur, statim adiunxit *et persequere eam*³, nec melius vias pacis persequi, quam per portum concilii potuerit, suspensionem concilii, quam anno praeterito Bononiae decreverat, removit et tollit summotamque ac remotam esse decla- 10
25v ravit, necnon dominicam quartam in quadragesima | tunc proxime futuram, diem videlicet 15. Martii 1545 ad prosequendum concilium (in civitate Tridentina)⁶ deputavit aedita bulla, quae incipit *Laetare Hierusalem (et conventum facite omnes, qui diligitis eam)*^c etc., sub dat. Romae die 19. Novembris 1544, pontificatus sui anno 11., publi- 15
cata autem ultima dicti mensis *i*.

[43.] (Statuitur electionem pontificis etiam concilio durante faciendam in Urbe etc., ig. Novembris 1544)^o.

Ut autem SUs S. more prudentis patris familias, qui cuncta, quae in eius domo sunt, adeo provide disponit, quod unum ab alio non impeditur aut aliqua eorum insimul confusionem inducunt, ne si forte contingeret concilio huiusmodi durante Stæm S. decedere, super electione pontificis aliqua discordia sive confusio oriretur⁴ et exinde perturbandae unionis ecclesiae praestaretur occasio, statuit S⁴³ S., quod si eam decedere extra urbem 20
26v quovis in loco contigisset⁸, in quibuscumque statu et terminis concilium ipsum | existereth, electio novi pontificis in urbe praefata, nisi etc., omnino fieret, aedita bulla quae incipit *Ad prudentis (patris fam ilias)* c etc., sub dat. Romae 13. Kal. Decembris 1544⁵.

[44. Creantur tres legati concilii, 6. Februarii 1545.]^k

Appropinquante vero concilii indicti tempore et Stæs S., quae aetate iam ingravescente et alias multipliciter impedita ad dictam civitatem Tridentinam personaliter accedere 25
ac ipsi concilio interesse iuxta desiderium suum nequibat, nolens celebrationis concilii initium ex sua absentia impediri, tres de latere legatos die 6. Februarii 1545 in sacro senatu creavit, Rmōs scilicet Ioannem Mariam episcopum Praenestinum de Monte, Marcellum tit. S. Crucis (in Hierusalem presbyterum Cervinum)⁰ et Reginaldum S. Mariae in Cosmedin diaconum (Polum S. R. E.)⁶ cardinales, cum plena, libera ac omnimoda 30
legatorum de latere potestate S. Stis nomine et autoritate concilio praesidendi etc., prout

a corr. ex adhibuerit. b ita scripsi; codex Decembris et id add. supra lin. c add. in marg.

d mutatum pro sequens. e add. supra lin.

f pro del. oriatur. & corr. ex contingeret. h corr. ex existat.

i reliqua huius paginae deleta sunt: Nec propterea eo interim praetermisit Stes S., quin ecclesiae reformationi tanquam concilii praecursori [sic] continuo vacaretur, decemque Rmōs Dominos tum morum gravitate honestaeque vitae, tum sacrarum litterarum peritia conspicuos, qui id muneris assumerent, deputavit, Ioannem Dominicum episcopum Ostiensem, Tranensem, sacri collegii decanum, Ioannem Mariam episcopum Praenestinum de Monte, Ioannem Petrum episcopum Albanensem Theatinum, Petrum Paulum tit. S. Balbinae Parisium, Marcellum tit. S. Crucis Cervinum, Bartholomeum tit. S. Priscaae Guidiccionem, Marcellum tit. S. Marcelli Crescentium, Gregorium tit. S. Cyriaci in Thermis Cortesium, Thomam tit. S. Sylvestri Badium 26v presbyteros, et Reginaldum Polum S. Mariae in Cosmedin diaconum S. R. E. cardinales.

k haec superscriptio deest in Ms.

1 Cf. adnotationem praecedentem.

2 Totum caput apud Raynaldum ad a. 1544 > n. 33.

3 Psalm. 33, 15.

4 Raynaldus ad a. 1545? n. 38; Martene, Vet. script. VIII, 1039; Mansi, Suppl. conc. V, 567; Le Piat t. c. III, 255*

5 Raynaldus idem refert ad a. 1544, n. 30; quod factum esse nuntiat etiam a. 1542 primis legatis ad concilium constitutis: ad a. 1542, n. 43. Bulla ipsa non videtur esse typis exscripta. Quae videbatur esse necessaria, ne adversarii curiae Romanae provocarent ad exemplum concilii Constantiensis.

in litteris sub data Romae 8. Kal. Martii 1544 al incipientibus *Universalis gregis Domini* etc. | latius continetur².

[45.] (Datur legatis auctoritas transferendi concilium quandocunque eis visum fuerit, 22. Februarii 1545)b.

Praeterea ne tam sanctum celebrationis concilii huiusmodi opus ex incommoditate loci aut alias quovis modo impediretur, dictis Rm̄s legatis quandocunque ipsis visum fuerit
5 concilium praedictum de eadem civitate Tridentina ad quancunque aliam commodiorem et opportuniorem seu tutiorem civitatem, de qua etiam eis visum fuisset, transferendi et immutandi, ac ipsum in civitate Tridentina supprimendi et dissolvendi eidemque sic translato concilio praesidendi potestatem concessit³, aeditis desuper litteris quae incipiunt *Regiminis universalis ecclesiae* etc. sub dat. Romae 8. Kal. Martii ut supra⁴.

[46.] [Profectio legatorum Tridentum versus.]0

10 Qui quidem Rm̄ DD. legati eadem die dominica, 22. scilicet Februarii, peractis in sacello pontificio de more sacris cruce a Ste S. accepta | a caeteris omnibus Rm̄s DD. <cardinalibus> A extra portam S. Petri comitati fuerunt, cardinalisque S. Crucis die 23., de Monte vero 24. dicti mensis ex urbe recedentes Tridentum versus iter arripuerunt. Rm̄s autem card. Polus ob nonnullas rationabiles causas Romae per aliquot dies immoratus
15 est. Aiebant enim D. Ludovicum de Armis Bononiensem et comitem S. Bonifacii ab Angliae rege pecunias accepisse, ut suo nomine milites in Italia conscriberent. Et quoniam dictus rex contra Reginaldum cardinalem praefatum alias multotiens diversis technis demoliri conatus est, ne idem in praesentiarum a dictis ducibus fieret arrepta hac ex Urbe Tridentum versus itineris occasione, verebatur⁵.

[47.] [Ingressus legatorum in civitatem Tridentinam, 13. Martii 1545.]0

20 At Rm̄ DD. cardinales de Monte et S. Crucis iter suum | sequentes Tridentinam civitatem publice <et solemniter>b legatorum more intrarunt. Ubi a Rm̄ D. Christophoro card. Tridentino, civitatis episcopo, maximo cum honore et reverentia excepti fuerunt⁶.

a sic. b add. in marg. c haec superscriptio deest in Ms. a add. supra lin.

¹ In aliquibus bullis, et maxime in bullis legationum pontifices etiam hoc tempore utebantur calculo qui Florentinus vulgo appellatur, cf. p. 411, adn. 6.

² Raynaldus ad a. 1545, n. 39; Martene, Vet. script. VIII, 1044; Mansi, Suppl. conc. V, 571. Cf. infra p. 424, adn. 1. De mutationibus huius bullae cf. Druffel, Mon. Trid. p. 26, n. 18; p. 48, n. 44 et adn. 3.

³ Transumptum a Raynaldo ad a. 1545, n. 1.

* Exemplar originale et ipsum datum 8. Kal. Martii 1544 (cf. adn. I huius pag.), custoditur in archiv. Vat. Concil. 90, n. 5 (ant. num. 37). Excerptae

sunt litterae apud Raynaldum ad a. 1545, n. 2, integrae apud Le Piat, Canones et decreta p. 75. Druffel l. c. p. 17, adn. I diem priorem ea, quae datae sint litterae, ascriptam esse asserit, quod quomodo probet equidem ignoro.

⁵ Commodatum a Raynaldo ad a. 1545, n. 3, sed citato Ms. arch. Vat. in summar. concil. Trid. et Bononien. auctore Angelo Massarello secretario concilii (conicio esse Concil. t. 44). Polus adveniebat 4. Maii, cf. diarium I supra p. 183, l. 35 et hoc diarium et diarium III suis locis.

⁶ Cf. diarium I ad hanc diem supra p. 159.

[Diarium]a

29r

Die Veneris 6. Februarii 1545.

Creantur praesidentes et legati ad concilium Tridentinum, qui fuerunt R^{mus} et Ill^{md} D. Ioannes Maria episcopus Praenestinus card. de Monte, R^{mus} et Ill^{ms} D. Marcellus tit. S. Crucis presbyter card. de S. Cruce, R^{mus} et Ill^{md} D. Reginaldus S. Mariae in Cosmedin diaconus card. Polus¹.

Dominica 22. Februarii.

Datur crux suprascriptis R^{ms} et Ill^{ms} D.D. legatis².

5

Lunae 23. Februarii.

R^{mus} Jj card. S. Crucis recessit ex Urbe Tridentum versus.

Martis 24. Februarii.

R^{mus} Jj card. de Monte discessit ex Urbe Tridentum versus.

Veneris 13. Martii.

Suprascripti duo R^{mi} et Ill^{mi} legati cardinales, videlicet de Monte et S. Crucis, applicuerunt Tridentum exceptique fuerunt publice more legatorum.

<Die 15. Martii 1545.

Haec dies dominica 4. quadragesimae, quae dicitur *Laetare*, constituta fuerat pro 1 inchoatione seu aperitione concilii. Verum cum ad praesens in hac civitate Tridentina non nisi R^{mi} et Ill^{mi} D.D. legati cum uno tantum episcopo Feltrensi 3 comparuerint, dictam aperitionem differri oportuit)*¹

Lunae 23. Martii.

111TM D. Didacus Hurtadus a Mendocia orator Caesareae Maiestatis ad concilium destinatus applicuit primum Tridentum.

1

Iovis 26. Martii.

U^{mus} Jj didacus orator praefatus in aula R¹ D. cardinalis de Monte publice ianuis apertis comparuit coram R^{is} et Ill^{ms} D.D. legatis, quibus exposuit causas sui adventus, 29v |legitque scripturam quandam, quae in summa continebat diligentiam, sumptus et labores imperatoris pro celebratione concilii assequenda, constitutionem eius in oratorem ad concilium, excusationem ipsius, quod citius Tridentum non venerit propter infirmitatem, 2 petitionem non accusandae contumaciae praelatorum Hispaniae, si locum concilii adhuc non applicuerunt, exhibuitque mandatum Caesareum.

a finito textu ftraecedente sequuntur duo folia alba, deinde sine novo titulo incipit in novo quinternione hoc diarium. b alio atramento add. in marg. inferiori et hic inserendum signis appositis indicatur.

¹ Cf. introductionis cap. 44 (supra p. 422).

² Abhinc non amplius remitemus ad alia diaria, cum facillime ipse lector sub singulis diebus omnia inveniat.

³ Episcopus Cavensis, cum sit commissarius pontificis, non numeratur, quippe qui ultro adesse debeat (et re vera primus omnium advenerat).

Veneris 27. Martii.

Rm et Illm DD. legati dederunt responsum praefato oratori Caesareo in eadem aula Rm D. cardinalis de Monte, etiam publice et ianuis apertis, cuius summa haec fuit. Commendarunt diligentiam et pietatem Caesaris circa concilium; quod confidebant in eiusdem Caesaris pietate et religione, quod non esset permissurus tractari de rebus fidei in dieta Vormatiensi: Ipsum oratorem benigne excipiebant, mandatum Caesareum quantum de iure debebant et poterant, admittebant. Ad ea, quae orator dixerat de alia sua comparatione facta anno Domini 1543 etiam in hac civitate coram aliis legatis apostolicis, remiserunt se ad ea quae tunc ab ipsis legatis responsa fuerunt. Absentiam ipsius oratoris esse excusabilem ■ Circa episcoporum Hispaniae excusationem quid sentirent suo loco et tempore declarabunt.

Respondit ipse Ulmus D. orator [se] Rm et IHm legatos libenter audivisse, sed eorum responsum recipere, quatenus iuribus Caesaris non praeiudicaret, notariosque de his omnibus rogatos esse voluit. Qui notarii fuerunt D. Claudius dela Casa et Dojminicus Gaztelu, protestatusque est etc. Quod idem fecerunt Rm et Illm DD. legati, 3or
15 videlicet summi pontificis iura salva esse propterea protestantes.

Lunaea 6. Aprilis 1545.

Procurator Rd D. episcopi Cameracensis comparuit coram R^{is} et Illm DD. legatis, excusans dictum episcopum, si ad locum concilii adhuc non venit, cum ob dietam Vormatiensem, cui tanquam imperii princeps interesse cogeatur, legitime occupatus detineretur. Dicta excusatio neque admissa neque reiecta est a Rm et Illm DD. legatis.

Mercurii 8. Aprilis.

111ff¹³ D. Franciscus a Castelalto, orator Sermi regis Romanorum ad concilium designatus, comparuit coram Rm et Illm DD. legatis cum litteris regiis sub data Vormatiae 24. Martii, in quibus rex operam omnem suam pro concilii celebratione offerebat, id quod et orator fecit ore.

Rm DD. legati responderunt laetari plurimum de religione (et propenso erga concilium animo) b regis, cui gratias agebant, sperareque se tum bonitate summi pontificis tum favore Caesaris et Maestatis suae regiae, aliquid tandem commodi christianae rei publicae ex hoc sacro concilio allaturum ciri. In quo (ipsi Rm DD. legati) d conarentur nihil ex eorum parte desiderari posse etc.²

Dominica 12. Aprilis.

Rd D. Ioannes abbas Cisterciensis una cum coabbate de Buxeria⁶, natione Galli, comparuerunt coram Rm DD. legatis, operam ipsorum pro concilio offerentes et eorum moram excusantes, addideruntque quod, cum concilium adhuc inceptum non esset, se velle proficisci Romam ob quaedam (urgentia) b negocia suae religionis, brevi se redituros promittentes.

A Rm et Illm DD. legatis responsum est, grato animo eos vidisse (maximeque laetari) f, quod aliqui nationis Gallicae ad concilium iam venerint. Quo ad licentiam obeundi non esse in eorum potestate eam dare, non improbare tamen eorum voluntatem eundi ad pontificem, dummodo redeundi propositum habeant. Quae responsio in scriptis eis data est sub dat. 13. huius mensis.

(17. Aprilis [Veneris].

Aeditur bulla, ne praelati compareant in concilio per procuratorem.) s³

a Ms. Martis. b add. in marg. c sic. d add. supra lin. e ita clare habetur, non Busceria. f corr. pro laetarique plurimum. g summarium partim ipsius Massarelli manu exaratum in Cod. Barberin. XVI, j (ant. num. 123, saepe laudato ab Raynaldo), quod caeterum ex hoc diario ad verbum paene transumptum est, hanc relationem, quae in libro originali deest, in margine a Massarello additam habet.

1 Recte adnotavit D ruffel (Mon. Trid. p. 30, adn. 1) responsum legatorum non esse adhuc integrum typis divulgatum, cum et Raynaldus et Le Piat epitomen tantum exhibeant; edetur integrum inter acta concilii.

Concilium Tridentinum. I.

2 Transumpsit Raynaldus ad a. 1545» n- 6.

3 Cuius exemplar originale custoditur in archiv. Vat. Concil. 90, n. 8 (ant. num. 34); impressa est apud Raynaldum ad a. 1545» n. 7; Le Plat III, 276, aliis locis.

25. Aprilis, Sabbato.

R^{ms} et 111^{ms} D. card. Farnesius applicuit Tridentum, iturus in Germaniam ad Caesarem, qui in presentiarum est Vormatiae in dieta imperiali.

Martis, 28. Aprilis.

R^{ms} et 111^{ms} DD. legati receperunt litteras ex Urbe, quibus pontifex praecipiebat concilium aperiri (in die festivitatis s. crucis)^a, quae erit 3. Maii proxime futuri¹.

Eadem die. R^{ms} et 111^{ms} D. card. Farnesius recessit ex Tridento Germaniam versus.

Dominica, 3. Maii 1545.

Quoniam pontifex, ut dictum est, praeceperat hac die aperiri concilium, R^{ms} et 111^{ms} DD. legati vocaverunt omnes episcopos in congregationem, qui tunc 10 Tridenti aderant, videlicet Cavensis, Feltrensis, Gadditanus, Pisauriensis, Placentinus, Aciensis, Maioricensis, Bituntinus, Bellicastrensis et Britonoriensis. Quibus exposuit² mentem pontificis et causam, quare executioni non fuerit demandata, quia videlicet visum esset R^{ms} et 111^{ms} D. card. Farnesio, quod res tanti ponderis aggredienda non sit, nisi prius fiat verbum de ea cum M^{te} Caesarea, quod ipse R^{ms} D. card. Farnesius facturus erat, quum primum Caesarem alloqueretur etc. Quae deliberatio ab omnibus laudata est.

Deinde loquuti sunt de loco concilii praeparando, de loco pro oratore Caesareo, de sede pro Sua Ste, item pro imperatore praeparanda, de habitu ipsorum R^{ms} legati in concilio, de loco episcopis Germanis imperii principibus assignando, de prohibitione, quam vicerex Neapolitanus fecerat episcopis regni, ne venirent ad concilium, sed constituerent procuratorem etc. Quorum omnium decisio in aliud tempus delata est.

Lunae 4. Maii.

Applicuit Tridentum R^{ms} et 111^{ms} D. Reginaldus card. Polus, tertius legatus et praesidens sacri concilii.

Dominica 10. Maii.

R^{ms} et 111^{ms} DD. legati receperunt litteras ex Urbe 4. huius datas a R^{mo} cardinali de S. Flore³, in quibus significabat placuisse S. Su, quod factum fuerat circa apertionem concilii et voluntatem Caesaris expectandam etc.

Lunae 18. Maii.

R^{ms} et 111^{ms} D. card. Farnesio Vormatiae 22. huius datas, in quibus significabat, qualiter die lunae 18. praesentis mensis loquutus fuerat cum imperatore de apertione concilii. A quo habuisset responsum, quod cum res esset ita gravis, ut erat, non posset tam cito certam responsionem dare; videbatur tamen S. M^{te}, quod pro nunc supersedendum sit a celebratione concilii, tum multis aliis rationibus, tum maxime, quia Lutherani publice profitentur se nolle ad concilium venire. Interim operam dabit in dieta Vormatiensi (quae <nunc celebratur>⁴) ut eorum animos flectat et ad concilium amplexandum inducat etc.⁴

Lunae 25. Maii.

R^{ms} et 111^{ms} DD. legati receperunt litteras a R^{mo} D. card. Farnesio Vormatiae 22. huius datas, in quibus significabat, qualiter die lunae 18. praesentis mensis loquutus fuerat cum imperatore de apertione concilii. A quo habuisset responsum, quod cum res esset ita gravis, ut erat, non posset tam cito certam responsionem dare; videbatur tamen S. M^{te}, quod pro nunc supersedendum sit a celebratione concilii, tum multis aliis rationibus, tum maxime, quia Lutherani publice profitentur se nolle ad concilium venire. Interim operam dabit in dieta Vormatiensi (quae <nunc celebratur>⁴) ut eorum animos flectat et ad concilium amplexandum inducat etc.⁴

a in marg. pro in die s. f.
corr. pro fuit b. exceptus.

b add. in marg.
* corr. pro tunc celebrabatur — indicium originis posterioris.

c corr. ex comparuit.

1 Hoc addendum erat in diario I ad hanc diem.
2 i. e. primus praesidens card. de Monte.

3 Qui absente Farnesio epistulis scribendis praeerat.
4 Raynaldus ad a. 1545, n. 12.

Dominica 31. Maii.

Rm et Illm DD. legati vocarunt omnes praelatos in congregationem. Quibus exposuerunt summam litterarum Rm et Illm D. card. Farnesii, de quibus supra, et re sponsionem Caesaris circa aperitionem concilii etc.

Huic congregationi interfuerunt 19 praelati, videlicet archiepiscopi Corcirensis, Senensis, Upsalensis et Armacanus, et episcopi Cavensis, Feltrensis, Aciensis, Placentinus, Gadditanus, Maioricensis, Albensis, Fesulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Vercellensis, Clodiensis¹.

Martis 2. Iunii 1545.

Applicuit Tridentum Rm et Illm D. card. Farnesius, rediens ex Germania a curia Caesarea etc. Et die sequenti recessit Romam versus.

Mercurii 3. Iunii.

In vigilia festivitatis corporis Christi, post vespertas in ecclesia cathedrali, Rm et Illm DD. legati (iussis exire, qui ex gremio concilii non sunt) vocarunt ad se Rm et Illm DD. praelatos, quibus exposuerunt mentem Caesaris circa aperitionem concilii secundum relationem Rm et Illm D. card. Farnesii. Cuius summa erat: quod Caesari non videbatur (nunc)a congruum tempus" ad celebrationem concilii, cum adhuc Lutherani persistant' in eadem obstinatione non veniendi ad ipsum concilium. Quare consultius esset expectare finem diaetae Vormatiensis etc.

18. Iunii, Iovis.

DD. Franciscus et Ludovicus, procuratores Rd D. episcopi Regiensis, comparuerunt coram Rm et Illm DD. legatis, ostendentes mandatum ad excusandum, prout excusarunt dictum episcopum ob adversam valetudinem et aetatem; est enim octuagenarius etc.

Martis 7. Iulii 1545.

Rm et Illm DD. legati fecerunt fidem in scriptis de comparitione oratorum et procuratorum Rm D. card. Maguntini, admittentes eius excusationem ob non personalem comparitionem.

Iovis 6. Augusti 1545-

Rtos j) archiepiscopus Aquensis et episcopi Claramontanus, Rodonensis et Agathensis, natione Galli, qui heri Tridentum applicuerunt, visitarunt Rm et Illm DD. legatos, quibus nomine regis Chrm salutem dixerunt, S. Mtis operam et favorem in concilii celebratione offerentes etc.

Grato ac benevolo animo excepti sunt, gratias Chrm regi agentes² etc.

Sabbato 29. Augusti.

Illm D. Franciscus a Castelalto (et D. Antonius Queta utriusque iuris doctor)f, orator⁶ Sermi regis Romanorum, (comparuerunt coram)8 Rm et Illm DD. legatis, (quibus exhibuit)h mandatum regium, in quo constituebantur oratores ad concilium® (Suae Regiae Mtis nomine interessendum)h ipse D. a Castelalto, | episcopus Pataviensis, episcopus Viennensis, D. Io. Cochleus*. Fuerunt excepti grato animo a Rm D bus S.3

a add. supra lin.

b dei. illud.

c corr. pro persisterent.

d corr. pro accersiti sunt; sed postea nihil mutatum.

e sic.

f add. in marg. Exemplar descriptum huius diarii Cone. 77 (f. 140 y) Massarello vivo confecta non habet hoc nomen.

e corr. pro praesentavit.

h add. in marg.

i dei. et D. Antonius Queta.

¹ Oblitus est nominare Fanensem. Raynaldus l. c. ex alia recensione (quae nomina praelatorum non habet sed numerum tantum) hoc transumpsit, quin fontem suum nominaret.

² Raynaldus ad a. 1545? n. 29.

⁸ Raynaldus l. c., sed alios codices (Barberinum [ut opinor ant. num. 123] p. 7 et arch. Vat. 3232 [nunc Concil. 44] p. 64) citando.

Mercurii 2. Septembris 1545.

D. Ioannes Armprosterus Germanus comparuit coram Rmis et IllmB DD. legatis, praesentans eis duo mandata, videlicet Rdm DD. episcoporum Herbipolensis et Eystetensis, in quibus (ipsi episcopi)³ excusabantur, quod non comparuissent personaliter in concilio, causas nonnullas allegantes, ac propterea constituentes eorum procuratores ad interessendum eorum nomine in concilio Rm DD. card. Tridentinum, Rdm D. archiepiscopum Arma- 5 canum, D. Ioannem Cochleum et ipsum D. Ioannem Amp[rosteru]m etc.

4. Septembris, Veneris.

Rim et XlIm DD. legati dederunt responsum in scriptis supradicto D. procuratori in hanc sententiam. Excusationes in eorum mandatis expressas videri rationabiles, propterea (admittendas)^b. Personam autem ipsius D. Ioannis et aliorum procuratorum in man- 10 datis nominatorum ut concilio intersint admittere non posse, cum pontifex per bullam nuper promulgatam prohibuerit, ne episcopi per procuratorem⁰ in concilio compareant. Cui quidem bullae non posse eos derogare sine expresso mandato S. Stis etc.

11. Septembris, Veneris.

Iuras D. Didacus orator Caesareus recessit ex Tridento proficiscens Patavium ad recuperandam adversam valetudinem^d etc.⁶

Mercurii 4. Novembris 1545.

Episcopus Sydoniensis ostendit Rm DD. legatis literas capituli Maguntini, in quibus 15 rogabant ipsum episcopum Sydoniensem, ut dicti capituli nomine concilio interesset et Rm DD. legatis eorum operam in concilio promovendo offerret, cum iam card. Moguntinus obiisset 27. praeteriti mensis Septembris.

Rm DD. legati capitulum commendarunt et ei gratias retulerunt^f.

13. Novembris, Veneris.

Rm et ppni DD. legati receperunt litteras a Rm et Xlmo card. Farnesio 17. huius 20 datas, in quibus significabat deputationem diei factam a S. S'e pro aperitione concilii, dies videlicet 13. Decembris, quae erit dominica tertia adventus.

Sabbato 14. Novembris.

Praelati Galli petierunt licentiam a Rmis et Ulm DD. legatis recedendi ex Tridento et revertendi in Galliam, asserentes ita habere in mandatis a suo Chrm rege².

16. Novembris, Lunae.

Rm et Jjmi D £) legati, accersitis coram se praelatis Gallicis, videlicet archiepiscopo 25 Aquensi et episcopis Rodonensi et Agathensi, instantissime eos rogaverunt, ne discederent ex Tridento, ostendentes eis multis rationibus, quanti mali causam⁵ talis recessus esse posset. Et tandem hoc ab eis implorarunt⁸, ut Rodonensis crastina die discederet, alii duo remanerent adhuc per aliquot dies Tridenti, donec haec res significaretur Sm D. 'N. 3

22. Novembris, Dominica.

Episcopus Agathensis iterum petiit licentiam discedendi ex Tridento, cumque 30 nullis rationibus retineri potuerit, tandem die Iovis 26. huius recessit, etiam insalutatis

supra lin. add.

b corr. pro eas admittunt.

c dei. sed personaliter.

d sic.

@ in margine inferiori huius paginae est crux (†), item in margine superiori paginae sequentis,

tota haec relatio mutata est, quae antea ita se habebat: Episcopus Syd. ostendit litteras capituli Maguntini Rmis et Illmis DD. legatis, in quibus constituitur eorum procurator, ut concilio eorum nomine interesset, cum iam cardinalis Moguntinus obiisset. ** sic (Raynaldus impetrarunt).*

Re vera obiit 24. Septembris, cf. supra p. 282, adn. 3.

2 Transumpsit Raynaldus ad a. 1⁴4⁴, n. 31.
3 Ibid W *

et insciis Rm³ DD. legatis, qui nihilominus scripserunt ad ipsum episcopum Agathensem, rogantes (monentesque eum, ut Tridentum reverteretur, mittentes hac de causa) ad eum cum his litteris D. Claudium, secretarium Rmⁱ D. cardinalis de Monte.

Sabbato 5. Decembris 1545.

Applicuit Tridentum b sacrae theologiae magister f. Hieronymus ab Oleastro (ord. Praed.)⁰, missus a Ser^o rege Portugalliae ad concilium, (praesentavitque se coram R^m¹³ DD. legatis)³, quibus (piam) c mentem illius regis circa concilii celebrationem aperuit, promptam scilicet futuram et esse, ut ipsi concilio omnem favorem praestet etc.

Gratissimo animo exceptus est a Rm^s D^tas S., regem illum commendantibus et ei gratias agentibus etc.

Veneris ii. Decembris.

Rmⁱ et Illmⁱ DD. legati receperunt litteras a S. Ste in forma brevis (sub data Romae apud S. Petrum 4. Decembris 1545)% quibus litteris praecipiebatur concilium aperiri et inchoari die 13. praesentis mensis, quae erit dies dominica tertia adventus Domini fl.

Eadem die. Indicitur publice ieiunium per totam civitatem ob felicem inchoationem sacri concilii etc.²

Sabbato 12. Decembris.

Fit generalis processio omnium religionum et ordinum per civitatem, et preces publicae ad Deum effunduntur pro huiusmodi felici aperitione concilii³ etc.

Eadem die. Fit congregatio generalis omnium praelatorum in domo Rm^m DD. legatorum, | in qua congregatione lectum fuit breve S^m D. N. super aperitione ^{33v} concilii, de quo supra, et [fuit] decretum, quid agendum sit die crastina in aperitione concilii.

Die dominica tertia adventus Domini, in qua cantatur in introitu missae *Gaudete*,

13. mensis Decembris 1545s.

Aperitio concilii.

(In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, aperitur) h et inchoatur sacrum oecumenicum et generale concilium Tridentinum, praesidentibus in eo sanctissimi in Christo patris et domini nostri D. Pauli, divina providentia papae III, et sanctae sedis apostolicae nomine Rm^s patribus et Illm^s DD. Ioanne Maria episcopo Praenestino de Monte, Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem presbytero Cervino et Reginaldo S. Mariae in Cosmedin diacono Polo S. R. E. cardinalibus et apostolicis legatis de latere. In qua aperitione peregit sacra ceremoniasque consuetas Rm^s et Illm^s D. card. de Monte primus praesidens, habuitque orationem R^{ds} D. episcopus Bituntinus. Interfuerunt huic apertioni infrascripti, videlicet Rm^s D. card. Tridentinus, (Illm^s D. Franciscus a Castelalto et D. Antonius Queta oratores Ser^m regis Romanorum, et quattuor) archiepiscopi: Aquisensis. Upsalensis, Panormitanus, Armacanusk, episcopi (21) 1: Hipporegiensis, Cavensis, Feltrensis, Geennensis, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Castellimaris, Thermularum, Sydoniensism, Lancianensis, Vigorniensis, Agathensis, Siracusanus, Bituntinus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Clodiensis. (Item generalis Minorum s. Francisci Conventualium, s. Augustini, Carmelitarum et Servorum) n.

Lectae fuerunt per R^dm D. episcopum Feltrensem litterae revocatoriae⁰ suspensionis concilii, quae incipiunt *Laetare Hierusalem*, sub dat. Romae apud S. Petrum 13. Kal. Dec. 1544. Item mandatum S. Stls in personam praedictorum DD. praesidentium et legatorum, quod incipit *Universalis gregis dominici* sub dat. Romae | apud S. Petrum ^{34r} 8. Kal. Martii 1544*.

a corr. in marg. pro ut rediret . . . (vox deleta amplius legi non potest), mittentes. b del. generalis.
⁰ add. supra lin. d corr. pro accersitusque ad Rm^s DD. legatos. e add. supra lin. et in marg.
f correctae sunt aliqua formalia. g corr. pro 1546. Postea deletum In nomine Domini.
h corr. in marg. pro Aperitur. 1 add. in marg. k deleta Illmⁱ DD. Castelalto et Queta, oratores
Ser^m regis Rom. 1 add. supra lin. m deletum procurator Rmⁱ D. card. archiep. Moguntini.
n add. inter lineas. o Ms. revocatorias.

1 Transumpsit Raynaldus ad a. 1545, n. 35.
Exemplar originale custoditur in archivo Vat. Concil.
tom. 132, f. 177.

2 Ibid.

3 Ibid.

4 Cf. supra p. 411, adn. 6 initio aliud exemplum
stili Florentini.

Quibus lectis comparuit D. Alphonsus Zorilla, doctor Hispanus, et exhibuit (sacrae synodo)a quasdam litteras Illm D. Didaci a Mendocia oratoris Caesaris ad concilium designatib, in quibus ipse orator excusabat se coram synodo, si huic aperitioni (non interest, cum adversa valetudine detineatur Venetiis etc., protestans nihilominus)0 per Caesarem non stare, quominus suus orator in inchoatione hac concilii non sit praesens etc. 5 Qui D. Alphonsus exhibuit etiam sacrae synodo mandatum Caesareum in personam ipsius D. Didaci atque illud Illmo et Rmo D. cardinali de Monte praesentavit.

Qui Rms D. card. de Monte nomine sacrae synodi respondit dicto D. Alphonso, irrfirmitatem D. Didaci esse notoriam et propterea eius excusationem admittendam. Mandatum autem recipiendum esse; insistendo tamen, quantum ad ipsos Rms DD. legatos 10 pertinebat, in responsionibus iam factis per eos, quando alias privatim fuit mandatum ipsum coram eis exhibitum.

Deinde ipse RmM et Illms D. card. de Monte alloquutus est sacram synodum per aliqua verba satis pia et charitate probitateque plena, hortans patres, ut hilari corde hoc celebrationis concilii munus suscipiant, omnem in Domino fiduciam et spem re- 15 ponentes et in via Domini ambulantes etc. Interrogavitque patres, an placeret decernere et declarare concilium incipere. et inceptum esse. Et ab omnibus responsum est *placet*. Et ulterius interrogavit, an placeret primam futuram sessionem celebrandam esse die Iovis post epiphaniam Domini, quae erit 7. mensis Ianuarii (1546)“. Et ab omnibus similiter responsum est *placet*. 20

Tunc a D. promotore concilii rogati sunt notarii, ut de omnibus unum vel plura facerent instrumentum et instrumenta, ac postremo ipse RmM et Illms D. card. de Monte benedixit iterum synodo signo crucis, et fuit a cantoribus inceptus hymnus *Te Deum laudamus*.

Quo finito patres deposuerunt paramenta et discesserunt, magnum gaudium osten- 25 dentes et Deo gratias agentes 1.

34v

Mercurii 16. Decembris.

D. Arnoldus canonicus Augustensis comparuit coram Rms DD. legatis nomine Rm D. Otthonis Truchses cardinalis Augustensis, ut una cum D. Claudio Zaio4 eius nomine concilio intersit, exhibuitque litteras ipsius Rm D. cardinalis, in quibus excusabat se, quod citius aliquem suo nomine ad concilium non miserit, cum gravibus occupatus 30 fuerit negociis etc. Fuit benigne exceptus a Rma Dbus S.

Veneris 18. Decembris.

eFit (prima)“ congregatio generalis (post aperitionem concilii)a, in qua Rm et Illms D. card. de Monte primus praesidens hortatus est patres, ut disponerent se ex trinsecus et intrinsecus ad hoc sanctum opus celebrationis concilii aggrediendum. De inde lecti sunt 17 articuli, in quibus Rm DD. praesidentes proponunt patribus, quae 35 necessario requirantur et discutienda videntur ad concilium ordinandum. Proposuerunt item considerandum patribus, an a dogmatibus vel a reformatione inchoandum sit in materiis pertractandis 2 etc.

Postremo fr. Hieronymus ab Oleastro ord. Praed. praesentavit sacrae synodo quasdam litteras Sermi regis Portugalliae sub dat. Hebrae 29. Iulii 1545, in quibus rex 40 ipse offerebat synodo omnem suum favorem etc., promittens brevi missurum suos oratores atque hoc interim praemisisse tres sacrae theologiae magistros, videlicet ipsum Hieronymum ab Oleastro et Georgium a S. Iacobo ac Gasparum a Regibus eiusdem ordinis

a add. in margine.

b deletum qui nunc ob adversam valetudinem detinetur Venetiis.

c corr. supra lin. et in marg. pro interesse non potuit, cum sit infirmus, etiam protestans.

d sic, est Iaius.

e in margine ante hanc relationem est *.

f Ms. bis extrinsecus.

1 Citatur inter caetera a Raynaldo ad a. 1545, n. 36.

2 Cf. quae de hac re disputantur supra p. 6, adn. 2 et p. 255, adn. 2. Articuli vel sine numeris edebantur a legatis, et Massarellus Seripandusque suo uterque modo eos numeris distinguebant, vel edebantur

cum numeris — idque longe verisimilius mihi videtur —, et Seripandus alia puncta, quae magis admonitiones quam quaestiones erant, illis articulis, continuando numeros, adiungebat. Caeterum haec res non est tanti, ut in ea enucleanda multum laboremus.

Praedicatorum, quos inter alios oratorum comites¹ a se selectos aiebat, ut celerius Tridentum venirent et sacro concilio obsequii sui firmitatem patefacere ac consilii sui rationem explicarent etc. Qui duo fratres Georgius et Gaspar adhuc Tridentum non applicuerunt. Sacra synodus benigne eum excepit (regis pietatem commendans eique
5 gratias referens)^{a2}.

Sabbato 19. Decembris.

R^{mus} D. archiepiscopus Aquensis et episcopus Agathensis Galli petierunt magna cum instantia a R^{ma} DD. legatis, ne permitterent aliquid substantiale tractari in concilio, donec rex Chr^{mus} oratores suos miserit.

Responderunt R^{mi} DD. legati, quantum ad ipsos attinet, quod essent semper
10 habituri eam rationem, quae decet, Chr^{ti} regis. Quo autem ad rem ipsam, quod de ea fiet verbum in congregatione et dabitur eis responsum etc.

Dominica 20. Decembris.

Post celebratam missam more solito in hac III. dominica adventus R^{mi} DD. legati, antequam ex ecclesia recederent, vocarunt ad se omnes praelatos, quibus exposuerunt petitionem, quam praelati Galli fecerant, et quod patres cogitarent quid eis respondendum
15 esset etc. Nihilque tunc³ in ea re conclusum est.

22. Decembris, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua examinati sunt articuli, de quibus supra die 18., sed nihil certi conclusum. Item decretum responsum dandum in scriptis praelatis Gallis, cuius summa est, quod sacra synodus tam quoad proposita quam reliqua omnia, habebit semper rationem Chr^{ti} regis, quantum secundum Deum, rectam conscientiam et honorem ipsius synodi fieri poterit, hortans S. M^{tem}, ut quantocius oratores suos mittere velit, cum celebrationem concilii differri non expediat etc., atque praelatos sui regni excitare, ut et ipsi ad concilium veniant etc.

Item incidit dubium, an generales ordinum et abbates habere debeant vocem decisivam in concilio. Sed nihil super his decisum d.

29. Decembris, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua concluduntur duo decreta, unum de abbatibus et eorum voce decisiva in sessionibus, alterum electionis trium praelatorum, qui curam habeant videndi titulos et promotiones episcoporum, et de ordine eorum et oratoribus principum in sedendo cognoscant, nihil tamen decisive, sed referant in congregatione. Qui deputati durent per tres menses <qui fuerunt R^{mi} DD. episcopi Hyporigiensis, Cavensis et Feltrensis)^a <Item de generalibus etiam ad vocem decisivam
30 admittendis etc.)⁶⁴

a add. in marg.

b add. supra lin.

c sic.

d ~~deleta~~ Item R^{mus} card. de Monte dixit sibi videri expediens, quod antequam aliquid proponatur, prius examinetur ab aliquibus praelatis a synodo deputandis. Qui modus cum ab omnibus approbaretur, electi sunt R^{mi} DD. episcopi Hipporigiensis, Cavensis et Feltrensis etc.

e haec ultima particula omittitur in exemplari transumpto Cone. 77 et in summario Barber. XVI, 3 (ant. num. 123). Sed non hinc colligi debet eam post illos codices confectos a Massarello additam esse, cum prorsus originalis sit. Fugit scriptorem, postquam additionem marginalem scripserat, in textu aliquid restare.

¹ His confirmantur quae dicta sunt supra p. 336, adn. 3 i nescio an in Massarelli diar. I, p. 336, l. n., aliquid (forsitan *compagni delli*) exciderit ante *suos oratori*.

² Inde ab hac die incipit Massarelli diarium III, cuius prior pars de solis paene congregationibus agit.

Hoc tunc inter caetera indicio est diarium non eo ipso tempore esse scriptum, de quo agit.

⁴ Quamquam nec Severolus nec legati in epistula ea die scripta (*D ruffel*, Mon. Trid. p. 253, n. 279) quidquam de hac quaestione dicunt, tamen valde veri simile est, cum de admittendo Lusitano disceptaretur, etiam de voce generalium actum esse. Ideo Massarelli relatio tanto magis est tenenda, quia etiam Seripandus narrat se de sententiis praelatorum generalibus non faventium audisse et horum iura defendisse.

1546.

4. Ianuarii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua firmatur decretum pro proxima sessione. Legitur breve decimarum (sub dat. Romae apud S. Petrum die i. Ianuarii 1546, in quo quidem breve exemptes³ fiunt omnes praelati in concilio praesentes et in eo vocem habentes a solutione decimarum seu subsidiorum quorumcunque. Item conceditur eisdem potestas percipiendi fructus in absentia quorumcunque beneficiorum, etiam in quibus primam non fecissent residentiam etc.)^b. Creantur officiales concilii. Oritur quaestio de titulo decreti. Nam quidam cupiebant in eo addi *universalem ecclesiam repraesentans*, maiori tamen parti patrum visum est ea verba non addi etc.

(Hac eadem die electi sunt officiales concilii, videlicet D. Sebastianus Pighinus scruator votorum, Hercules Severolus promotor, ego Angelus Massarellus de Sancto Severino Camerinensis diocesis, secretarius, qui postea fuit et scrutator votorum, Claudius de la Casa et Nicolaus Driel, Galli, notarii. Custodia concilii remissa est Rm^o D. card. Tridentino.)^c

7. Ianuarii 1546, Iovis,

Sessio secunda.

Celebratur secunda sessio (computata aperitione concilii pro prima sessione) ¹ sacri concilii Tridentini, in qua celebravit missam de spiritu sancto R^{dis} D. episcopus Castellimaris, habuit orationem R^{dis} D. episcopus S. Marci, lectaque fuit per me Angelum Massarellum secretarium concilii exhortatio R^{mm} et IH^{mm} DD. legatorum ad sacram synodum, (quae incipit *Cum ipsa muneris nostri ratio*)^b. Lecta est bulla qua praecipitur, ne episcopi compareant per procuratorem, (quae est sub dat. Romae apud S. Petrum 10. Kal. Maii 1545)^{b2}. Item breve, quo S^{ma} D. N. mandaverat aperiri concilium die 13. Decembris³.

Postremo ipse R^{dis} D. episcopus Castellimaris legit decretum huius sessionis, quod incipit *Sacrosancta* etc. *agnoscens cum b. Iacobo apostolo* etc.; quod ab omnibus est approbatum, exceptis aliquibus, quibus etsi decretum placet, cupiebant tamen addi in titulo *universalem ecclesiam repraesentans* etc. Postremo indicitur pro futura sessione dies Iovis 4. Februarii.

Interfuerunt huic sessioni⁸ tres R^{mi} legati, R^{ms} card. Tridentinus, 4 archiepiscopi: Aquensis, Upsalensis, Panormitanus et Armacanensis, duo oratores Ser^{mi} regis Romanorum et episcopi 26: Hipporigiensis, Cavensis, Feltrensis, Placentinus, Ursinus⁴, Claramontanus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Motulanus, Castellimaris, Sydoniensis, Thermularum, Agathensis, Lancianensis, Siracusanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Clodiensis, Canariensis, tres abbates: Luciano¹¹, Isidoro, Chrisostomo ordinis s. Benedicti, quinque generalibus, Minoritarum, Conventualium, Heremitarum, Carmelitarum, Servorum etc., D. Claudius procurator R^{mi} D. cardinalis Augustensis.

8. Ianuarii, Veneris.

R^{dis} D. episcopus Sydoniensis suffraganeus Maguntinus, cum neque rationibus neque precibus R^{mm} DD. legatorum flecti potuisset, recessit ex Tridento versus Germaniam, hac potissimum causa, ut ipse aiebat, motus, quia a Caesare electus fuisset pro futuro colloquio Ratisbonensi⁵ etc.

a sic. b add. in marg. c add. in marg.; verba qui postea fuit et scrutator votorum *rursus postea inserta sunt huic additioni marginati. In Cone. 77 eadem quae a nobis () inclusa sunt, hic omittuntur, sed ante Oritur quaestio . . . ipsius secretarii manu in margine adduntur.* d in marg. est *.

e Cone. 77 et Barber. XVI} 3 false habent 1546, nec Massarellus id correxit.

f summaria exhibent verba ipsa. s summaria dant praenomina et cognomina et alia.

h sic, etiam apud nomina sequentia. i corr. ex Claudio procuratore.

1 Ipsa haec parenthesis, quae originalis est, originem posteriorem huius diarii indicat, cf. supra p. 359, adn. 6.

2 Exemplar originale custoditur in archivo Vatie. Concil. t. 90, n. 8 (ant. num. 34). Epitome apud Raynaldum ad a. 1546, n. 7 et a^h s locis.

3 Cf. supra p. 429, adn. 1.

4 Intellegitur Leo Ursinus, episcopus Foroiuliensis in Gallia, qui advenerat 4. Ianuarii, cf. supra p. 366, 1. 36 et adn. 5, et Severolum p. 17, 1. 6.

5 Cui re vera non interfuit: cf. p. 341, adn. 3.

13. Ianuarii, Mercurii.

36r

Fit congregatio generalis, in qua post longas disceptationes conclusum fuit, quod pro nunc non ponantur in decreto illa verba *universalem ecclesiam repraesentans*, sed addatur *universalis et oecumenica*, quae verba non fuerant in decreto praeteritae sessionis*.

5 Electi sunt tres praelati, qui procuraciones et mandata absentium examinent et in congregationibus referant; qui fuerunt archiepiscopus Aquensis et episcopi Feltrensis et Astoricensis; (quae deputatio duret per 4 menses)a.

Deinde a Rmo et Illmo D. card. de Monte dictum est patribus, ut cogitarent pro futura congregatione, quia cum concilium sit indictum propter tria: pro dogmatibus con
io stituendis, reformatione morum et pace inter principes christianos statuenda, [deliberandum est.] quid eorum sit prius pertractandum etc.

18. Ianuarii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua magna contentione actum est, a quo exordium sit in rebus in futurum gerendis. Triphariam enim patres divisi erant, aliqui asserentes expedire initium sumi a dogmatibus, alii a reformatione, alii a pace,
15 alii simul et semel a dogmatibus et reformatione. Sed nihil conclusum est.

Fuit propositum de scribendis litteris ad Lutheranos a Rmo card. Tridentino, sed nihil obtentum.

22. Ianuarii, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua statuitur, quod in hoc sacro concilio et rebus ab eo pertractandis procedatur simul et semel a dogmatibus et reformatione.
20 Item quod scribantur litterae synodales ad S^m™ D. N., ad imperatorem, ad reges Galliae, Romanorum et Portugalliae, hortando et rogando Mtes S., ut concilio assistere velint. Item recipitur excusatio episcopi Augustae Praetoriae, qui ob confinia suae diocesis cum haereticis ad concilium non posse accedere excusabatur.

26. Ianuarii, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua per Rmos et Illmos DD. praesidentes pro-
25 ponitur patribus, qua via et quibus modis sit procedendum ad examinationem et dis-
cussionem utriusque causae, an per aliquot deputatos, an per totam synodum, et an
etiam per totam synodum divisam inter classes congregandas coram quolibet eorundem
Rmomm £)£). praesidentium pari numero, eadem die, eadem hora et super eisdem articulis
et | materiis examinandis et discutiendis familiariter et domestice etc. Ultimus hic modus
30 approbatur ab omnibus. 36v

Actum est etiam de proroganda sessione, quia materiae adhuc digestae non erant, sed nihil conclusum*.

29. Ianuarii, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua lectae fuerunt litterae scribendae ad summum pontificem, ad imperatorem et reges christianos, de quibus supra. Sed orta est alter-
35 catio inter patres de praecedentia regum Galliae et Romanorum, quae videlicet litterae
essent prius legendae in sessione, an quae diriguntur regi Gallorum, an illae ad Roma-
norum regem. Super qua re nihil est conclusum. Item statutum est, ut praedictae
litterae sigillarentur sigillo Rmomm DD. praesidentium. Item quod classes eligantur ab
ipsis Rmis DD. legatis2.

2 / Februarii 1546, Martis.

40 Congregantur primum classes coram RmB et Illms DD. legatis, in quibus pro-
positum est, an expediret in futura sessione proxima abstinere a promulgatione decreti,

a add. in marg. b Mass. habet 22, sed manus recentior in marg. adnotat 26. e Cone. 77 pro
hac die habet relationem sumptam ex diario III, sed non totam. a Cone. 77 falso scribit 22. Febr.

1 Sed ne ea quidem additio fiebat, quia pontifex p. 391, l. 34 et adn. 7; p. 370, l. 7 ss.; p. 374, l. 13 ss.;
eam reprobabat secundum litteras Farnesii 21. Ianuarii Severol. p. 20, l. 8 ss.; infra p. 472, l. 35 et adn. 4.
datas (D ruffel, Mon. Trid. p. 336, n. 306), cf. supra 2 Citatur a Raynaldo ad a. 1546, n. 12.

et tota sessio absentibus condonetur. Item, an in hac sessione sit indicenda dies certa pro alia futura sessione, vel non. Quae materiae valde discussae sunt, sed ad generalem congregationem earum determinatio remissa est.

3. Februarii, Mercurii.

Fit congregatio generalis, in qua eadem discussa sunt, quae heri in congregationibus particularibus. Tandem conclusum est, in crastina sessione publicanda 5 esse duo decreta, in quorum uno symbolum fidei inseratur, in altero habeatur ratio absentium praelatorum, et dies pro alia sessione indicatur ad diem Iovis post quartam dominicam Quadragesimae, quae dicitur *Laetare*. Item, cum aliqui cuperent publicari decretum de modo proponendi in synodo, de dogmatibus videlicet et reformatione simul et semel, tandem maiori parti visum est non esse publicandum, interim tamen executioni 10 demandetur, ac si publicatum fuisset. (Item, ut omnis oriundae dissensionis occasio tolleretur, visum est patribus abstinendum esse a lectione dictarum litterarum synodaliū, de quibus supra¹ etc.)a

4. Februarii, Iovis, 1546b.

Celebratur tertia sessio sacri concilii Tridentini, in qua decantatur missa de spiritu sancto a R^{mo} D. archiepiscopo Panormitano, habuitque orationem R^{da} fr. Ambrosius 15 Catherinus Senensis. Publicantur duo decreta, primum de professione fidei catholicae cum insertionem symboli, (quod incipit *Nomine sanctae et individuae trinitatis*) c; secundum de ratione habenda absentium praelatorum, (incipiens: *Eadem sacrosancta et... intelligens multos p r a e l a t o s* In quo secundo indicitur dies 8. Aprilis pro futura sessione.

Interfuerunt huic sessioni ipsi tres R^{mi} DD. legati, R^{mi} cardinales Tridentinus et Geennensis, Ill^{mi} DD. a Castelalto et Queta, oratores Ser^{mi} regis Romanorum, 6 archiepiscopi, videlicet Aquensis, Turritanus, Materanus, Upsalensis, Panormitanus, Armacanus, et 20 episcopi 26: Cavensis, Feltrensis, Placentinus, Foroliviensis², Claramontanus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Vasionensis, Motulanus, Castellimaris, Fanensis, Thermularum, Agathensis, Lancianensis, Siracusanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Clodiensis, Canariensis, 3 abbates 25 congregationis Cassinensis, 4 generales: Conventualium, s. Augustini, Carmelitarum, Servorum etc.

8. Februarii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua postquam per R^{mu} D. card. de Monte, primum praesidentem, comprobatum fuit multis rationibus, quod patres mirari non debeant, 30 si in decreto praeteritae sessionis non sunt apposita illa verba *universalem ecclesiam repraesentans*, cum hoc tempore id non expediat, propositum est patribus, quid agendum pro futura sessione, et conclusum, quod ante omnia recipiantur libri canonici sacrae scripturae, ut sit tamquam fundamentum omnium, quae in hac sacra synodo pertractanda erunt etc. 35

11. Februarii, Iovis.

Congregantur classes coram Ill^{mo} et R^{mis} DD. legatis, in quibus proponitur patribus, num suprascripta susceptio sacrorum librorum simpliciter facienda sit, an cum aliqua discussione rationum, quibus eorum aliqui vel impugnantur vel defenduntur. Varii 40 varia dixerunt, adeo quod nihil certi haberi potuit; ideo ad generalem congregationem se remiserunt.

Veneris, 12. Februarii.

Fit congregatio generalis, in qua eadem patribus proponuntur, quae heri in classibus proposita fuerunt. Conclusum est, ut ante omnia libri sacri pure et simpliciter recipiantur, et numerentur secundum quod hactenus a concilio Florentino

a add. alio atramento.
benda erant acta sessionis.

b Conc. 77 nil habet de hac die] sed est eius loco folium album, in quo scribenda erant acta sessionis.
c add. in marg. d sic.

1 Ad 29. Ianuarii, p. 433, l. 33 ss.

2 Non est Foroliviensis, qui esset episcopus civitatis,

cui hodie nomen est *Forlì*, sed Foroiuliensis, cf. supra p. 432, adn. 4; p. 366, l. 36 et adn. 5.

enumerati sunt. Quo autem ad rationes discutiendas magna contentio orta est, et maiori parti videbatur dictam discussionem esse omittendam. Nihil tamen firmatum, sed ad aliam congregationem eius determinatio remissa est.

15. Februarii, Lunae.

Fit congregatio generalis super eadem re, et tandem conclusum per maiorem partem, ut libri sacri simpliciter et pure recipiantur et numerentur, rationum autem discussio omnino omittatur. Proponitur etiam, esse ultra dictos libros in ecclesia traditiones apostolorum, quae etiam recipiendae essent. Item sunt considerandi multi abusus, qui ex his sacris scripturis provenerunt, quibus obviare oportet. Sed nihil in his duobus capitulis firmatum est.

18. Februarii, Iovis.

Congregantur classes coram Rm̄s et Illm̄s DD. praesidentibus, in quibus patribus proponitur, num de traditionibus apostolorum prius tractandum esset, et eas recipiendae, an de abusus, qui ex scripturis sacris et ipsis traditionibus provenerunt, an vero simul et semel (de abusus et traditionibus)¹. Visum est maiori parti, esse prius agendum de traditionibus apostolicis.

20. Februarii, Sabbato.

Fit congregatio theologorum (extra concilium)^b, quibus RIJ DD. praesidentes proposuerunt eadem, quae RdS DD. praelatis hactenus proposuerant, videlicet circa scripturas canonicas, quatenus illae sint et quomodo sint recipiendae, an cum aliqua discussione, an simpliciter. Item de traditionibus apostolorum, an simul cum ipsis scripturis sacris sint recipiendae, an separatim. (Omnes collaudarunt hanc receptionem et enumerationem sacrorum librorum; multi non improbarunt)^c aliqualem discussionem rationum fieri. Placuit omnibus, quod traditiones apostolicae cum scripturis recipiantur.

23. Februarii, Martis.

Congregantur coram Rm̄s DD. legatis classes particulares, in quibus propositum est id, quod DD. theologis visum fuerat, ut statim post libros sacros traditiones recipiantur, quod laudarunt etiam ipsi Rm̄ DD. legati. Item de deputatione facienda pro conficiendo decreto, et an in uno, an in duobus decretis libri sacri et traditiones essent exprimendae. Visum est maiori parti, ut in uno eodemque decreto libri canonici et traditiones recipiantur; deinde purgentur abusus, qui exinde provenerunt. (Sed nihil firmatum est)^b.

26. Februarii, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua Rm̄s D. cardinalis de Monte (primus praesidens)^b proposuit patribus id quod in particularibus congregationibus tractatum fuerat, et tandem conclusum, quod in uno eodemque decreto libri sacri et traditiones apostolorum recipiantur, electique sunt ad ipsum decretum conficiendum sex praelati, videlicet archiepiscopi Turritanus et Armacanus et Materanus, et episcopi Feltrensis, Bellicastrensis et Pacensis.

Lunae, I. Martii 1546.

Congregantur classes, in quibus tractatur de abusus sacrarum scripturarum, (videlicet quatenus illi sint et quibus modis emendari possint)^b. Qua in re multi multa adduxerunt, sed ad congregationem generalem omnia remissa sunt.

Veneris, 5. Martii.

Fit congregatio generalis, in qua deputantur ad colligendos abusus scripturarum (et eis opportuna remedia inveniendae)^b infrascripti, videlicet archiepiscopus Aquensis (et episcopi)^d Senogalliensis, Cavensis⁶, Castellimaris, Fanensis, Bituntinus et

^a sic. ^b in marg. ^c corr. in marg. pro Plures collaudarunt
^d add. supra lin. ^e primum positus erat ante Senogalliensem

Astoricensis ac (R^{db} D. generalis s. Augustini et)a venerabiles fratres s. theologiae magistri Ambrosius Catherinus ord. Praed., Alpbonsus de Castro et Richardus Ceno-manus ord. Min. de observantia.

8. Martii, Lunae.

Fit congregatio theologorum <extra concilium>a super abusibus praedictis ex scripturis descendantibus <et remediis illis adhibendis>, et multa notatu digna audiuntur. Lt quoniam omnes hodie loqui nequiverunt, vocantur etiam in crastinum, ut omnes audiantur.

5

9. Martii, Martis.

. ^ et*am congregatio theologorum super eadem materia abusuum, et omnes diffuse loquuti sunt, (praesertim circa scripturam sacram in vernaculam linguam vertendam et imprimendam) b etc.

38 V

Lunae, 15. Martii.

Illms D. Don Franciscus a Toletto, qui ob infirmitatem D. Didaci a Mendocia orator ad concilium a Caesare destinatus est, Tridentum applicuit.

Mercurii, 17. Martii.

Tit congregatio generalis, in qua R³¹ DD. deputati ad colligendos abusos eisque opportuna remedia adhibenda quattuor abusos per eos collectos et remedia his adhibenda patribus in scriptis exhibuerunt. (Primus est habere varias aeditiones0 bibliae. ius remedium est recipere tantum vulgatam editionem pro auctentica. Secundus abusus est mendositates' codicum, qui circumferuntur. Remedium est, ut purgetur unus codex. Tertius abusus est, quemlibet interpretare ad suum sensum sacram scripturam. Remedium est, ut nemini id liceat. Quartus abusus est, impressores imprimere sacram scripturam sine licentia superiorum ecclesiasticorum. Remedium est nemini id licere etc.)a Oritur 20 disputatio inter R^{ms} DD. cardd. Tridentinum et Geennensem circa sacram scripturam in lingua vernacula imprimendam, Tridentino affirmativam, Geennensi negativam de fendentibus. INihil tamen conclusum est.

18. Martii, Iovis.

111 D. Franciscus a Toletto orator Caesareus venit primum ad R^{ms} DD. legatos, quibus exposuit causam sui adventus, videlicet, cum D. Didacus a Mendocia 25 alter orator Caesareus iam per multos menses morbo gravi laboraverit et concilio inter-esse nequiverit, Caesarea Maestas, ne concilium eius praesidio destitueretur, addiderit ipsum D. Franciscum oratorem consocium D. Didaco, ut ambo, si per valetudinem licebit, vel eorum unus concilio Caesareo nomine intersit. A R^{ms} DD legatis benisjno gratoque animo exceptus est.

30

23. Martii, Martis.

Congregantur classes. Legitur decretum super receptione sacrorum librorum et traditionum apostolicarum (a DD. deputatis firmatum)a, quod decretum examinatum est a patribus.

27. Martii, Sabbato.

Fit congregatio generalis, in qua patres dixerunt sententias super eodem decreto de susceptione librorum sacrorum, et fuerunt adeo varii, ut nihil certi super eo 3< statui potuerit.

29. Martii, Lunae.

Transmittuntur ad omnes patres capita dubitationum, quae considerata fuerunt m congregatione generali suprascripta super eodem decreto, quae fuerunt 14, super quibus rogantur patres, ut in proxima congregatione dicant sententias per verbum *placet* vel *non placet*.

tt in marg.

b alio atramento add.

c sic.

Iovis, 1. Aprilis 1546.

Fit congregatio generalis, in qua examinantur 14 illa capita dubitationum super decreto de susceptione librorum, quae die lunae ad patres transmissa fuerant. Item examinantur quattuor illi | abusus a DD. deputatis collecti. Nihil tamen <ob diversi- 39r
tatem sententiarum>¶ conclusum, neque de decreto, neque de abusibus. Haec fuit prima
5 congregatio, quae habita fuit de mane.

3. Aprilis, Sabbato.

Fit congregatio generalis. Dicuntur sententiae a patribus super illis 4 ab
usibus, qui in alia congregatione perfici non potuerunt. Concluditur vulgatam aeditionem
bibliae recipiendam et alia, quae in sessione quarta aedita sunt¹ circa reformationem.
Item demandatur cura conficiendi hoc decretum super hos abusus eisdem patribus, qui
10 eos collegerunt, de quibus supra in congregatione 5. Martii. Discutitur articulus ille, an
in lingua vulgari transferenda sit sacra scriptura, et post multas disputationes concluditur,
nullam de hac re faciendam esse mentionem in decreto.

5. Aprilis, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua primum interfuit Ill^{ms} D. Franciscus orator
Caesareus, qui mandatum Caesareum exhibuit et quandam scripturam^b mihi ut concilii
15 secretario legendam publice dedit, quam et legi. <In qua continebatur desiderium im-
peratoris habendi concilium, et sumptus et labores et diligentia circa illud assequendum,
missio oratorum suorum, primum D. Didaci, et eo adversa valetudine detento deputatio
ipsius D. Francisci. Postremo hortatur patres ad orandum Deum pro unione conservanda
inter S^{mm} D. N. et Caesarem>^a Benigne <a tota synodo>⁰ exceptus est.
20 Deinde examinatur decretum reformatum de libris suscipiendis. Legitur decretum
de abusibus a DD. deputatis confectum. Sed super eo hodie nihil a patribus dicitur.

6. Aprilis, Martis.

Congregantur classes, in quibus legitur responsum dandum in scriptis oratori
Caesareo. Item legitur et examinatur decretum iterum reformatum de susceptione libro-
rum, et laudatur fere ab omnibus. Item legitur et examinatur decretum de abusibus
25 scripturarum.

7. Aprilis, Mercurii.

Fit congregatio generalis, in qua datur responsum in scriptis a sacra synodo
Ill^{mo} D. Francisco a Toletio oratori Caesareo. {Cuius summa est, adventum³ ipsius oratoris
sacrae synodo esse gratissimum; commendatur piissimus Caesaris animus erga concilium;
mandata Caesarea quantum de iure debet admittit; gratias agit Deo pro coniuncta bene-
30 volentia inter | pontificem et Caesarem, pro qua asservanda ipsum Deum assidue pre-
cabitur>*. Firmantur duo illa decreta de susceptione sacrorum librorum et de duobus
illis primis abusibus, concluditurque accusandam esse in crastina sessione contumaciam
absentium. Deputatur dies pro alia futura sessione feria quinta post festum penthecostes.

8. Aprilis, Iovis.

"Celebratur quarta sessio sacri concilii Tridentini, in qua decantatur missa de
35 spiritu sancto a R^{do} D. archiepiscopo Turritano, habuitque orationem R^{ds} pater generalis
Servorum, fr. Augustinus Bonucius Aretinus. Publicantur duo decreta, in quorum primo
recipiuntur <et numerantur>⁰ libri sacri et canonici veteris et novi testamenti, item re-
cipiuntur traditiones apostolorum. <Quod decretum incipit: *Sacrosancta* etc. *hoc sibi per*
petuo ante oculos proponens etc. In altero vero, quod incipit: *Insuper eadem sacro-*

^a add. in marg.^d Ms. adentum.^b correctae pro in qua causa sui adventus continebatur.^e sessio insignitur stellula (*) apposita.^c add. supra lin.¹ Ergo haec post sessionem quartam (8. Aprilis habitam, cf. infra 1. 34 ss.) scripta sunt.

sancta etc. *synodus considerans non parum utilitatis*) a, in altero purgantur aliquot ab
usus circa ipsam sacram scripturam, recipitur vulgata aeditio pro auctentica, prohibentur
interpretationes quae non fiunt secundum sensum | catholicae ecclesiae, prohibetur im
pressio scripturae sacrae absque probatione et licentia ordinarii, quodque libri non aedantur
sine nomine auctoris etc. Item ne ad prophana convertantur verba scripturae sacrae. 5
Item indicitur dies pro futura sessione feria 5. post festum penthecostes.

Leguntur mandata duo Caesarea, unum in personam D. Didaci a Mendocia, alterum
D. Francisci a Toletio, item propositio ipsius D. Francisci, quam fecerat in congrega
tione generali die 5. huius mensis; item responsum sacrae synodi D. Francisco datum etc.

Interfuerunt huic sessioni Rm et Illm DD. legati, Rm DD. cardd. Tridentinus et 10
Geennensis, Illm D. Franciscus a Toletio orator Caesareus, 8 archiepiscopi, videlicet
Aquensis, Turritanus, Corcirensis, Senensis, Materanus, Upsalensis, Panormitanus, Arna-
canus, et 41 episcopi: Senogalliensis, Asculanus, Cavensis, Feltrensis, Aciensis, Pla
centinus, Gadditanus, Torcellanus, Sibiricensis, Pientinus, Claramontanus, Chironensis,
Reatinus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Maioricensis, Vorstius, Soranus, Vasio- 15
nensis, Motulanus, Castellimaris, Fanensis, Veronensis, Thermularum, Agathensis, Lancia-
nensis, Siracusanus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Pa-
censis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Oscensis, Bergomensis, Clodiensis,
Canariensis, D. Claudius procurator Rm D. card. Augustensis, 3 abbates s. Benedicti,
4 generales: Conventualium, s. Augustini, Carmelitarum, Servorum. 20

13. Aprilis, Martis.

Congregantur classes coram Rm DD. legatis, in quibus leguntur illi (duo)^o ab
usus circa sacram scripturam, qui in praeterita sessione expediri nequiverunt, (videlicet
de lectoribus et lectionibus sacrae scripturae instituendis et de praedicatoribus eiusdem
sacrae scripturae)a, illique examinantur.

15. Aprilis, Iovis.

Fit congregatio generalis, in qua legitur decretum super (dictis duobus)^o 25
abusibus scripturarum, legunturque censurae, quae super eodem decreto consideratae
fuerunt in particularibus congregationibus die 13. huius habitis. Quae censurae exami
nantur, et conclusum est, ut secundum eas, in quibus maior pars concordat, de
cretum aptetur.

Deinde lectum fuit breve indulgentiarum, quas pontifex concedit omnibus visitantibus 30
ecclesiam S. Trinitatis Tridentinam] per totam quadragesimam usque ad (dominica)d
in albis. Absolutaque congregatione Rm et Illm DD. legati omnesque praelati iverunt ad
ipsam ecclesiam S. Trinitatis, ubi indulgentiae praedictae publicantur.

7. Maii, Veneris 1546.

Congregantur classes, in quibus legitur decretum reformatum circa abusus sacra
rum scripturarum, quod examinatur per capita. 35

10. Maii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua leguntur sententiae collectae die Veneris
in | particularibus congregationibus. Quae sententiae examinantur, sed nihil firmatum
est, (cum maximae difficultates orirentur circa praedicationes regularium et eorum puni
tionem etc.)^o. D. Fesulanus legit concionem illam suam contra regulares. Oritur inter
Rm D. card. de Monte et Tridentinum aliqualis verborum altercatio super litteris re- 40
sponsivis a sacra synodo scribendis ad regem Portugalliae etc.

14. Maii, Veneris.

RduS p fr Ambrosius Pelargus ord. Praed. (Germanus)a comparuit coram
Rm | legatis cum mandato procurae ad assistendum concilio nomine Rai D. Ioannis

a *add. in marg.*

b *Ms.* prohibetur.

c *add. supra lin.*

d *corr. in marg. pro* sabbatum.

Ludovici, archiepiscopi Trevirensis, sacri imperii electoris. Quem procuratorem et mandatum Rm DD. legati admiserunt etc.

18. Maii, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte legit quaedam capita extracta ex concione, quam episcopus Fesulanus habuerat in congregatione
5 10. Maii, quae capita schismatica et scandalosa erant. Reprehenditque immodestiam eorum, qui ita licentiose loquuntur. Examinantur capita censurarum consideratarum super decreto de abusibus scripturarum in congregatione generali die lunae, quae capita ad omnes patres transmissi fuerant die Iovis 13. huius.

Oritur inter Rm DD. legatos et quosdam patres disputatio, num ad Rm legatos
10 tantum pertineat officium proponendi in congregationibus, et Rm D. cardinalis de Monte comprobavit multis rationibus et auctoritatibus, quod, licet unicuique sit liberum dicendi suam sententiam in concilio, munus tamen proponendi ad solos Rm DD. legatos pertineat.

Iovis, 20. Maii.

Fit congregatio generalis, in qua disputantur et diffuse examinantur duo illi
15 articuli, qui inter patres valde controversi erant, videlicet de lectione sacrae scripturae in monasteriis omnibus monachorum instituenda, et de praecipuo loco sacrae ipsi scripturae in ipsis monasteriis dando.

Intromissus est primum in generalem congregationem procurator Rd D. archiepiscopi Treverensis etc. cum voce consultiva, et datus est ei locus post procuratorem Rm
20 D. card. Augustensis, videlicet ante abbates.

Veneris, 21. Maii.

Fit congregatio generalis, in qua examinantur capita quaedam abusuum, quae in aliis congregationibus absolvi nequiverunt, videlicet de praedicatione episcoporum, de praedicatione et residentia parochorum, de regularibus, quando et quomodo liceat eis praedicare etc., de quaestuariis etc.

Proponitur primum a Rm DD. legatis (pro dogmate futurae sessionis) 8 articulus de
25 peccato originali, super quo prius audirentur sententiae theologorum extra concilium etc.

Lunae, 24. Maii.

Fit congregatio theologorum extra concilium, quibus proponitur articulus de peccato originali, super quo dantur quaedam interrogatoria a Rm DD. legatis.

Quibus interrogatoriis ipsi theologi respondentes articulum examinabant

25. Maii, Martis.

Fit iterum congregatio theologorum super eodem articulo, in qua audiuntur
30 ii theologi, qui heri ob temporis angustiam loqui nequiverunt.

Illm D. Didacus a Mendocia orator Caesareus rediens ex Venetiis, ubi diu quartana laboraverat, Tridentum applicuit.

28. Maii, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua proponitur articulus de peccato originali
35 (divisus in duas partes: prima est de eius cognitione, propagatione et malitia, secunda de eius remedio et remedii effectibus) a, legunturque multae auctoritates sanctorum patrum et antiquorum conciliorum de hac re loquentium (collectae a Rm DD. legatis) 3, quae auctoritates ad patres omnes (pro maiori eorum informatione) 3 transmitti sancitur.

31. Maii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua audiuntur primum sententiae (praelatorum) d
40 super articulo de peccato originali, cuius prima pars primum examinatur, videlicet de

3 ** marg.

1 in marg. *

c Barber. XVI, j> add. hodieque loquuntur 16 [Acta apud Theiner p. 110 habent 15J, et alii vocantur in diem crastinam.

d add. supra Un.

eius cognitione, propagatione et malitia seu damno\ prout a Rmā D.D. praesidentibus in praeterita congregatione propositum fuerat.

4ir

4. Iunii, Veneris, 1546.

Fit congregatio generalis, in qua primum interfuit Illms D. Didacus a Mendocia orator Caesareus una cum Illmo D. Francisco a Toletō suo collega. Examinatur secunda pars articuli de peccato originali, videlicet de remedio peccati originalis et de eiusdem remedii effectibus.

5. Iunii, Sabbato.

Fit congregatio generalis, in qua audiuntur patres super eadem secunda parte dicti articuli de peccato originali, qui in alia congregatione ob temporis angustiam audiri nequiverunt, et ita perficitur examinatio huius articuli.

7. Iunii, Lunae.

Transmittitur ad omnes patres exemplum decreti de peccato originali a Rmīs 10 D.D. legatis concepti.

8. Iunii, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua legitur decretum de peccato originali a Rmīs praesidentibus propositum (et formatum)\ quod examinatur etc.

9. Iunii, Mercurii.

Fit congregatio generalis. Leguntur haereses subortae circa articulum de peccato originali. Deinde Rmūs D. card. de Monte dixit, qualiter ipsi Rmī legati decreverant audire sententias theologorum extra concilium super <hoc> decreto de peccato originalia. Propterea super ipso decreto nihil a patribus (in hac congregatione) dictum fuit. Proposuitque ipse Rmūs D. card. de Monte residentiam episcoporum, super qua patres dixerunt sententias usque ad Rmū D. Veronensem.

10. Iunii, Iovis.

Hora 10. fit congregatio generalis, in qua reliqui patres, qui heri loqui non potuerunt, audiuntur super articulo residentiae. Verum cum maxime instaret dies futurae sessionis, nempe 17. Iunii, et <a patribus tot difficultates pro eius expeditione adducerentur, cum praesertim quamplurimi cuperent una cum residentia impedimenta, quae ipsam residentiam concernebant, deleri, neque propterea in hac instanti sessione> materia ista residentiae commode absolvi posset, visum est maiori parti patrum, quod hic articulus de residentia differatur usque ad aliam sessionem.

Eadem die. Hora autem 19. fit congregatio theologorum extra concilium, quibus proponitur forma decreti de peccato originali, super quo dixerunt sententias suas. Loquuntque sunt hodie 15, caeteri vocantur ad diem crastinum.

4lv

11. Iunii, Veneris.

Fit iterum congregatio theologorum extra concilium super eodem decreto de peccato originali, loquuntque sunt hodie 14, qui ob temporis angustiam heri audiri non potuerunt.

14. Iunii, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua legitur decretum de peccato originali (reformatum secundum censuras patrum et theologorum) blectaque fuerunt capita eorum, quae immutata sunt in ipso decreto, et in quibus hoc concordet vel discordet ab alio, quod lectum fuerat in congregatione habita 8. Iunii. In cuius decreti examinatione oritur maxima disputatio inter patres, num in hoc decreto sit decidenda quaestio de conceptione beatae Mariae virginis, et maiori parti visum est relinquendum esse hunc articulum sub determinatione Sixti papae IV, quae determinatio a concilio innovetur.

a Ms. danno.

lj in marg.

o add. supra lin.

d dei. iam confecto.

e dei. episcoporum.

15. Iunii, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua legitur et examinatur decretum de lectoribus et praedicatoribus, et quoniam maxima disceptatio oritur circa praedicationem et punitionem regularium, decretum firmari et concludi non potuit, sed remissum ad crastinam congregationem. Cuius decreti exemplar mittitur ad omnes patres.

16. Iunii, Mercurii.

- 5 Fit congregatio generalis, in qua (post longam patrum altercationem firmantur)* tandem b et concluduntur duo illa decreta in quinta sessione publicata, videlicet de peccato originali et de lectoribus et praedicatoribus. Item (decernitur)' accusandam esse contumaciam absentium praelatorum. Item statuitur dies pro futura sessione feria quinta post festum s. Iacobi apostoli.

Iovis, 17. Iunii.

- 10 Celebratur quinta publica sessio sacri concilii Tridentini, in qua decantavit missam solemnem de spiritu sancto R^{us} D. episcopus Pientinus, habuitque orationem venerabilis sacrae theologiae magister Marcus Laureus ord. Praed. Publicantur duo decreta, primum de peccato originali, (quod incipit: *Utfides nostra catholica* etc., secundum de lectionibus sacrae scripturae restituendis et instituendis, ac ipsius sacrae scripturae
15 lectoribus et praedicatoribus. Quod decretum incipit: *Eadem sacrosancta synodus piis summorum pontificum* etc.)⁶

- ^ Interfuerunt huic sessioni tres R^m et III^m D^D. legati, III^m D^D. Didacus a Mendocia et Franciscus a Tolet^o oratores Caesarei, 9 archiepiscopi, videlicet Aquensis, Turritanus, Corcirensis, Senensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Panormitanus, Armacanus, et
20 episcopi 48: Senogalliensis, Asculanus, Cameracensis, Cavensis, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Placentinus, Iserniensis, Gadditanus, Torcellanus, Sibiricensis, Pientinus, Claramontanus, Chironensis, Reatinus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Albensis, Maioricensis, Soranus, Vasionensis, Bosanensis, Motulanus, Castellimaris, Fanensis, Pisauriensis, Veronensis, Thermularum, Milonensis, Nemosiensis, Agathensis, Lucerinus, Lancianensis,
25 Siracusanus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Pacensis, Britonorienis, Astoricensis, Bellunensis, Aquinatensis, Oscensis, Calaguritanus^f, Canariensis, procuratores R^m D. card. Augustensis et archiepiscopi Treverensis, duo abbates: D. Isidorus et Chrisostomus, 3 generales, Heremitarum, Carmelitarum, Servorum.

- In qua sessione accusatur contumacia absentium praelatorum, exceptis legitime im-
30 peditis et Germanis durante dieta Ratisbonensi. (Legitur breve, per quod St^a S. confirmat ea, quae a concilio circa dictas lectiones instituendas et praedicationes regularium et aliorum in decreto nominatorum contra ius commune, privilegia sedis apostolicae vel alias contra exemptos decerni contingeret, sub data Romae apud S. Petrum die 7. Iunii 1546.)*

21. Iunii, Lunae.

- 35 Fit congregatio generalis, in qua proponitur a R^f et III^ms D^D. legatis (pro futura sessione)¹ articulus de iustificatione quoad dogma, quo autem ad abusus, residentia episcoporum, declaraturque contumaciam absentium praelatorum fuisse bene¹ accusatam, exceptis Germanis durante-dieta et legitime im-peditis, ut in sessione conclusum fuerat. Electique sunt tres praelati, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Fel-
40 trensis et Astoricensis, qui mandata et excusationes absentium praelatorum examinare debeant etc.^k Quae deputatio duret usque ad futuram sessionem.

22. Iunii, Martis.

■ Fit congregatio theologorum extra concilium, quibus a R^ma D^D. legatis proponitur articulus de iustificatione per sex capita seu interrogatoria divisas. Hodieque loquuti sunt octo tantum theologi¹.

a m marg. b hic deletum firmantur. c corr. fro statuitur. d in marg. *.
in marg. inferiori add. E post hunc iterum ponitur Milonensis. g add. partim in eadem linea,
m qua desinunt reliqua, partim in marg. superiori. h add. in marg. i Summar. Barber. add. et
legitime. k Barber. add. deinde in generali congregatione per eos acta referant. 1 in marg. *.
m Barber. exhibet verba capitulorum.

23. Iunii, Mercurii.

Fit iterum congregatio theologorum super eodem articulo de iustificatione, loquutique sunt quinque eisdem interrogatoriis respondentes.

25. Iunii, Veneris.

Fit iterum congregatio theologorum super eodem articulo de iustificatione. Septem hodie loquuti sunt.

26. Iunii, Sabbato.

Fit item congregatio theologorum super eodem articulo de iustificatione, hodieque quinque tantum loquuti sunt.

Eadem die. Applicuerunt Tridentum tres oratores Chrm regis, videlicet Illm DD. Claudius Durfe, camerarius regis, Iacobus a Ligneris, praesidens 3. iudicum decuriae Parisiensis, Petrus Danesius, praepositus Susennarum, qui die dominica 27. eiusdem venerunt visitatum Rms DD. legatos. Excipiuntur magno cum honore.

42V

27. Iunii, Dominica.

Fit etiam congregatio theologorum super eodem articulo de iustificatione, loquutique sunt hodie quinque.

28. Iunii.

Fit item congregatio theologorum super eodem articulo de iustificatione, et quatuor tantum loquuti sunt. Cumque nemo alius loqui vellet, imponitur finis his congregationibus theologorum, qui commendantur a Rmo D. card. de Monte etc.

Eadem die. Rms et Illms D. card. Polus, tertius legatus et praesidens concilii, recessit ex Tridento proficiscens Tresvillas valetudinis recuperandae causa.

30. Iunii, Mercurii.

“Fit congregatio generalis, in qua legitur mandatum oratorum Chrm regis exquirunturque vota patrum super admissione dictorum oratorum, et omnibus placuit ut recipiantur eo quo decet honore. De loco eis in congregationibus et sessionibus dando patres non concordarunt.

Proponitur articulus de iustificatione divisus in tres statusb, videlicet primus: cum primum fidelis venit ad baptismum, 2. de iam iustificato, quomodo in iustitia conservetur et crescat, 3. de iustificato qui in peccata labitur, quomodo iustitiam recuperet. Deinde leguntur errores suborti circa hunc articulum de iustificatione.

Eadem die transmittuntur ad omnes patres exemplaria dictorum errorum et trium statuum de iustificatione.

5. Iulii 1546, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua primum praelati inceperunt dicere suas sententias super articulis de iustificatione, et primo super primo statu, loquutique sunt hodie 10, videlicet R^{mo} D. card. Geennensis et 9 archiepiscopi: Aquensis, Turritanus, Corcirensis, Senensis, Materanus, Upsalensis, Naxiensis, Panormitanus, Armacanus.

6. Iulii, Martis.

Fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis, hodieque loquuti sunt 14, videlicet Senogalliensis, Asculanus, Cavensis, Feltrensis, Aciensis, Gadditanus, Sibiricensis, Pientinus, Chironensis, Reatinus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Maioricensis.

43r

7. Iulii, Mercurii 1546.

Fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis, loquutique sunt quinque: Albensis, Vasionensis, Bossanensis, Motulanus, Castellimaris. Deinde conclusum est, ut oratores Chrm regis cras admittantur in generalem congregationem.

a in marg. *. b in marg. add. sub his verbis videlicet, ubi scriba textum illorum statuum addere debebat. Quae sequuntur, lineis omittenda significantur.

8. Iulii, Iovis.

Fit congregatio generalis, in qua primum admittuntur oratores regis Chrm, daturque eis locus immediate post oratores Caesareos. Exhibuerunt mandatum regium, quod publice lectum fuit. Deinde D. Petrus Danesius, tertius in ordine ipsorum oratorum, <ianuis apertis>^a habuit luculentam orationem, quam in tres partes divisit. In prima retulit
5 magnifica gesta regum (antiquorum Galliae)^a, incipiens a Chlodoveo, primo illius gentis christiano rege. In secundo commemoravit gesta istius moderni regis Francisci I, pietatem in Deum et ecclesiam Romanam. In tertia exposuit summam suae commissionis, ut videlicet paci principum christianorum conciliandae, doctrinae Christianae elucidandae, moribus reformandis in concilio vacent. Postremo petiit, ut regia privilegia a Romanis
10 pontificibus concessa atque (ecclesiarum Gallicarum)^b immunitates conservare patres vellent. Qua oratione absoluta R^{ds} et Ill^{ms} D. card. de Monte primus praesidens nomine totius sacrae synodi responsum dedit, Chrm regem commendans et de tam magnifica legatione gratias agens et offerens paratissimos affuturos patres ad omne bonum reipublicae christianae et in specie illius regni, cuius rationem semper habebunt. Deinde
15 declaravit dictis oratoribus materiam, quae nunc in concilio tractatur, nempe de iustificatione, super cuius primo statu exquisivit sententias a patribus, et unus tantum hodie loquutus est D. episcopus Fanensis.

9. Iulii, Veneris.

Fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis, loquutique sunt 9, videlicet Pisauriensis, Thermularum, Agathensis, Lancianus, Lucerinus, Siracusanus, Vigorniensis, Bituntinus, Nemosiensis.

10. Iulii, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis. Hodie loquuti sunt 7, videlicet Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Bellunensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Oscensis.

12. Iulii, Lunae.

Fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis. Loquuntur 25 hodie 4, videlicet Calaguritanus, Mylensis, Canariensis, D. Claudius procurator R^{mi} D. card. Augustensis.

13. Iulii, Martis.

Fit congregatio generales super eodem primo statu iustificationis. Loquuntur 4, fr. Ambrosius Pelargus, procurator R^d D. archiepiscopi Treverensis, abbates s. Benedicti, generalis s. Augustini et generalis Carmelitarum, et ita absolvitur examinatio huius
30 primi status.

14. Iulii, Mercurii.

Fit congregatio pro iis, qui voluerunt interesse. Nam R^{mi} et Ill^{mi} DD. legati voluerunt audire super hoc articulo iustificationis R^d fr. Ambrosium Catharinum, fr. Bartholomeum Mirandam ord. Praed. Hispanum, et generalem Scappuccinorum^c, qui tres hodie loquuti sunt. Interfuerunt nihilominus huic congregationi ipsi R¹ DD.
35 legati, R^{ms} D. card. Geennensis, 7 archiepiscopi, 27 episcopi et ultra 40 theologi.

15. Iulii, Jovis.

Fit congregatio generalis, in qua deputantur 4 patres pro confectione decreti de iustificatione, qui fuerunt R^{ds} D. archiepiscopus Armacanus et episcopi Aciensis, Bituntinus et Bellicastrensis. Deinde R^{mi} DD. legati proposuerunt secundum et tertium statum articuli de iustificatione, <de quo supra in congregatione die 30. Junii,>^a super
40 quibus sententias quinque dixerunt, videlicet R^{ms} D. card. Geennensis, Turritanus, Corciensis, Senensis, Materanus. Sed antea | loquuti sunt super primo statu ii patres, qui ob

^a in marg.^b corr. pro ecclesiae Galliarum.^c sic.

aliqua impedimenta suo loco sententias non dixerant. Qui fuerunt Corcirensis, Camera-censis, Militensis, Caputaquensis, Soranus.

16. Iulii, Veneris.

Fit congregatio generalis super eisdem secundo et tertio statibus iustificationis. Loquuntur Aquensis, Upsalensis, Panormitanus, Armacanus, item generalis Ser vorum, qui adhuc nihil dixerat super primo statu. Ideo super eo suam sententiam dixit.

17. Iulii, Sabbato, hora 10.

Fit congregatio generalis super eisdem secundo et tertio statibus iustifi cationis. Loquuntur hodie 11, videlicet Senogalliensis, Asculanus, Cameracensis, Cavensis, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Iserniensis, Gadditanus, Sibinicensis, Pientinus.

Absoluta congregatione, cum patres surrexissent ut discederent, episcopus Chiro-nensis accedens propius ad episopum Cavensem dixit haec verba: Episcopus Cavensis certe non potest se excusare vel de magna ignorantia, vel de magna protervia. Quibus verbis vix auditis ab episcopo Cavensi, ipse episcopus Cavensis, manus ambas iniiciens in barbam episcopi Chironensis, aliquos pilos ex ea extraxit.

Eadem die. Hora autem 21 fit iterum congregatio generalis ob id quod acciderat inter episcopos Cavensem et Chironensem, et conclusum est, quod episcopus Cavensis includatur loco carceris in una cella seu camera in monasterio S. Bernardini extra civitatem Tridentinam, et interim capiatur informatio facti et patres cogitabunt, quid faciendum sit.

Congregatione absoluta fit monitorium episcopo Cavensi nomine R^mam D. D. legatorum, ut in dicta camera et monasterio iuxta determinationem synodi se contineat. Quod illico ab eo executioni demandatum est.

Ili^m D. Didacus a Mendocia, orator Caesareus, petiit de sacra synodo licentiam adeundi Venetias per 12 dies, quae licentia ei data est.

19. Iulii, Lunae.

Fit congregatio generalis super eisdem statibus iustificationis. Loquuntur hodie 15, videlicet Chironensis, Reatinus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Maiori-censis, Albensis, Soranus, Bossanensis, Motulanus, Pisaurensis, Thermularum, Nemosiensis, Lancianensis.

Deinde leguntur depositiones trium testium praelatorum super casu inter D. D. epi scopos Cavensem et Chironensem, exquirunturque sententiae patrum super poena episcopo Cavensi infligenda; sed ob varietatem et diversitatem nihil firmari potuit.

20. Iulii, Martis.

Fit congregatio generalis super eisdem duobus statibus iustificationis. Lo quuntur 10, videlicet Castellimaris, Lucerinus, Siracusanus, Caprulanus, Vigorniensis, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Bellunensis, Britonoriensis.

21. Iulii, Mercurii.

Fit congregatio generalis super eisdem duobus statibus, loquunturque hodie 6, videlicet Aquinatensis, Oscensis, Calaguritanus, Mylensis, Canariensis, procurator R^m D. card. Augustensis.

22. Iulii, Iovis.

Fit congregatio generalis super eisdem duobus statibus, et 4 loquuntur, videlicet procurator R^m D. archiepiscopi Treverensis, abbas Isidorus, generalis Minorum et generalis Conventualium.

23. Iulii, Veneris.

Fit congregatio generalis super eisdem duobus statibus, et loquuti sunt tres, videlicet generalis s. Augustini, generalis Carmelitarum et generalis Servorum, et sic ab solvitur examinatio istorum duorum statuum.

Deinde R^m13 D. card. de Monte dixit, qualiter decretum confectum erat et exami-
5 nandum esset, propterea quilibet ex patribus mittat pro eius exemplari. Postea dixit, qualiter ob adventum R^mi et Ill^mi D. card. Farnesii non poterant haberi congregationes usque ad diem Martis.

25. Iulii, Dominica.

451

R^mi et Ill^mi D.D. legati iverunt Roveretum ad R^{mm} D. card. Farnesium, qui ibi febri laborat, et in sero reversi sunt Tridentum.

26. Iulii, Lunae.

10 R^mi et Ill^mi D.D. legati, R^mi cardd. Tridentinus et Geennensis, una cum 42 praelatis, iverunt obviam Ill^mo D. Octavio Farnesio, nepoti pontificis, capitaneo generali exercitus pontificii, videlicet 12 000 peditum et 500 equitum, qui a S. Ste mittuntur in Germaniam in auxilium Caesaris belli contra Lutheranos, qui exercitus hodie ex Rovereto proficiscitur Lavisum, villam quinque milliariibus a Tridento¹.

27. Iulii, Martis.

15 R^mi et Ill^mi D. legati iverunt iterum Roveretum ad R^{mm} D. card. Farnesium aegrotum.

28. Iulii, Mercurii.

Mane revertitur ex Rovereto R^{mm} D. card. de Monte.

Hora 19. fit congregatio generalis (cui non interfuerunt nisi <R^{ms} D.) b card. de Monte, cum R^m18 D. card. S. Crucis remansisset apud R^m11 D. card. Farne-
20 sium), in qua R^{ms} D. card. de Monte admonuit patres, ut crastina sessio habeatur et decretum de iustificatione publicetur. Verum cum super ea re sententiae exquirentur a patribus, maiori parti visum est prorogandam esse sessionem, pro qua dies incertus relictus est.

Causae huius prorogationis fuerunt, tum quia decretum de iustificatione adhuc a
25 patribus examinatum non fuerat, tum ob bellorum tumultus. Item liberatur episcopus Cavensis a carceribus cum prohibitione, ne amplius appareat in civitate Tridentina et careat synodo, sed eat ad summum pontificem pro absolutione.

<Die Iovis, 29. Iulii

intimatur episcopo Cavensi decretum synodi, quod eat ad summum pontificem pro ab solutione censurarum, et non appareat amplius Tridenti, et careat synodo.)⁰

30. Iulii, Veneris.

30 Fit congregatio generalis, cui interfuit solus R^{ms} D. card. de Monte ob supradictam causam. Legitur decretum de iustificatione confectum a R^d9 D.D. quattuor deputatis. Deinde R^{ms} D. Armacanus retulit considerationes theologorum super eodem
45v articulo, quas ipsi theologi coram ipso D. Armacano privatim fecerant iubentibus R^{ms} et Ill^m D.D. legatis.

35 Oritur in hac congregatione maxima altercatio inter patres, sed praecipue inter R^m16 D.D. card. de Monte, card. Tridentinum et card. Geennensem super die certo vel incerto statuendo pro futura sessione. Qua in re ob maximas contentiones nihil certi statui potuit.

a In Summar. Barber. add. ipse Massarellus levis armaturae, quae verba Concil. 77 in textu habet.

b add. supra lin. c add. in marg. inferiori; om. Concil. 77. d M. s. iubente.

¹ De hac villa cf. descriptionem quae datur supra ortum videtur coniuncto articulo cum ipso nomine
p. 286, 14 ss., ubi nominatur Aviso; nomen Lavisum Aviso.

2. Augusti, Lunae, 1546.

Rmus ef. jijmus Alexander card. Farnesius, pontificii exercitus legatus apostolicus de latere, Tridentum applicuit. Cui Rm DD. legati, cardd. Tridentinus et Geennensis caeterique conciliares omnes obviam iverunt. In ingressu civitatis ipse R " D. card. Farnesius ivit medius inter duos Rm DD. legatos etc.

10. Augusti, Martis.

Rmus jipmis jj card. Farnesius discessit e Tridento Germaniam versus etc.

5

13. Augusti, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte excusavit se, quod per tot dies nulla habita fuerit congregatio, ob adventum et infirmitatem Rm et Illm D. card. Farnesii, admonuitque patres, ut bono essent animo nihilque timerent (nam multi ob hos tumultus bellicos fugam, ne dicam discessum ex Tridento sibi paraverant), neque ex Tridento discederent etc. Deinde proposuit examinandum patribus decretum de iustificatione a DD. deputatis confectum, super quo pauci loquuti sunt, tum quia aliqui excusarunt se, quod tempus ad illud considerandum non habuissent, tum quia nonnullis displicuit forma decreti adeo, quod super eo nihil dicere voluerunt.

10

17. Augusti, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua proponitur iterum decretum de iustificatione a DD. deputatis confectum, examinandum a patribus. Cum tamen ab omnibus fere reprobaretur, nemo super eo sententiam dicere voluit, sed omnes vel hoc decretum reformandum esse, vel aliud conficiendum censuerunt.

15

46r In qua congregatione decernitur publicandum esse j ieiunium per totam civitatem ob felicem successum belli contra haereticos.

19. Augusti, Iovis.

Mane fit processio generalis ab ecclesia Trinitatis usque ad ecclesiam b. Mariae Maioris, ubi celebravit missam solemnem R'f3 D. episcopus Pacensis, concionatusque est D. episcopus Bituntinus. Absoluta missa publicatur indulgentia plenaria in forma ecclesiae consueta etc.

20

Interfuerunt Rm et Illm DD. legati, Rm DD. cardd. Tridentinus et Geennensis et praelati omnes.

25

28. Augusti, Sabbato.

Fit congregatio generalis, in qua per Rm DD. praesidentes proponitur, an sit examinandus articulus de certitudine gratiae, vel tantum damnanda assertio Lutherana circa dictum articulum. Placuit omnibus fere patribus, ut assertio Lutheranorum damnetur et de articulis nihil decidatur pro nunc.

3. Septembris, Veneris, 1546.

Rm et Illm DD. legati speciali auctoritate Sm D. N. absolverunt D. episcopum Cavensem a censuris, quas incurrit ob percussionem D. episcopi Chironensis.

30

8. Septembris, Mercurii.

Fit processio generalis ab ecclesia trinitatis usque ad ecclesiam b. Mariae Maioris ob felicem successum belli contra Lutheranos. Celebravit Rm D. archiepiscopus Panormitanus.

a Vat. 77 hic subito ad 2J. Septembris transit, qui error ita oriebatur, ut scribe duo folia si7nul pro uno verteret; unde apparet hanc partem (cf. infra ad 12. Ianuarii 1547 adnotatione7 criticam) Vaticani 77 e Barber. XVI, j> esse transumptam, cum in hoc fol. 63r finiatur voce missa, et fol. 64.v incipiat a titulo 27. Septembris.

ii. Septembris, Sabbato.

Rm DD. legati cum multis praelatis iverunt ad ecclesiam Trinitatis, ubi decantantur laetaniae ob felicitatem bellici eventus contra Lutheranos et ordinatur, ut qualibet die durante dicto bello ibidem laetaniae a cantoribus concilii decantentur.

23. Septembris, Iovis.

Fit congregatio generalis, in qua Rm DD. legati proponunt patribus aliud
5 decretum de iustificatione cura et opera Dⁿⁱ S. R^{mi} confectum, excusaruntque se Rm DD. legati, cum per tot dies habitae non fuerint congregationes generales, quoniam in decreto conficiendo satis elaboratum esset, deputanturque quattuor, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Gadditanus, Castellimaris et Aquinatensis, qui una cum D. episcopo Bellicastrensi commissario apostolico curare habeant ea, quae circa annonam et alia ad
10 concilium necessaria sunt etc.

24. et 25. Septembris.

Datur copia decreti de iustificatione noviter propositi^a omnibus praelatis.

27. Septembris, Lunae.

Fit congregatio theologorum, quibus proponitur examinandum decretum de iustificatione a R^{mi} DD. legatis confectum etc. Loquuti sunt hodie novem \

28. Septembris, Martis.

Fit iterum congregatio theologorum super eodem decreto, loquutique sunt novem.

29. Septembris, Mercurii.

^a Fit iterum congregatio theologorum super eodem decreto, unusque tantum hodie loquutus est, et cum nemo adhuc loqui vellet, absolutae sunt congregationes ipsae theologorum.

1. Octobris, Veneris, 1546.

Fit congregatio generalis, in qua dicuntur primo sententiae patrum super decreto de iustificatione a R^{mis} DD. legatis proposito, hodieque 17 loquuti sunt, vide-
20 licet Aquensis, Turritanus, Antibarensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Panormitanus, Aciensis, Hiserniensis, Gadditanus, Pientinus, Chironensis, Fesulanus, Vasionensis, Motulanus, Veronensis, Pisaurensis.

2. Octobris, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione. Loquuntur novem, videlicet Senogalliensis, Asculanus, Soranus, Bossanensis, Castellimaris, Aga-
25 thensis, Siracusanus, Vigorniensis, Lancianensis.

5. Octobris, Martis.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione, super quo loquuntur 12, videlicet Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Oscensis, Salpensis, Calaguritanus, Mylensis, Aliphitanus^c

6. Octobris, Mercurii.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione, loquunturque
30 quattuor, videlicet Canariensis, S. Marci, Caputaquensis, Minoriensis.

^a Ms. propositum.

^b dei. videlicet.

^c sic.

7. Octobris, Iovis.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione. Loquuntur tres, videlicet abbas Lucianus, generalis Minorum, generalis Conventualium.

8. Octobris, Veneris.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione. Loquuntur hodie tres, videlicet procurator Rm D. card. Augustensis, procurator Rm D. archiepiscopi Treverensis et generalis Heremitarum s. Augustini.

5

9. Octobris, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione. Loquuntur duo tantum, generalis Servorum et fr. Dominicus Sottus ord. Praed. a

11. Octobris, Lunaeb.

Fit congregatio generalis, in qua dixerunt sententias suas super eodem decreto de iustificatione qui suo loco ob aliqua impedimenta non fuerant loquuti. Ii autem fuerunt Rms D. card. Geennensis et archiepiscopi Spalatrensis et Armacanensis, ac 10
episcopi Placentinus et Mylensis Ferrettus.

12. Octobris, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua super eodem decreto de iustificatione dixerunt sententias aliqui patres, qui suo loco etiam loquuti non fuerant, videlicet Castellimaris (sed iste bis loquutus est, cum assereret se non perfecisse votum suum in alia congregatione), Patavinus, Tervisanus. Et ita omnino absolvitur examinatio istius 15
decreti (de iustificatione secundo loco propositi) Q. Deinde Rms D. card. de Monte dixit, quod cum inter alia, quae in decreto considerata sunt, praecipui sunt duo articuli de iustitia imputativa et de certitudine gratiae, viderid sibi ante omnia hos duos articulos bene examinandos tum a patribus, tum a theologis extra concilium, ut inde magis veritas elucescat et finis imponatur tot controversiis, quae super eisdem articulis 20
passim non solum ab haeticis, sed [etiam] catholicis circumferuntur. Quod ab omnibus laudatum este

15. Octobris, Veneris.

Fit congregatio theologorum extra concilium, quibus proponuntur examinandi illi duo articuli de iustitia imputativa et de certitudine gratiae per haec verba: *Utrum iustifcatus, qui operatus est opera bona ex gratia et auxilio divino a meritis passionis Iesu 25
Christi profecto, ita ut retinuerit inhaerentem iustitiam, praese?itans se cum illa ante tribunal Christi, censendus sit satisfecisse divinae iustitiae ad meritum et acquisitionem vitae aeternae; an vero cum hac inhaerente iustitia opus insuper habeat misericordia et iustitia Christi, hoc est merito passionis eius, quo suppleantur defectus suae iustitiae, quae iustitia Christi communicetur ex divina dispensatione secundum mensuram fidei 30
et charitatis.*

Utrum aliquis possit esse certus de sua adeptae gratia secundum praesentem iustitiam, et quo genere certitudinis.

Super quibus hodie loquuti sunt quinque theologi.

16. Octobris, Sabbato.

Fit congregatio theologorum super eisdem duobus articulis. Loquuntur tres. 35

a *deletum* et sic perficitur examinatio ipsius decreti de iustificatione secundo loco propositi.

b *hanc diem om. Concil. 77.* c *add. in 7narg.* d *sic.*

e *deletum* postremo intimatur missa pro die crastina propter anniversarium pontificis etc., cui i?t *marginē inferiori additum erat:* Die Mercurii 13. Octobris. Celebratur missa solemnis in ecclesia cathedrali propter anniversarium creationis pontificis, sed id ipsum rursus *delebatur.*

18. Octobris, Lunae.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur quatuor.

19. Octobris, Martis.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur quinque.

20. Octobris, Mercurii.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur quinque.

21. Octobris, Iovis.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur tres.

22. Octobris, Veneris.

5 Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur tres.

23. Octobris, Sabbato.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur quatuor.

25. Octobris, Lunae.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur duo.

26. Octobris, Martis.

Fit congregatio theologorum super eisdem articulis. Loquuntur tres. Cumque nemo alius loqui vellet, imponitur finis his disputationibus.

10 In quibus 10 congregationibus loquuti sunt 37 theologi, quorum quinque tantum tenuerunt esse necessariam novam applicationem iustitiae imputativae, reliqui omnes censuerunt iustitiam inhaerentem sufficere etc.

Quo vero ad certitudinem gratiae, 21 fuerunt in sententia, quod homo iustificatus 4^r possit in aliquo casu scire certitudine fidei, se esse in gratia Dei, 14 autem tenuerunt, 15 quod in nullo casu homo quantumvis iustus scire potest certitudine fidei, se esse in gratia; et inter hos omnes theologos duo fuerunt neutrales, facile huic vel illi parti adhaerentes.

27. Octobris, Mercurii.

Rm^{us} et jmmuB & card. Polus, tertius praesidens sacri concilii, cum adversa valedudine adhuc detineretur et Tridentum ad suam legationem redire nequiret, discessit ex 20 Patavio, ubi pro recuperanda sanitate morabatur, cum bona venia pontificis Romam rediturus. Igitur ab hac die cessat eius legatio, et duo tantum praesidentes concilii remanserunt, videlicet Rm^{us} et Illm^{us} DD. Ioannes Maria episcopus Praenestinus de Monte, et Marcellus tituli S. Crucis in Hierusalem, praesbyter, S. R. E. cardinales etc.

29. Octobris, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua decernitur, quod ii duo articuli a theologis 25 examinati, videlicet de iustitia imputativa et certitudinae gratiae, examinentur a patribus una cum decreto a Rm^{is} DD. legatis aptando.

Veneris, 5. **Novembris** 1546.

Fit congregatio generalis, in qua legitur decretum <de iustificatione> a propositum a Rm^{is} DD. legatis et ab eis reformatum et aptatum secundum censuras patrum et theologorum, quae adnotatae fuerant in alio decreto proposito in congregatione die 3° 23. Septembris etc. Rm^{us}que card. de Monte hortatus est patres ad illud cito expediendum et publicandum etc.

a add. in marg.

6. Novembris, Sabbato.

Datur copia decreti de iustificatione omnibus praelatis.

9. Novembris, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua examinatur decretum una cum duobus illis articulis. Loquuti sunt hodie 18, videlicet Rm's D. card. Geennensis, archiepiscopi Spalatrensis, Aquensis, Antibarensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Pa normitanus, Armacanus, et episcopi Feltrensis, Aciensis, Iserniensis, Patavinus, Tiburtinus, 5 Sabinicensis, Pientinus, Chironensis.

10. Novembris, Mercurii.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. Loquuntur 12, videlicet Turritanus, Gadditanus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Vasionensis, Tervisinus, Emmoniensis, Motulanus, Pisauriensis, Veronensis.

12. Novembris, Veneris.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. Loquuntur 10 hodie 6, videlicet Bossanensis, Castellimaris, Agathensis, Siracusanus, Mylensis Ferrettus, Vigorniensis.

13. Novembris, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. Loquuntur 8, videlicet Vigorniensis (qui heri votum suum ob temporis angustiam non perfecerat), Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Aquinatensis, Oscensis. 15

14. Novembris, Dominica.

Rmus et Ulmus D. card. Farnesius rediens ex Germania, ubi legatus pontificii exercitus in expeditione contra Lutheranos fuerat, Tridentum applicuit.

17. Novembris, Mercurii.

Rmus et HlmB D. card. Farnesius recessit ex Tridento, prosequens iter suum Romam versus.

18. Novembris, Iovis.

Fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione et articulis 20 supradictis, loquutique sunt hodie tres, videlicet Senogalliensis, Fanensis, Salpensis.

Eadem die. R38 D. Baldassar Lypus, episcopus de Portu, sive Portugallensis, qui heri Tridentum applicuerat, praesentavit se primum coram Rm'a DD. legatis, quibus exhibuit litteras regis Portugalliae, a quo ad concilium missus est etc.

19. Novembris, Veneris.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et eisdem articulis, loquuntur- 25 que hodie tres, videlicet Lancianensis, Calagurritanus, Terracinensis.

20. Novembris, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et eisdem articulis. Loquuntur quatuor, videlicet Milensis, Canariensis, Alyphanus et Minoriensis.

Lunae 22. Novembris.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis, loquunturque quatuor: Minoriensis, qui heri ob temporis angustiam votum suum perficere non potuit, 30 et Placentinus, Claramontanus et Britonoriensis, qui suo loco nihil dixerat.

23. Novembris, Martis.

Fit congregatio generalis super eisdem decreto et articulis. Loquuntur tres, videlicet D. Claudius procurator Rmi et Illm D. card. Augustensis, Ambrosius Pelargus ord. Praed., procurator Rd D. Ludovici archiepiscopi Treverensis, et D. Lucianus, abbas Pomposiae Bergomensis¹.

24. Novembris, Mercurii.

Fit congregatio generalis super eisdem decreto de iustificatione et articulis suprascriptis. Loquuntur tres, generalis Praedicatorum, generalis Minorum de observantia, generalis Conventualium; sed Conventualium adveniente iam nocte votum suum perficere non potuit.

a26. Novembris, Veneris.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. Loquuntur duo tantum, videlicet generalis Conventualium, qui heri sententiam suam non perfecit, et generalis s. Augustini, qui etiam, cum ob temporis angustiam votum suum absolvere nequiverit, remisit se ad crastinam congregationem.

27. Novembris, Sabbato.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis, in qua generalis s. Augustini perfecit suam sententiam. Item loquutus est generalis Servorum.

29. Novembris, Lunae.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. In qua loquuntur duo, videlicet generalis Carmelitarum et episcopus de Portu, Portugalliensis, qui cum noviter ad concilium venerit, suo loco nihil dixerat.

I. Decembris, Mercuriib, 1546.

Fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. In qua loquuntur sex, videlicet archiepiscopi Aquensis et Armacanus, qui suo loco nihil dixerant, super iustitia imputativa et certitudine gratiae. Item episcopus Parentinus, Salutarum, Albinghansensis et Famaugustanus, qui noviter ad concilium venerunt. Et ita absolvitur examinatio huius decreti et horum duorum articulorum.

Eadem die. Fit congregatio quattuor deputatorum super eodem decreto, qui collegerunt censuras a patribus super eodem decreto datas, et eas in tres partes diviserunt, in leves, graves et gravissimas etc.

2. Decembris, Iovis.

Fit congregatio quattuor deputatorum praefatorum, qui examinarunt illas censuras, de quibus heri actum est, et conclusum est, ut graviores mittantur ad omnes patres et in generali congregatibne examinentur et decidantur.

3. Decembris, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua leguntur novem censurae sive capita dubitationum, quae graviora videntur ex omnibus censuris patrum super decreto de iustificatione, proponunturque patribus decidenda per verbum *placet* vel *non placet*.

Eadem die. Illms D. Didacus a Mendo eia, qui in hoc sacro concilio Tridentino Caesaris orator una cum Illmo D. Francisco a Toletis agebat, recessit ex Tridento iturus Romam, ubi apud S. Stm etiam orator a S. Mte Caesarea designatus est. Ab hac igitur die cessat eius legatio in concilio, et unus tantum Caesaris orator remanet Illms D. Franciscus a Toletis.

a incipit alius ductus manus.
sententiae et deciduntur.

b Ms. Lunae.

O deletum super quibus ab omnibus dicuntur

¹ Parum distinguit Massarellus Luciani et Isidori in agro Bergomati abbas erat; cf. supra p. 367, domicilia: ille S. Pomposiae Ferrariae, hic Pontidae adn. 7.



4. Decembris, Sabbato.

Transmittuntur ad omnes patres novem illa capita dubitationum seu censurarum super toto decreto de iustificatione.

5. Decembris, Dominica.

Congregantur quatuor R^d DD. deputati super decreto coram R^{ms} et Ill^{ms} DD. legatis. Examinantur leves gravesque censurae super decreto, quod secundum illas aptatur.

6. Decembris, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua examinantur novem illa dubia ad patres transmissa, et audiuntur sententiae omnium usque ad horam secundam noctis.

v

7. Decembris, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua proponuntur patribus prohemium et quinque capita decreti de iustificatione noviter a R^{ms} DD. legatis et quatuor deputatis reformati. Quod prohemium et quinque capita post longam examinationem ab omnibus approbantur, et eis extrema manus imponitur.

Eadem die. R^d DD. quatuor deputati convenerunt coram R^{ms} DD. legatis, qui aptarunt sextum caput decreti secundum censuras patrum alias consideratas etc.

8. Decembris, Mercurii.

Propter festum conceptionis b. Mariae virginis non fit congregatio generalis, sed R^d DD. deputati convenerunt coram R^{ms} DD. legatis, vacarunt in aptandis capitibus decreti, {quae restant}^a, secundum censuras patrum.

Iovis, 9. Decembris.

Fit congregatio generalis, in qua concluduntur tria illa dubia, quae in ultima congregatione remanerunt indecisa, videlicet [1.] circa illud verbum *renascentia*, 2. circa verbum *illuminationem* in 5. capite decreti de iustificatione, 3. in eodem 5. capite de verbis illis addendis *coram illo*. Et conclusum est, ut stet decretum ut iacet.

Deinde dicitur patribus, ut mittant pro copia 6. et 7. capitum reformatum, ut in crastina congregatione expediri possint.

sov

10. Decembris, Veneris.

Fit congregatio generalis, in qua examinantur 6. et 7. capita decreti de iustificatione, quae fuerunt heri ad omnes praelatos transmissa, et omnes de eis sententias dixerunt. Deinde R^{ms} D. card. de Monte primus praesidens dixit, qualiter censurae, quae super his duobus capitibus a secretario collectae sunt, examinabuntur ab ipsis R^{ms} DD. legatis una cum DD. quatuor deputatis, accersitis etiam episcopis, qui theologiam profitentur. Interim patres mittant pro 8. capite reformato, quod in crastina congregatione examinabitur.

Eadem die. Fit congregatio quatuor deputatorum super decreto de iustificatione coram R^{ms} DD. legatis, qui 8. caput ipsius decreti aptarunt etc.

11. Decembris, Sabbato.

Mane hora 16. fit congregatio eorundem quatuor DD. deputatorum coram R^{ms} DD. legatis, aptanturque 10., 11., 12. et 13. capita dicti decreti.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinatur 8. caput decreti de iustificatione noviter reformatum, et omnes patres dixerunt super eo sententias suas.

^a *add. in marg.*

Deinde intimatur patribus, ut mittant pro exemplo 10., 11., 12. et 13. capitum reformatum, quae examinabuntur die lunae. Nonum autem caput decreti, quia loquitur de certitudine gratiae, super quo patres non concordarunt adhuc, reservabitur ultimo loco examinandum.

12. **Decembris**, Dominica.

5 Hora 21. fit congregatio quattuor deputatorum super eodem decreto coram Rm̃s DD. legatis, aptanturque 14., 15. et 16. capita eiusdem decreti. Mittunt praelati pro copia 10., 11., 12. et 13. capitum etc.

13. **Decembris**, Lunae, die s. Luciae.

Mane hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui deputati sunt, ut censuras graves decreti de iustificatione, in quibus patres in generali congregatione 51r
10 non fuerunt concordēs, examinent et decident. Qui DD. deputati sunt R^d DD. archiepi scopi Aquensis, Turritanus et Armacanus, ac episcopi Aciensis de Nobilibus, Chironensis, Motulanus, Bossanensis, Portuensis, Castellimaris, Fanensis, Veronensis, Lancianensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, (Salpensis)^a, Canariensis, Minoriensis, item DD. generales Praedicatorum, Conventualium Costacciarus, s. Augustini Seripandus,
15 Servorum Bonucius. Alii autem duo generales, Minorum et Carmelitarum, (licet sint Tridenti, tamen)^a quia aegrotant non conveniunt.

Proponitur illis in primis, an timor in praeparatione iustificationis praecedat spem, et conclusum post longas disputationes, quod sic. Item proponitur, an detestatio peccatorum in dicta praeparatione praecedat spem, et conclusum, quod licet aliqualis detestatio
20 praecedat spem, tamen illa quae disponit ad iustificationem, de qua in 6. capite decreti, quoniam non potest fieri sine spe et dilectione aliquali, spem consequitur.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur 10., 11., 12. et 13. capita decreti de iustificatione noviter reformata, super quibus dicuntur sententiae ab omnibus patribus, quibus intimatur, quod mittant pro copia 14.,
25 15- et 16. capitum eiusdem decreti, quae examinanda restant. Quorum capitum copia datur usque ad 3. horam noctis omnibus patribus.

14. **Decembris**, Martis.

Hora 16. fit congregatio supradictorum praelatorum theologorum, a quibus examinantur quaedam difficultates super 6. capite decreti de iustificatione a patribus in generali congregatione motae, praesertim an in praeparatione ad iustificationem
30 timor spem praecedere debeat, et conclusum est, ut in alia congregatione, quod sic.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur 14., 15. et 16. capita decreti de iustificatione novissime reformata. Super quibus audiuntur sententiae omnium et censurae notantur, et a R^{mo} D. primo praesidente dicitur, quod illae in congregatione theologorum resolventur, et quod interim mittant patres
35 pro copia canonum reformatum etc.

15. **Decembris**, Mercurii.

Hora 16. fit congregatio-praelatorum theologorum super difficultatibus motis in generali congregatione super 6. capite decreti de iustificatione, quod caput absolvitur.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur 4° canones reformati decreti de iustificatione, super quibus dicuntur tantum sententiae usque ad episcopum Motulanum, cum hora iam esset prima noctis cum dimidia.

16. **Decembris**, Iovis.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones, ab episcopo Motulano usque ad generalem Servorum, qui est ultimus in congregatione. Et ita perficitur examinatio huius decreti de iustificatione noviter a Rm̃s DD. praesidentibus
45 et quattuor deputatis reformati et die 7. huius in generali congregatione patribus exhibiti.

^a *add. in marg.*

17. Decembris, Veneris.

Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui diffusissime disputarunt in reddenda ratione, quare Paulus dicat hominem iustificari per fidem, cum multa alia in iustificatione requirantur. Verum cum patres essent varii, nihil conclusum est, sed remiserunt se ad crastinam congregationem.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua a Rrās DD. praesidentibus interrogantur patres, an expediat in praesentiarum una cum decreto de iustificatione decidere quaestionem de certitudine gratiae. Super qua re sententiis collectis maiori parti visum est, quod pro nunc in hoc decreto de iustificatione damnetur tantum assertio Lutheranorum quoad hanc certitudinem gratiae, et de quaestione principali, super qua etiam inter catholicos dissensio est, nihil decidatur. Quod ideo factum est, 52' quia patres concilii in hac quaestione ita varii et discordes erant atque suam | unusquisque ita tueri conabatur opinionem, ut nisi magno cum scandalo ad alteram partem damnamdam deveniri non poterata.

18. Decembris, Sabbato.

Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui diffuse disputarunt in inveniundo perpetuo consensu catholicae ecclesiae in interpretandis illis verbis Pauli: *Arbitramur hominem iustificari per fidem* etc. Et quoniam patres varii erant, tandem conclusum est ut inveniantur verba, quae ponantur in 8. capite decreti, quae verba ad omnem iustificationem referri possint. Et cum hac conclusione absolvitur congregatio etc.

20. Decembris, Lunae.

Fit congregatio generalis, in qua per Rmum D. card. de Monte primum praesidentem proponitur patribus, ut in futura congregatione veniant parati ad respondendum super die certo pro futura sessione statuendo et de residentia praelatorum, videlicet an poena temporalis non residentibus sit infligenda, et quae poena. Super quibus duobus punctis patres dicturi sunt sententias suas.

21. Decembris, Martis.

Fit congregatio praelatorum theologorum, qui etiam diu laborarunt in inveniundo perpetuo consensu ecclesiae in interpretatione verborum Pauli, qui tantum videtur tribuere fidei in iustificatione. Et omnes consenserunt et approbarunt infrascripta verba, videlicet: *Per fidem autem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis. Nam sine fide impossibile est placere Deo et ad filiorum Dei consortium pervenire* 2.

22. Decembris, Mercurii.

Fit congregatio theologorum praelatorum, qui diffuse disputarunt et laborarunt in inveniundo perpetuo consensu ecclesiae in interpretatione verborum Pauli, cum dicit *gratis, sine operibus nos iustificari* 3. Et omnes tandem consenserunt in infrascripta verba, videlicet: *Gratis vero ideo iustificari dicamur, quia nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, sive fides sive opera, ipsam iustificationis gratiam meretur* 2 etc.

52V

23. Decembris, Iovis.

Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum super 8. capite decreti de iustificatione, certaruntque diu in disputando, an in causa finali iustificationis sit

a sic. h Haec relatio alio ac praecedentes et sequentes ductu manus est scripta. 0 deletum generalis.
d Concil. 77 ab his verbis, quae in Summar. Barber. in superiori pagina fol. 75r leguntur, subito transit ad similia sub 21. Decembris, quae in eodem Summario sunt in eadem pagina inferiori. Cf. supra ad 19. Augusti p. 446, adn. a.

1 Rom. 3, 28.
tione c. 6.

2 Quae verba paucis mutatis remanebant in decreto sextae sessionis de iustificatione c. 6.
3 Rom. 3, 24, 28.

nominanda gloria Christi et vita aeterna. Et licet aliqui partem negativam defenderint, tamen concordarunt, ut manerent in decreto haec verba: *Finalis causa gloria Dei et Christi ac vita aeterna*. Item egerunt magna disceptatione, an fides habere debeat aliquem locum in ipsis causis iustificationis; et quia patres concordare non poterant, differtur decisio huius quaestionis usque in aliam futuram congregationem, quam licet R^o et Ill^{mi} DD. legati intimarent pro die hodierna ad horam 21., rogantibus tamen patribus liberantur ab hoc labore.

'28. Decembris, Martis.

Fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponitur 7. caput decreti de iustificatione novissime reformatum, disputaruntque circa locum dandum fidei in causis ipsius iustificationis. Et conclusum concorditer, quod in nulla causa sit ponenda fides, sed satis ei tributum sit in verbis decreti pluribus in locis etc.

29. Decembris, Mercurii.

Fit congregatio generalis, in qua a R^o DD. legatis proponitur dies pro futura sessione ad octavam epiphaniae, quae erit die Iovis 13. futuri mensis Ianuarii 1547. Qui dies a maiori parte comprobatur: nam omnes patres erant numero 59, ex quibus 16 non censebant diem certum esse statuendum, donec omnia essent expedita, reliquis vero, id est 43, placuit dies illa proposita a R^{mis} DD. legatis. Et ita conclusum, quod dies illa publicetur.

30. Decembris, Iovis.

<Hora 21. fit) b congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae super residentia praelatorum, videlicet an nova poena sit imponenda non residentibus, et quae poena, et quis eius poenae executor esse debeat. Loquuti sunt hodie 21, videlicet a R^o D. card. Geennensi usque ad episcopum Portuensem. Et cum hora esset iam 2. noctis, caeteri patres audiri non potuerunt, sed remissi ad futuram congregationem.

31. Decembris, Veneris.

Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponuntur 10. et 11. capita decreti de iustificatione et censurae super eis in generali congregatione datae examinantur, videlicet an in 10. capite verbum *renovantur* bene maneat, et conclusum quod sic. Item an auctoritas Iacobi *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum*¹, loquatur de secunda iustificatione, hoc est de operibus, quae fiunt post iustificationem, et conclusum quod sic. Item an consilia essent ex primenda inter bona opera, quibus iustificatio augetur, et conclusum quod non, (cum sub nomine bonorum operum consilia comprehendantur) b. Et ita absolvuntur et concluduntur haec duo capita.

1547.

1. Ianuarii 1547, Sabbato.

Fit congregatio praelatorum theologorum. Licet enim hodie sit festum circumcisionis et hoc mane fuerit celebrata missa solemnis in ecclesia cathedrali per R^{num} £) cardinalem S. Crucis, <ut dictum est,) e² quia tamen dies futurae sessionis instat, nullis laboribus vel diebus parcutur. Proponuntur itaque DD. theologis 4 capita decreti de iustificatione, videlicet 12., 13., 14. et 15., super quibus censurae generalis congregationis examinantur, praesertim illa, an sit simpliciter verum, quod per infidelitatem amittatur fides, cum habeamus exemplum b. Petri, qui licet infidelitate peccaverit dum Christum, etiam cum iuramento, negavit, fidem tamen non amisit, cum Christus ipse ei

a *alius ductus manus hac die tantum.*

b *in marg.*

c *sublimatum, quo indicabatur scriptori id esse omittendum.*

¹ Iac. 2, 24.

² Dictum est in diario III, non in hoc.

prius dixisset: *Rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua*¹ sed conclusum, quod amittatur, et ita haec 4 capita, quia pauca discutienda erant, concluduntur et firmantur.

Eadem die. Publicatur dies futurae sessionis ad diem 13. huius mensis Ianuarii, quae erit octava Epiphaniae, per affixionem ad valvas ecclesiae cathedralis Tridentinae et palatii residentiae R^m DD. legatorum, prout in infrascripta cedula continetur. 5

53v *Legati apostolici sacro concilio Tridentino praesidentes.*

Sit omnibus notum et manifestum, quod die 1J. futuri mensis Ianuarii, quae erit octava epiphaniae, ad Dei omnipotentis laudem et gloriam et prosperum ecclesiae statui celebrabitur sexta sessio de more in loco consueto. Datum Tridenti in aedibus nostrae residentiae die 29. Decembris 1547.* 10

Quae cedula non subscribitur nisi a secretario concilii, videlicet: *Angelus Massarellus, sacri concilii secretarius, de mandatis.*

2. Ianuarii, Dominica.

Hora 21. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponuntur censurae, quae fuerunt consideratae in generali congregatione super 16. capite decreti de iustificatione, videlicet circa illa verba *quominus plene quoad illa opera*² etc. Item circa illa *una enim est iustitia Dei, Christi et nostra*² etc. Quae censurae, praesertim 15 prima, licet fuerint diffuse examinatae, non fuerunt tamen finaliter conclusae, sed earum decisio remissa est ad futuram congregationem. <(Et ita dimittuntur patres hora 24.) d

3. Ianuarii, Lunae.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae ab illis patribus, qui in alia congregatione ob temporis angustiam loqui non potuerunt, super 20 residentia praelatorum. Hodieque dederunt vota 14, videlicet a D. Vasionensi usque ad D. Lancianensem; ac etiam dixerunt Panormitanus et de Nobilibus, qui in eorum loco in praeterita congregatione sententias non dixerant. Vocanturque patres in crastinum, ut omnium sententiae in hoc eodem articulo absolvantur. Et absolvitur congregatio hora 24. cum dimidia, cui interfuerunt duo R^m legati, card. Geennensis, secundus et 25 tertius oratores Galli, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales.

54r

4. Ianuarii, Martis.

Hora 21. habetur congregatio generalis, in qua perficitur examinatio articuli de residentia, diciturque a R^ms praesidentibus, quod colligerentur vota patrum secundumque ea decretum formaretur et patribus postea ostenderetur. Et quoniam patres super hac materia (quae quidem satis ardua est et magni ponderis) diffuse admodum 30 loquuti sunt, protrahitur hodierna congregatio usque ad horam 2. noctis. Cui inter fuerunt superius adnotati.

5. Ianuarii, Mercurii.

Hora 16. habita est congregatio praelatorum theologorum, qui satis exacte examinarunt illas duas clausulas controversas in 16. capite decreti de iustificatione consideratae⁶, a patribus in generali congregatione. Quod caput 16. omnino (quoad 35 ipsos deputatos) absolvitur et concluditur. Item examinantur censurae canonum eiusdem decreti de iustificatione etiam factae in generalibus congregationibus. Quorum canonum 10 firmantur et concluduntur. Solvitur autem congregatio hora 20.

6. Ianuarii, Iovis.

55r Hora 21. habetur congregatio praelatorum theologorum (licet sit dies epiphaniae) f | super examinatione earundem censurarum canonum de iustificatione, ex 40

a sic, pro 1546-

b Summaria nomen subscriptum non habent.

c hic incipit alius manus

ductus et atramentum pallidius, cf. adnotationem ad 6. Ianuarii.

d om. Summar. Barber.

e sic.

f hic desinit textus pallidiori atramento scriptus et admonetur lector Vide in alio quinternione infra i. pagina; f. 54v est album, et f. 55 ali^o atramento incipitur: Iovis, 6. Ianuarii (et atramento illo pallido additur licet dies epiphaniae, tamen, et atramento obscuriori incipit textus:} Hora 21. fuit cong^o theologorum super examinatione etc., sicut supra.

1 Luc. 22, 32.

2 Etiam haec verba, perpaucis circa formam mutatis, retinebantur in decreto de iustificatione c. 16.

quibus absolvuntur 15, videlicet a 10. usque ad 26. exclusive, qui cum haberet multas difficultates expediri non potuit, et solvitur congregatio hora 2. noctis.

Die Veneris 7. Ianuarii.

Hora 16. fuit congregatio praelatorum theologorum, qui examinarunt censuras canonum, qui discutiendi remanserant, videlicet a 26. usque ad 33., et ita cum
5 Dei laude absolvitur examinatio censurarum omnium canonum, dimittiturque congregatio hora 19.

Eadem die. Hora autem 21. fuit congregatio generalis, in qua propositum fuit decretum de residentia cura R^m et Ill^m legatorum confectum, nunciaturque, ut omnes pro eius exemplo mittant, ut in crastina congregatione examinari possit.

10 **Eadem die.** Datur omnibus patribus exemplum supradicti decreti de residentia.

Die Sabbati 8. Ianuarii.

Hora 16. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua proponuntur 9. caput et 14. canon decreti de iustificatione, in quibus agitur de certitudine gratiae. Super qua re patres convenire non potuerunt, sed remittuntur ad aliam congregationem, et dimittitur hodierna hora 20.

15 **Eadem die.** Hora autem 21. fuit congregatio generalis, in qua patres coeperunt dicere sententias super decreto residentiae, et loquuntur hodie a R^m Geennensi usque ad episcopum Portuensem, et dimittitur congregatio hora 2. noctis.

Die Dominica 9. Ianuarii.

Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui diffuse egerunt de certitudine gratiae. Et tandem convenerunt- quod nemo potest esse certus certi-
20 tudine fidei, cui non potest subesse falsum, de gratia Dei, et solvitur congregatio hora 19.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt examinationem eiusdem decreti de residentia a Portuensi usque ad Alyphanum, nunciaturque omnibus, ut mittant pro censuris aptatis in decreto de iustificatione, et dimittitur congregatio hora 2. noctis.

Die Lunae 10. Ianuarii.

25 Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua primum perficitur examinatio decreti de residentia. Deinde R^{os} D. Bituntinus declaravit censuras aptatas in decreto de iustificatione per DD. praelatos theologos, et solvitur congregatio hora 2. noctis.

Die Martis 11. Ianuarii.

Hora 16. fuit congregatio praelatorum canonistarum coram R^m et Ill^m D. cardinali de Monte primo praesidente super examinatione censurarum in decreto
30 residentiae. Qua in re elaboratum fuit usque ad horam 20.

Eadem die. Hora autem 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur censurae ultimo loco consideratae super decreto de iustificatione. Quod decretum ad Dei laudem ab omnibus approbatur, et dimittitur congregatio hora 2. noctis.

Die Mercurii 12. Ianuarii.

35 "Hora 16. fuit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponitur, bene maneat in 6. capite decreti de iustificatione timor ante spem, et post longam disputationem convenerunt omnes, quod bene maneat, et dimittitur congregatio hora 19.

Eadem die. Hora autem 20. cum dimidia fuit congregatio generalis, in qua proponitur decretum de residentia reformatum in congregatione canonistarum, super

a Vatie. Concil. 77 hic fusiores habet relationes (sessio omittitur, cuius sine dubio acta integra inseri volebat Massarellus), cum Barber. XVI, > omnino cum hoc libro originali concordet; ergo haec pars Vaticani non est transumpta ex Barberiniano (cf. supra ad 19. Augusti 1546 p. 446, adnot. a).

56r quo sententiae patrum variae [fuerunt. Decretum autem de iustificatione iterum communi consensu ab omnibus approbatur. Concluditur deinde, quod in sessione crastina accusetur contumacia absentium praelatorum, et indicatur alia sessio ad diem Iovis feria quinta post primam dominicam futurae quadragesimae, et dimittitur congregatio hora 3. noctis.

[13. Ianuarii, Iovis.]

Sessio sexta.

In Dei nomine Amen. Anno Domini 1547, die 13. mensis Ianuarii, in ecclesia 5 cathedrali Tridentina in loco consueto celebrata fuit sexta publica sessio sacri concilii Tridentini. In qua sessione celebravit missam de spiritu sancto R^{mus} D. archiepiscopus Spalatrensis, habuitque orationem R^{mus} D. episcopus Salpensis, et R^{mus} et Ill^{mos} D. card. de Monte primus praesidens et legatus solitas orationes legit et caerimonias consuetas peregit. Decantato per diaconum evangelio Matthaei 5. *Vos estis sal terrae*, omnibusque 10 agendis de more peractis publicata fuerunt decreta infrascripta, videlicet:

Decretum de iustificatione. *Cum hoc tempore* etc.

Quod decretum ab omnibus unanimiter approbatum est. Deinde legitur aliud decretum de residentia episcoporum et aliorum inferiorum sub tenore infrascripto, videlicet:

Decretum de residentia. *Eadem sacrosancta synodiis* etc. 15

Super quo decreto sententiae patrum fuerunt variae, et multi cedulas infrascriptas exhibuerunt, adeo ut super eo tunc certi aliquid statui non potuerit. Sed postea die 25. Februarii subsequentis in generali congregatione consideratis et perpensis votis ipsorum patrum collectorum in hac sessione sexta inventum fuit decretum ipsum maiori parti placuisse, et ita pronunciatum est esse approbatum et pro approbato haberi debere. 20

Deinde accusatur contumacia absentium praelatorum exceptis Germanis et legitime 56v impeditis, et constituti sunt iudices, qui supra huiusmodi contumacia cognoscant, videlicet R^{ai} DD. archiepiscopus Aquensis et episcopi Astoricensis et Albinganensis. Et inhibetur patribus sub gravissimis poenis, ne recedant ex Tridento sine licentia usque ad aliam futuram sessionem, quae indicitur ad diem Iovis post primam dominicam sub- 25 sequentis quadragesimae.

Postremo rogatis per D. promotorem prothonotariis et notariis ibidem praesentibus de omnibus in sessione gestis, dimittuntur patres hora circiter 21.

Die Sabbati 15. Ianuarii.

Post sextam sessionem fuit prima congregatio generalis, in qua lecta sunt vota collecta in praeterita sessione super decreto residentiae. Quae cum essent varia, 30 conclusum est ut fiat deputatio praelatorum canonistarum, qui ipsum decretum et vota considerent et in generali congregatione referant.

Actumque fuit de titulo decreti, super quo aliqui patres perseverant, quod apponantur haec verba, videlicet *universalem ecclesiam repraesentans*, et convenere omnes, quod de hoc suo tempore aedatur canon, in quo assertio Lutheranorum damnetur. Et dimittitur 35 congregatio hora 1. noctis.

Die Lunae 17. Ianuarii.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua proponuntur articuli sacramentorum in genere, baptismi et confirmationis, legunturque errores circa ipsa sacramenta suborti, qui ante omnia examinandi sunt a theologis minoribus iuxta morem hactenus in concilio observatum, ac etiam leguntur impedimenta residentia exhibita per DD. praelatos ipsis 4° R^{mis} et Ill^{ma} DD. praesidentibus. Nunciaturque omnibus, ut pro exemplo dictorum articulorum et impedimentorum mittant, et solvitur congregatio hora 23.

Die Martis 18. Ianuarii.

Datur omnibus patribus exemplum suprascriptorum articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, et impedimentorum residentiae.

Die Iovis 20. Ianuarii.

Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, hodieque | dixerunt sententias tres, videlicet Riccardus Cenomanus Gallus, ordinis 57r Minorum de observantia, Ludovicus Vitriarius Veronensis eiusdem ordinis, et Sebastianus 5 de Castello ordinis Minorum Conventualium. Articuli autem eis propositi sunt infrascripti, videlicet. . . .

Articuli haereticorum super sacramentis in genere

Articuli haereticorum super sacramento baptismi

Articuli haereticorum super sacramento confirmationis

io **Eadem die.** Deputantur praelati canonistae, qui materiam reformationis examinent. Qui sunt infrascripti, videlicet: RTM8 D. card. Geennensis ac Rd DD. archiepiscopus Materanus, et episcopi Feltrensis, Soranus, Vasionensis, Parentinus, Pisauriensis, Ferrettus, Salutiarum, Pacensis, Astoricensis, Albinganensis, Calaguritanus, Alyphanus.

Die Veneris 21. Ianuarii.

Hora 16. fuit congregatio praelatorum canonistarum, qui egerunt de 15 decreto residentiae reformando et de capitibus impedimentorum ad eos hesterni die transmissorum.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio theologorum minorum, qui prosecuti sunt examinationem eorundem articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione. Loquunturque hodie 4, videlicet Bartholomaeus Miranda 20 Hispanus ord. Praed., Georgius de S. Iacobo et Gaspar a Regibus Portugallenses eiusdem ordinis, et Don Alphonsus Salmeron Hispanus, societatis Iesu.

Eadem die. Hora circiter 19. obiit Tridenti in monasterio S. Bernardini R P. Ioannes Calvus Corsicus, generalis ordinis Minorum de observantia, cuius anima requiescat in pace.

Die Sabbati 22. Ianuarii.

57

25 Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum, quorum quinque prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum, videlicet Don Iacobus Laynes Hispanus, societatis Iesu, Petrus Paulus de Potentia ord. Minorum Convent., Aurelius Philippus de Roccacontrata ord. Heremitarum, Ambrosius Veronensis eiusdem ordinis, et Hieronymus ab Oleastro Portugallensis, ordinis Praedicatorum.

Die Lunae 24. Ianuarii.

30 Hora 21. fuit congregatio praelatorum canonistarum coram R^m et Illmo D. card. de Monte primo praesidente super eisdem capitibus reformationis, et super invenienda provisione contra pluralitatem beneficiorum curatorum incompatibilium.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum, loquunturque hodie Gregorius Perfectus 35 Patavinus ord. Heremitarum, Nicolaus Trecensis Gallus ord. Carmelitarum, D. Franciscus Herrera Hispanus saecularis¹ et Ioannes Consilii Gallus ord. Minorum de observantia.

Die Martis 25. Ianuarii.

Hora 15. fuit congregatio praelatorum canonistarum, qui diu multumque disputarunt de inveniendi modo, quo provideatur contra pluralitatem beneficiorum, super qua re quoniam patres concordare non potuere, conclusum est ut fiat de ea canon et 40 patribus ostendatur, et ita dimittitur congregatio hora fere 20.

a Ms. Ludivicus.

Barberinus articulos habet.

b articuli ipsi in cod. originali non sequuntur, sed punctis inserendi indicantur;

c Concil. 77: 23.

¹ Certe hic subintellegendum est *clericus* vel *sacerdos*, in quo sensu saepe (cf. dies sequentes) Massarellus usurpat vocem *saecularis* (distinguendo a *regularis*); unde Theiner licere sibi credebatur vocem *clericus* in

serere ante *saecularis* in sua editione actorum I, 33» sed ibi perperam, cf. diarium I ad 26. Decembris 1545 et adnotationem 1 ibid. p. 360. Druffellique libellum ibi laudatum.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum, quorum quatuor prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum, videlicet Vincentius Leoninus Siculus ord. Carmelitarum, Sigismundus Phedrius de Diruta ord. Minorum Conv., D. Melchior de Bosmediano Hispanus saecularis, et D. Antonius Solisius Hispanus, etiam saecularis¹¹.

5

Die Mercurii 26. Ianuarii.

Hora 20. fuit congregatio eorundem theologorum super eisdem articulis, super quibus quattuor dixerunt sententias, videlicet D. Andreas Navarra Hispanus saecularis, Ioannes Baptista Moncalvus ord. Minorum Conv., D. Petrus Sarra Hispanus saecularis, Antonius Solisius Hispanus saecularis¹.

s8r

Die Iovis 27. Ianuarii.

Hora 15. fuit congregatio praelatorum canonistarum super eadem pluralitate ecclesiarum et beneficiorum, et conclusum, quod per unum statuatur tantum quoad futurum.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum, quorum quattuor prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum, videlicet Ludovicus Carvaialus Hispanus ord. Minorum de observantia, Antonius Solisius, qui heri ob temporis brevitate votum suum perficere non potuit, Franciscus Vita ord. Carmelitarum, et Ioannes Antonius Delphinus ord. Minorum Conventualium.

Die Veneris 28. Ianuarii.

Hora 15. fuit congregatio praelatorum canonistarum, qui egerunt de annexionibus ecclesiarum et beneficiorum, super quibus conclusum est, ut scribatur ad summum pontificem, quod providere dignetur. Item agitur de ordinatione clericorum, ut non nisi a suis episcopis ordinentur; item de nunciis apostolicis, quod non concedant dispensationes de promovendo a quocunque cum autoritate sedis apostolicae.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum, super quibus hodie loquuntur quinque, videlicet Laurentius Mazochius de Castrofranco ord. Servorum, Ioannes Baptista Urbevetanus eiusdem ordinis, Angelus Senensis ord. Carmelitarum, Franciscus Visdomini Ferrariensis ord. Minorum Conv., et Hieronymus Lombardellus ord. Minorum de observantia.

Die Sabbati 29. Ianuarii.

Hora 15. fuit congregatio praelatorum canonistarum, qui diffusissime disputarunt de delendis exemptionibus perpetuis capitulorum ecclesiarum cathedralium, collegiorum, universitatum et similium; super qua re electi sunt tres praelati, qui exemptionum diversitates colligerent. Qui fuerunt R^{mo} DD. archiepiscopus Materanus et episcopi Astoricensis et Alyphanus. Et dimittitur congregatio hora 19.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio theologorum minorum, qui prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum. Et loquuntur tres, videlicet Gentianus Hervetus Gallus saecularis, Laurentius (Fulgineus ord. Conventualium, Franciscus Salazar ord. Minorum de observantia. Cumque nemo alius loqui vellet, imponitur finis his congregationibus, et dimittuntur theologi, laudati et commendati a cardinali S. Crucis, qui semper dictis congregationibus praefuit una cum praesentia multorum praelatorum)^b.

58v

Die Lunae 31. Ianuarii.

Hora 20. fuit congregatio (generalis)⁰, in qua relata fuerunt patribus ea, quae in congregationibus theologorum minorum et praelatorum canonistarum acta fuerant,

a *Vat. 77 differt ab hac relatione et ad diem sequentem adnotat: non fit congregatio, cum certe habita sit, ut probatur et diario III et actis apud Theiner I y 4.3. Nescio unde error sit ortus.*

b *haec partim vel omnino decisa erant a ligatore, sed Massarelli manu in margine inferiori suppleta sunt. c corr. pro eorundem theologorum.*

1 Errat Massarellus; in diario III et in actis in- ord. Minorum de observantia, Antonius Solisius vero ducitur hac die inter loquentes Andreas Vega Hispanus, 26. et 27. — De voce *saecularis* cf. p. 459, adn. 1.

et propositum fuit sacramentum eucharistiae, super quo articuli haereticorum examinandi sunt a theologis minoribus, ut in aliis observatum fuerat, et dimittitur congregatio hora 22.

Eadem die. Datur omnibus praelatis exemplum articulorum super sacramento eucharistiae.

Die Martis I. **Februarii** eiusdem anni 1547.

Datur omnibus patribus exemplum canonum de reformatione reformationum in congregationibus praelatorum canonistarum.

3. **Februarii**, Iovis.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum, qui coeperunt examinare articulos haereticorum super sacramento eucharistiae. Super quo dixerunt hodie sententias infrascripti, videlicet Stephanus Consortes Brixiensis, ordinis Eremitarum, Hieronymus ab Oleastro Portugallensis ord. Praed., Bartholomaeus Miranda eiusdem ordinis. Et dimittitur congregatio hora 18.^a

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua patres coeperunt examinare decretum de residentia et reformatione secundum canones eis exhibitos, super quibus dixerunt sententias a Rmo Geennensi usque ad episcopum Portuensem, et dimittitur congregatio hora 24.

Die Veneris 4. **Februarii**.

Hora 16. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulum de sacramento eucharistiae, et loquuntur tres, videlicet Ricchardus Cenomanus Gallus ord. Minorum de observantia, Marianus Feltrinus ord. Heremitarum, et Alphonsus Salmeron societatis Iesu.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem eorum canonum de reformatione, et loquuntur a Portuensi usque ad Agathensem. Deinde dimittitur congregatio hora 24.

Die Sabbati 5. **Februarii**.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulum, loquunturque hodie duo, videlicet Alphonsus Salmeron, qui heri votum suum ob temporis angustiam non perfecerat, et Petrus Paulus de Potentia ord. Minorum Conventualium.

Die Lunae 7. **Februarii**.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum, quorum tres prosecuntur examinationem eorum articulum de sacramento eucharistiae, videlicet Petrus Paulus de Potentia, qui heri votum non perfecerat, et Vincentius Leoninus Siculus ord. Carmelitarum, ac Ioannes Baptista Moncalvus ord. Minorum Conv. Solvitur congregatio hora 18.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua quatuor infrascripti dixerunt sententias super eisdem canonibus reformationis, videlicet R^{mo} DD. Mylensis, Canariensis, Alyphanus, Minoriensis. Postea dimittitur congregatio hora 24.

Die Martis 8. **Februarii**.

Fiunt exequiae pro Sermae clarae memoriae Anna regina Hungariae. Celebravit missam in ecclesia cathedrali R^{mo} D. archiepiscopus Panormitanus, cui interfuerunt R^{mi} et Ill^{mi} DD. legati ac praelati omnes.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua proponuntur articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione secundum iudicium theologorum minorum, super quibus dixerunt sententias R^{mo} DD. archiepiscopus Turritanus, Materanus et Naxiensis, et dimittitur congregatio hora 24.

a in marg. datur haec monitio scriptori: ponantur hic articuli suprascripti.

Die Mercurii 9. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum, et loquuntur hodie tres, videlicet Franciscus Vicedominus Ferrariensis ord. Minorum Conv., Petrus Sarra Hispanus saecularis, Franciscus Salazar Hispanus ord. Minorum de observantia.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua patres infra- 5
scripti prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, videlicet R¹DD. archiepiscopus Upsalensis et episcopi Senogalliensis, Asculanus, Feltrensis, Aciensis, et dimittitur congregatio hora 24.

Die Iovis 10. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de sacramento eucharistiae, et loquuntur quattuor, videlicet Laurentius 10
Mazochius ord. Servorum, Aurelius de Rocca Contrata ord. Eremitarum, Ambrosius Veronensis eiusdem ordinis et Sebastianus de Castello, ordinis Minorum Conventualium.

59v **Eadem die.** Hora 20. fuit congregatio [generalis] super eisdem articulis de sacramentis in genere et de confirmatione, et loquuntur hodie 10, videlicet R¹DD. Panormitanus, Iserniensis, Melitensis, Tiburtinus, Sabinicensis, Chironensis, Fesulanus, 15
S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Portuensis. Deinde dimittitur congregatio hora 24.

Die Veneris 11. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super eadem examinatione articulorum de sacramento eucharistiae, et loquuntur Sebastianus de Castello, qui votum suum heri perficere non potuit, et Hieronymus Lombardellus Brixiensis, ord. Minorum de observantia. 20

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et confirmatione, super quibus loquuntur Portuensis, qui heri votum suum non perfecit, et Bossanensis ac Motulanus, et solvitur congregatio hora 24.

Die Sabbati 12. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum super examinatione eorundem articu- 25
lorum de sacramento eucharistiae, et dixerunt sententias infrascripti, videlicet Nicolaus Trecensis ordinis Carmelitarum, D. Gentianus Hervetus Gallus, saecularis, Angelus de Papis Senensis, ord. Carmelitarum.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua prosequuti sunt examinationem eorundem articulorum infrascripti, videlicet R^{ms} D. card. Geennensis, qui 30
suo loco nihil dixerat, et Castellimaris, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Salutarum, Agathensis. Deinde solvitur congregatio hora 24.

Die Lunae 14. Februarii.*

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de sacramento eucharistiae, et loquuntur duo, videlicet Andreas Navarra Hispanus saecularis, et Vincentius de Casale ord. Praed. 35

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua patres infrascripti dixerunt sententias super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, videlicet R^dDD. Lancianensis, Siracusanus, Ferrettus, Vigorniensis, Bituntinus, et dimittitur congregatio hora 24.

Die Martis 15. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis 4°
de sacramento eucharistiae, et loquuntur duo, videlicet Andreas Vega Hispanus ord. Minorum de observantia, et Gaspar a Regibus Lusitanus ord. Praed.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua infrascripti dixerunt sententias super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et confirmatione, videlicet R'lus D. archiepiscopus Aquensis, qui suo loco nihil dixerat, et episcopi Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Corsulanus, Albinganensis, Aquinatensis,
5 Oscensis, Calaguritanus.

Die Mercurii 16. Februarii.

Fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, super quibus loquuntur Ludovicus Carvaialus Hispanus ord. Min. de observ. et Gregorius de Bosmediano Hispanus saecularis.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua prosequuntur examinationem eorundem articulorum infrascripti, videlicet R^a DD. Claramontanus, Mylensis, Alyphanus, Britonoriensis et Minorienensis. Et dimittitur congregatio hora 24.

Die Iovis 17. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super eadem examinatione, et loquuntur infrascripti, videlicet Don Iacobus Laynes, societatis Iesu, D. Franciscus Herrera Hispanus, saecularis, et dimittitur congregatio hora 15.

15 **Eadem die.** Hora 20. fuit congregatio generalis super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, et dixerunt sententias D. Claudius Zaiusa Sabaudiensis societatis Iesu, procurator R^m card. Augustensis, ac Ambrosius Pelargus ord. Praed., procurator R^d D. archiepiscopi Treverensis, et Don Lucianus, abbas Pomposiae Ferrariae, ac generalis ord. Min. Convent.

Die Veneris 18. Februarii.

20 Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de sacramentis eucharistiae, et loquitur hodie tantum Ioannes Consilii Gallus, ord. Minorum de observantia.

Eadem die. Hora autem 20. fuit congregatio generalis super eadem
60v examinatione articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, et dixerunt sententias R^{ds} P. generalis Minorum Conv., qui votum suum non potuerat perficere, et generalis Praedicatorum, qui suo loco heri nihil dixerat. Deinde dimittitur congregatio hora 24.

Die Sabbati, 19. Februarii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum minorum, in qua perficitur examinatio dictorum articulorum de sacramento eucharistiae, super quibus hodie loquuntur duo,
30 videlicet Georgius a s. Iacobo Portugallensis ord. Praed. et Hieronymus Guilhelmi eiusdem ordinis.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio generalis super prosecutione examinis eorundem articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, et loquuntur hodie infrascripti, videlicet R^ds D. episcopus Castellimaris et
35 generalis Heremitarum. Postea dimittitur congregatio hora 24.

Die Lunae 21. Februarii.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua prosecutus fuit examinationem eorundem articulorum R^{ds} P. generalis Servorum, et legitur votum R^d P. generalis Carmelitarum, qui erat aegrotus. Et ita absolvitur examinatio dictorum articulorum de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione. Deinde intimatur patribus, ut
40 mittant pro exemplo canonum reformatum super materia residentiae. Et solvitur congregatio hora 24.

Die Martis carnisprivii, 22. Februarii.

Datur omnibus patribus exemplum canonum 20 reformatum super materia residentiae et eius annexis.

a *sc, f ro* Jaius, *cf. suprap. 332, l. 18 et adh. 6.*

Die Iovis 24. Februarii.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua proponuntur 20 canones reformati super residentia et eius annexis. Sed cum in his 20 canonibus comprehenderentur canones publicati in decreto residentiae publicati in sexta praeterita sessione, visum est patribus, ut prius considerentur vota patrum illius sessionis super ipso decreto, ut si decretum approbatum inveniatur, non sit opus de novo canones illos j edere, sin autem, 5
617 novum decretum conficietur. Et cum hac conclusione dimittitur congregatio hora 1. noctis.

Die Veneris 25. Februarii.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua considerantur et perpenduntur vota patrum collecta in VI. sessione super decreto residentiae, et cum maiori parti decretum placuisse visum fuerit, declaratur ipsum decretum fuisse approbatum et obtentum, et ita pro approbato ab omnibus haberi debere. Deinde examinantur 11 canones ex 20, 10
qui noviter formati erant, ut in futura sessione publicentur, et dimittitur congregatio hora 24.

Die Sabbati 26. Februarii.

Hora 20. cum dimidia fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de annexis residentiae. Postea dicitur patribus, ut mittant pro exemplo decreti de sacramentis, et dimittitur congregatio hora 1. noctis.

Die Dominica 27. Februarii.

Datur omnibus patribus exemplum decreti de sacramentis in genere, de baptismo 15
et de confirmatione.

Die Lunae 28. Februarii.

Mane hora 15. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de annexis residentiae, videlicet 17., 18., 19. et 20. Postea declarantur quidam canones decreti de sacramentis, qui in futura congregatione examinabuntur, et dimittitur congregatio hora 19. 20

Die Martis I. Martii eiusdem anni 1547.

Hora 15. fuit congregatio generalis, in qua patres ceperunt examinare decretum de sacramentis, dixeruntque sententias a Rmo card. Giennensi usque ad episcopum Siracusanum, et cum hora esset iam 19., dimittitur congregatio et vocatur ad horam 21. huiusmet diei.

Eadem die. Hora igitur 21. fuit iterum congregatio generalis, in qua 25
perficitur examinatio eiusdem decreti de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, et dimittitur congregatio hora prima noctis.

61V

Die Mercurii 2. Martii.

Hora 15. fuit congregatio theologorum praelatorum super examinatione censurarum consideratarum in decreto de sacramentis in congregatione generali. Quae examinatio cum perfici non potuerit, dimittitur congregatio hora 19. et vocantur iidem- 30
met patres theologi in congregationem ad horam 20. huiusmet diei.

Eadem die. Eadem hora 15. fuit etiam congregatio canonistarum coram Rmo et Illmo D. cardinali de Monte primo praesidente, super aptatione decreti de residentiae annexis.

Eadem die. Hora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum 35
super examinatione earundem censurarum super decreto de sacramentis, quod decretum aptatum etiam reformatur.

Eadem die. Eadem autem hora 20. congregabatur congregatio generalis in eademmet aula, ubi iam congregati erant theologi, et ideo uno eodemque tempore decretum ipsum de sacramentis examinabatur a praelatis theologis et confirmabatur a 40
patribus generalis congregationis, in qua tandem firmantur duo decreta in crastina sessione publicanda. Deinde legitur decretum Srā D. N. super residentia Rmo, DD.

cardinalium et contra pluralitatem ecclesiarum detentarum ab ipsis R^{ms} D^D. cardinalibus, ut quam maluerit retenta, infra sex menses, si ad liberam sedis apostolicae collationem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur. Quod si non fecerint, ecclesiae huiusmodi ipso iure vacent. Postremo statuitur publicanda dies pro alia futura sessione
5 ad feriam quintam post dominicam in albis, quae erit 2. Aprilis subsequens, et dimittitur congregatio hora circiter 3. noctis.

[Die Iovis 3. Martii.]

Sessio septima.

In Dei nomine amen. Anno salutis 1547, die vero Iovis 3. mensis Martii, Tridenti in ecclesia cathedrali in loco consueto celebrata fuit septima sessio sacrosancti concilii Tridentini. In qua celebravit missam de spiritu sancto R^{d's} D. archiepiscopus
10 Corcirensis. Oratio habita non fuit, quia R^{ds} D. episcopus S. Marci, qui eam habiturus erat, raucedine vocis praepeditus est. Missa absoluta R^{ms} | et 111¹ D. card. de Monte, 62^o ipsius sacri concilii primus praesidens et legatus, solitas orationes legit et ceremonias consuetas de more peregit, invocatoque auxilio sancti spiritus et decantato evangelio Ioannis 3: *Et erat homo ex Pharisaeis Nicodemus*, ac aliis agendis de more peractis
15 publicata fuerunt decreta infrascripta, videlicet

Decretum primum publicatum in VII. sessione.

Ad consummationem etc.a

Quod decretum ab omnibus approbatur.

Deinde legitur aliud decretum super reformatione, quod est tenoris infrascripti, videlicet

Decretum secundum super reformatione.

20 *Eadem sacrosancta* etc.a

Quod decretum approbatur, licet aliqui patres cuperent in eo aliquas modificationes; qui fuerunt 13 ex 70, quibus simpliciter placuit.

Deinde indicitur pro futura sessione dies Iovis post sequentem dominicam in albis, quae erit 21. mensis Aprilis praesentis anni 1547. Postea rogatis per D. promotorem
25 prothonotariis et notariis etc. dimittuntur patres hora circiter 19.

Die Veneris 4. Martii.

Datur exemplum articulorum de sacramento eucharistiae omnibus patribus secundum iudicium theologorum minorum.

Die Dominica 6. Martii.

Obit Tridenti R^{dM} D. bonae memoriae Henricus Loffredus, episcopus Caput aquensis, ex morbo lenticularum seu punticularum; cuius anima requiescat in pace.

Die Lunae 7. Martii.

30 Hora 14. fuit congregatio generalis, in qua proponitur quaedam supplicatio quorundam capitulorum Germaniae, videlicet Saltzburgensis et Brixinensis et aliorum in compactatis illius provinciae contentorum, super exemptione eorum ab ordinario, quae in decreto praeteritae VI. sessionis dempta fuerat. Deinde proponitur pro dogmate futurae sessionis sacramentum eucharistiae; et dimittitur congregatio hora 17. 62 V

35 **Eadem die.** Hora 22. fiunt exequiae pro R^o D. bonae memoriae episcopo Caputaquensi, cuius corpus deponitur in ecclesia cathedrali.

Die Martis, 8. Martii.

Hora 14. fuit congregatio generalis, in qua patres coeperunt examinare articulos haeticorum super sacramento eucharistiae.

a verba decreti non sequuntur.

Deinde decretum fuit, ut respondeatur procuratori asserto capitulorum Salzburgensis et Brixinensis et ceterorum, ut ostendat eius mandatum et compareat legitime, deinde sancta synodus deliberabit, quid agendum sit super eius petitione. Et dimittitur congregatio hora 17.

Die Mercurii 9. Martii.

Hora 15. fuit congregatio generalis, in qua primum patres prosequuti sunt 5 examinationem eorundem articulorum super sacramento eucharistiae a R^{mo} D. Bossanensi usque ad Britonoriensem.

Deinde proponitur a R^{mo} et Ill^{mo} D. card. de Monte cogitandum, quid agendum de concilio, cum tot patres recesserint et quotidie recedant ob praesentem morbum lenticularum seu punticularum, qui partres retineri non possunt etc., ne concilium dissolvatur etc. Rogatis patrum sententiis varii varia dixerunt, sed ob diversitatem nihil certi firmari potuit, sed remissa fuit conclusio ad sequentem congregationem, et dimittitur hodierna hora 20. 10

Die Iovis 10. Martii.

Hora 15. fuit congregatio generalis, in qua proponitur iterum, quid faciendum de concilio ob supradictam causam. Et post longam disputationem maior pars convenit, 15 ut transferatur ad civitatem Bononiensem. Remissa tamen fuit [translatio] statuenda in publica sessione, quam R^{mus} et Ill^{ms} D. praesidens indixit ad diem crastinam in ecclesia cathedrali et loco consueto, ad quam omnes patres vocavit. Et dimittitur congregatio hora 19.

Die Veneris 11. Martii.

Octava sessio.

Mane hora solita celebratur octava sessio Tridentina, in qua celebravit missam 20 episcopus Britonoriensis et card. de Monte peregit solitas caerimonias. Deinde repetuntur ea, quae in praeteritis congregationibus dicta fuerant, et tandem decernitur translatio concilii | ad civitatem Bononiensem, licet ex 53 votis 14 displiceret et 39 placeret. Sed 63 quibus displicuit, ea ratione displicuit, quod non appareret de voluntate summi pontificis. Quod cum apparuit ostensa bulla S. Stis — quam bullam legati secum a principio 25 habuerant, et non nisi sententiis latis publicaverunt —, omnes quieverunt, et sic translatio ipsa decreta fuit et vocati patres ad sessionem futuram ad 21. Aprilis proximi futuri, prout iam indictum fuerat.

Postea omnibus pacifice discedentibus absolvitur sessio hora circiter 21., cui inter fuerunt infrascripti, videlicet: cardinalis de Monte, card. S. Crucis, praesidentes, card. 30 Geennensis; archiepiscopi: Spalatrensis, Turritanus, Antibarensis, Materanus, Naxensis, Upsalensis, Panormitanus, Armacanus; episcopi: Senogalliensis, Asculanus, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Iserniensis, Placentinus, Torcellanus, Gadditanus, Sibincensis, Fesulanus, S. Marci, Albensis, Vasionensis, Portuensis, Bossanensis, Emoniensis, Castellimaris, Tarvisinus, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Agathensis, 35 Galatinus, Lancianus, Siracusanus, Milensis, Caprulanus, Vigorniensis, Corsulanus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Famagustensis, Albinganensis, Calagoritanus, Mylensis Graecus, (<Oscensis)b, Narniensis, Canariensis, Alyphanus, Minoriensis; abbates: Pomposiae Ferrariensis, Trinitatis de Caieta. Generales ordinum: s. Dominici, s. Augustini, Servorum. 4°

a f 6j^o declaratur: Quibus displicuit translatio, sunt signati virgula. Nos typis maiori spatio distinctis ea nomina imprimenda curavimus. b postea add. et videtur alia manu.

IV.

Angeli Massarelli

De concilio Tridentino Diarium
tertium.

(a 18. Decembris 1545 usque ad 11. Martii 1547-)

Angeli Massarelli

Diarium de concilio Tridentino

a 18. Decembris 1545 usque ad 11. Martii 1547a.

Congregationes concilii.

18. Decembris, Veneris, 1545, Tridenti, hora 22.

Prima congregatio generalis: Propositiones primi praesidentis. De admittendis theologis. Hieronymus ab Oleastro et litterae regis Lusitanorum.

Celebrata est prima congregatio generalis <post aperitionem concilii>b in domo Arch. Rmo:um praesidentium, praesentibus solummodo Rmis legatis et cardinalibus, archiepiscopis, *Actic* episcopis et generalibus, qui die dominica praeterita interfuerunt aperitioni concilii, exceptis *Volg* Armacano et generali Minorum. Adfuerunt etiam D. Sebastianus Pighinus auditor Rotae 5 et D. Hercules Severolus procurator, licet isti duo vota non darent.

RmM q carcj. de Monte primus praesidens hortatus est patres, ut disponerent se intrinsece⁰ et extrinsece⁰, extrinsece quidem regulando. et instituendo familiam suam bonis moribus et conversatione et coram Deo et hominibus, atque etiam semetipsos, saltem semel in hebdomada celebrando. Intrinsece autem quoad ea, quae pertractanda 10 sunt in concilio 1.

Deinde dixit, quod expedit materiis discutiendis, quod antequam aliquid in sessione decernatur, diligentissime prius in congregationibus et examinentur et discutiantur⁰ eius- que exemplum ad omnes praelatos pro maiori commoditate transmittantur⁰, ita ut in sessionibus non remaneat respondendum, nisi per verbum *placet*.

15 Item proposuit, quid videretur patribus agendum super inchoatione tractandorum, an a dogmatibus vel a reformatione sit incipiendum.

Cumque varia super hoc ultimo capite responderentur, episcopus **Hipporigiensis** consuluit, esse dandum patribus tempus ad deliberandum, ut maturius super re tam gravi respondere possint, praesertim cum idem iamiam dixerit Rms D. card. de Monte; et ita 20 fuit conclusum.

Fuit deinde a **suffraganeo Moguntino** et **Bellicastrensi** propositum, ipsis videri non inconueniens admitti in rebus agendis a concilio aliquos viros doctos theologos, qui extra concilium sunt. Quod ad aliam congregationem dimissum est².

Postea intromissus est in congregationem fr. **Hieronymus ab Oleastro** Lusitanus, ordinis Praedicatorum, qui praesentavit synodo litteras regis Portugalliae et ostendit synodo suam instructionem cum subscriptione regis. Cuius summa est, quod cum litteris

In codice incipit hoc diarium sine alio titulo quam Congnes Cone. Cf. supra p. 408, adn. a. sic.

¹ Articulos, quibus ea continebantur, v. supra in diar. I p. 354 s. Quod diar. I non vidit Raynaldus, alia diaria non exhibent articulos, ergo iniuria *Theiner* (Acta I, 31, adn. **) ait Raynaldum eos commodasse ex diario *Massarelli*, cum ex *M s. Arch. Vat. tom. 2188*

[hodie *Concil. I*], p. 120 eos habeat et *Diar. Cone. Trid.* tantum citet, ut quod de eadem re referat (sed non pag. 46, immo fol. 64).

² Huc usque *Theiner*, Acta I, 31, adn. *, hanc relationem (sed non integram) transumpsit.

64v sui regis primum accederet ad pontificem (nam litteras speciales etiam pontifici scripserat rex ille¹), deinde conferret se Tridentum ad concilium, cui litteras alias praesentaret, pollicebaturque rex brevi se missurum oratores suos sollemnes. Petiit locum oratoris frater iste, sed ei certum responsum non est datum; (benigne tamen et decenti cum honore exceptus est) a.

Proposuit postremo Rm^s D. card. **de Monte**, quod in alia congregatione esset tractandum de modo habendi annonam et alia necessaria pro concilio. Item constituendi aliquod erarium concilii.

Litterarum autem regis Portugalliae ad synodum tenor talis est: *Ioannes, De i gratia* ... 2

65v

20. Decembris, Dominica.

Deliberatur de petitione episcoporum Gallorum.

Dominica 4. adventus post missam, quam celebravit episcopus Siracusanus, seclusis iis, qui in concilio vocem non habent, Rmⁱ **legati** loquuti sunt praelatis de his, quae petierunt dicti³ praelati Galli, videlicet quod in concilio non procedatur in rebus substantialibus, donec S. M^{tes} mittat ad concilium oratores suos sollemnes, quia ipse gravibus deliberationibus si non praesens, saltem per oratores interesse cupit, et interim vacaretur praeparatoriis et praeludiis.

Et cum ab episcopo **Hipporigiensi** dictum esset, quod valde erat deferendum Chr^{mo} regi, cuius magna auctoritas semper fuisset in conciliis generalibus, et propterea esset ei^b indulgendum et nihil substantiale pro nunc faciendum, sed scribendas esse litteras exhortatorias ad ipsum regem, ut cito oratores suos mitteret, quo medio tempore nihil grave agatur, nisi forte occasio temporis aliud suaserit, Rm^s **Geennensis** consuluit, rem in aliud commodius tempus esse differendam. Cumque idem ab omnibus episcopis Hispanis dictum esset, dimittuntur patres re infecta⁴.

15

22. Decembris, Martis.

Habita est congregatio in domo legatorum et praesidentium, cui interfuerunt qui supra⁵. In qua examinantur articuli, qui ad patres 19. huius transmissi fuerunt, de quibus supra⁶, et propter varietatem opinionum nihil certi statui potuit. Conclusum tamen fuit, quod litterae regi Gallorum scribantur, quibus hortetur synodus S. M^{tes}, ut quantocius oratores suos mittere velit, et quod sancta synodus interim vacabit praeludiis et rebus necessariis concilii, et id agat, quod spiritus sanctus ei dictaverit. Decretumque fuit, quod nemo arma ferat⁷.

25

Rm^s carc[[] dg Monte dixit episcopo Geennensi, se mirari cur biretum cardinalitium non ferat, cum a Sm^o D. N. cardinalis sit creatus. Geennensis respondit, se nolle ferre cardinalitium biretum, quousque a S. Ste ei id mittatur. (Est nihilominus publicus rumor, quod dictum biretum iam receperit, verum quoniam habitum cardinalitium sine licentia imperatoris ferre non vult, ad dictum imperatorem suum secretarium misit, a quo responsionem expectat⁷).

35

m marg.

b non et (ut scribit Theiner).

c Theiner ad arbitrium mutavit.

1 Cf. diar. I, supra p. 336, l. 6 ss.

2 Omittimus has litteras, quas hic exhibet Massarellus, impressas apud *Raynaldum* ad a. 1545, n. 45; *Le Piat* III, 294, et reimprimendas cum actis.

3 Antea in hoc diario nil dictum est de petitione Gallorum, de qua refert diar. I sub 19. Decembris. Sed cum Massarellus partim diar. I partim aliis fontibus usus haec congregationum acta compilaret, facile errabat putando se in uno diario aliquid dixisse, quod in alio dixerat. At fieri potest, ut hoc diarium pro primi continuatione sumi velit, cf. adn. 6 huius pag.

4 Integrum apud *Theiner*, Acta I, 32, adn. *.

5 Voce *supra* significari potest relatio de 18. Decembris, sed cf. adn. sequentem.

6 Hoc *supra* ad nil aliud nisi ad relationem diar. I sub 18. et 19. Decembris, ubi scripti sunt articuli et

eos praelatis missos esse perhibetur, referri potest, cf. adn. 3 huius pag., in fine.

7 Cf. diar. I ad 30. Decembris, n. V, supra p. 364, l. 27 et adn. 4. *D ruffel*, Mon. Trid. p. 326, adn. 1 interrogat: Quomodo card. de Monte Pacecco exprobrare [sed non dicit Massarellus eum id exprobrasse Pacecco, sed ex eo quae sive, quod facere poterat quasi eius modestiam laudando] poterat, quod biretum cardinalitium non ferret, cum ipse id illi tradere deberet [quod faciebat II. Ianuarii, cf. diar. I p. 371, l. 13 ss.]? At nusquam dicitur ab initio notum fuisse primo praesidenti per ipsum Pacecco biretum traditum iri, cum hoc facillime ad ipsum Paceccum transmitti potuisset. Pileus cardinalicius Giennensi 5. Augusti 1546 per eundem card. de Monte tradebatur, cf. hoc diarium infra a. h. d.; *D ruffel* l. c. p. 254, adn. 2; p. 328, adn. 1.

Accidit denique quaestio, an generales ordinum admittendi sint advocem decisivam, | idemque de abbatibus qui aderant tres ordinis s. Benedicti. Sed nihil 66*
decisum est/.

Deinde Rms D. card. de Monte dixit sibi videri expediens, quod antequam
5 aliquid proponatur in congregationibus, prius examinetur ab aliquibus a
synodo deputandis. Qui modus cum omnibus placuisset, electi sunt tres praelati, vide
licet episcopi Hiporigiensis, Cavensis et Feltrensis, et sic absolvitur congregatio hora prima
cum dimidia noctis, cum 22. incepta esset.

In eadem congregatione actum est de responsione danda episcopis Gallicis, qui
10 dederunt die iam elapsa infrascriptam cedulam, videlicet: *Cum R mae et III mae D nes V.* etc.2

29. Decembris, Martis, hora 21.

Deputatio ad examinandas promotiones et statuendum ordinem sedendi. De abbatibus et generalibus.

Fit congregatio generalis hora 21. praesentibus omnibus, de quibus supra,
exceptis Iacomello et Agathensi propter infirmitatem, et additis episcopo Sorano et Do
minico Sotto, vicevicario ordinis Praedicatorum 3.

In qua congregatione hoc fuit decretum, quod eligerentur tres praelati, qui curam 66v
15 habeant videndi titulos et promotiones episcoporum, et de ordine eorum ac oratorum
principum ac reliquorum in sedendo cognoscant et videant, qui in sessionibus publicis
sunt admittendi, tam de laicis quam de religiosis. Quod officium duret per tres menses.
Sed ii DD. deputati nihil concludant, sed habitis informationibus omnia ad synodum
referant. Qui modus cum ab omnibus esset approbatus, electi fuerunt Ra DD. episcopi
20 Hipporigiensis, Feltrensis et Cavensis.

In qua congregatione fuit etiam propositum de abbatibus et generalibus ad utram
que vocem admittendis, sed nihil conclusum publice, sed sub secreto, videlicet quod in
veritate vocem utramque habeant 4.

4. Ianuarii, Lunae, hora 21. 1546.

Fit congregatio generalis, in qua multa expediuntur pro sequenti sessione.
25 Firmatur decretum, super quo fuit maxima contentio inter patres, cum nonnulli vellent
addi in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*. Quibus magnopere adversabantur f
Rm DD. legati una cum multis catholicis et piis praelatis, et tandem per maiorem partem
conclusum fuit, ne verba haec apponantur.

Fuerunt item electi officiales concilii, videlicet D. Sebastianus Pighinus scru-
30 tator votorum, D. Hercules Severolus promotor concilii, (ego) b Angelus Massarellus (de
Sancto Severino Camerinensis diocesis) 0, D. Claudius de la Casa et Nicolaus Gallus,
notarii. Custodia concilii remissa est Rmo Tridentino, (et lectum fuit breve decimarum) 5.

a Ms. avversabantur.

b alio atramento add. in fine lineae.

c add. supra lin.

1 Cf. diar. II a. h. d., supra p. 431, 1 30 et
adn. 4. *Theiner*, Acta I, 33, adn. * haec exhibet,
sed, ut solet, ad arbitrium mutata.

2 Sequuntur verba petitionis, quae v. diar. I ad
22. Decembris, supra p. 358, 1 22 ss., et deinde re
sponsum, cf. ibid. 1 29 ss. (*Raynaldus* ad a. 1545?
n. 46; *Theiner* 1 c. p. 32 b. 33 a).

3 Qui cur loco generalis comparuerit, dicit *Severolus*
p. 9, l. 10 ss.

4 Nil addendum esse censemus eis, quae ad Se
veroli commentarium supra p. 11 s. disputavimus. De
excerptis, quae sunt apud *Raynaldum* ad a. 1545, n. 26,
id adnotare sufficiat, acta Massarelliana, e quibus de
sumpta sunt, ut fontem posteriorem et derivatum et
publicum non eadem auctoritate pollere ac Severoli
commentaria vel Massarelli diarium. Certe quae ibi
dicuntur — «sancitum, ut supremi familiarum religio
sarum magistri [i. e. generales] in possessione ferendi
utriusque suffragii, et consultivi et decisivi, assererentur.
De infulatis etiam abbatibus visum est pariter ad ius
utriusque suffragii admittendos» — illustranda sunt ex

hoc sub secreto; item ea quae ex *Condi*, t. 44 (ant.
num. 3232) afferuntur.

5 *Raynaldus* ad a. 1546, n. 1 — 3 acta huius con
gregationis exhibens hosce citat codices: *Ms. conc.*
Trid. arch. Vat. sig. n. 3188 [hodie *Concil. 1*] p. 127,
et aliud n. 3232 [hodie *Concil. 44*] p. 98, et aliud
ms. sig. n. 3206 [hodie *Concil. 19*] p. 34, et aliud sig.
n. 324.9 [hodie *Condi. 62*, acta originalia primi tem
poris concilii, quem codicem *Theiner* (Acta I, p. 21 *.
22. 23. 26. 33 *) perperam vocat *Massarelli diarium*
privatum n. 23], imprimis acta quartae congregationis
generalis; et aliud *Fran[cisd] card. Barb[erini] sig.*
n. 1868 [quem codicem invenire mihi non contigit,
sed potest esse idem ac ant. num. 1799, exemplar
(male scriptum) commentarii Severoli] p. 14; *Diar.*
conc. Trid. in act. congregationum ms. arch. Vat.
Omnium horum, praeter nostrum diarium [III], funda
mentum est opus Severoli, quod facile apparet con
ferenti illa acta apud Raynaldum cum Severolo. Cf.
Histor. Jahrb. XVI (München 1895), 7⁶ ss. — De
electione secretarii cf. p. 14, adn. 5; p. 366, adn. 4.

7. Ianuarii, Iovis.

Sessio secunda.

Celebratur secunda publica sessio concilii Tridentini, in qua interfuerunt tres Rm legati de Monte, S. Crucis et Polus, et cardinalis Tridentinus, 4 archiepiscopi: Aquensis, Upsalensis, Panormitanus et Armacanus, ac episcopi 26: Hipporigiensis, Cavensis, Fel- 5
trentensis, Placentinus, Ursinus, Claramontanus, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, 67r Motulanus, Castellimaris, Sydoniensis, Therjmlarum, Agathensis, Lancianensis, Siracu- 5
sanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriensis, Aquin-
atensis, Clodiensis, Canariensis, item una cum tribus abbatibus Luciano, Isidoro, Chris-
stomo, item quinque generalibus Minoritarum, Conventualium, Heremitarum, Carmeli-
tarum, Servorum, item oratoribus regis Romanorum Castelalto et Queta, item procuratore 10
Rm card. Augustensis. Celebravit episcopus Castellimaris. Indutis omnibus pluvialibus 10
(cum prius fecisset orationem episcopus S. Marci) et sedentibus legatis in faldistoriis ante
altare dictus Angelus secretarius concilii legit exhortationem quandam nomine R morum lega-
torum ad sacram synodum.

Deinde episcopus Castellimaris (nam decretum est, ut qui celebrat in sessionibus, decreta aedenda in ambone legere debeat) ascendens ambonem legit bullam Sm D. N., 15
in qua praecipit, quod nemo praelatorum compareat per procuratorem¹. Deinde legit
breve S. Stis in quo praecipit legatis, ut concilium die 13. Decembris aperiatur²⁸.

Postea idem episcopus dixit: Sunt multae aliae bullae ad hanc rem pertinentes, quae alias lectae fuerunt. Placetne vobis, quod habentur pro lectis? Et ab omnibus responsum est: *Placet*. 20

Postremo idem episcopus legit decretum huius sessionis, quod incipit: *Sacrosancta* etc. *agnosceris cum b. Iacobo apostolo* etc., et ab omnibus responsum est *placet*, exceptis Fesulano, qui dixit: Totum decretum placet, titulus autem decreti non placet, quia est mancus, desiderans ut apponerentur illa verba: *universalem ecclesiam repraesentans*, ut alias in congregatione dixerat. Idem responsum est ab Aquensi, Claramontano, 25
Bituntino, Pacensi, Astoricensi, Caputaquensi, Siracusano etc., viden[dum]j
in meis notationibus⁸.

Ultimo dictum fuit sequentem sessionem esse habendam die Iovis 4. Februari 1546; an placeret. Et omnes responderunt *placet*, et cantatum est *Te Deum laudamus*⁴.

13. Ianuarii, Mercurii, hora 21.

Congregatio generalis: De titulo decreti, de ordine procedendi.

5 Fit congregatio generalis, in qua interfuerunt tres legati et cardinales Tridentinus 30
et Geennensis (qui primum publice in congregatione ut cardinalis apparet), Sarchiepiscopi,
67v videlicet iis^a, qui fuerunt in | sessione, et addito Turritano, et episcopis, abbatibus et
generalibus de quibus in sessione proxima. Tractatum est de titulo concilii. Conclusum
fuit post multas altercationes, quod pro nunc non ponantur illa verba *universalem
ecclesiam repraesentans*, sed addatur *universalis et oecumenica synodus*⁶ etc., quibus in 35
rei veritate omnes fateantur, quod universalem ecclesiam repraesentet; tamen pro nunc
bonis ex rationibus ponenda non sunt illa verba.

Deinde electi sunt tres praelati, qui procuras absentium examinare habeant et in congregationibus referant. Ii fuere archiepiscopus Aquensis Gallus, Feltrentensis Italus et Astoricensis Hispanus episcopi. 4°

a sic.

b Ms. cardinale.

¹ Bulla est apud Raynaldum ad a. 1546, n. 7.

² Raynaldus 1 c. n. 8.

³ Sessionibus Massarellus ut secretarii munere fungens intererat ab initio, ut videtur, quare hic ad notationes suas remittere potest, quas nescio an diario suo I inserere voluerit (cf. supra p. 368, adn. b). Congregationibus vero ante I. Aprilis 1546 non interfuit, et actorum opus hoc diario iam composito compilabatur; ergo ad acta sessionum solummodo remittere tunc potuit, neque ex illis verbis coi-

ligere licet iam tum Massarellum acta congregationum scripsisse.

⁴ Raynaldus ad a. 1546, n. 5 citat Ms. arch. Vat. sig. n. 3212, p. iS: est hodie Concil. 25 (actorum conspectus),

⁶ Raynaldus ad a. 1546, n. 9 utitur Ms. arch. Vat. sig. n. 3205 [hodie Concil. 18] et Ms. Francisci card. Barberini sig. n. 1799 > P- 21 [est exemplar Severoli pessimum].

⁶ At re vera non addebatur, cf. supra p. 391, l. 34 et adn. 4; p. 433, adn. I.

Ultimo a Rm^o D. cardinali de Monte praesidente dictum fuit patribus, ut cogitent pro futura congregatione, quia cum hoc concilium propter tria sit coactum, videlicet pro constituendis dogmatibus et reformatione cleri et populi christiani et pace inter principes christianos statuenda ac expeditione generali in Tureos facienda, quid horum trium sit prius tractandum et prae manibus accipiendum. Deinde dimittuntur patres hora prima noctis. Vide reliqua in alio meo libello¹.

18. Ianuarii, Lunae, hora 20.

Congregatio generalis: tractantur varia.

Fit congregatio generalis, cui interfuerunt qui supra in congregatione diei 13. Propositum est a Rm^{is} DD. praesidentibus, a quo sit inchoandum de tribus illis capitibus, de quibus supra statim². In tres partes divisi sunt praelati. Galli paci vacandum censebant, Hispani et qui eorum partes tuentur reformationi morum, Itali et qui pontifici favent dogmatibus. Nihil conclusum, sed remissa determinatio ad sequentem congregationem.

Praelati Gallici salutarunt synodum nomine regis, cuius vice gratias egerunt de cessione eis facta, ut in cedula suprascripta³ continetur.

Decretum est, quod bis in hebdomada fiant congregationes generales, die Lunae et Veneris, et si in eis occurrerit festivitas, die sequenti.

Cum autem fieret verbum de episcopis absentibus et eorum accusanda contumacia, card. Geennensis dixit, quod excusandi videntur, qui detinentur a suis principibus. Quod confutavit Rm^{us} D. card. de Monte dicens hoc esse verum in conciliis provincialibus, in generalibus autem non. Deinde episcopus Castellimaris dixit, se audivisse propriis auribus a pontifice, dum transiret per Urbem et ad concilium veniret, quod S. Stas est contenta, quod qui erunt excusati legitime, poterunt comparere per procuratores, qui habeant nihilominus vocem decisivam, ac si essent praesentes ipsimet episcopi. Quod idem card. de Monte confutavit inquires, dictum episcopum Castellimaris male percepisse verba pontificis, et quod est totum contrarium, prout ex verbis bullae in praecedenti sessione lectae clare sonant.

Postea Rm^{us} D. card. Tridentinus proposuit quasi nomine episcopi Caputaquensis⁴, quod esset forsan bonum, quod scriberentur litterae ad Lutheranos, eos hortando, ut ad concilium veniant. Quod ab omnibus reprobaturum est. Absolvitur hora 24⁵.

22. Ianuarii, Veneris, hora 21.

Congregatio generalis: incipiendumne sit a dogmatibus an a reformatione. De episcoporum excusationibus. Epistulae scribendae.

Fit congregatio generalis, cui interfuerunt qui supra, addito archiepiscopo Materano. In qua per Rm^{um} D. card. de Monte propositum est, quod cum in praecedenti congregatione sit fere conclusum, quod concilium procedat simul a dogmatibus et reformatione, an videatur hoc stabiliendum et concludendum.

Rmua^{jj} carc^l. Tridentinus legit ex scripto satis longam concionem, in qua plurimas rationes allegavit, quibus conatus est ostendere, quod sit inchoandum a reformatione ecclesiae.

Qua in re cum ultra modum vehemens esset, Rm^{us} D. card. de Monte surgens ait: Mihi non videtur, quod a reformatione tantum sit incipiendum, sed iunctim ab utraque, non quia reformationem ego fugiam, nam ego sum paratus inprimis me ipsum reformare facto, non verbis. Propterea veniat iamiam notarius quidam, et ego volo renunciare omnia mea beneficia et alteri dentur, ut a me primum reformatio incipiat.

Idem deinde dixit card. S. Crucis, et tandem ipse etiam Tridentinus.

Qui fuerunt cum Tridentino, sunt Fesulanus, Caputaquensis, Castellimaris, Pacencis, Lancianensis, Astoricensis, Aquinatensis, Clodiensis, Bituntinus, item tres Gallici. In con-

¹ Sine dubio significatur diar. I, quod uberius de hac congregatione et imprimis de Cervini oratione agit.

² Cf. ad 13. Ianuarii in fine.

³ Ad 22. Decembris, quam nos suppressimus, sed extat in diar. I supra p. 358, 1^o 29 ss.

⁴ Concilium Tridentinum. I.

⁴ Cf. supra ad diar. I sub 18. Ianuarii n. III, p. 380, adn. 3.

⁵ Theiner, Acta I, 41* dat partem huius relationis. Raynaldus ad a. 1546, n. 10 citat Tom. 19 de concilio [non Consig.] n. 3206, p. s 1 > cf. P- 47r > adn. 5

trarium fuere caeteri omnes, et sic votis perquisitis conclusum est, ut simul a dogmatibus et reformatione incipiatur, et tractetur simul unum decretum de una, alterum de altera re in qualibet sessione 1. Quod etiam publicari in proxima sessione debeat.

Deinde concessa est licentia episcopo Augustae Praetoriae non accedendi ad concilium, cum in confinibus sit haeticorum.

Deinde episcopus **Astoricensis** pluribus rationibus conatus est probare, quod episcopi possunt se excusare ab accessu ad concilium. Quarum quinque sunt principales, videlicet senectus, infirmitas, paupertas, difficultas itineris, si non adsit tutus accessus, item dum sunt impediti publico aliquo regimine, puta vicereges et gubernatores provinciarum 2.

Postremo fuit conclusum, quod scribantur litterae ad omnes principes christianos nomine synodi, videlicet ad pontificem, imperatorem, reges Gallorum, Romanorum et Portugalliae, eos hortando et monendo, ut concilio favere et assistere velint. Absolvitur hora 24.

26. Ianuarii, Martis, hora 20.

Fit congregatio generalis, cui interfuerunt qui supra, addito Fanensi. In qua Rm DD. **legati** proposuerunt patribus infrascriptam cedulam, videlicet:

Qua via et quibus modis sit procedendum ad examinationem et discussionem utriusque causae, an per aliquot praelatos vel sorte vel viva voce vel per scrutinium vel qua vis alia ratione deputandos et coram Rm DD. tribus praesidentibus congregandos; et an per totam synodum divisam in tres classes congregandas coram quolibet eorum DD. praesidentium pari numero, eadem die, eadem hora et super eisdem articulis et materiis examinandis et discutiendis familiariter et domesticè per propositiones et replicationes, tam latina quam materna lingua, et prout unicuique commodius erit, ita quod postea quae fuerint discussa et examinata in particularibus congregationibus, conferantur in vicem et in generali congregatione stabiliri debeant, et Rm DD. card. Tridentinus et Geennensis possint loco sui mittere, si velint, ad huiusmodi congregationes particulares imum auditorem vel secretaarium. Hac ratione unusquisque habet partem suam laboris et honoris, et vere dici posset omnia dirigi et expediri communi consilio totius synodi.

Varii fuerunt praelati, sed tandem conclusum, quod per tres distinctas classes procedatur, ut supra scriptum est. Quae classes, si ita expediens visum fuerit, deligere etiam poterunt pauciores numero, qui simul prius tractent et classi suae referant, deinde in generali congregatione.

Actum est etiam de proroganda sessione, quod materiae in ea publicandae adhuc digestae non sunt, sed nihil conclusum fuit. Absolvitur hora 24.

29. Ianuarii, Veneris, hora 20. cum dimidia.

Fit congregatio generalis, in qua lectae fuerunt litterae scribendae ad summum pontificem, imperatorem et alios reges christianos, de quibus supra. Sed orta est inter patres maxima dissensio circa praecedentiam regum Galliae et Romanorum. Vide in meis notationibus. De sigillandis autem litteris conclusum, ut sigillarentur sigillo praesidentium, licet **Castellimaris** et quidam alii cum sigillo concilii sigillandas asserebant; quod classes eligantur a Rm legatis. Solvitur hora 22 7.

1 Haec verba non adeo sunt premenda, ut facit *Druffel* qui propterea Mon. Trid. p. 343, adn. 3 ea fide non digna existimat. Revera dicunt idem quod litterae legatorum (apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 341) et Massarelli diar. I ad 22. Ianuarii n. IV (supra p. 384, l. 18 ss.), quod *Druffel* incredulitatis non arguit.

2 *Theiner*, Acta I, 42, adn. ** haec transumpsit.

3 Ex nostro diario *Raynaldus* ad a. 1546, n. 12 exhibet partem huius propositionis. Cf. diarium I ad h. d. supra p. 392, l. 19 ss.

4 Significatur diar. I a. h. d., supra p. 398, l. 16 ss. *Severolus* p. 25, l. 37 ss. refert omnes conciliares in risum erupisse, quod quidam proposuisset, ut litterae ad presbyterum Ioannem scriberentur. At merito animadvertit *Druffel* (Mon. Trid. p. 355, adn. 1) eodem

tempore operam dedisse regem Portugalliae, ut ille obedientiae pontificis Romani se subiceret.

5 Paceccus similia dixerat Madrucio, cf. diar. I p. 396, l. 32 ss.; in congregatione nihil eiusmodi videtur protulisse, vel deductus de sententia per Madrucium, vel quod sciebat legatos a Massarello audisse quid ipse sentiret. Certe, si Paceccus eam sententiam defendisset, Massarellus non omisisset id narrare.

6 *Theiner*, Acta I, 44, adn., haec transumpsit.

7 Quae exhibet *Theiner*, Acta I, 43, adn. * asserens desumpta esse ex Massarelli diario privato n. 91, f. 67, minime hic inveniuntur; nescio an ex actis originalibus (*Concil. t.* 62) sint commodata. Originem Massarellianum produnt, cum ex eis quae sunt in diario I compilata sint eo modo, quo Massarellus easdem res variis verbis expressas repetebat.

2. Februarii, Martis, hora 20.

Habita sunt primum congregationes particulares distinctae in tres classes coram quolibet Rmo D. legato. Ii, qui fuerunt coram Rmo cardinali de Monte, sunt: card. Tridentinus, archiepiscopi Turritanus, Materanus, episcopi Cavensis, Placentinus, Fesulanus, Soranus, Vasonensis⁰, Agathensis, Lancianensis, Bituntinus, Clodiensis, 5 generalis Minoritarum (Conventualium)^b, generalis Servorum, D. Pighinus.

Coram Rmo cardinali S. Crucis fuerunt: card. Geennensis, archiepiscopi Aquensis, Panormitanus, episcopi Feltrensis, Foroiuliensis¹, S. Marci, Motulanus, Castellimaris, Fanensis, Astoricensis, Bellicastrensis, Britonoriensis, generalis Heremitarum, vicarius Praedicatorum, promotor concilii.

10 Coram Rmo card. Polo fuerunt: archiepiscopi Upsalensis, Armacanus, episcopi Hipporigiensis, Claramontanus, Caputaquensis, Thermularum, Siracusanus, Vigorniensis, Pacensis, Aquinatensis, Canariensis, tres abbates s. Benedicti, generalis Minoritarum [observantium], abbreviator.

In quibus fuit propositum de supersedendo circa dogmata. Vide in notationibus, quae ego adnotavi in classe coram cardinali S. Crucis². Et conclusum fuit, quod decretum publicaretur, cum adhuc in eo nihil actum sit, quod dogmata fidei tangat, et ne sit dedecus concilii, quasi nihil hucusque egerit etc. Solvuntur hora 24.

3. Februarii, Mercurii, hora 20.

Congregatio generalis: Decretum publicandum; de titulo decreti. De alio decreto, quod non publicetur. De sigillandis epistulis.

Fit congregatio generalis. Propositum fuit patribus decretum pro futura sessione, in quo est symbolum fidei Nicenum, prout communiter in omnibus catholicis 20 ecclesiis legitur. Quod ab omnibus fuit laudatum.

Fuit tamen maxima disceptatio inter patres circa titulum decreti. Nam iidem, videlicet **Fesulanus, Caputaquensis, Pacensis, Asturicensis** adhuc persistunt in sua sententia, quod addantur illa verba *universalem ecclesiam repraesentalis*, et licet alias adeo aperte hic articulus declaratus fuerit, ut amplius de eo dubitare indurati animi 25 sit argumentum, durae tamen cervicis homines isti quattuor nec rationibus nec pluribus aliis ex causis adduci adhuc potuerunt, ut quod a maiori et quidem saniori parte conclusum fuit comprobare noluerint³. In contrariam nihilominus sententiam ivere caeteri patres omnes, subticenda scilicet omnino esse in decreto verba illa, his solum additis: *oecumenica et universalis*, quae in decreto secundae sessionis minime continentur³.

30 Orta deinde fuit inter patres quaestio circa decretum hactenus in congregatione firmatum super modo procedendi in materiis tractandis in concilio, a dogmatibus scilicet et reformatione morum, ut supra notatum est. Aliqui enim nullo modo praetermittendum censebant, sed de eo deberet fieri mentio in hac prima sessione, hac utentes ratione, ut quod in generali congregatione unanimi consensu patrum firmatum fuerit, in publica 35 sessione decretari debeat. In contrariam sententiam fuere Rm DD. legati et multi ex patribus. Itaque cum aliqui suo iudicio freti partem suam firmiter tuerentur et viderent, Rm DD. praesidentes, cardinales caeterosque praelatos contrarium sentire, **Pacensis** episcopus hanc esse quandam dilationem et praelatos a legatis deludi dixerit. Quae verba omnes grave tulerunt, praesertim Rm DD. legati, qui D. Pacensem viriliter re- 40 prehenderunt et pro hac vice tantum ei condonatueros dixerunt, eumque alias admonuerunt etc. Et tandem non esse promulgandam maior pars patrum comprobavit.

Ab archiepiscopo **Materano**, licet extra propositionem, dictum est, quod litterae scribendae a concilio debent sigillari sigillo Rm legatorum⁴, episcopus autem **Castelli-**

a sic. b adi/, supra lin.

¹ Gallus, episcopus civitatis quae hodie vocatur Frejus.

² Ergo his congregationibus particularibus, quae coram secundo praesidente habebantur, ab initio interfuit Massarellus earumque scripsit acta conservata in Arch. Vat. *Concil.* tom. 62; sed ea ante 23. Martii 1546 (fol. 127) non sunt originalia. In reliquis duabus

congregationibus ante 7. Maii non conficiebantur tabulae publicae, ut apparet ex Massarelli relatione diar. III a. h. d.

³ Postea ne illa quidem verba recipiebantur, cf. diar. I ad 26. Ian. 1546 n. VI, p. 391, l. 34 (et p. 433, adn. 1).

⁴ Cf. de hac quaestione diar. I ad 29. Ian. 1546

maris contrarium sentiebat. Sed a card. **de Monte** impositum est silentium, quia non erat ab ipsis Rm DD. legatis propositum <(et conclusum, quod litterae non publicentur)3.

4. Februarii, Iovis 1546, hora 16.

Tertia sessio.

Celebrata est publica tertia sessio concilii Tridentini, cui interfuerunt ipsi tres Rm DD. legati, Tridentinus et Geennensis, et <duo oratores regis Romanorum>b et praelati infrascripti, videlicet 6 archiepiscopi: Aquensis, Turritanus, MaterensisQ Upsalensis, Panormitanus, Armacanus, et episcopi qui in fine huius sessionis ponentur. Celebravit missam archiepiscopus Panormitanus, habuit orationem fr. Ambrosius Catherinus Senensis ord. Praed., hortando patres exemplo Petri, qui etsi ter Dominum suum negavit, conversum c tamen penituit. Deinde patres omnes pluvialia et mitras acceperunt, et a Rm D. card. de Monte peractae sunt solitae ceremoniae, et cantatum est evangelium *Ascendente Iesu in naviculac* etc., quaec operiretur fluctibus31. Quibus ceremoniis peractis Rm DD. legati iverunt ad altare omnes tres, cum tantum card. de Monte prius ibi permansisset, sederuntque in suis faldistoriis.

Deinde cardinali **de Monte** iubente interrogati sunt patres, an placeret principium dari sessioni, cumque ab omnibus responsum esset *placet*, Rm D. archiepiscopus **Turritanus**2 ascendens ambonem legit primum decretum, quod incipit *In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Haec sacrosancta oecumenica* etc.

Quo lecto dictus D. Turritanus interrogavit patres, <an placeret>e per haec verba: *Placet, Reverendissimi Domini, Paternitatibus Vestris?* et a Rm D. card. de Monte caeterisque praesidentibus, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus generalibusque responsum est per haec verba *Placet, et ita credimus et confitemur. Fesulanus* autem dixit: *Credimus et confitemur, in reliquis intentio mea est in hac cedula*, proiciens in medium cedulam quandam, in qua circa titulum decreti cum aliis non concordat. Quae cedula huius est tenoris etc.3 Quem Fesulanum **Pacensis** et **Caputaquensis** tantum secuti sunt, ambo similes proicientes cedulas tenoris etc.

Deinde idem archiepiscopus Turritanus legit aliud decretum, quod absentium rationem [habendam et futuram sessionem 8. Aprilis celebrandam esse continebat et incipit: *Eadem sacrosancta et oecumenica* etc., *audiens multos praelatos* etc. Quo lecto interrogavit iterum patres, an placeret, et a card. de Monte et caeteris omnibus responsum est *Placet*, excepto **Fesulano**, qui cum votum suum daret ait: *Intentio mea est prout in cedula*.

Quibus absolutis per **promotorem** concilii petitum est a notariis, ut unum vel plura instrumentum vel instrumenta de omnibus ibi actis et gestis conficiant, et card. de Monte primum surgens benedixit synodum signo crucis, non tamen solemniter. Deinde omnes surgentes" dimittitur sessio hora circiter 19. Non fuit cantatum *Te Deum laudamus* ex incuria cantorum.

Episcopi autem, qui supradictae sessioni interfuerunt, sunt infrascripti, videlicet: Cavensis, Feltrensis, Placentinus, Foroiuliensis, Claramontanus, Fesulanus, <Sydoniensis>b*, Caputaquensis, Soranus, Vasionensis, Thermularum, Agathensis, Lancianensis, Siracusanus, Vigorniensis, Bituntinus, Castellimaris, Motulanus, Fanensis, Pacensis, Astoricensis, Belli castrensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Clodiensis, Canariensis.

videtur postea add. ¶ add. in marg. c sic. lacuna in Ais., seu ad inserendum locum, unde depromptum sit illud evangelium, seu ad distinguendum hoc ab eis quae sequuntur. e add. supra lin.

n. 11 (p. 396 s.); diar. III ad 29. Ian. (p. 474, 1. 39 et adn. 5). Materanus obsequium se praestare legatis videtur arbitratus esse.

1 Matth. 8, 23. 24.

2 Cum decretum esset 4. Ian. 1546 (cf. *Severololum* p. 15, 1. 18), ut, qui missam celebrasset, in sessionibus idem et decreta legeret, 4. Februarii hoc munus pertinebat ad Panormitanum archiepiscopum, quem id subiisse referunt acta (apud *Theiner* I, 47a). Sed quia et Severolus et hoc diarium de Turritano loquuntur, in actis nomen postea mutatum esse ar

bitror a Massarello, quippe qui illius decreti memor fuerit, et re vera Turritanum (qua de causa nescimus) decreta legisse.

3 Verba ipsa non sequuntur; vide ea in actis.

4 Error est; nam Michael Holding, suffraganeus Maguntinus et episcopus titularis Sidoniensis, 8. Ianuarii (cf. diar. I a. h. d. supra p. 369, 1. 12) abiit Tridento Maguntiam, unde 29. Ianuarii scripsit Cervino (apud *Duffel*, Mon. Trid. p. 353, n. 315) nec umquam reversus est ad concilium. Massarellus nomen eius videtur addidisse, cum iam memoria turbata esset.

Hipporigiensis est Tridenti, sed quia aegrotat non interfuit, neque etiam generalis Minorum.

Item 3 abbates, 4 generales Conventualium, Heremitarum, Carmelitarum, Ser-
vorum; Pighinus, abbreviator, promotor, (procurator card. Augustensis cum oratoribus
5 regis Romanorum) a, custos concilii Illms D. Sigismundus de Areo, Io. Baptista Vicecomes
Mediolanensis, comes Porliliarum 1, D. Sylvius, D. Theodorus a Nomo, D. Hyppolitus b a
Nomo et pluribus aliis nobilibus, comite a Nogarola, equite Tabarella, equite Hiero-
solymitano, Petro de Monte, item doctores seculares sacrae theologiae 2.

8. Februarii, Lunae, hora 20.

7ir

Congregatio generalis: Disceptationes de titulo decretorum, de facultatibus praesidentium. Decernitur
primum agendum esse de libris sacris.

Fit congregatio generalis, in qua Rms D. card. **de Monte** commendavit
10 eos, qui sine aliqua exceptione assenserant decreto ultima in sessione promulgato, eosque
etiam laudans, qui, licet dum dictum decretum publicaretur contra alios senserint circa
titulum, tamen nunc mutaverunt sententias suas 3. Quod dictum est propter Caput-
aquensem et Pacensem, qui maiorem partem patrum se secuturos promiserant cardinali
de Monte hodie ante initium congregationis. Deinde dixit, quod compatiebatur in-
15 firmitati eorum b, qui adhuc indurate patrum aliorum sententias sequi ijolitb; et hoc dixit
propter Fesulanum.

Circa quem titulum Rms D. card. **S. Crucis** hortatus est patres, ne mirarentur,
si in decreto proxime praeteritae sessionis non est appositae illa particula *universalem
ecclesiam repraesentans*, quia nunc non est necessaria, et ideo etiam S. S. aliquibus
20 urgentibus et gravibus rationibus non videtur, quod nunc apponatur. Qui tamen (ait)
et omnes nos non dubitamus, sed confitemur, hoc sacrum concilium esse generale et
oecumenicum.

Tunc episcopi **Caputaquensis** et **Pacensis** penitentes de cedulis proiectis
in sessione petierunt quodammodo veniam et dixerunt publice, quod ipsi sequuntur
25 sententiam maioris partis patrum.

Deinde episcopus **Fesulanus** dixit se valde mirari de aliquibus, qui sic facile
mutassent suas sententias, et quamvis ipse sit iam solus in sua opinione, tamen, si opus
esset mori, paratus erat b mori, et nunquam mutaret b suam sententiam, quia ita ei dictabat
spiritus sanctus.

30 Episcopus **Bellicastrensis** volens occurrere dictis Fesulani dixit, quod ea quae
sunt decreta in sessionibus, non poterant neque debebant mutari vel iterum in dubium
revocari. Ibi enim invocabatur spiritus sanctus, et praelati ibi sedebant tanquam iudices,
mitrati et induti sacris vestibus. Secus in congregationibus, ubi res tantummodo
ponuntur in consultationem.

35 Inter haec RmMD. card. **de Monte** dixit, quod ipse habebat auctoritatem mutandi
ea, quae a patribus in congregationibus conclusa essent.

Cui respondit **Astoricensis** allegans nonnulla concilia 4, in quibus non praesidentis
soli, sed maioris partis sententia praevaluit. Cui replicavit card. **de Monte**, quod

a haec verba hic posita sunt, sed signis post Canariensis (p. 476, l. 41) inserenda esse indicatur; sed ne
tum quidem ordo legitimus esset, quare rem integram reliquimus. b sic.

1 De cuius gente cf. K. Schellhass, Nuntiatur-
berichte aus Deutschland, III. Abteilung, 1572—1585,
tom. III variis locis et maxime p. 42, adn. 2.

2 Hac die legati scripserunt Farnesio, Cervinus
Maffeo: *Duffel*, Mon. Trid. p. 365, n. 323; p. 369, n. 324.

3 Eo, quod Massarellus (in diar. I, p. 374 ss.) ad
13. Ianuarii exhibet Cervini expositionem de conciliis
Constantiensi et Basileensi, minime probatur hunc
8. Februarii eadem repetiisse et actorum relationem
(*Theiner* I, 49) esse falsam (ut conicere videtur *Duffel*,
Mon. Trid. p. 399, adn. 2); nam optime Massarellus
in actis 8. Februarii orationem Cervini, quae brevissima
videtur fuisse, omittebat; primum vero praesidentem
ea dixisse, quae acta eum dicentem faciunt, et ex

Severolo et ex hoc diario apparet. Quicumque scit,
quomodo orta sit prima pars actorum Massarellianorum,
ne minime quidem dubitat de veritate eorum, quae
referunt de hac die. Nec verum est quod dicit *Duffel*,
diarium eadem tribuere secundo praesidenti, quae acta
tribuant primo, cum et ipsum diarium referat orationem
primi praesidentis de titulo concilii Tridentini, quam
quam relatio est longe brevior quam Severoliana.

4 Massarellus parum videtur intellexisse verba
Astoricensis, qui secundum Severolum (p. 29, l. 31 ss.)
dicebat se sub pluribus praesidentibus consilia
riorum Caesaris munus in Hispania sustinuisse
nec praesidentes illos unquam mutasse ea, quae maiori
parti visa essent.

in allegatis conciliis illi praesidentes non erant legati sedis apostolicae, prout ipse est, qui est etiam legatus summi pontificis. Sic quievit Astoricensis.

¶V In qua | congregatione conclusum est, quod antequam deveniatur ad discussionem alicuius dogmatis, prius declarentur % qui libri ex sacra biblia pro auctenticis" haberi debeant, ut inde sciamus, quibus auctoritatibus dogmata vel corroborare vel reprobare possimus et debeamus, et tanquam fundamentum sit omnium, quae in hac sacra synodo erunt pertractanda. Quare data³ est patribus tempus ad cogitandum, ut in futura congregatione circa haec quilibet suam dicere possit sententiam.

Huic congregationi interfuerunt omnes, qui sunt supra in sessione, excepto Hippo-riensi, qui ivit Patavium ad curandam suam infirmitatem, et S. Marci, qui ivit Venetias ob aliqua sua privata negocia¹. Nec interfuit generalis Minoritarum, etiam propter infirmitatem; dimittunturque patres hora 242.

11. Februarii, Iovis.

Hora 20. celebrantur classes particulares; vide quae notavi in classe coram Rmo D. cardinale S. Crucis³.

12. Februarii, Veneris, hora 20.

Congregatio generalis: De recipiendis libris sacris; utrum disquisitio de eis instituenda sit necne.

Fit generalis congregatio, in qua eadem patribus proposita sunt, quae hesternae die 15 in deputationibus fuere, videlicet de receptione scripturarum et librorum sacrorum, circa quod omnes communiter convenerunt, ut simpliciter recipiantur, prout in concilio Florentino recepti fuerunt. Quo autem ad rationes discutiendas, variae fuerunt sententiae, prout hesternae particulari congregatione factum esse adnotavimus⁴. Plures tamen in hanc devenerunt conclusionem, harum rationum disputationem vel examinationem esse 20 omnino frustratoriam, cum tot in locis a tantis probis viris, praesertim Ioanne Ekthio, Robertoa Pighio⁵, Roffensi⁶ <et aliis>^b exactissime ad partes recensitas esse reperiatur. Nonnulli tamen non praetermittendam censebant, non autem quasi librorum illorum susceptio in dubium revocetur — ante omnia enim recipiendos pure et simpliciter fatebantur —, at sic recepti, ut in futurum in omne aevum dictis dubietatibus finis et 25 silentium imponatur, eae rationes sic mature et diligenter perquirantur et examinentur et adversariorum obiecta refellantur et pro nobis facientia defendantur, ut nullis amplius i* ullo unquam tempore de his libris dubitare | contingat. Alias enim etiam post praesentem huius sacrae synodi susceptionem eadem ab imbecillis dubitatio fieri certe poterit. Quid namque fuit (inquiebant), quod concilium Florentinum hoc determinaverit, si post illud 30 non defuerunt innumeri etiam docti alioquin⁰ viri, qui nihilominus de his dubitarunt? Hocque solum hac ratione evenit, quia rationes et obiectiones, quae in contrarium ad duci poterant, expugnatae non fuerunt. Quod si in praesentiarum fieret, amplius de eis dubitare non contingeret.

Verum res adeo inter patres dubia erat, ut de ea certa sententia haberi non potuerit, 35 cum praesertim Rmus D. card. de Monte in primam, scilicet ut nulla prorsus discussio fieret, alii vero duo Rmi legati, card. S. Crucis et Polus, in secundam, id est ut omnino aliqua fieret discussio, partes inclinarent. Itaque ad aliam congregationem determinatio

add. supra lin. c Ms. alioqui.

¹ Particula a *Theiner*, Acta I, 49 exhibita falso ut ex hoc diario commodata inducitur, cum nec verba nec numerus folii concordent.

² Integram relationem de 8. Februarii transumpsit *Druffel*, Mon. Trid. p. 378, adn. 1; sed eam contra dicere litteris legatorum, quas idem exhibet l. c. p. 377, n. 332, minime concedo; nam secundum ea, quae narrat Severolus, nemo dubitabat, quominus agendum esset de scripturis sacris, dissentiebantque patres in eo tantum, quomodo cum priorum conciliorum decretis ageretur. — Ceterum in hac relatione aliqua habet Massarellus (ut de Caputaquensis et Pacensis poeni

tentia et de Faesulani obiectione Bellicastrensisque responso), quae neque ex Severolo neque ex legato rum litteris (apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 377, n. 332) sumpsit, sed viva voce ab aliis videtur accepisse.

³ Inter acta concilii.

⁴ In notationibus lin. 13 citatis.

⁵ Dicit Albertum Pighium, de quo v. supra p. 83, adn. 1.

⁶ Ioannes Fisher, episcopus Roffensis, a. 1535 ab Henrico VIII propter fidei constantiam supplicio affectus; de quo scripserunt *M. Kerker* (Tubingae 1860) et *Fr. van Ortroij* (Bruxellis 1893).

remissa est, caeteris duobus capitibus, de traditionibus et abusibus, quae proponi constituerant, ob temporis angustiam omissis. Solvitur igitur congregatio hora 24a.

Die Lunae, 15. Februarii 1546, Tridenti

73

I. Colloquium inter Madrucium et Massarellum de tractandis in congregatione, de legatione Germanica aliisque de rebus, maxime de Tridentini episcopi condicione. — Litterae Farnesii. — II. Congregatio generalis: De rationum contra libros sacros prolatarum examinatione; num de rebus per concilia constitutis liceat disputare.

I. Mane Rm DD. legati miserunt me ad Rm cardd. Tridentinum et Geennensem, ut ipsos de tractandis in hodierna congregatione certiores redderem. Ivi itaque et ut
5 superius scriptum est retuli, Tridentino primum, deinde Geennensi. Uterque D^{ns} S. Rm ingentes gratias retulit. At Tridentinus more solito mecum familiariter colloquens de legatione Germanica etc., ad quam card. Farnesium iturum praesensisset, ut iunctim accederent etc. Item de Bellicastrensi, qui in Urbem minus honesta scribat, deque larvatis sermonem habuimus. Postremo multis rationibus persuadere conabatur, Tridentinum
10 episcopum nullo modo regem Romanum in dominum et superiorem cognoscere, sed omnimoda eum libertate frui, tum civiliter tum criminaliter liberam procedendi et puniendi facultatem habens². Hoc tantum inter episcopum et regem extare pactum, quod rex pro episcopo solvere teneatur omnes imperii impositiones et taxas, quas ipse episcopus ut princeps imperii solvere teneretur, et econtra collectas et gravamina, quae rex ut comes
15 Tyrolis his regionibus imperat, uti in regalibus civitatibus, in dominio Tridentino exigantur, invicem vero ab infestantibus defendantur et tueantur; capitaneumque, qui assiduo in civitate moratur, ita episcopi atque regis capitaneum esse, imo ab episcopo stipendium accipiat³, prout in moderno D. Francisco de Castelalto ab ipso cardinale percipit; cui cardinali iuramentum, uti episcopo et domino, fidelitatis praestitit, hoc tantum excepto
20 casu, ut si inter regem et episcopum discordia oriatur, capitaneus neutralis maneat. Civitatis autem causa⁴ ad imperium per appellationem deferri. Arte tamen fit, ut neque ad imperium transferantur: nam post primam latam sententiam consilio suo causam delegat, a quo postquam iudicatum est, alicui particulari tertio litem dirimendam committit. Tertia hoc pacto sententia lata litigantibus silentium imponitur³.
25 Litterae card. Farnesii 10. datae ex Urbe Tridentum pervenere, in quibus pontificem e Malliana rediisse et legatorum litteras accepisse continetur⁴.

II. Hora autem 19. cum dimidia fit congregatio generalis, in qua eadem repetita a Rm legatis fuere, quae in praeterita congregatione imperfecta remanserunt circa rationum, quibus aliquot libri sacri impugnantur, examinationem. Iterum patres bifariam
30 divisi sunt, aliis enim necessario dictam discussionem faciendam, aliis omnino praetermittendam asserentibus, illi has rationes <praecipue> adducentes, quod licet de his, quae semel per concilium statuta sunt, disputare minime liceat, ea tamen disceptatio, quae ad confutandos errores fiat, licita sit et laudabilis secundum divum Thomam 2. 2. qu. 10 art. 7 et glos, in L. *Nemo* C[od.] de summa trinitate et fide cath. Athanasius enim

a media in fagina desinit textus, fol. 72v vacat. Fol. 73 antea numerum 1 habuerat, ita ut coniciendum sit partem diarii huius a 15. Februarii incipientem fuisse continuationem diarii I, cui eo similis est, quod non de congregationibus tantum, sed etiam de aliis rebus narrat, ut de colloquiis inter secretarium et Madrucium habitis. Diarium II et primae relationes diarii III postea illi parti sunt praefixae. b sic.

c Theiner (Acta I, SS1 insert non, quod deest in cod. • sed cf. p. 156, l. 30. d add. supra lin.

1 Raynaldus ad a. 1546, n. 20 usus est hac relatione, sed magis Severoli commentario, cuius tamen exemplum pessimum habuit bibliothecae Barberin. ant. num. 1799 [non 1777, ut habet mea editio (Coloniae Agr. 1727)] (hodie XVI, 49). At quae Raynaldus exhibet post verba *adversariorum vero argumenta dissolvere* (usque ad quae verba relatio transumpta est ex Severolo p. 30, l. 3—42), perperam ad 12. Februarii traxit, cum ad 15. (p. 32, l. 32—37) et 26. (p. 35, l. 1—18) Februarii pertineant. Cf. p. 35, adn. I.

2 His verbis coniectura p. 156, l. 29 s. recepta reprobatur et verba in adn. x ibidem posita sunt restituenda.

3 Huc usque Theiner, Acta I, p. 52, adn. * hanc relationem transumpsit, deinde rursus quae leguntur

sub num. II usque ad vocem *sequebantur* (infra p. 481, l. 2), sed, ut Theineri mos est, ad arbitrium mutata et mutilata. — Luce clarius est ea, quae Massarellus in diario I ad 6. Martii 1545 (supra p. 156, l. 25 ss.) similia de Tridento refert, non ipsa illa die scripta esse; nam primis horis in aliquo loco peractis nondum sciri solent, quae auctor ibi narrat; immo ea ut multa alia paulatim diario addita esse consentaneum est, vel potius ea pars diarii I tempore posteriore conficiebatur (cf. supra p. 185, l. 14 et adn. 6).

* Typis exscriptae sunt apud *Drujfel*, Mon. Trid. p. 380, n. 334. Eadem die recipiebant litteras Farnesii 10. datas: *Dniffel* l. c. p. 380, n. 334. Aliae epistulae a legatis scriptae vel acceptae post 2. Februarii (qua die diarium I explicit) in eadem collectione leguntur.

in Antiocheno concilio cum Arrio prius in Niceno primo concilio damnato disputavit¹,
 beatusque Hieronymus cum Luciferiano, quem ex actis anterioris concilii devicit². Nec
 74r non Africanum concilium sub Bonifacio 13 in instructione quam | legatis suis dederat atte-
 statur, quod Donatistae hac fuerant de causa invitati, ut secum pacifice conferrent et
 mansuetudine christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigant conferre. Cum quibus 5
 quidem Augustinus postea disputavit, et nihilominus eorum errores in Niceno et Africano
 conciliis damnati prius extiterant. Filium enim minorem patre et haeticos rebaptizandos
 censebant, ut in c. [39] *Quidam* [C.] 24 qu. 3. Beatus item Dominicus cum Albigensibus,
 quorum errores damnati prius fuerant, Tolosae disseruit, itemque Macharius, qui in quinta
 synodo damnatus et Romam relegatus fuerat, a Benedicto Romano pontifice in disputa- 10
 tionem admittitur. Nam Bonifacium consiliarium suum ad eum misit, qui per 40 dies
 commonitoriis verbis ex divina scriptura instrueret, licet pertinaciter semper permanserit,
 ut habetur in c. [4] *Convenientibus* § [9] *Item Petrus* [C.] l q. 7. Et quod de semel constitutis
 ad simplices instruendos disserere liceat, docuit Leo I ep. 76 ad Leonem imperatorem,
 cum ait: *Multo gaudio mens nostra exultat*, et quae sequuntur. Ad quod etiam b. Petrus 15
 in epistola l. c. 3 [v. 15] nos monuit, ut *parati semper* simus *ad satisfactionem omni*
poscenti nos *rationem de ea quae est in nobis spe et fide*. Beatusque Paulus ad Titum
 [1, 9] ait, ut simus idonei *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere*.
 At isti econtra recensebant: Disputare de his, quae fidei sunt et a sanctis conciliis
 constituta, infidelitatem sapit, c. *Quicunque* de haeret. lib. VI [5,2,2]. Quae disputatio inhibetur 20
 74v per Martianum imperatorem per | constitutionem quae habetur in L. *Nemo* C[od.] de summa
 trinitate et fide cath. Item Gelasius in c. [2] *Maiores* [C.] 24 qu. 1 decrevit, ut quod contra
 unamquamque haeresim coacta semel synodus pro fidei unionem et veritate catholica pro-
 mulgasset, non sineret novis retractationibus mutilari. De quo etiam Leo ep. 40 ad
 Martianum imperatorem sic ait: Nimis iniquum est, ut per paucorum insipientiam ad 25
 coniecturas opinionum et ad carnalium disceptationum bella revocemus, quasi reparata
 disceptatione tractandum sit, utrum Euthycsa impie senserit, et utrum impie Dioscorus
 iudicarit. Necnon ep. 41 ad eundem inquit: Unde per ipsum D. N. Iesum Christum,
 qui regni vestri est author et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram, ut in
 praesenti synodo fidem, quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditam praedicarunt, 30
 non patiamini quasi dubiam retractari, et quae olim sunt a maiorum auctoritate damnata,
 redivivis non permittatis conatibus excitari. Quare Paulus ep. 2 c. 2 [v. 14] ad
 Thimotheum refert: *Noli verbis contendere; nihil enim utile est nisi ad subversionem*
audientium.
 Quae discussio adeo inter patres acriter crevit, ut nonnulla minus honesta utraque 35
 ex parte emanaverint. Ait enim **Cavensis** episcopus: Evangelio Ioannis non credo, quia
 ab ecclesia sit receptum, sed quia Ioannis est. Cui hoc esse haeticum responsum est.
Claramontanus: se minime in suis libris invenisse, quod concilium Florentinum sacros
 libros receperit; non viderat enim bullam Eugenii IV, quae in fine VI. decretalium
 75r circumscribitur⁴, et hic ut diligentius perquireret admonitus est. Idemque **Caputaquensis** 40
 retulit, se nunquam talem receptionem vidisse.
 Votisque perquisitis 16 affirmativae et 24 negativae partis esse compertum est.
 A saniori tamen parte in hanc sententiam ventum est, ut libri sacri ante omnia re-
 cipiantur omnes, ut in praeterita congregatione decretum fuit. Deinde (domi privatim 45
 ab unoquoque, si velit)⁰ fiat aliqualis dictarum rationum discussio et examinatio, ita
 tamen, ut non videatur res in controversiam poni hacque de causa examinari, quasi qui
 libri recipiendi sint perquiramus, sed ad rationes adversariorum confutandas et rem diluci-
 diorem in futurum in omne aevum reddendam, utque finis huiusmodi disputationi in

a sic. ¹ quomodo orta sit mira illa lectio codicis Trid. principes principaliter (Druffel, Mon. Trid. p. 386, adn. 1; Theol. Litteraturbl. [HonnJ 1873, c. l. 342] obscurius est. Certe simpliciter optime qttadrat nec est nrober Schreibfehler, ut nescio quo modo Druffel somniat. c add. supra lin.

¹ Varia concilia post annum 325 Antiochiae celebrantur, in quorum nullo Athanasius cum Ario disputavit; sed verum est, quamquam res in Nicaeno concilio decisa erat, ulterius a partibus esse disceptatum.

² Hieronymus scripsit dialogum, cui titulus *Altercatio Luciferiani et orthodoxi*, circa annum 379 Antiochiae (apud Migne, Patrol. lat. XXIII, 155—182).

³ In conciliis Africanis sub Bonifatio I celebratis non de Donatistis agebatur; cogitandum erit de colatione inter catholicos et Donatistas a. 411 Carthagine habita.

⁴ In recentioribus libri sexti editionibus non iam invenitur haec bulla. Caeterum de hac causa fusius agebatur 26. Februarii, vide infra.

perpetuum imponatur*. Card. de Monte in negativam, S. Crucis in affirmativam partem inclinarunt; illum Geennensis, hunc Tridentinus sequebantur.

(Deinde alia quaestio orta est, faciendam esse differentiam b in auctoritate librorum; alios enim maiori, alios minori gradu habendos. Sententiis inquisitis generaliter suscipiendos 5 pari auctoritate decretum est. An autem simpliciter vel sub anathemate, firmatum non fuit. Item de traditione apostolica et abusibus scripturarum, sed nihil firmatum)*¹.

Dimittuntur autem patres hora circiter 3. noctis.

Die Martis, 16. Februarii.

Fui mane visitatum episcopum Bertinoriensem catharro⁴ laborantem. Deinde episcopum Feltrensem, qui de suo voto in hesternae congregatione exhibito² collocutus est etc. 10 D. Petrus Aretinus³, secretarius ducis Florentiae, cum Rmo Sanctae Crucis pransus est.

Die Mercurii, 17. Februarii.

Rm DD. legati convenerunt apud card. S. Crucis hora 20., deque pertractandis in crastina particulari sessione egerunt. Idque ad R¹TMD. Farnesium in sero scripserunt⁴.

Dum autem in die simul morati sunt, haec in crastina congregatione proponenda decreverunt cedulamque infrascriptam formarunt:

15 *Repetita mentione facta in ultima congregatio particulari de illis duobus articulis, qui sequuntur et quasi comitantur scripturam ipsam sacram, hoc est de traditione apostolica et de abusibus, qui circa scripturam occurrunt, proponatur Dominis, ut si praemeditati advenierint, dicant sententias suas, videlicet de utro illorum articulorum videatur prius tractandum. Et si responderint se non esse paratos, dimittantur ut 20 cogitent, si vero dicant paratos se esse, audiantur sententiae, et auditis sententiis dimittatur congregatio cum monitione, si fuerint inter se discordes, ut melius cogitent, et nos etiam cogitabimus; si vero concordēs, quod nos inter nos loquemur et videbimus, quid Dominis aliarum congregationum visum fuerit.*

Cuius cedulae copia unicuique ex Reverendissimis exhibita est⁵.

Die Iovis, 18. Februarii.

I. Massarellus cum Madrucio loquitur de nuntiis a legatis et ab ipso Tridentino receptis. Varia. — II. Congregationis particularis coram Cervino habitae acta: dicuntur sententiae, utrum prius de traditionibus an de scripturarum abusibus tractandum sit. — III. Cervinus difficultates patribus proponit et ad colligendum abusum scripturarum et traditionum admonet.

25 I- 6 Mane ivi ad Rmm card. Tridentinum, cui contenta in litteris D. Veralli⁷ retuli, videlicet:

Quod litterae sint datae 4. huius;

quod imperator 3. ex Utrecha discesserat, iturus primum Gheldrium, ubi reginam

a *deleta* Qua vero via et forma dicta examinatio fieri debeat, adhuc minime firmatum est.

b *ita clare legitur in codice originali; ergo illud mecum cod. Tridentini et Druffelii (Mon. Trid. p. 387) coniectura necne stmt reprobanda.* c *in marg. add.* d *sic.*

¹ Druffel, Mon. Trid. p. 386 s., quae sub num. II leguntur integra (exceptis eis quae adn. b refelluntur) transumpsit e codice Tridentino. Iam in ephemeride *Tkeol. Litteraturbl.* X (Bonn 1875) eadem paulo corruptiora ediderat, ut mala consilia Raynaldi, qui in annales suos ad a. 1546, n. 20 partem transumpserat, detegeret; a quo particulam illam *Quae discussio* (p. 480, l. 35—41) nulla alia de causa omissam esse investigavit, quam quia non conveniret cum ea concilii Tridentini imagine, quam ipse (Raynaldus) lectoribus nullam doli suspicionem habentibus praetendere vellet. At oblitus est scrutans corda et renes Druffel ostendere, quidnam illa *minus honesta* (p. 480, l. 35) ad deliberationum progressum fecerint. Nonne Raynaldus optime haec omittere potuit nulla alia de causa, quam quia nihil ad enucleandas difficultates conferebant?

² De hoc voto neque in actis neque in Massarelli diariis neque in Severoli commentario quidquam dicitur; unde quantum nobis eorum, quae dicta vel

Concilium Tridentinum. I.

acta in concilio sunt, perierit elucet. Cf. infra p. 487, adn. 3.

³ Nescio an is ad Cervinum venerit propter similitudines inter ducem et papam, ci. *Friedensburg* VIII, 581.

⁴ Druffel, Mon. Trid. p. 389, n. 342, exhibet has litteras; ibid. p. 386, n. 341 sunt litterae legatorum 16. Februarii de congregatione die praecedenti habita datae.

⁵ Relatio integra de hac die est apud *Theiner*, Acta I, 53, adn.

⁶ Etiam huius diei relatio maiorem ad partem est apud *Theiner* l. c. I, 54, adn. — In Tabulario Vat. (*Carte Fames*. IV) extant litterae Pacecci hac die ad Paulum III datae (cf. etiam supra p. 370 s.).

⁷ Epistula est apud *Friedensburg*, Nuntiaturb. I. Abteil., vol. VIII (Gotha 1898), p. 547, n. 120; commemoratur a legatis, qui eam receperant 17. Februarii *tre hore di notte*, in litteris hac die Farnesio datis, cf. adn. 4.

Mariam dimittet, inde Masteric et Lucemburgum, et denique 15. circiter Martii Ratisbonam applicaturum speratur.

In litteris autem D. Dandini ad cardinalem S. Crucis¹, quas etiam heri sero cum aliis receperat, haec scribi:

Quod ipse ab imperatore expeditus fuerat et iter suum per Galliam facturum esset; 5
quod Caesarea Sua Maestas sponderat se bonam operam praestaturum a pro reli-
gione christiana in diaeta Ratisbonensi;
quod maxime imperator desideret, antequam ipse Ratisbonam proficiscatur, in
concilio nihil tractari vel agi, quod Lutheranos aliquo modo tangat² etc.

76r Gratias egit Tridentinus, deinde huiusmodi ab eo mihi vice versa relata fuere: 10

Quod ipse etiam ex Germania litteras receperat, in quibus fere idem de itinere Caesaris³ continetur;

quodque hodie Marchina, secretarius oratoris imperatoris apud pontificem, sit Tridentum intraturus, a quo plene de omnibus esse certiore facienda sperabat;

quod card. Geennensis heri sero per secretarium suum ostendi fecerit capitula duo 15
litterarum Caesaris ad ipsum Geennensem, in quorum altero imperatorem laudasse, quae hactenus in concilio gesta sunt, continebatur; in altero autem, quod ad reliqua parti-
cularia concilii M^{tem} S. remittere se ad ea, quae Tridentino cardinali scribat, ferebatur. Quas tamen Caesareas litteras adhuc se non recepisse;

quod nonnullos libros Germanica lingua impressos, qui contra sedem apostolicam 20
loquantur, receperit, inter quos conciones fratris Bernardini de Senis³; item gesta in aperitione huius concilii cum scholiis* etc.;

quodque cum omni reverentia R^{mis} DD. legatis consulendum censeret, lento gradu in tractandis negotiis in concilio esse procedendum, tum, ut Caesaris voluntati satisfiat, tum alias plurimas ob causas, quae protractionem temporis magis, quam expeditionem 25
rerum conciliarium suadent. Id tamen omni cum modestia dictum esse velit.

Deinde ostendit litteras D. Aurelii, sui secretarii, ex Urbe⁶, in quibus scribit, quod D. N. iam intellexerat orationem, quam ipse card. Tridentinus pro reformatione in generali congregatione fecerat⁶, laudaveritque, licet non a se ipso, sed ab alio id pro-
cessisse annuerit. Nam cum card. Tridentinus (inquit pontifex) | Caesaris servitor sit, 30
non potest non gratificari eidem in proponendis negotiis. Detestata autem sit Stas S. id, quod tunc temporis in illa congregatione a card. de Monte responsum fuit, quasi libertatem loquendi, quae maxima in concilio esse debet, adimere tentaverit⁷. Ab Aurelio vero ita responsum esse: Non equidem a veritate alienum est, Tridentinum Caesari esse addictissi-
mum; minime tamen credi a quoquam debet, D^{non} S. R^{non} propterea in minimo quidem 35
a christiano officio unquam defuturam, eaque de causa Tridentinum in illam devenisse sententiam, ut a reformatione inciperetur, quoniam legatorum animum exploratum non habuerat. Statim a card. Farnesio hic dictum: Miror valde certe, cum legatis pluries scripserim, quod omnia per eos agenda libere cum card. Tridentino conferant, idque ab eis fieri mihi rescriptum⁸. Veniente autem oratore Gallo sermo solutus fuerat. Deinde cum Maffeo 40

a sic. b Ms. Caesari. c Ms. Eamque. a pro mihi rescriptum cod. Trid. habet minime scriptum, quod D ruffel in mihimet scr. mutavit (Mon. Trid. p. 301, adn.).

1 D ruffel, Karl V und die rom. Curie, pars IV (Abhandl. der hist. Classe der k. bayer. Akad. der Wissensch. XIX [München 1891, 40]), 528, n. 24 exhibet epistulam, sed non integram; cf. Friedensburg 1. c. p. 549, adn. 4 et eiusdem Dandini litteras eadem die 4. Februarii Farnesio datas.

2 Quae de Francisco de Toledo, de Marquina, de imperatoris itinere, de Nave vicecancellario, de Gardinero episcopo Wentano (Winchester), de Monluco et Gallis ad concilium deputandis referuntur, v. in litteris ipsis.

3 De quo cf. Massarelli diarium I ad 27. Octobris 1545, n. V, p. 302, l. 7 ss. et adn. I. Sex volumina sermonum Occhinus ediderat Genevae 1542—1544, quarum viginti traducebantur in linguam Germanicam, Neoburgi 1545.

4 Titulum libelli dat D ruffel, Mon. Trid. -p. 241, adn. 2: AVas für ordnung vnnd Cerimonien des Bapsts Legation Cardinale vnd Bischoffe zu Trient versamlet, in der eröffnung des Concilii daselbst gebraucht vnd gehalten haben, cum insignibus pontificis, s. l. e. a. 6 folia 40 (in bibliotheca universitatis Monacensis H. eccl. 3161).

5 Hinc usque ad verba (re)scriptum [cf. adn. d] est (l. 4°) transumpsit D ruffel, Mon. Trid. p. 3° 1° adn.

6 22. Ianuarii, cf. Severolum p. 22, l. 10 ss.

7 Huc usque Theiner, Acta I, 54, adn., excerpta dat ex relationibus huius diei.

8 Non semel Madrucius querebatur, quod legati minus ipsi fiderent, cf. supra p. 166, l. 13 ss. et adn. 3; infra ad 23. Februarii n. III (p. 490, l. 9/10); ad 18. Martii n. II.

loquutus [audiebat]: pontificem omnino decrevisse Tridentinum ad dietam Ratisbonensem, si imperator illuc iturus sit, nomine suo destinare, cumque de pecuniis necessariis verbum fieret et a Maffeo quantae opus essent se nescire responsum fuisset, Sten S. pecuniam ullam non curaturum dixerit, ut universus orbis liquido cognoscat, per eam minime
5 stetisse, quin discidium religionis in Germania componatur etc.

Omnia cardinali S. Crucis retuli, cui de scribendis litteris hac de re ad pontificem verba feci, prout a Tridentino rogatus fueram. Annuit; an autem expediat, ipse cogitet etc.

Rm legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis in particulari congregatione¹, de qua statim dicam.

10 Receperuntque mane ab ipso Farnesio litteras 13. datas², in quibus pontificem diligenter omnia hinc intelligere cupientem continebatur⁸.

Marchina⁴ in sero venit ad Rm legatos.

II. Die Iovisb 18. Februarii particulares congregationes habitae sunt {hora 19)}. *nr*
Rmus p card. S. Crucis classi suae ita primum alloquutus est: Reverendi patres. Quoniam
15 post ultimam generalem congregationem ego non bene me habui, breviori sermone, quam forsitan res exostularet, vobiscum utar, eademque de verbo ad verbum repetam, quae nobis DUB V. proponenda videbantur, cedulamque legit infrascripti tenoris.

Repetita mentione facta in ultima congregatione particulari de illis duobus articulis, quid sequuntur et quasi comitantur scripturam ipsam sacram, hoc est de traditione apostolica et de abusibus, [qui] circa scripturam occurrunt, proponatur Dominis, ut si prae meditati advenerint, dicant sententias suas, videlicet de utro illorum articulorum videatur prius tractandum.

Qua lectione absoluta sententias a patribus exostulavit.

Aquensis primum ultra sacras scripturas nonnulla esse in ecclesia Dei, quae per
25 manus ab apostolis ad nos devenire asseruit, citans testum in c. *Cum Marte* de {celebr. missar.} d5, ubi ultra verba in cena Dominica ab ipso Christo Domino nostro ad eucharistiam conficiendam prolata quaedam a nobis addi [confirmatur]. Idem in baptismo evenisse comperimus. Nam licet Matthaei ultimo tantum in nomine patris et filii et spiritus sancti baptismum conficiendum praecipitur, apostoli tamen in nomine Christi baptizarunt,
30 ut habetur Act. apost. c. 8 [v. 16]. Necnon multa alia esse, quae etsi scripta apostoli nobis non reliquerunt, per spiritus sancti revelationem nobis (tradita)⁶ sunt. Quoniam tamen et abusus plures sunt, qui a sacris scripturis descenderunt, ab utroque, scilicet traditionibus et ipsis abusibus, iunctim incipiendum suasit.

Panormitanus autem de traditionibus prius tractandum censebat. Quem **Seno-**
35 **galliensis** sequutus est.

At **Feltrensis** praeter sacros libros et apostolicas traditiones ecclesiasticas scripturas esse comprobavit. Quare sibi videri prius omnes libros tum apostolicos tum ecclesiasticos recipiendos, deinde ad abusus devenire.

a sic. b exempla codd. Vat. 6687 et biblioth. Btirghesiana 264 ante 18. Februarii inserunt 13. Februarii, ille et addito. Error inde videtur ortus esse, quod scriptor putabat congregationes non eodem tempore haberi potuisse. c supra lin. (postea, ut videtur) add.

a corr. ex aliis verbis, quae legi non amplius possunt.

e corr. pro revelata.

1 Sed id brevissime, quia Marquina, litteras delatus eadem die proficiscebatur; litterae apud Druffel, Mon. Trid. p. 392, n. 345. Cervini epistula privata (ibid. p. 390, n. 344) est uberior.

2 Litterae publicae Farnesii 14. Febr. datae sunt: Druffel, Mon. Trid. p. 384, n. 338; ibid. n. 337 sunt litterae privatae ad Cervinum directae 13. Febr. datae.

3 Animadvertit, quod singulae res minime eo ordine referuntur, quo fiebant, sed sicut Massarello in mentem veniebant; nam scripserunt legati vespere finita congregatione, litterae adveniebant mane.

4 Marquina, Ioannis de Vega, Caesarei in curia pontificia oratoris secretarius, duas eo tempore legationes inter papam et imperatorem obierat: primum Roma profectus cum Dandino 11. Septembris 1545 Bruxellas pervenerat 3. Octobris (Friedensburg, Nuntiaturber. VIII, 314, adn. 3; 316, adn. 1; Massarelli diar. I ad 18. Sept. 1545, supra p. 268, l. 40 ss.);

unde 11. Octobris expeditus 19. Octobris (cf. supra p. 291, l. 25) erat Tridenti, et 24. eiusdem (supra p. 305, l. 27 s.) mensis Romae. Deinde nova legatione suscepta 11. Decembris Roma abiens 17. et 18. Dec. commorabatur Tridenti (supra p. 353, l. 17 cum adn. 4; p. 354, l. 4 ss. cum adn. 1) et 27. eiusdem pervenit in oppidum dictum Herzogenbusch (cf. nuntiorum litteras apud Friedensburg l. c. VIII, §0%), ubi propter infirmitatem imperatoris usque ad 3. vel 4. Febr. 1546 permansit. De eius expeditione cf. Dandini litteras apud Friedensburg l. c. VIII, 551, l. 17 et adn. 2, et alias eiusdem apud Druffel, Karl V pars IV, p. 529. Farnesius 2. Martii nuntiabat eum Romam advenisse (cf. Farnesii litteras 11. Martii datas apud Friedensburg l. c. VIII, 571).

5 c. 6 X de celebr. missar. 3, 41 (inc. Cum Marthae, Innocentii III).

6 Matth. 28, 19.

Pientinus a traditionibus incipiendum laudavit, sententiam Feltrensis nihilominus commendando.

Castellimaris vero ait, quia dissimiles abusus sacrarum scripturarum ab abusus traditionum et praedicationum sunt, videretur prius articulum iam inceptum perficere. Nam cum sacri libri recepti sint et ita dogma illud absolutum, abusus, qui a dictis 5 scripturis dependet, pertractandus iuxta iam decretam procedendi formam veniret, et eo vel aliis abusus absolutis ad traditiones et deinde ad earum abusus condescendere.

Fanensia in decreto susceptionis sacrorum librorum ita addendum putabata: *Et post has numeratas scripturas reliquimus locum spiritui sancto, qui per revelationem 78- nonnulla nobis suggessit. Itaque recipimus quae a spiritu sancto in traditionibus nobis 10 (revelata) b fuerunt.* Quare hac positione brevibus absoluta ab abusus, qui ex scripturis sacris descendunt, incipiendum retulit.

Bellicastrensis autem de traditionibus prius agendum censuit, hisque receptis, quia etiam alia principia nostrae fidei habemus, ut puta ecclesiasticae consuetudines, decretales et constitutiones, necnon sacrosancta antiqua concilia, illa etiam ante cuius- 15 quam abusus pertractationem suscipienda viderentur. Ab <his> enim principiis omnis huius sacrae synodi actio oriri debet.

Post quem **Astoricensis** ita peragendum suadebat: Quoniam (inquit) multa et quidem gravia ab hac synodo pertractanda sunt, haec duo, tum de traditionibus apostolicis, tum de abusus ab eisdem dependentibus, aliquibus deputatis theologis ex- 20 aminanda committere, interimque per synodum maiora et graviora discuterentur.

Cardinalis Augustensis procurator ab abusus, qui ex sacris libris descendunt, prius incipiendum retulit, hisque absolutis iuxta huius synodi decretum ad traditiones, illisque receptis ad eorum abusus pertractandos devenire.

At **Geennensis cardinalis procuratori** ait: Quoniam ultra traditiones apostolicas ecclesiae auctoritatem habemus, quae ecclesiae auctoritas tanta apud nos est, ut 25 aliqui eam maioris roboris quam sacros libros esse sentiant, tanquam a re invicem 78v circulariter | connexa, post sacrorum librorum susceptionem et a traditionibus apostolicis et ab auctoritate ecclesiae tractatio inchoanda videretur.

Generalis Heremitarum traditiones prius pertractandas consulit; tantam enim 30 conformitatem abusus, qui ex sacris libris descendunt, cum iis, qui a traditionibus orti sunt, habent, ut sacris libris et traditionibus absolutis duo illa abusuum genera simul pertractari valeant.

Generali Servorum visum est perficiendum prius esse de sacris libris iam susceptum articulum. Ultra enim libros in aliis congregationibus recensitos plures esse 35 alios, qui inter scripturas sacras nominari debeant, ut puta apostolorum canones, sacra generalia concilia et summorum pontificum decretales. Hisque susceptis ad abusus ex eisdem dependentes devenire.

III. Quibus sententiis ita relatis sic a RmD. **cardinali S. Crucis** responsum est. Quamvis D^{nes} V. non omnes concordent, maiori tamen parti a traditionibus incipiendum 4° videtur. Quid ab aliis congregationibus determinatum fuerit videndum est. Deinde recte cogitantes diligenter examinabimus, qua via magis incedendum expediat, Deumque orabimus, ut eam nobis ostendat, quae melior sit. Voluimus tamen intelligere prius sententias 79r patrum. 2Nobis autem haec via magis idonea visa | est, ut post symboli professionem sacri libri tanquam prima fundamenta, ubi omnes nostrae conclusiones firmari debeant, 45 recipiantur. Multa enim ardua et difficilia a sacra synodo pertractanda erunt, quae nisi firmis fundamentis stabiliantur, corruerent. Post igitur primum symboli fundamentum caetera quae restabant principia sumenda necessario videbantur. Ea autem fidei nostrae principia tria esse inveniemus. Nam doctrinam nostram non nisi revelationem quandam diversis temporibus factam esse dinoscitur. Patriarchis primum, quorum fidem in sacris 5° scripturis habemus — hasque vetus testamentum nominamus. Procedente tempore placuit divinae bonitati eadem et longe plura hominibus per unigenitum filium suum revelare, qui non scripto, sed ore, non in charta, sed in corde plantavit evangelium suum, prout nihilominus iidem prophetae praedixerant — <et hoc novum testamentum dicimus> a.

a sic.

b corr. ex tradita.

c add. supra lin.

d in marg.

1 Alphonsus de Castro: infra ad 23. Februarii p. 491, 1. 43 ss.

2 Abhinc Raynaldus ad a. 1546, n. 22 maiorem partem transumpsit.

Eorum tamen, quae a Christo emanarunt, quaedam scripturae <demanda>a, quaedam in cordibus hominum relicta fuerunt — hocque secundum principium est fidei nostrae. Tertium autem, quoniam non semper filius hominis nobiscum mansurus erat, spiritum sanctum suum in mundum misit, qui Dei secreta et quae dubia apud homines erant
 5 declararet. Quibus omnibus diligenter consideratis ad eadem principia suscipienda ingressi sumus. Sed quoniam (dicta principia)a in veteris et novi testamenti scripturis consistunt, easdem scripturas inprimis cum Dei benedictione suscepimus. | In praesentiarum autem 79v inter sacrum et saxum nos constitutos esse perspicimus, utrum videlicet a traditionibus vel abusibus subsequenter incipiamus. Caeterum eorum, quae ab apostolis inter homines
 10 profecta sunt, nonnulla facta et non scripta (credimus)b, igitur multa dicta et non scripta fuisse fateri debemus. Apostoli enim adeo praedicationibus intenti erant, ut propriis etiam mensis non ministrarent. Quae quidem rationes plurima, quae a Domino ad apostolos et ab apostolis ad nos devenerunt, scripto minime demandata esse demonstrant. Quare a traditionibus prius incipiendum (suaderi)0 debemus. Nihil tamen inter scripturas
 15 sacras et apostolicas traditiones differt; illae enim scriptae, haec per insinuationem habentur, utraque tamen a spiritu sancto eodem modo emanatae. At quoniam de dogmatibus et reformatione simul tractandum iam decrevimus, et multi sunt abus, qui circa scripturas occurrunt, his duabus necessitatibus urgemur: Si enim traditiones accipimus, mirabuntur patres, quasi reformationem fugiamus; si ipsam reformationem
 20 sumimus, iterum obiciunt traditiones relinquendas non esse, cum necessario libros sacros subsequantur. Igitur a quonam sit incipiendum, hodierna congregatione D^{bus} Via pro posuimus. Utrumque tamen in decreto futurae sessionis ponendum non ambigimus. Quo autem ad auctoritatem ecclesiae, quoniam ante susceptionem sacrarum scripturarum | de 80r ea tractari non poterat, successive ad illam (mature)a suo loco devenietur1. Et quamvis
 25 mature incedamus, finem tamen Deo dante attingemus. Saepius enim evenire solet, ut plus itineris is, qui lento gradu «(recta via)e incedit, perficiat, quam qui per diverticula furiose currit. Hoc equidem fuit consilium nostrum, ut mature et propere gradiamur. Poterunt igitur cogitare patres, an in uno eodemque decreto res istae inserendae videantur, an cuilibet decretum suum praefigere. Una enim die, si possibile esset, omnia expediri
 30 posse cuperemus.

Cardinale4 quiescente interrogavit **Castellimaris**, utrum abusus, qui ex sacris libris et traditionibus orti sunt, patres adinvenire pro futura generali congregatione debeant, an tantum de traditionibus cogitare. A **cardinali [S. Crucis]** responsum est, utrum
 35 que patres praemeditari debere, et abusus et traditiones. Nam si aliis Dominis caeterarum classium a traditionibus incipiendum esse visum fuerit, brevibus res absolvetur; si ab abusibus, statim etiam ad traditiones revertemur. Nec non ut abusus, qui ex sacris libris et apostolicis traditionibus occurrunt, in scriptis notarent, patres admonuit2. Solvitur autem classis hora 22.

Die 19. Februarii, Veneris.

I. Legati quid agendum sit dubii Massarellum ad cardd. Tridentinum et Giennensem mittunt, quibus nuntiaret legatos ad consultandos theologos devenisse; praeterea de epistulis a legatis receptis referret. — II. Giennensis cardinalis haec laudat. — III. Madrucius exponit Massarello, quid a Marquina audierit, deinde de legatione sua ad dietam Ratisbonensem et de expensis pro concilio a se factis narrat.

I. R^mDD. legati hora 20. convenerunt apud R^m de Monte, deque in hesternis classibus
 40 propositis egerunt. Dubiis enim sunt D^{us} S. R^m quam propositarum viam sequendam magis expediat. Itaque decreverunt | maturius super hac re cogitare. s0v

Hora autem 23. me vocato ad R^m Tridentinum et Geennensem ire iussit3, eorumque nomine haec referrem. D^{us} S. R^m adhuc valde perplexas esse, quidnam primum

a add. supra lin.

b corr. pro fuerunt.

c corr. pro persuaderi.

d sic.

e in marg.

1 Ergo ut ea de re ageretur postulatum erat, cf. p. 487 3.

2 Nemo non videt hanc relationem ut uberiores, ita accuratorem esse ea, quae est in actis; at merito *Druffel*, Theol. Litteraturbl. XX (Bonn 1875)? c^ol. 34-6 animadvertit utramque formam per se esse mancā et unam altera suppleri. Id vero iam cum certitudine dici potest: differentias inter Theineri Acta et Raynaldi excerpta non inde repetendas esse, quod suo modo

uterque (eadem) acta manu scripta excerptisset, sed quod diversis uterque fontibus utitur: Theiner actis proprie dictis eisque secundum formam definitivam, Raynaldus modo diariis modo variis formis actorum (contra *Maurenbrecher*, Tridentiner Concil: Histor. Taschenbuch ser. VI, ann. VII [Lipsiae 1888], p. 313, et partim contra *Druffel* l. c.).

3 Card. de Monte ut primus legatorum.

de duobus propositis incipiendum sit, decrevisseque vocare cras omnes theologos, qui sunt in hac civitate, demptis generalibus et aliis, qui congregationibus interesse volent, cum eisque rem hanc conferre eorumque opiniones audire. Indecens enim DD. legatis videbatur, de religione et fidei articulis in concilio agi et theologorum sententias non audiri. Quare ipsos cardinales rogare, ut et ipsi suos theologos mittant. — Item quod ex Germania litteras nudiustertius 4. huius datas a nuncio Caesareo receperunt, in quibus non nisi imperatoris iter Ratisbonam versus continebatur¹. De quo et aliis pluribus D^m S. R^m longe melius certiores redditae esse non ambigunt². Item ex Urbe a R^m card. Farnesio litteras perceperunt, in quibus quidem quod in aliis praecedentibus scripserat repetit, videlicet S^m S. valde cupere, ut ipsi R^m legati diligenter de omnibus, quae hic aguntur, nedum postquam facta sunt, sed antequam fiant, certiore ad unguem reddant³. Quod quidem et in aliis futuris litteris scribendum a Farnesio non veretur. Quae omnia ipsi Tridentino et Giennensi libere conferre voluisse, ut quicquid ab ipsis legatis tractatur et agitur intelligant⁴.

II. Ivi itaque, et cardinali Tridentino foris spatiandi gratia existente Giennensem primum alloquutus sum omniaque ut superius scripta sunt retuli. Gratias egit R^m DD. legatis, qui tam humane secum agant. Laudavit deliberationem de vocandis theologis; multos enim in hac urbe esse doctos et catholicos viros, inquit, qui cum episcopi non sint, eorum sententias etsi probatissimas usque adhuc referre non potuerunt, inter quos ipse tres D^{ti} Sua alat, quos libenter cum aliis adesse praecipiet, licet videri suo non multum referat, ab utro concilium exoriat, vel a traditione vel ab abusibus, qui ex sacris libris descenderunt, cum utrumque successive expediri contingat. De litteris Germaniae idem ipsum habuisse. Ab Urbe autem optimum esse pontificis desiderium, omnia quae hic aguntur diligenter velle cognoscere. Et utinam a nullo alio, quam a R^m legatis ea quae hic geruntur in Urbem scriberentur; fideliter enim omnia S^m S. intelligeret, non autem tot mendacia et nugae, ut hactenus evenit, a malevolis bine audisset⁵. Quare D^{ns} S. R^m hortatur, ut pontificis mandatum exactiori cura executioni mandetur.

III. Interea cardinali Tridentino domum reverso eadem cum D^m S. R^m contuli. Gratias ingentes R^m DD. legatis egit. Quo autem ad proposita, laudavit deliberationem legatorum de theologis vocandis. Decet enim articulos fidei cum theologorum opinione tractare, itaque Tridentinus unum, quem habet, Dirutam⁶, libentissime mittit. De Germania autem quod habuit, id est: hoc mane D. Marchina ad D^m S. R^m iverit per horamque cum eo loquutus fuerit, et licet, cum Hispanice loqueretur, non omnia tam bene perceperit⁷, summam tamen totius colloquutionis hanc fuisse⁸: Quod imperator firmiter statuerit bellum Lutheranis inferre in vere proximo, hac arrepta occasione ex dieta. Ibit namque Caesar Ratisbonam, cum Lutheranis pro concordia aget, ipsi concordiam obstinate reiciunt. Vocabuntur ad concilium, ipsi venire recusabunt. Spe igitur amicabile tractatus frustrata iure Caesar ad bellum devenire posse existimat, tumque apud Deum et homines legitimam excusationem habiturum arbitratur. Nec non a pontifice primum, deinde ab aliis

1 Dicuntur litterae Veralli supra ad 18. Febr. n. I (p. 481, l. 25; cf. adn. 7 ibid.) commemoratae, quae tamen etiam alia continebant.

2 Quod cum iam heri Tridentino Massarellum nuntiare iussissent, idem hodie nullo alio consilio faciunt, quam ut audiant, quid novi Marquina detulerit.

3 Cf. supra p. 483, l. 10 s. et adn. 2/3.

* Optime intellexerunt dicta a Tridentino die hesterno: cf. p. 482, l. 11 ss.

6 Saepius eo tempore mala de cardinalibus Tridentino et Giennensi Romam ab adulatoribus curiae scripta videntur esse, cum etiam Tridentinus de his insidiis queratur, cf. infra n. III (p. 487, l. 26 ss.) et supra ad 15. Febr. (p. 479, l. 8/9).

6 Sigismundus Phaëdrus a Diruta ord. Min. Conv. card. Tridentini concionator (ex diario I ad 30. Iunii [supra p. 213, l. 13] et 30. Dec. 1545 [p. 362, l. 32] patet Madrucium eum in vicarium suum promovere voluisse. Cuius voti eum compotem esse factum minime eo probatur, quod Severolus loco statim citando Sigismundum vicarium vocat; nam facile ille fallebatur,

et Massarellus infra ad i. Maii simpliciter *contionato rem ordinarium* eum nominat. Et certe, si ad episcopalem dignitatem evectus fuisset, etiam inter patres concilii, non inter theologos minores sedisset), quem aliqui scrutatorem votorum addere volebant Pighino (Severol. ad 7. Ian. 1546, supra p. 15, l. 7), atque ut cardinalis ad particulares congregationes mittere dignaretur — «placet enim mirum in modum eius doctrina et eruditio» — legati rogabant (infra ad 23. Febr. [p. 489, l. 20]), cuius autem doctrina non amplius adeo placebat, postquam sermone suo 1. Maii 1546 (cf. infra in hoc diario a. h. d.) habito legatos plurimosque praelatos offenderat.

7 Hinc apparet quam temere *D ruffel* Madrucium mendacii vel simulationis arguerit, quod dixerit se parum Hispanice a Marquina prolata intellexisse (Karl V pars III, p. 212, adn. 63; cf. supra p. 293, l. 13 et adn. 1).

8 Sequentia usque ad verba *a pontifice efflagitare* (infra p. 487) l. 6) transumpsit *Friedensburg*, Nuntiaturb. VIII, 551, adn. 3.

principibus christianis suppetias accepturum non veretur. Hoc tamen secreto tenendum admonuit, ne re ad Lutheranorum notitiam deventa [tam sanctum opus impediatur. ^{8iv} Quare maxime optare Caesarem, ut in concilio mature procedatur, nihilque quod Lutheranos tangat pro nunc tractandum, donec Mte S. Ratisbonae existente omnia prius ad unionem conciliandam experiantur, maioriq[ue] ratione et occasione ad arma devenire atque id a pontifice efflagitare. De concilii autem translatione mecum nolle loqui, quoniam rem perfecte a me sciri non ignorabat, idemque de Mediolano. — Postremo dixit, se hodie expediisse unum cursorem ad Urbem ad suum secretarium, causaque haec fuit. Habuisse enim litteras a dicto secretario aiebat, in quibus pontificem Tridentinum ipsum cardinalem ad dietam Ratisbonensem adveniente imperatore omnino missurum decrevisse ferebatur, de die autem adhuc verbum factum non fuerit. Et quoniam iam certum est imperatorem ad dietam profecturum, id secreto significat, ut de eo Stm S. certio[re]m reddat, deinde ab eadem de tempore sui hinc discessus intelligat. Quanto enim citius Ratisbonam applicuerit, tanto negotiis per eum tractandis utilius. At quoniam huiusmodi in itinere plurimae expensae necessario faciendae sunt, cuperet a pontifice aliquod non leve subsidium habere; nam variis expensis, postquam concilium Tridentum translatum est, se gravatum sentit. In primis enim civitatis portae solitos datorum redditus non tribuunt; res namque pauciores vel exeunt vel intrant civitatem ob edicti prohibitionem, praesertim vina, quibus plurimum urbs ista abundat et episcopi redditus augentur. Praeterea post apertum concilium, ut civitatem malis hominibus purgatam redderet pacificeque et sine ullo timore diu noctuque quilibet in ea morari et per eam vagari possit, ultra 30 stipendiatos satellites veteribus denuo addidisse, necnon custodes nocturnos circum menia plurimos posuisse. Atque adeo his et similibus expensis gravari, ut ultra 150 aureos hac de causa quolibet mense extraordinarie exponere cogatur. Haec omnia non ideo | in praesentiarum mihi referret, quasi beneficia exprobraret — vitam enim Dei et religionis causa ⁸²¹ lubenti animo millies exponeret — ; sed quemadmodum a malevolis mendacia et nugae pontifici per litteras suggeruntur¹, mirari cur et ista vera et hominis probi digna non scribantur. Annuitque, si ab Rmis legatis huiusmodi officia Su S. notificarentur, rem sibi gratam fieri². Operam meam navaturum spo[nd]endi, sicque veniam accepi.

30 Omnia Rmis D.D. legatis separatim retuli, qui uno ore Tridentini pietatem et zelum commendarunt ac de omnibus ad S. Stm scripturos obtulerunt.

20. Februarii, sabbato.

(Congregatio theologorum) a.

Hora 20. Rm D.D. legati convenerunt in aula, ubi generales congregationes fieri solent, coram quibus theologi, qui in hac civitate sunt, numero 27, accersiti fuerunt.

D^{nes} S. Rm^{ae} ipsis proposuerunt, qualiter, postquam sancta synodus sacros libros suscepit, perplexae sint, a quo exordium in rebus ulterius ab ipsa synodo pertractandis oriri debeat, nec non circa rationum, quibus aliquot sacri libri impugnantur, examinationem et discussionem. Quare eos hodie hoc in loco vocasse, ut illorum sententiam circa praedicta intelligerent. D^{nes} enim S. Rm^{ae} quoties de articulis fidei agendum erit, ante quam quicquam a sancta synodo decernatur, omnia prius cum ipsis theologis conferre decreverint. Dicat igitur unusquisque libere, quid in propositis sentiat.

In varias opiniones distracti sunt theologi³, atque adeo, ut in horam usque primam noctis protracta fuerit congregatio. Hanc tamen sententiam plures collaudarunt, ut rationes aliquo decenti modo discutiantur, ut a traditionibus incipiatur et cum scripturis recipiantur.

a in marg.

¹ Cf. supra n. II (p. 486, l. 26 et adn. 5, et p. 218, l. 29 ss.

² His auditis papae consilium cardinalem Tridentinum in Germaniam mittendi, quod ab initio minime firmum fuerat, dimissum videtur esse, cf. infra 15. Martii n. III, et privarim cardinalis ad comitia ibat, cf. infra ad 12. Maii. — De expensis

pro concilio factis saepe Madrucius querebatur, cf. 15. Martii n. II.

³ Iniuria Pallavicinus (6, II, 14) vituperat Sarpium, quia fr. Vincentium Lunellum postulasse referat, ut de auctoritate ecclesiae prius ageretur; nam certe Sarpium id non finxit (cf. supra p. 485, l. 21 ss.), et alias lacunas esse in actis scimus: cf. p. 481, adn. 2.

21. Februarii, Dominica.

I. Aliprandus Madrucius redit ex Germania cum litteris card. Augustani; quid hae continuerint. II. Varia.

I. Applicuit Tridentum Ill^{ms} D. Aliprandus, frater R^{mi} card. Tridentini, ex Caesarea curia nunc primum revertens¹. Reddidit R^{ms} DD. legatis litteras | R^{mi} D. card. Augustensis 19. huius Thilinghae datas², in quibus quidem continebatur IU^m D. Federicum comitem Palatinum Rheni, Ottohenricum et Wolfanguma duces Bavariae nec non archiepiscopum Coloniensem 24.3 Ianuarii Frankfordiae, ubi dieta Lutheranorum habebatur, 5 ligam Smalkaldicam intrasse. Quae liga duo praecipua in se continet, primum, ut unusquisque foederatorum manuteneatur³ et defendatur a quacunque molestatione sive in causa religionis, sive in quacunque alia causa a quovis illata. Item nullus ex colligatis patiat⁴ur milites quocunque colore per eius dominium et ditionem transire, nisi ab ipsis foederatis conscripti sint. Verentur enim, ne a Caesare bello aggrediantur⁵. In quod 10 foedus multi nobiles et civitates intraverint, nomine enim imperialis defensionis noviter edita est. Deinde ipse Augustensis sententiam suam circa concilium retulit, videlicet:

Quod contra concilium in genere innumerabilibus scriptis, picturis et verbis calumnias plurimas confingia ab omnibusque deludi (de Lutheranis loquens);

quod nulla sit spes Germanos episcopos venturos esse ad concilium, nam senes 15 propter aetatem, iuvenes ob metum Lutheranorum et quod concilio minime credant, quasi non serio agatur, nequaquam proficisci posse se excusant;

quod arbitratur nihil contra sedis apostolicae auctoritatem et existimationem fieri posse gravius, quam si concilium dissolveretur. Quare legatos hortatur, ut intrepidi negotium prosequantur, consuleretque, ut a pontifice denuo hortatio episcopis Germanis fieret, ut 20 ad concilium veniant, nisi rem diligentius perpendens Caesaris deliberationem in dieta expectandam esse consultius iudicaret;

quodque varia contra sedem apostolicam imprimantur.

II. R^{mi} DD. legati convenerunt in aula D. cardinalis S. Crucis, deque ad Urbem expediendis egerunt. Igitur in sero scripserunt ad R^{mi} D. card. Farnesium⁴ de gestis in 25 hesterni congregatione, litteras cardinalis Augustensis ad ipsum Farnesium directas⁵ et capituli in illis legatorum contenti copiam mittentes.

83r R^{mus} S. Crucis fuit mane spatium supra montem arcis Tridentinae et cum D^{ne} S. Pientinus et Maliperus pransi sunt.

Fui ad card. de Monte propter has litteras⁶, quarum exemplum descripsi, ut ad 30 Farnesium mitteretur.

22. Februarii, Lunae.

In festo cathedrae s. Petri R^{mi} DD. legati una cum paucis praelatis audierunt missam in ecclesia Trinitatis, quam magister ceremoniarum celebravit, qua absoluta fr. Ambrosius Catherinus concionem lingua vernacula habuit. Et quoniam hodierna die capellam fieri moris non est, conciliariorum a ceteris ad hanc missam minime ad- 35 vocatus fuit.

Ecclesiam egredientes legati litteras ex Urbe a R^{mo} D. card. Farnesio 17. datas⁷ receperunt, in quibus continetur pontificem per quatuor dies morbo solito morroidarum a

a sic. I^o Ms. manuteneatur.

1 Redux e Germania 27. Octobris 1545 (supra p. 299, l. 23 ss.) mox iterum ad card. Augustanum missus erat, cuius iussu cum litteris ad imperatorem ibat et 10. Decembris 1545 erat in oppido *Herzogenbusch* (nuntiorum litterae ea die datae apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 483, l. 26 ss.); unde ut Gar. velam inveniret Traiectum profectus eodem re versus erat 23. Decembris (nuntior, litt. l. c. p. 505, l. 19 ss.). De reliquo eius itinere nil inveni.

2 Litterae typis exscriptae sunt apud *Druffel*, Karl V pars IV, p. 534, n. 31. Exemplum earum est in Tabulario Vaticano *Carte Farnes.* VI.

3 Litterae habent 28.

4 *Druffel*, Mon. Trid. p. 393, n. 347.

5 Teste *Friedensburg* l. c. VIII, 553, adn. 3 harum

litterarum exemplar originale est in Tabulario publico Neapolitano *Carte Farnes.*, fasc. 712; card. Augustanus ipse in epistula ad legatos directa de eis dicit: »supplicandole mandar l'alligato plico a Monsr R^{mo} et Ill^{mo} di Farnese, al quale scrivo le medesime cose»; nihilominus legati capitulum ex eis mittebant Farnesio: »se forse sark stato superfluo, ci e parso meglio peccare in questa parte, che nel contrario« (in litteris cit. apud *Druffel* l. c. p. 394). Unde venerit illud exemplum integrae epistulae, de quo v. adn. 2 huius pag. nescio; an Massarellus postea integras litteras descripsit (cf. l. 30 huius pag.)? Cf. adn. sequentem.

6 Quas litteras intellegat non est clarum, cf. adn. praecedentem in fine.

7 *Druffel*, Mon. Trid. p. 389, n. 343.

laborasse, nunc autem bene se habere. Quod ideo scribit, ne falsis popularibus rumoribus decipiantur, si aliter de huiusmodi infirmitate ad Dñs S. RTM scriberetur. Mittit praeterea cum his litteris partem reformationis, quam conceperunt Rm DD. deputati in Urbe, ut Rm DD. legati antequam edatur sententiam suam dicant. Haec reformatio iurisdictionem
5 ordinariorum tangit et suo logo longius describetur i.

23. Februarii, Martis.

I. Legatorum conventus. Mittitur Massarellus ad cardd. Tridentinum et Giennensem, ut varia eis nuntiet. — II. Giennensis consilia. — III. Tridentini sententia. Idem famam ferre ait protestantium deputatos ad concilium venturos esse. Suadet ut mature et tarde in concilio procedatur. — IV. Massarellus ad legatos reversus iterum ad Madrucium mittitur. — V. Congregatio particularis praesidente Cervino: Petuntur et dicuntur sententiae de deputandis ad concipiendum decretum, et utrum prius de traditionibus recipiendis, an de abusibus tractandum sit. — VI. Cervinus de difficultatibus, quae sunt de traditionibus et de libris sacris, patres docet.

I. Rm DD. legati convenerunt apud card. de Monte mane hora 13. egeruntque de proponendis in hodiernis particularibus congregationibus, videlicet: repetita mentione eorum, quae in ultima congregatione acta fuerunt de traditionibus vel abusibus per tractandis, et quod ipsis videatur post sacrorum librorum susceptionem traditiones apo-
10 stolicas etiam recipere, idque cum consilio theologorum etc. Et an in uno eodemque decreto libri sacri et traditiones ponantur, an in duobus. | Item quod decreti confectio
demandetur uni vel duobus ex qualibet classe deligendis, et qui patribus videantur. s3v

Hora autem 16. miserunt me ad cardinales Tridentinum et Geennensem, quibus gerenda in hodiernis congregationibus referrem, ut superius scriptum. Item quod receperint
15 litteras a Rm D. card. Farnesio una cum parte reformationis, quam Rm DD. deputati in Urbe a Sm D. N. edere decreverunt, quam cum D. S. Rm adhuc non viderint neque examinaverint, eis ostendere nequeunt, in prima autem occasione, quae longius die Veneris erit, cum eisdem conferetur. Itemque nomine cardinalis de Monte Tridentinum rogarem, ut, quoniam secretarium suum ad has particulares congregationes mittere non potest
20 propter varias occupationes, fratrem Dirutam² mittere dignetur. Placet enim mirum in modum eius doctrina et eruditio.

II. Cardinali Tridentino in prandio existente cum Giennensea primum loquutus sum. Laudavit collationem, quam cum theologis Rm DD. legati fecerunt, atque adeo, ut videatur ei pernecessarium, etiam in istis privatis congregationibus admittendi. Sunt enim nonnulli
25 docti et probi viri, quorum consilio legati utiliter uti possunt, atque Mirandam³, Lunellum⁴ et Vegam Hispanos⁵ et guardianum Parisiensem Gallum⁶ nominavit. Tanto magis, cum ipse intellexerit a Rm D. de Monte, in sua classe admitti Catherinum⁷ et Lombardellum⁸, idem ab aliis Rm DD. legatis fieri posset. De litteris autem card. Farnesii placere sibi ait, quod iam partem reformationis Rm illi conceperint, maiori tamen gaudio auditurum,
30 cum eam perfecte in lucem aediderint¹. Nam hoc facto cessaret maximus labor huius sacrae synodi, qui circa morum reformationem suscipi debet, | gratias agens Rm DD. s4r legatis, qui haec tam humane cum eo conferri mandaverint.

a sic.

1 Secundum litteras Farnesii (*Druffel*, Mon. Trid. quam commemoravimus supra p. 113, adn. 1 in fine, P. 39*) »quando altra volta si tratto in Roma di questa materia (della reformatione), già sono parecchi anni, fu intra l'altre cose formata una bolla in favore dell'ordinarii, per la quale si prevede a molte cose in loro beneficio; e parso a S. Sta di farla rivedere, accioche la materia di essa sia piu digestita et per consequentia piu in ordine, per mettersi in executione in quella maniera che sara giudicata migliore, il che dico, perche trovandosi hora in essere il concilio, potrebbe essere che la forma che ali' hora si prese non tornasse hora bene in tutto; nondimeno, perche avanti che si determini altro di qua, così circa li capi particolari della bolla come circa il modo di venirne ali' executione, S. Bne ha voluto che si intenda distintamente tutto quello che ne occorre a V. Sna Rma, gliene mando la copia, et insieme certe annotationi che occorrono sino a qui a quelli a chi S. Bne ha dato la cura di rivederla.« Num haec bulla sit eadem, nescio; de alia simili bulla v. infra ad 11. Ian. 1547.
2 De quo v. supra p. 486, adn. 6.
3 Bartholomaeus de Carranza et Miranda ord. Praed., Hispanus (i53 ad 1576), de quo consulas H. Laugwitz, B. C., Kempen 1870; *Quetif-Echard* II, 236; *Reusch*, Index der verbotenen Blicher I, 455 ss-
4 Vincentius Lunellus ord. Min. observ., Hispanus.
5 Andreas Vega ord. Min. observ., Hispanus, cuius extat descriptio civitatis Tridentinae praefixa editione decretorum concilii, quae prodiit Brixiae 1563 apud Io. B. Bozolum (cf. *Giuliani*, Trento al tempo dei concilio, Archivio Trentino I [1882], 154; in editione separata [Trento 1883] p. 12).
6 Richardus Cenomanus ord. Min. observ.
7 Ambrosius Catharinus, de quo videas supra p. 187, adn. 2.
8 Hieronymus Lombardellus ord. Min. observ.

III. Fui deinde ad card. Tridentinum, cui prandio absoluto eadem quae Geennensi retuli. Commendavit imprimis Rmorum legatorum pietatem et circa res agendas prudentiam. Recte enim ab eisdem factum esse, quod colloquutionem cum theologis in rebus fidei habuerint. Quare et in particularibus congregationibus aliquot ipsorum theologorum admittendos esse diiudicat. Quo autem ad proponenda et tractanda in hodiernis congregationibus, remittit se iudicio et prudentiae I) n^m S. R. marum. De litteris Farnesii cum gaudio se audivisse inquit, aliquem fructum deputationem illorum R. morum DD. cardinalium peperisse, Deusque faxit, ut brevi perfecte hanc morum reformationem edant, ut ab hoc eodem labore haec s. synodus liberetur¹. Deinde interrogavit, num aliud a card. Farnesio scribatur². Respondi supradicta solum a Rm3 DD. legatis referenda me accepisse, de aliis nescire.

Praeterea inquit Tridentinus, se magni momenti rem quandam audivisse. Nam Ulmus Sigismundus a Thono, vir gravis et prudens et unus ex oratoribus Sermi regis Romanorum ad concilium deputatus, ostendit ei litteras cuiusdam sui amici ex Germania, etiam viri magnae existimationis, in quibus scribit se valde optare, ut certior redderetur, an Tridentum adhuc applicuerint nobiles illi, qui a Lutheranis delecti sunt et ad concilium mittuntur, ut canonicis rationibus et summorum pontificum decretis, nulla habita ratione nec mentione sacrarum scripturarum, probent concilium hoc nullum esse, et ei obedire neminem teneri etc. ipsosque Lutheranos propterea ad illud accedere minime velle etc. Et licet hoc fere incredibile videatur, quia tamen ab homine gravi profectum est, cum R^{fm} DD. legatis conferre voluit³.

Postremo inquit, si libere loqui liceret, ut verba non nisi simpliciter et ex conscientia, non autem ad alicuius instigationem vel gratiam prolata susciperentur, de quodam Rmos £)D. legatos admoneret consuleretque, videlicet inspectis beneque perspectis rebus, quae a principibus in praesentiarum aguntur tractanturque, et periculis, quae sacrae nostrae religioni a Lutheranis imminet, videretur sibi satis consentaneum ac permixtum necesse, quod Rm DD. legati mature tardeque in negotiis pertractandis incederent, nulloque modo quidquam a concilio fieret, quod Lutheranos neque in minimo quidem tangeret, donec Caesar Ratisbonam applicuerit et quid de amabili concordia sperare possit tentaverit, ne optimum S. Mts propositum impediatur. Quod consilium licet sciat ab ipso imperatore S. Su esse iam datum et ab eadem Ste efflagitatum, tamen etiam ex purae conscientiae suae exoneratione DD. legatis ipse Tridentinus dedisset. Non deerunt autem causae quamplures, quibus et concilium proseguatur et substantiale aliquod contra Lutheranos non decernatur.

Deinde ostendit litteras Caesareas, quibus D. Franciscum de Toledo ob aegritudinem D. Didaci esse oratorem ad concilium designatum significat⁴, Didacoque convalescente ambo nihilominus oratores maneant.

IV. Omnia Rms DD. legatis retuli, et cum loquerer cum Rmocard. de Monte et Tridentinum an aliquid aliud legati in litteris card. Farnesii habuerint interrogasse dixissem, inquit card. de Monte: Et de pontificis aegritudine cum eis⁶ alloqui potuisses, quare si iterum ad eos redire contigerit, ea quae scribuntur referre poteris. Itaque congregationibus, de quibus infra statim, absolutis, ad Tridentinum redii et quod de aegritudine pontificis Farnesius scribit retuli, nec non de eis quae in congregationibus gesta erant, certiores reddidi. Ingentes legatis gratias egit.

V. aHora 20. congregationes particulares coactae sunt, quibus ab unoquoque Rmolegato id propositum est, quod superius notatur, videlicet quod habito consilio cum theologis D^{ba} S. Rms videtur post susceptionem sacrarum librorum esse immediate faciendam susceptionem traditionum apostolicarum tanquam rerum adeo inter se convenientium, ut

a ab hac relatione novus incipit quaternio, cuius in prima pagina superiori a Massarello (atramento pallidiori) scriptum legitur 1546 Febr. Tridenti die Martis 23.

¹ Huc usque *Theiner*, Acta I, 55, adn. *, huius diei relationem excerpit.

² Insinuare videtur idem quod supra p. 482, adn. 8; cf. infra n. IV (1. 39 ss. huius pag.).

³ Non semel legati terrebantur rumoribus, quasi Germani protestantes venturi essent ad concilium cum catholicis disputaturi; sed notum est eos non venisse.

Fieri potest ut hoc dixerit Madrucius, ut legatos a severe agendo contra protestantes retineret. Cervinus (eius litterae 24. Februarii ad Farnesium datae apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 559, adn. 1) rem non credebatur, cf. *Friedensburg* 1. c.

⁴ Orator advenit 15. Martii, cf. infra a. h. d.

⁵ Scii, cum cardd. Tridentino et Giennensi.

segregari non possint; nihil enim in auctoritate traditio apostolica a sacris scripturis differt; in illis¹ namque quod spiritui sancto placuit scripturae demandatur, in his² quod apostoli eiusdem spiritus sancti afflatu obloquuti sunt per manus traditionem ad nos usque devenit. Quare propositum etiam patribus est, num in uno eodemque decreto et libri sacri et traditiones recipiantur, an in duobus. Et quoniam huiusmodi decretum maximi est momenti, et multum refert quibus verbis concipiatur, expediens videtur hanc provinciam praedicti decreti concipiendi aliquibus ex qualibet classe deligendis demandari. Dicant igitur patres eorum sententiam, num uni, num duobus cuiuslibet congregationis haec res committi debeat, et an dicta acceptatio traditionum post sacros libros immediate fieri, an prius ab abusibus sit incipiendum.

Archiepiscopus **Aquensis** a traditionibus prius incipiendum censuit; cui autem decreti conficiendi cura demandari debeat, nominavit Feltrensem, Bellicastrensem. Hanc sententiam probavit **Panormitanus**. At **Senogalliensis** de traditionibus quidem prius tractandum laudavit, nominari tamen debere, quae huiusmodi sint traditiones; deligendos vero arbitrio R^m D. cardinalis remisit. **Feltrensis** esse prius traditiones recipiendas, eas tamen nullo modo specialiter nominandas arbitratus est, deputandi autem a R^m legato deligendi debere³. **Pientinus** videri sibi inquit bene factum, ut traditiones primum recipiantur, verum non ita indistincte esse suscipiendas; nam quaedam substantiales sunt, quaedam ceremoniales, quae disparis apud nos esse debent auctoritatis. Deputandorum autem nominationem R^m cardinali remisit. **Motulanus** traditiones simpliciter esse suscipiendas suasit, arbitrioque cardinalis nominationem deligendorum referre. Quam sententiam commendavit **Castellimaris**, addens tamen, quod apostolicae omnino specificarentur. Nominationem autem remitti cardinali, ut supra. Idem sensit **Bellicastrensis**. Quod et ab **Astoricensi** confirmatum est. Quo autem ad abusum, nullo modo sibi videri in praesentiarum etiam post traditiones esse tractandos, sed haec abusuum discussio in calce concilii remittenda est, ne videlicet causam nostram deteriore apud Lutheranos efficiamus, atque nos ipsi nos ipsos condemnemus, et quod a nobismet hactenus servatum in ecclesia nostra sit, impium et abominabile fuerit, ipsi adversarii ansam maiorem nostris ritus et ceremonias damnandi accipiant; imo a nobis esse intrepide asserendum quicquid in ecclesia nostra servatur, sanctum utique et pium existere. Deligendi vero sint duo ex qualibet classe, eos tamen R^m DD. legati nominent. **Bertinoriensis** vero: placere sibi, ut traditiones ante omnia recipiantur et in uno eodemque decreto exprimantur, ut alii omnes dixerant. Quod autem abusus post traditiones immediate non examinentur, sibi minime videri, sed, ut dicit, post huius dogmatis susceptionem | abusus, qui e dicto dogmate descenderunt, purgentur. Qui autem et quot deligendi sint ad conficiendum decretum, remittit arbitrio R^m D. cardinalis. **Procurator** R^m D. card. **Augustensis** laudavit communem sententiam, ut traditiones nunc primum recipiantur, verum distinguendae essent, quae traditiones reciperentur. Sunt enim diversarum specierum: nam quaedam ad fidem pertinent, et eae pari auctoritate cum evangelii a nobis suscipiendae sunt. De aliis autem, quae ceremoniales existunt, non ita; nam de bigamia et de sanguine suffocato aliter a nobis observatur, quam ab ipsis apostolis sit traditum. Deligendos vero in cardinalis arbitrium ponit. R^m D. card. **Geennensis missus fr. Alfonsus de Castro** assensit opinioni caeterorum patrum; videri tamen sibi haec formalia verba in decreto quoad traditiones ponenda esse, videlicet: *Praeter hos sacros libros multa alia sunt tenenda, quae scripta non sunt, sed observantur ecclesiae auctoritate*. Deligendi autem nominentur quidem a R^m DD. legatis, sintque cuiuslibet classis duo, diversarum tamen nationum. **Generalis Heremitarum**: Apostolicas traditiones prius esse quidem recipiendas, laudavit tamen distinctionem, quam procurator Augustensis fecerat. At abusus post traditiones immediate emendandi, neque propterea causae nostrae detrahi, si aliquod in ecclesia nostra observari fateamur quae emendatione indigeant, non ut ea, quae ex se ipsis mala et impia sint, sed ab hominibus depravata et adulterata fuerint. Deputandorum nominationem remittit, ut supra. **Generalis vero | Servorum** placere sibi ait traditiones ante omnia recipi, displicere tamen, quod articuli indigesti relinquerentur. De deputandis remisit ut supra.

a sic.

¹ Vult dicere in his (sc. sacris scripturis)

² Corrige: in illa (sc. traditione).

³ Abhinc Raynaldus ad a. 1546, n. 25 hanc relationem excerptis.

Cardinalis hic interrogavit generalem Servorum, quomodo articuli digerendi sint. **Generalis** respondit, ex improvise id exprimi non posse, sed deputandi cogitent.

VI. **Cardinalis** deinde ait: Ut video, Domini, in hanc sententiam a maiori parte deventum est, ut traditiones apostolorum post sacros libros in uno eodemque decreto suscipiantur, cuius decreti confectio sex — ex qualibet congregatione duobus — deligendis et arbitrio nostro nominandis committatur, abususque, qui ex sacris litteris et apostolicis traditionibus descenderunt, postea immediate purgantur. Loquar cum aliis Rm's Dominis meis et quid in suis congregationibus firmatum sit intelligam, nominatioque deligendorum in generali congregatione fiet. At multa nobis repetenda se offerunt: primum de traditionibus, an per genus, an per species tractandae sint. Assensimus iam traditiones esse, et satis fecimus; sunt enim nonnulli, qui traditiones esse negant, ut est --- a, qui librum lingua Germanica super hoc aedidit, traditionesque ideo negat, quia doctrinae suae adversantur. Hunc librum Sydoniensis episcopus e Germanico in Latinum vertit¹. Quae autem sint traditiones ipsae, suo tempore remittendum putabamus. Nam traditionum aliquae scriptae, aliquae non scriptae reperiuntur, et aliquae essentiales, aliquae ceremoniales sunt, ut ab Augustensi recte dictum | fuerat Nam in sacramentis nonnullae scriptae, nonnullae traditae ab apostolis nobis fuerunt; quae sacramenta essentialia fidei nostrae sunt. In ceremonialibus autem habemus quadragesimam, quae licet vix ex scripturis probari possit, apostolos tamen eam tradidisse nobis certo scimus². Quod autem scriptae sint aliquae, aliquae non scriptae apostolorum traditiones, legitur c. *Ecclesiasticarum* 11. Dist. 3 Praeter ea et abusus quamplures ex sacris litteris et apostolicis traditionibus emanasse, facile ex c. 19. sextae synodi⁴ dignoscitur de concionatore et concione verbi Dei, qui canon talis est, videlicet: *Diebus dominicis, in quibus solet populus Dei, ab operibus cessans, assidere in ecclesiis, iubet episcopum eos irrigare doctrinae fluente, ex supradictis sacrae scripturae libris ea quae et tempori et rebus convenient conferre et ea interpretari convenienter sanctorum patrum expositioni, non autem ex proprio sensu et intelligentia, maioremque ex iis laudem eos assequi statuit quam ex iis, quae domi invenerunt, ut dubitatione quandoque irretiti videantur scripturae scopum non attingere, ex sanctorum autem patrum doctrina scient populi, quatenus eos oporteat eligere et a quibus abstinere, et suam vitam ad virtutem component impendentium suppliciorum metu, nec ab ignorantiae morbo invadentur*. Praeter hos etiam in libris biblicorum multi sunt. Varii enim varios ediderunt alii hinc, alii illinc translationem vertentes. Quare viderentur aliqui eligendi, qui recte perpenderent, quos biblicorum libros, id est quam editionem, suscipere debeamus, idque etiam de concionatoribus, quo numero, qua qualitate, qua aetate, quo tempore concionari debeant.

Postremo cardinalis ipse legit quae de traditionibus excerpterat, videlicet —

Sequuntur hic (sine titulo) usque ad fol. gor illae

Auctoritates, quibus probatur traditiones esse

in ecclesia Dei, recitatae in suprascripta classe coram cardinali Sanctae Crucis.

Quae auctoritates, cum ab indole diarii nimis sint alienae et inter acta sint edendae (ut edidit Theiner Act. I, 56 ss.), hic omittuntur. Textus eam peior est eo, qualem dat Theiner. Ex. gr. ubi inter patres post Epiphanium inducitur Tertullianus in libro De corona militis, in diario omittitur nomen Tertulliani et pergitur Idem in libro De cor. mil., ut hic liber Epiphanii esse videatur. Post illas auctoritates diarium ita continuatur:

His lectis absolvitur congregatio hora circiter 23.

a lacuna in cod.

b Ms. qui.

¹ Nemo eorum, qui de vita Michaelis Holding episcopi Sidoniensis scripserunt (cf. supra p. 190, adn. 2), librum huiusmodi videtur novisse, quem ille latinitate donasset. Et cum auctor eius libri sine dubio e protestantium numero esset, certe episcopus librum non vertit, ut publici iuris faceret, sed versionem Latinam (cum ipso libro vel sine eo) Cervino linguae Germanicae ignaro misit, ut is quae essent haeticorum doctrinae cognosceret. (Cui opinioni assensit Nicolaus Paulus Monachii degens, quem hac de re interrogavi.)

² Unde hoc certo se scire opinatur Cervinus, cum Irenaeus teste Eusebio (Hist. eccl. 5, 24, 11) scripserit ad Victorem I Romanum pontificem: »Non de die tantum dubitatur, sed etiam de ipso genere ieiunii,

cum alii putent unum diem se debere ieiunare, alii duos, alii etiam plures, alii quadraginta horas diurnas nocturnasque commettantur diem suum«? Cf. P. X. Funk, Kirchengeschichtl. Abhandlungen und Untersuchungen I (Paderborn 1897), 242 ss.

³ c. 5. D. II.

⁴ Est canon 19. synodi in Trullo palatii imperatorii a. 692 habitae (in *Harduini* Collectione III, 1668 s.), non bene et admodum libere versus. Caeterum occidentales fallebantur a Graecis, qui Trullanum concilium semper continuationem concilii sexti oecumenici aestimabant, cum re vera non esset oecumenicum, cf. *Hefele*, Conciliengesch. 21 (Friburgi 1873), 68 s. Cervinus enixe conciliis antiquis incubuerat, cf. diar. I variis locis.

Ego autem ivi ad card. de Monte, cui decreta in classe Rm card. S. Crucis retuli. Idem in sua actum esse dixit, nominasseque duos ad decretum conficiendum, archiepiscopos Turritanum et Materanum.

Idem in classe Rm Poli firmatum est, qui et nominavit Armacanum et Pacensem.

24. Februarii, Mercurii.

9v

5 Card. Tridentinus et Geennensis habuerunt prandium omnibus praelatis et nobilibus propter natalem diem Caroli V imperatoris. Iverunt igitur simul mane ad ecclesiam S. Mariae Maioris, ubi sollemnis missa celebrata est. Prandium tamen separatim Tridentinus in arce, Geennensis domi suae dederunt.

Card. S. Crucis mane supra montem arcis, et post prandium Serram versus
10 spatium profectus est.

Cum D. Robjerto] Claro Lorfenzino]2 et Tud[ertino] 3 pransus. Deinde cum Bertinoriensi spatium euntes cardinalem S. Crucis prope portam civitatis invenimus.

Die 25. Februarii, Iovis.

Mane card. Tridentinus ivit Madrucium ad visendum matrem suam, quare misit magistrum domus ad se excusandum apud Rm DD. legatos, quod eis insalutatis discesserit.
15 Ego autem summo mane ad D. n. S. Rm niveram, ut litteras D. Matthiae magistri postarum de aegritudine pontificis ostenderem i.

Rm DD. legati convenerunt apud Rm D. de Monte post prandium et scripserunt ad Rm D. card. Farnesium de decretis faciendis et firmatis in congregationibus5.

In sero Robfertus] Cljarus] nob[iscum] cenatus est. Blasius 6, Lorfenzinus], Tudfertinus],
20 Fer[reus]7, Ben[cus] 8 et Brig[idus] 9 apud Ferr[eum] 7, et mane cum Feltrensi pransus fueram, una cum Caulensia10.

26. Februarii, Veneris.

I. Litterae Farnesii. — II. Congregatio generalis: de traditionibus. — III. Clodiensis contra traditiones loquitur, cum evangelium per se sufficiat. Cui multi contradicunt. — IV. De bulla Eugenii IV *Cantate Domino* et de unione Iacobitarum. — V. Decernitur traditiones cum libris sacris esse suscipiendas et deputantur patres ad decretum conficiendum.

I. Venerunt litterae ex Urbe Rm D. card. Farnesii 20. huius datae11, in quibus pontificem bene valere significat, adeoque, ut post aegritudinis discessum et consistorium et signaturam habuerit.

25 II. Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte patribus proposuit, quod postquam haec sancta synodus recepit sacros libros, consentaneum videtur ad fidei fundamenta iacienda procedere, et quemadmodum alii duo Rm DD. collegae ei retulerunt, in eorum particularibus congregationibus firmatum est, ut simul cum
91r sacris libris recipiantur traditiones et in uno eodemque decreto inserantur. Nam hae traditiones aequalis esse auctoritatis, cuius et ipsi sacri libri sunt, fateri tenemur. Quare hodie
30 huc vocati fuerunt patres, ut si in eadem sunt sententia, idem comprobent et decernant.

a sic.

1 De quo cf. infra ad 8. Aprilis.

2 Est ille Antonius Lorenzini, magister domus card. Cervini, saepissime a Massarello nominatus.

3 Vix alius potest esse quam Ioannes Maria Caroccus Tudertinus, de quo supra p. 246, adn. 4; de abbate Tuto (cf. supra p. 179, l. 4 et adn. 1) cogitare non licet, quia clare scriptum est in codice *Tud.*, non *Tut.*, nec scimus num hoc tempore Tuto iam fuerit reversus Tridentum, cf. Massarelli diar. I ad 13. Nov. 1545, supra p. 318, l. 24.

4 De morbo pontificis scripserat Farnesius in litteris 17. Febr. datis, quas 22. Februarii legati acceperant, supra p. 488, l. 37 s. Cf. 23. Februarii n. IV (supra p. 490, l. 40) et 26. Februarii n. I (infra l. 22/23).

6 Prima forma epistolae, cui 24. Februarii inscriptus cetta, a. 1563 translatus Brictinorium. est, extat apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 395, n. 348.

6 Non puto significari Blasium Cervinum, consanguineum cardinalis (de quo v. supra p. 153, adn. 1), sed potius familiarem cardinalis in diario I ad 5. Maii 1545 (p. 184, l. 16) et 22. Iunii 1545 (p. 208, l. 25) commemoratum.

7 Intellegitur, ut opinor, ille Federicus Ferreus in diar. I ad 10., 12., 19., 24. Maii 1545 et aliis locis saepissime nominatus.

8 Nescio alium qui intellegatur nisi Trifonem Benicium, de quo v. ad 7. Iunii 1545, supra p. 203, l. 29 et adn. 6 (cf. p. 188, adn. 11).

9 Octavianus Brigidus, de quo v. diarium I ad 4. Iulii 1545, supra p. 214, l. 14 et adn. 4.

10 Alias (episcopus) Caprulanus, Aegidius Falsetta, a. 1563 translatus Brictinorium.

11 Hae litterae desunt in Druffelii collectione.

Verum quoniam a card. de Monte de traditionibus generaliter mentio facta est et ab aliquibus dubitabatur, ne sub hoc uno tantum vocabulo traditionis omnes cuiuscunque speciei traditiones, tum apostolicas tum ecclesiasticas tum denique consuetudines legati comprehendere voluissent, quasi hac de qua agitur apostolica traditione recepta caeterae ipso iure receptae videantur, propositionem praedictam nonnulli graviter tulerunt. 5

Quapropter a Rmō card. **S. Crucis** in hunc modum exorsum est. Ego autem J, ut eorum, quae in mea classe tractata fuerunt, sim fidelis relator, dicam quae eidem visum fuit, videlicet ut una cum receptione librorum sacrorum confiteamur esse suscipiamusque traditiones apostolorum, de aliis autem traditionibus nullum adhuc verbum fuisse factum. Modo enim an sint traditiones ipsae apostolicae tractandum est, quae autem io sint, suo loco discutietur, de quo quidem nunc a Dominis sententiae dicendae sunt.

9iv Multi multa, eaque diversa senserunt. **Senogalliensi** videbatur traditiones specialiter nominandas, non autem sub generali traditionum vocabulo suscipiendas, idque pluribus rationibus comprobavit. **Astoricensis** vero ait lacte et leviori cibo non delectari animam suam, quare non videretur tempus conterendum a sacra synodo in his levibus 15 et parvi momenti materiis, sed ad maiora ab ipsa synodo properandum est, interimque res haec traditionum aliquibus praelatis demandetur.

III. 2At **Clodiensis**, novarum rerum cupidus, frustra inquit nos modo quaerere traditiones per manus verbo et observantia communis ecclesiae ad nos deventas, cum habeamus evangelium, in quo omnia, quae ad salutem et vitam christianam necessaria sunt, 20 scripta inveniuntur.

Reprehensus est a multis etiam verbis ipsiusmet evangelii Ioannis ultimo 3: *Sunt et alia mtdta quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qd scribendi sunt libros.* Item Io. 2o[, 30]: *Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc.* Item 25 Ioann. ultimo i: *Adhuc multa habeo vobis dicere quae non potestis portare modo; cum autem venerit ille, qui est spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem.* Et Christus [non] praecepit apostolis scribere, sed ait: *Ite et praedicate* etc. Item Paulus pluribus in locis suarum epistolarum aperte ostendit multa extra evangelium ab eo praecepta ad 92t christianam vitam necessaria esse emanata, ut 1 Cor. n[, 2]: [*Laudo vos* etc., *et sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis.* Et similibus. Item 2. Ioannis [12]: *Plura habens vobis scribere, nolui* etc. Item Pauli ad Philipp. 4[, 8]: *Fratres, quaecunque sunt vera* etc. haec cogitate, [9] *quae et didicistis et accepistis et audivistis et vidistis in me* etc. Item 2. ad Thessal. 5: *State et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram.* Item 2. Thess. 4 6: *Fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino* 35 *Iesu Christo, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, ita ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quae praecepta dederim vobis.* Item Dionysius Areopagita 1. Hierarch. 7: *Eloquia divina duplicis sunt generis, quaedam in sanctis theologicis libris nobis commendata, et alia praeterea, quae ex animo in animum medio intercurrente verbo.* Item alia praeclara, quae superius in classe 40 diei 23. praesentis mensis connumerantur. Quod autem Augustinus 9 dicat in evangelio omnia esse scripta, quae necessaria sunt ad salutem, verba illa formaliter intelligi debent, scilicet ad fidem Christi accipiendam, ut salvi fiamus. Quo vero ad mores et christianam vitam instituendam, certe non omnia scripta sunt, quare ipse Dominus noster ait: *Mittam*

1 Luce clarius est non ita Cervini orationem in cepisse; a Massarello exhibentur epitomae tantum orationum, minime autem orationes integrae.

2 Abhinc usque ad verba *suggeretur eis* (infra p. 495, l. 3) Raynaldus ad a. 1546, n. 26 hanc relationem paucis mutatis transumpsit.

3 Io. 21, 25.

4 Immo Io. 16, 12. 13 (sed non accurate secundum versionem vulgatam).

5 II Thess. 2, 14.

6 Immo I Thess. 4, l. 2.

7 (Pseudo-) Dionysius Areop., De eccl. hier., i, 4.

8 Intelleguntur illae auctoritates, quas nos omisimus.

9 Cervinus in epistula 27. Februarii ad Farnesium data (*Druffel*, Mon. Trid. p. 397, n. 351) de Clodiensis voto scribens dicit illum allegasse etiam »s. Agostino sopra l' ultimo capitolo di s. Giovanni«; sed frustra eius in Ioannis evangelium tractatus 122 ad 124 perlustravimus, nec tract. 47, 2 s., quem locum citat *Druffel* l. c. p. 397, adn. 2, quidquam eiusmodi continet. At ea sententia invenitur in opere De doctrina christiana II, 9: »In iis quae aperte in scriptura posita sunt, inveniuntur illa omnia, quae continent fidem moresque vivendi, spem scilicet et caritatem«; cf. De pecc. mer. et rem. II, 59. Pro traditione cf. eiusdem Ep. 54, 1.

*autem spiritum sanctum paraclitum, qui vos docebit omnia*¹. Ergo indigebant etiam ipsi apostoli adhuc alia doctrina extra eam, quam ab ipso Christo verbo didicerant ad recte beateque vivendum necessariaa, quae a spiritu sancto suggeretur eis².

Postea cum plerique et fere omnes quae sint aut quot sint et quales sint apostolicae traditiones ostendere conati fuissent, non immerito a **Bertinoriensi** dictum est se valde profecto mirari a nemine fere ex patribus Romanorum legatorum propositioni ad rem facientia responsa fuisse. Non enim nunc agitur quae sint, sed num sint traditiones apostolorum, ut a Rmo D. cardinali S. Crucis prudenter exploratum est; admonuitque Rm^{us} Dos, ut modum et formam in votis dicendis praescriberent. Et quoniam a **Fesulano** relatum prius fuerat se et alios quosdam maxima admiratione affici, quod nunc de traditionibus agatur, cum abusus prius tractari deberent, ab eodem **Bertinoriensi** responsum est, multo magis caeteros quadraginta patres mirari, quod ipse Fesulanus et complices sui id agi proponant, quod quattuor tantum ex omni cetu Dominorum censuerunt, et non potius, ut decet, maiorem partem sequib.

IV. 3Caeterum cum verba fierent super bullario Eugenii IV de unione Iacobitarum, quae in calce sexti Decretalium circumscribuntur et in qua sacri libri connumerantur⁴, **Clodiensis** episcopus (ut qui semper aliquid novi in medium afferre solet) dubitare se inquit bullam illam in concilio Florentino fuisse aeditam, cum dictae bullae data sit pridie nonas Februarii a. D. 1441, quo tempore concilium Florentinum iam absolutum fuerat, ut patet in bulla unionis Graecorum, quae in septima et ultima sessione dicti concilii data est, pridie nonas Iunii 1439, praesertim cum in principio dictae bullae unionis Iacobitarum non apponantur illa verba, quae in bullis in concilio editis apponi consueverunt, *sacro scilicet approbante concilio*. Quare non immerito in actis concilii Florentini non inseritur, sed tanquam extravagans in sexto decretalium posita est*.

Quam opinionem aliquot etiam alii sequebantur. A Rm^{ist}amen legatis⁶ii reprehensi de eorum temeritate sunt, dictamque bullam vere in concilio Florentino aeditam esse comprobarunt. In primis autem falsum esse asseruerunt concilium Florentinum a. D. 1439 statim post unionem Graecorum dissolutum fuisse, sed post dictam unionem fere per tres

a exemplar transumptum cod. Vat. lat. 6687, fol. 13i y, hic repetit verba sunt ad salutem (supra p. 4Q4, l. 42) usque ad paraclitum (l. i huiuspag.), ubi errore detecto ea delet. Alia vero manus in margine adnotavit: Verba deleta sunt repetita etiam in originali, sed per incuriam scripta. Unde cum in Massarelli libro originali non repetantur, patet exemplar cod. Vat. 6687 non ex ipso nostro originali esse transumptum. b sic.

¹ Verba haec non accurate ita leguntur apud Ioan-nem, sed confunduntur Io. 15, 26 et Io. 14, 26.

² His et aliis rationibus motus Clodiensis sententiam suam paululum videtur mutasse: »per non poter negare che molte cose appartenenti almeno alii sacramenti non ci fussero venute ex traditione, et per consequente che non tutte le cose necessarie alia nostra salute erano scritte, poiche hebbe fatte molte distinzioni, concludse, che aneor lui accettava questo, che in la chiesa fusse qualche traditione apostolica non scritta, et con queste parole diceva che se ne facesse il decreto» (Cervinus in litteris p. 494, adn. 9 citatis); sed tamen, ut haec ultima verba docent, tantum *implicite* hoc concedebat. Quare non differunt inter se Cervini et Massarelli relationes (contra *D ruffel*, Mon. Trid. p. 397, adn. 2).

³ Epitomen eorum quae in n. IV sequuntur dat *Raynaldus* ad a. 1546, n. 27.

* Bulla Eugenii IV incipiens *Cantate Domino*, data in Florentiae in publica sessione synodali sollemniter in ecclesia domus S. Mariae Novellae, apud quam nunc residemus, celebrata, anno incarnationis dominicae MCCCXLI pridie nonas Februarias, pontificatus nostri anno undecimo», extat cum subscriptionibus papae et cardinalium et cum fide Angeli Massarelli et brevi expositione disputationum in concilio Tridentino factarum apud *Harduinum* IX, 1020—1029. Exemplar originale card. Farnesius cum litteris 23. Martii 1546 datis misit legatis, ut et ipsius epistula (apud *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 454, n. 386: »Con questa si manda a

V. Sine Rmo la bolla originale di Eugenio pubblicata nel concilio Fiorentino sopra le scritture autentiche et li sacramenti della chiesa, accioche se ne possano servire opportunamente») et hoc Massarelli diarium (infra ad 28. Martii) testantur. Quod exemplar originale cum scripturis cardinalis de Monte, quae adhuc reperiri non potuerunt, videtur esse amissum.

⁵ In actis (*Theiner* I, 59a) legimus: »Quam Clodiensis sententiam aliquot etiam alii patres sequi videbantur*: conliciendum est eosdem, qui iam 15. Februarii de bulla Eugenii dubitarant, cf. supra p. 480, l. 38 ss.

⁶ Haec relatio prior et ea de causa fide dignior, quam acta, legatos in genere facit dicentes, quae acta soli primo praesidenti adseribunt. Certe maior pars eorum, quae hic exponuntur, a Cervino dicta est; cf. p. 496, adn. 2. Sed minime ipse solus omnia protulit (ut coniciebat *D ruffel* l. c. p. 399, adn. 2), cum etiam Severolo (p. 34 s.) teste omnes tres legati in aciem descenderint. Illud vero dubium Druffellii (l. c.): num ullus legatorum sufficiens fuerit ad objectiones Clodiensis inexpectatas rebus et temporibus tam accurate dispositis refellendas, ultro solvitur actis 15. Februarii (supra p. 480, l. 38 ss., cf. adn. 5 huius pag.), qua die iam Claramontanus et Caput-aquensis difficultatem de bulla Eugenii moverant; quare somniatur Druffel, dum Deum aemulatus videt Cervinum inter scribendum schedas suas colligentem, ut de ea quaestione certior fieret — cum ea omnia cardinalis iam in congregatione perdocte calluisset, qui etiam in congregatione 23. Martii (p. 526, l. 12) remisit ad 26. Febr.

annos, usque videlicet ad 1442 perduravit, ut patet ex diversis constitutionibus a prae dicto concilio illo intercurrente tempore sancitis, quae in vera compilatione ipsius concilii scribuntur, eoque magis in summario concilii Basiliensis, in quo et acta Ferrariensis et Florentini inseruntur, compilato a D. Augustino Patritio Senensis, ubi inter caetera privatio Felicis antipapae invenitur, quae in sessione octava Florentina facta est a. D. 1440; 5 item translatio concilii ex civitate Florentina ad Urbem in Lateranensem ecclesiam, quae decreta est in decima² sessione 6. kal. Maii 1442. Quod autem et bulla illa unionis Iacobitarum data 1441 fuerit in concilio Florentino aedita, patet ex originalimet manu propria ipsius Eugenii et S. R. E. cardinalium ac eius plumbeo sigillo roborata, quam ego ipse³ his oculis vidi Romae una cum actis concilii Basiliensis etiam plumbeo sigillo 10 conciliari obsignatis, quae in arce S. Angeli in praesentiarum cum aliis apostolicis scripturis custodiuntur⁴. Et licet verba illa *sacro approbante concilio* in principio omissa sint, in medio tamen ipsius bullae liquido inseruntur, nec | quid referat video, vel in principio aut medio vel fine ponatur, quod concilium illam approbaverit. Nec item mirum videri debet, quod in tomo secundo conciliorum⁵ dicta bulla Iacobitarum non sit inserta, cum 15 illud concilium translatum fuerit e Graeco in Latinum per Bartholomaeum Abrahamum Cretensem praesulem Ariensem, ut ipsemet in praefatione ipsius concilii testatur⁶. Cum vero Graeci facta unione cum Romana ecclesia e Florentia discesserint, secum non nisi quod ad illud usque tempus in concilio gestum fuerat tulerunt, nempe usque ad septimam sessionem 10. kal. Februarii 1439 celebratam, in qua ipsorum unio decreta est. Quae 20 sexta⁷ sessio ideo in illa Graeca compilatione ultima nuncupatur, quia Graeci usque ad illam in concilio perstiterunt, et ipse translator Graecus homo non nisi quod in Graeco libro adinvenit transtulit. At Eugenius cum caeteris praelatis tum Italis tum Iacobi tarum et Armenorum oratoribus in civitate Florentina permanens concilium ipsum prosequutus est et inter alia dictorum Iacobitarum et Armenorum unionem perfecerunt. 25 Quinimo cum deinde Eugenio nunciaretur legatos etiam Zarae Iacob, magni regis Aethiopiae (quem presbyterum Ioannem vocant) ad dictum concilium Florentinum orthodoxae fidei suscipiendae gratia adventare et iam patres Florentiae diutius permanere non possent, ipsum concilium e Florentia Romam | in Lateranensem ecclesiam quinta 30 decima die post pontificis in Urbem reditum proseguendum transtulit. Quod factum est anno D. 1442 6. kal. Maii, ut superius retulimus.

V. 7 Qua discussione absoluta unanimiter fere⁸ in hanc sententiam devenere patres, ut in decreto susceptionis sacrorum librorum recipiantur etiam traditiones apostolicae. Ad ipsum autem decretum conficiendum duo ex qualibet classe nominati sunt, videlicet ex classe Rm D. card. de Monte archiepiscopi Turritanus et Materanus; ex classe Rm D. 35 card. S. Crucis Feltrensis et Bellicastrensis (quos ideo nominavit, quoniam in eius classe iidem ab Aquensi nominati fuerant; ne autem iniuria illos cardinalis afficeret, quasi alios eis digniores et doctiores praeponeret, Aquensis nominationi noluit contraire)⁹; ex classe

a sic, 6. b a Massarello primo per parenthesin posita, deinde uncis inclusa.

1 De Augustino Patricio de Piccolominis (quod cognomen nactus est per adoptionem Pii II) canonico Senensi (f. 1496) eiusque operibus vide *H. Hurter*, Nomenclator literar. IV (Oeniponte 1899), 906 s. Eius *Summa conciliorum Basileensis, Florentini, Lateranensis, Lausanensis etc.* in *Harduini* Collectione conciliorum IX, 1081—1198 extat. *

2 Cervinus sequitur numerationem Patricii, qui hanc sessionem decimam nominat; re vera est nona.

3 Cervinum haec dixisse luce clarius apparet ex eius epistula 27. Februarii ad Farnesium data (*Druffel*, Mon. Trid. p. 397, n. 350: »Io ho memoria, che fra quelle bolle ... c'è questa bolla di Eugenio originale piombata et sottoscritta da quel pontifice et da tutti li cardinali di quel tempo ... Quale bolla con le altre che vennero da quel convento di Abruzzo io dei a Mr Pier Giovanni guardarobba, che le riponesse in castello.« Cf. *Druffel* l. c. p. 399, adn. 2.

4 Nescio num codex actorum concilii Basileensis, de quo loquitur Cervinus, sit ille in Tabulario Vaticano *Concil.* 86, qui concilium illud a Patricio enarratum continet, quem non examinavi.

5 Utebantur collectione conciliorum a Petro Crabbe ord. s. Fr. Belga in duobus voluminibus maximae formae a. 1538 Coloniae Agrippinae edita.

6 Bartholomaeus Abraham Cretensis acta concilii Florentini a. 1526 Romae impressa in latinum verterat ut octavae oecumenicae synodi, quae Graecorum numeratio erat, cf. *Druffel*, Mon. Trid. p. 398, adn. 2; *Hefele*, Conciliengesch. 2 I, 69. Omnes consentiunt legatos optime adversariorum obiectiones refutasse, cf.

Hefele l. c. VII, 781; *Druffel* l. c. p. 399, adn. 2.

7 *Theiner*, Acta I, 60, adn. * (usque ad v. *dividatur* p. 497, l. 4).

8 Cf. p. 495> adn. 2.

9 Hinc *Druffel* (Mon. Trid. p. 397, adn. 1) elicere voluit nominationem deputandorum per cardinales classibus praesidentes legitimam et secundum ordinem factam visam esse patribus, neque agnitum fuisse ius eligendi classium. Quam argumentationem falsam esse ex actis congregationis particularis 23. Febr. habitae ultro apparet (quae acta non demum hoc diario edito publici iuris fiunt, sed paucis mutatis iam in actis Theinerianis [I, 55 ss.] legebantur); nam omnes in classe

Rm D. card. Poli Armacanus et Pacensis. Qui sex electi praedictum decretum concipere et formare debeant, deinde omnibus patribus sigillatim ostendere, denique in generali congregatione comprobari. Horum autem deputatio post huius decreti confectionem expiret, ut in aliis decretis conficiendis labor et honor inter caeteros Dominos dividatur.

- 5 Dictum est postremo patribus, ut pro futura congregatione cogitent de abusibus, qui e sacris libris et apostolicis traditionibus orti sunt, qui scilicet illi sint, ut deinde, cum interrogabuntur, parati respondere valeant. Dimittitur autem congregatio hora circiter 24.

27. Februarii, Sabbato.

Rmus card. S. Crucis scripsit ad card. Trivultium¹, mittens ei notationes ex
IO Barbatia de cardinalatu excerptas².

Item ad episcopum Gaetanum de excusatione ad concilium veniendi³.

Item ad legatum Venetiarum⁴ in commendationem D. Hieronymi Rorarii⁵.

Item ad D. Victorium Clementinum de conclave Eugenii IV⁶.

Rmus p card. Tridentinus reversus est ex Madrutio⁷ Tridentum.

- 15 Rmus D. card. S. Crucis mane ivit spatiatum per prata Atesim versus.

28. Februarii, Dominica.

I. Varia. — II. Colloquium Ratisbonense.

I. Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium⁸ de gestis in praecedenti congregatione, mittentes copiam litterarum Sydoniensis ex Maguntia⁹.

- Fui ad card. Tridentinum hora 20.; cui retuli, quae eo absente in generali congregatione acta sunt. Item de litteris card. Farnesii, de quibus supra¹⁰. Gratias egit
20 consuluitque iterum de mature in concilio procedendo et de audactius liberiusque in congregationibus loquendo, et de electione duorum suae classis etc.; quod fuerit ad visendam matrem suam, quam mirum in modum laudavit de religione pietateque, et quod ei plurimum satisfecerit indulgentia, quam diebus praeteritis Rm DD. legati illi concesserunt¹¹, et si fieri posset, optaret aliam maiorem a S. Ste obtinere; nihil enim gratius matri
25 fieri poterit.

Rmus p card. S. Crucis mane ivit spatiatum a porta Aquilae usque ad illam S. Crucis.

Mane cum generali S. Francisci Conventualium, Constacario] et Loren[zino] et Clar[o] pransus] et cum Bertinoriensi in die ad ludum piastjrellarum].

- 30 ts» II. aHoc tempore habetur colloquium Ratisbonae inter catholicos et protestantes^{95r} secundum ordinationem factam in dieta Wormatiensi, ut patet ex eius recessu dato

a in margine superiore huius paginae est crux parva. Primum hic occurrit illa lunula, quae saepissime abhinc invenitur in hoc diario; quae quid significet videas in Prolegomenis.

Cerviniana, Aquensi (et Panormitano) archiepiscopo excepto, nominationem deputandorum expresse cardinali remiserunt, quod certe ridiculum fuisset, si ipsi ius eligendi non habuissent. Vera falsis miscet Druffelius asserendo, ex epistula legatorum 24. Febr. ad Farnesium data (*Druffel*, Mon. Trid. p. 395, n. 348; cf. p. 493, adn. 5) constare iam in congregatione 23. Febr. habita de personis deputandorum actum fuisse, cum ibi solummodo dicatur: »Fu anco concluso secondo la propositione nostra di commettere a sei prelati che formassero il decreto sopradetto delle scritture et delle traditioni, dui per congregatione particolare, cioe un teologo et un canonista«, nominibus minime additis; nec legati ipsas personas classibus proponebant, sed tantum numerum et qualitatem deputandorum. At ex Massarelli diar. III (ad 24. Febr. n. VI in fine) scimus a primo et tertio praesidentibus (quibus ergo nominatio pariter ac secundo praesidenti a suis classibus remissa erat) in ipsis congregationibus duos praelatos deputatos esse.

¹ Trivultius pontificum cardinaliumque historiae studebat, cf. Massarelli diar. I ad 22. Iulii 1545 (p. 224, l. 26) et 6. Octobris 1545 (p. 282, l. 22 ss.).

Concilium Tridentinum. I.

² Andreas Barbazza (de Barbatia) de Bartholomaeo, mortuus Bononiae a. 1479, librum composuit de praestantia cardinalium, qui Bononiae a. 1487 typis exscriptus est. Cf. J. F. v. Schulte, Geschichte der Quellen und Litt. d. canon. Rechts II (Stuttg. 1877), 306—311; *Hurter*, Nomenclator IV, 888 s.

³ Cf. diar. I ad 30. Iulii 1545 (supra p. 227, l. 18 ss. et adn. 5).

⁴ Erat Ioannes ille della Casa, electus Beneventanus,

⁵ Hic saepe commemoratur in diar. I, e. gr. ad 31. Iulii 1545 (p. 228, l. 12, ubi certe legendum est *Rorario*) l. 1. Aug. (ibid. l. 36); l. Sept. (p. 255, l. 18).

⁶ Studiis de concilio Florentino occupatus Cervinus historiam Eugenii IV accuratius videtur persecutus esse, sine dubio pro opere illo, quod Massarellus eius iussu compilabat (cf. diar. I, supra p. 243, et prolegomena).

⁷ Quo profectus erat 25. Februarii ■ supra p. 493, l. 13).

⁸ Litterae sunt apud *Druffel* l. c. p. 396, n. 350 (ibi dies adscriptus est 27. Febr., sed est forma prima).

⁹ *Druffel* l. c. p. 353, n. 315.

¹⁰ 26. Februarii n. I (supra p. 493, l. 22).

¹¹ Cf. ad 31. Oct. 1545, supra p. 294, l. 37 ss.

4. Augusti 1545. Quod colloquium exordium habere debuisset in festo s. Andreae, qui est ultimus dies Novembris; sed propter impedimenta utriusque partis ad hoc usque tempus protractum est. Quid autem tractare et agere in dicto colloquio colloquentes habeant, ex infrascriptis articulis liquido constabit, quos articulos Caesarea Maestas ipsis collocutoribus disputandos proposuit. Sunt enim qui sequuntur.

s

Articuli in colloquio Ratisbonensi disputandi 1546.

Primo, ut caeteris omissis tractetur confessio exhibita per protestantes in comitiis Augustae habitis a. D. 1530, cuius singula facta discutiantur ac inter eos et catholicos agatur, quid in ea recipiendum, quidve reiiciendum eis videatur, et relatio fiat Caesareae M^t et statibus imperii.

Disputatio versetur in eis solum, quae fidei sunt, omissis opinionibus, quibus studiosi solent exerceri.

Primi tres articuli confessionis praedictae omittantur, quia primus et tertius sunt de incarnatione et trinitate, in quibus nulla est controversia; secundus vero est de peccato originali et satis est disputatus, nec minus est opus illum denuo agitari.

Quia in confessione Augustana sunt multi articuli, etiam diversi, quamquam ad unam materiam pertinentes.

Primo agatur de iustificatione, remissione peccatorum, impletione legis et fide bonisque operibus, necessitate eorum et merito.

Secundo de sacramentis et eorum virtute in universum, ac etiam sigillatim de quolibet eorum, de baptismo scilicet et eucharistia, et praeterea in singulis ea agantur, quae in unoquoque eorum controvertuntur, ut in materia et sacramento eucharistiae de administratione sacramenti sub utraque specie, de adoratione eiusdem; et in poenitentia de confessione et satisfactione. Ad eundem modum in matrimonio, ordine et reliquis.

[Deinde] de purgatorio et suffragiis defunctorum, de veneratione, invocatione, reliquiis et imaginibus sanctorum, de votis monasticis et coelibatu sacerdotum, de delectu ciborum, de feriis, laetantiis aliisque caeremoniis ac ecclesiasticis traditionibus, quomodo obligent conscientiam ad sui observationem.

Ultimo de ecclesia, potestate clavium, ordine hierarchico, autoritate episcoporum, Romani pontificis et conciliorum.

Si quid tamen inciderit dubitationis, vult Caesarea M^t, quod ob eam causam reliqua non remonentur, sed nihilominus in illis procedatur usque ad adventum S. M^t, quae tamen super huiusmodi incidentiis et controversiis mentem suam declarabit. Verum cum talia fuerint, quae moram ferre non possunt, ea ad M^t perscribantur in itinere, quae pari ratione ea sigillabit, id quod facere opus iudicaverit.

Praesidentes in colloquio nomine Caesariae M^t:

R^{us} D. episcopus Eystetensis²

Ill^{us} D. tndencus comes de Fiirstenberg³.

35

Colloquutores catholicorum:

R^{ans} D. episcopus Numbergensis, D. Iulius Phluch⁴;

Eberardus Vilich⁵, provincialis Germaniae inferioris ordinis Carmelitarum; provincialis ordinis s. Augustini de Schegstat⁶.

a Vat. 6687 hic repetuntur verba et praeterea in singulis (1. praec.) et sequentia usque ad controvertuntur, et in margine adnotatur: Repetita in originali, quod de nostro originali non valet. Cf. supra p. 495, adn. a.
b sic.

¹ Inceptum erat colloquium 27. Ianuarii, sed non ante 5. Februarii (cf. infra p. 499, l. 11 ss.) res serio tractabatur: Cochlaei litterae 1. Februarii ad Cervinum datae apud *Friedensburg* in *Zeitschrift für Kirchengesch.* XVIII (1898), 600: «Nam et hic haeremus post inchoatum concilii actum et progredi non possumus. Etenim die 27. Ianuarii coeptum est agi» (cf. *M. Spahn*, Joh. Cochlaus [Berlin 1898] p. 307.

² Mauritius de Hutten, de quo cf. *Druffel*, Kaiser Karl V, pars IV (Abh. d. Mtinch. Akad. XIX [1891]), p. 464, adn. 41 et libros ibi laudatos.

³ Fridericus comes de Fiirstenberg, consiliarius imperatoris.

⁴ Iulius Pflug, qui postea inter praesidentes fuit,

⁵ Eberardus Billick, de quo v. *Druffel*, ICarl V, pars IV, p. 465 s.; *L. Pastor*, Die kirchl. Reunionsbestrebungen während der Regierung Karls V (Freiburg 1879) P. 314 > adn. I; *Meuser* in Kath. Zeitschr. f. Wissensch. u. Kunst ann. I, tom. 2 (Koln 1844), p. 62 ss.

⁶ Ioannes Hoffmeister (commoratus in opido Schlettstadt), qui «praeclare admodum» Hiero-

Si ex illis aliquis esset impeditus seu infirmus, debet accipi D. doctor Benevento Hispanus 1.

Protestantium nomine [auditores]:

Comes Molnat de Baldech2;
magister Franciscus Werlestat8;
5 Balthasar de Gretinghen *4;
Hieronymus Pangartier5.

Colloquutores protestantium:

Magister Philippus Melanchthon 6;
Martinus Bucerus 7;
Ioannes Brentius8;
10 doctor Ohardus Schneppius9.

Qui colloquutores¹⁰ cum tardius quam statutum fuerat Ratisbonam convenissent, negotium ipsum non primum aggressi sunt, quam die 5. huius <per Petrum Malvenda>”, qua catholici opinionem suam circa primum articulum de iustificatione proposuerunt, protestantes autem, lento gradu procedentes, ut qui rem in longum protrahere cupiant, responsum dare distulerunt usque ad diem 11. eiusdem⁰. Qua die per Bucerum eorum
15 colloquutorem novem axiomata circa eundem de iustificatione articulum explicarunt. In quibus quidem axiomatibus cum non eadem quae in dieta Augustensi 1530 dixerunt professique sunt, replicarent, visa est catholicis hoc primo congressu spes concordandi longe difficilior, quam in principio conceperant. Solam enim fidem hominem iustificare contendebant. Igitur die 17. dicti mensis catholici ad dicta novem axiomata per Ioannem
20 Cocchleum responderunt, mirari satis eos non posse inquietes, quod tam tarde in praesentiarum in his disputationibus procedatur, cum Augustae anno suprascripto plus in uno consessu perfecissent, quam nunc tot diebus. De eo autem mirari magis, quod ea se disputanda iterum offerant, quae iam in dieta Augustensi dieta inter partes concordata

c Vat. 6687 eiusmodi.

d sic; Vat. 6687 scribit praeterito.

nymo Seripando, ordinis sui magistro generali, de colloquio scripsit: Corruptum bonos mores colloquia mala (Seripando in commentario [a nobis edendo] de Tridentina synodo fol. 142v). Cf. de eo N. Paulus, Der Augustinermonch Ioannes Hoffmeister. Freiburg 1. Br. 1891.

1 Certe nomen *Benevento* nil aliud est quam conversio veri nominis *Malvenda*, quod vel pro forma per eius adversarios corrupta habebatur, vel a superstitionis ut mali ominis formidabatur; erat Petrus Malvenda capellanus imperatoris. — In litteris, quas imperator 2. Novembris 1545 scripsit Guillelmo Bavariae duci (apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 207, n. 226), praeterea nominavit Michaelem Helding, episcopum titularem Sidoniensem et suffraganeum Moguntinum, qui re vera ad colloquium ire iussus erat, cf. supra p. 341, 1. 26 ss. Cuius nomen sola negligentia videtur omisum esse a Massarello, cum Malvenda conditione tantum propositus esset et numerus collocutorum esse quattuor deberet. Postea Ioannes Cochlaeus collocutoribus loco Pflugii addebatur, cf. *M. Spahn*, Joh. Cochlaus (Berlin 1898) p. 306 s.

2 Volrad (seu *Walrodt*) de Waldeck missus videtur fuisse a Philippo Hassiae lantgravio (et Ioanne Friderico Saxoniae principe electore), cf. *Druffel*, Karl V, pars IV, p. 471; *Ch. G. Neudecker*, Merkwürdige Actenstücke aus dem Zeitalter d. Reformation (Nürnberg 1838) p. 487.

3 In epistula imperatoris adn. 1 huius pag. citata nominatur Franciscus Burkard.

4 Balthasar de Giltlingen (Gultingen), a duce Wirtembergensi missus, cf. *Neudecker* 1. c.

5 Hieronymus Baumgartner Norimbergensis, qui impeditus non venit Ratisbonam; cuius loco

Georgius Volkommer (Volckamer) mittebatur, cf. *Neudecker* 1. c. p. 485. 522. Nihilominus Melanchthonem interfuisse colloquio non modo a Camillo Capilupo, Mantuani ducis apud imperatorem oratore, scribebatur (litteris 26. Martii 1546 Spirae datis: »il Bucero et Melantone per tema di non essere poi forse anche essi sospesi ricordandoli dei recesso se ne sono andati», apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 637), sed etiam hodie a nonnullis (cf. *Druffelii* [Karl V 1. c. p. 470] notam contra Hartfelder) tenetur.

6 Hic non comparuit (sed loco eius Georgius Maior, cf. adn. 10 huius pag.); quibus de causis non prorsus liquet: cf. *Neudecker* 1. c. p. 486; *Pastor* 1. c. p. 311 s.; *Druffel* 1. c. p. 469 ss.

7 Missus a civitate libera Argentorato (et a lantgravio, cf. eius epistolam apud *M. Lenz*, Briefwechsel Landgraf Philipps . . . mit Bucer II [Leipzig 1887], 3⁹), cf. *Neudecker* 1. c. p. 487. Edidit librum de colloquio.

8 Qui a civitate libera Hala Sueviae mittebatur: *Neudecker* 1. c. p. 487.

9 Ehrhardus Schnepfius erat eo tempore professor universitatis Tübingensis et a duce Wirtembergiae deputabatur: *Neudecker* 1. c.

10 Massarellus in enumerandis colloquii auditoribus et theologis prorsus consentit cum Caroli V epistula 2. Novembris 1545 duci Bavariae scripta (*Druffel*, Mon. Trid. p. 207, n. 226), cuius exemplum cum vix credibile sit Tridentum pervenisse, alium quendam ex aula imperatoris collocutorum indicem tunc temporis eo misisse necesse est, nam paulo post aliquibus deputandorum alii sufficiebantur. Etiam id commune habet Massarelli index cum illa epistula, quod auditores catholicae partis omittuntur, cum protestantium enumerentur.

fuerunt. {Ipsorum vero catholicorum} a responsio solam fidem sine operibus hominem non iustificare continebat, remittentes se nihilominus iudicio et decisioni sanctae universalis ecclesiaeⁱ.

97r

I. Martii, Lunae, 1546, Tridenti.

Congregatio particularis coram Cervino: I. Cardinalis proponit deliberandum de abusibus scripturarum. — II. Aquensis archiepiscopi sententia; item Panormitani. — III. Votum Senogalliensis. — IV. Feltrensis episcopi. — V. Reliquorum patrum sententiae. — VI. Expositio card. Cervini. — VII. Dicuntur sententiae de faciendis deputationibus.

I. Hora 20. habentur particulares congregationes coram Rm^e D.D. legatis, et in classe Rm^e D. cardinalis S. Crucis haec acta fuerunt. Absolvimus, inquit **cardinalis** ipse, 5 maiorem partem suscepti a nobis muneris, nempe susceptionem sacrarum scripturarum et apostolicarum traditionum. Nunc ad aliud huic proximum properandum est, videlicet ad reformationem. Quare in praecedenti proxima congregatione generali propositum est de tollendis abusibus dictarum scripturarum. Itaque in hac congregatione explicare poterunt patres, qui et quales abusus ipsi sint, hocque in primis agendum est, deinde 10 quomodo iidem purgari debeant pertractabimus.

II. **Aquensis** schedulam legit infrascripti tenoris. Abusuum quidam sunt in mente, quidam in verbo, quidam in scriptis, in esse, in loco, in tempore et in fine, ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad interpretandum. Ad docendum abusus considerantur aut quia non sunt idonei, aut quia non possunt, quia non sunt approbati. Item con- 15 siderantur abusus realiter, privative et active.

97r Primo circa editionem, quia non omnes textus sunt conformes, imo plures sunt corrupti. Ideo erit bonum correctionem committere peritis deputandis. Et quia correctio veteris testamenti est principaliter consideranda circa hebraeum et novi testamenti circa graecum, a quibus respective ut plurimum aeditio latina emanavit, ideo deputandi 20 sint docti in | hebraeo et graeco et docti theologi in latino, et etiam mixti in omnibus. Et bonum esset habere textus antiquos tam in latino, quam in hebraeo et graeco, qui verisimiliter essent et reputarentur correcti.

Quantum ad translationem, habeantur et colligantur tot antiqui translatores, aliter dicti interpretes, quot haberi poterunt. Non quod dubitemus de translatione b. Hieronymi 25 et aliorum doctorum ac sanctorum, sed ut emendatio ipsa circa locab corrupta et depravata melius fieri possit.

Secundo circa interpretationem, quia multi detorquent sacrae scripturae testimonia, oracula et eloquia in perversum sensum. Ideo determinetur, quibus scripturae sensus sit catholicus et quis non, qui etiam doctores sint admittendi ad interpretandum, ut 30 scilicet sint necdum docti, sed etiam probi et catholici. Et inter alios aliqui enumerantur in c. *Sacrosancta* D. 15 3. Observetur determinatio generalis concilii Lateranensis, de qua in c. *Quia nonnullis*, De magistris in antiquis 4, circa doctorem theologum praebendum ob pauperes et alios, qui nolunt accedere ad universitates generales.

98r Tertio circa impressionem aut scripturam tenendam, quod fiat prohibitio sub poenis etc., quod biblia ipsa non imprimatur teneaturve minusque utatur ea quis, nisi 35 secundum quod fuerit correcta et emendata. Eo casu, quo considerabitur bibliam esse imprimendam in lingua vulgari, sive sit j Gallica sive Italica seu Hispanica, prius ad plenum componatur in tali lingua vulgari per doctos et peritos, ut dictum est de latina, et fiant similes prohibitiones. Nihilominus tamen est lectura et interpretaatio¹ sacri 40 imprimeretur in vulgari, quia non omnibus datum est lectura et interpretaatio¹ sacri codicis, adeo quod nostra tempestate usque ad mulierculas tenebantur bibliae in vulgari,

a corr. ex Eorum.

b sic.

¹ Hos de colloquio nuntios (praeter nomina colloquutionum) hausisse Massarellum coniecerim ex relatione Cochlaei per card. Augustanum cum litteris 20. Februarii datis ad Cervinum transmissa: cf. *Druffel*, Karl V, pars IV, p. 538, n. 32. Etiam Cochlaei litterae 21. Februarii Cervino scriptae quandam similitudinem produunt: »Nos itaque die 5. Februarii per D. Malvendam . . . proposuimus summam doctrinae catholicae de iustificatione« (apud *Friedensburg* in *Zeitschrift für Kirchengesch.* XVIII, 603). Omnino aliqua in Massarelli narratione Cochlaeum sapiunt.

² Aquensis votum quasi integrum apud *Raynaldum* ad a. 1546, n. 28.

³ Significatur c. 3. D. XV, qui caeterum *Sancta (Romana ecclesia)* incipit et decretum illud quod Gelasianum vulgo dicitur de libris [et doctoribus] recipiendis et non recipiendis continet, de cuius authenticitate merito disceptatur.

⁴ c. 4 X de magistris V, 5, ex concilio Lateranensi IV (habito a. 1215 sub Innocentio III) c. 11. — »In antiquis«, supplendum est, ut opinor, decretalibus (Gregorii IX).

et forte incidebant in errores pessimos volentes interpretari secundum capita sua et apponere manum ad rem, ad quam docti, qui in eo studio aetatem consumpserunt, reputant se adhuc tenuessa esse. Sufficiet enim mulieres ipsas et indoctos laicos regi et gubernari secundum praedicationem eis flendam per doctos in hac re, quibus cessum est praedicare.

Prohibitio praedicta mandetur publicari bis vel ter in anno in locis, in quibus opportunum fuerit, ut diu et semper quilibet caveant, et ubi reperti fuerint aliqui contra venientes, puniantur effectualiter, ut cedant caeteris in exemplum.

Non imprimantur etiam aliquae additiones seu adnotationes marginales in biblia, nisi prius visae et approbatae per deputandos, quia plures sunt depravatae et saepe oculos obtrudunt simplicium eosque erroribus involvunt — prohibendo sub poenis opportunis tales additiones depravatas, impias et scandalosas ac piarum aurium offensivas.

Quarto circa praedicationem sacrae scripturae verbo fiendam: qui possunt praedicare — quia regulariter non laicis nec mulieribus permissum est —, in quo loco sit praedicandum, quae scientia praedicanda seu quam scientiam habere debet praedicator. Quod etiam habeant conscientiam seu doceat verbo et exemplo, quia cuius vita despicitur, restat ut praedicatio eius condemnatur, et iuxta dictum b. Pauli *ne cum aliis praedicaverim, ipse reprobis efficiar*^x, et Christus praemisit facere dicens *Qui fecerit et docuerit*² etc. In religionibus distrahunt viros litteratos ab studio, ponendo eos in aliquibus officiis, ut sint ministri, guardiani aut priores, cum in talibus officiis praecipuum esset deputare bonos negociatores et religiosos alias prudentes et expertos in negociis religionum, et non distrahere dictos religiosos litteratos a studio, lectura et praedicatione. Ideo circa hoc esset bonum providere, cum etiam consignatores debeant suscipere incrementum scientia per exercitium et continuationem, ne tunc queratur discere, cum ex officio alios debeant docere.

Quae praedicare habeant: ut scilicet non praedicent ridiculas seu aniles fabulas, quae mandatur per b. Paulum evitari 1 Tim. 4. Non etiam fabulationes Iovis et similia iuxta c. *Cum multa*, iuncta glos. 86. Dist. 3, sed praedicent sacrum evangelium, innitantur interpretationibus sacrorum doctorum, instruant populum ad observationem praeceptorum Dei, ut fidem inconcusse teneant atque omnibus mandatis Dei et ecclesiae faveant, nec ab eiusdem ecclesiae decretis et sanctionibus deviant.

Quomodo autem praedicare habeant: deputentur concionatores, qui iuxta Gregorium sint in verbo discreti, ne vel tacenda proferant, vel dicenda retineant, sintque eorum sermones casti et examinati, ad amorem Dei | populum trahentes. Detestentur vitia, allidantur³ auditores ad amplexum virtutum, habeant prae oculis pro scopo honorem Dei et profectum animarum. Nihil ad gloriam et ostentationem faciant; non quaestui sint intenti aut vindictae appetentes et alias, ut in c. *Abusionibus* De poenit. et rem 4. Non detrahant in specie vel per circumlocutionem ad speciem praelatis, principibus et sacerdotibus, quia saepe populum ab obedientia superiorum retrahunt, et eis est prohibitum in virtute sanctae obedientiae et sub interminatione maledictionis aeternae detrahare dictis praelatis in eorum praedicationibus, in Clem. 1 § *Quibus* De privilegiis⁵. Dicit tamen ibi glos[sa], quod in genere etc. Non retrahant etiam laicos ab ecclesiarum suarum parochialium accessu, quia hoc est iam eis prohibitum, quinimo hortentur eos, ut diebus dominicis intersint missae parochialibus pronisque⁶ seu denunciationibus, quae ibi fiunt, ut addiscant mandata Dei et ecclesiae et dies festivos ac ieiuniorum, et caveant ab excommunicatione, cum ibi publicentur monitoria generalia. Non abalienent populum a solutione decimarum et aliorum, quae iure divino et positivo sunt omnes obstricti; quia saepe concionatores aliqui consulunt parrochianis, ut retineant decimas pro reparatione ecclesiarum, ubi beneficiati nolunt reparare, aut quia vitam clericorum tanquam abominabilem detestantur. Adiciatur poena et comminatio opportuna contra tam ineptos concionatores, quod a suis superioribus pro modo et mensura excessus acriter puniantur. Si illi, qui praedicare tenentur, noluerint aut non potuerint vel (quod absit et tolerandum non est) si nesciant praedicare, alii eorum sumptibus in eorum loco deputentur iuxta c. *Inter caetera* de off.

* cod. tenuos.

b sic.

0 cod. qui.

d Ms. alii ciantur.

1 1 Cor. 9, 27.

2 Matth. 5, 19.

5 c. 1 § 1 de privil. in Clem. V, 7 (Clemens V in concilio Viennensi a. 1311/12).

3 c. 5 D. 86 (ex Gregorii M. ep. 9, 48 [al. 54]).

4 c. 2 de poenit. et rem. in Clement. V, 9 (Clemens V in concilio Viennensi a. 1311/12).

6 *Pronus* i. a. familiaris de rebus fidei expositio (a voce *praeconium*). cf. *Du Cange*, Glossar.

99v ord.1 | Non praedicent absque licentia sanctae sedis apostolicae et episcopi diocesani, quia saepe plures indigni seminant per castra et parrochias errores pessimos. *Quomodo prae dicabunt, nisi mittantur*, inquit apostolus², et in evangelio dicitur *Rogate dominum messis, ut mittat operarios* etc. 3

Quoties habeant praedicare qui praedicare tenentur: ut scilicet praedicent 5 tempore quadragesimae et adventus et diebus dominicis et festivis, et alias ubi opportunum fuerit in locis suspectis de haeresi. Adiciatur praeceptum, quod opportuno tempore beneficiati habentes curam animarum provideant de praedicatore pro quadragesima, quia saepe tantum retardant, quod boni praedicatores sunt conducti et non restant nisi ignari, quorum doctrina saepe plus nocet quam prosit. Et ego sum assuetus in ecclesia mea 10 in synodo b. Lucae lassare praeceptum contra beneficiatos meae diocesis ad providendum bona hora. Hactenus Aquensis.

(Post quem **Panormitanus** aliam schedam legit, in qua multos esse abusus circa scripturas ostendit, videlicet de interpretationibus et concionatoribus, quid et qualiter docere debeant, etc.)a 15

III. Deinde episcopus **Senogalliensis** etiam votum suum in scriptis legit infrascripti tenoris. Satisfactorius praemonitioni nobis factae, ut cogitemus de abusibus scripturarum, potius, quam necessitati causae, quandoquidem illos exploratissimos esse putem patribus universis, proferam et ego, quos imbecillitas mea collegit. Primus apud me cunctis mea sententia perniciosior, utpote radix aliorum, is est, quod verbum Dei detractatur ab his, a 20 quibus merito tractari debuerat. Secundus, quod ab illis, a quibus tractatur, ob defectum praedicatorum ut plurimum non eo modo quo decet, nec ob eam causam, sed potius ad quaestum, ad ostentationem auriumque pruritus. Tertius, quod cuivis, etiam vilissimo sycophantae, permittitur illud suo sensu interpretari suasque naenias absque cuiuspiam io^r exacta censura praelo | committere: qua ex licentia factum est, ut in missali et horario^b 25 quamplurima indecentissima obrepserint. Quartus, quod tractatur a multis, a quibus [n]ullo pacto tractari deberet, nonnunquam etiam sub praetextu privilegiorum, ut a quibusdam erroneis, apostatis, eremitis et huius generis gentibus non missis, minus cognitis, quam par sit tanto negotio. Et (quod detestabilius est) nobis audientibus et patientibus, a vaniloquis in scamnis platearum venditur ad ingerendas superstitiones, et decantatur ut ex 30 eo, quemadmodum ex fabellis, victum sibi comparent. Quintus minime posthac ferendus, quod audeant superstitiosi detractores et morriones postergato timore, quo imponant, detrahant et cachinnos excitent, usurpare sacras auctoritates, non inter loquendum tantum modo, verum etiam affigendas pasquillo, nobis ridentibus, patientibus et applaudentibus, ac si non essent execrandissima blasphemia. Huic affine est illud, quod aequo animo 35 toleramus, nedum nobis, sed insignibus nostris easdem auctoritates ac Dei voces ab assentatoribus applicariⁱ, parum exemplo deterriti regis Herodis ob id ab angelo percussis⁵.

IV. Quiescente Senogalliensi **Feltrensis** suam huius tenoris sententiam legit: Maximus abusus scripturarum est eorum, qui indocti et instabiles eas depravant ad suam ipsorum perditionem, ut dixit beatus Petrus de his, qui divi Pauli epistolas ad malum sensum 40 detorquent⁷. Hinc in Germania abusus irrepsit communionis sub utraque specie ex mala interpretatione illius dominici praecepti, quod habetur Matth. 26: *Bibite ex hoc omnes; illius Pauli 1 Cor. 11 [23]: ego enim accepi a Domino*, et eius quod prius dixerat c. 10 8: *Unus panis et unum corpus multi sumus, qui de uno pane et uno calice participamus; et c. Comperimus* de consecr. Dist. 29. Hinc connubium sacerdotum, ex prava de- 45 torsione illorum verborum: *Crescite et multiplicamini* . . . 10; *habeat unusquisque uxorem suam* | *propter fornicationem* 11; *melius est nubere quam uri*¹²; episcopum eligendum, qui sit *unius [uxoris] vir*TM; et similia. Hinc ieiuniorum abrogatio et quorundam ciborum certis diebus abstinentiae, ex prava interpretatione illorum locorum sacrae scripturae: *Non est regnum Dei esca et potus*¹⁴; *esca non commendat nos Deo*¹⁵; *nemo vos diiudicet in cibo et* 50

a add. in marg.

b cod. orario.

1 c. 15 X de off. iud. ord. I, 31 (Innocentius III in concilio Lateranensi a. 1215, c. 10).

2 Rom. 10, 15.

3 Matth. 9, 38.

4 »Tu alter Deus in terris« dixerat Iulio II Chr. Marcellus in conc. Lateranensi, *Hardiin.* IX, 1651; »iste Deus«: inscriptio de Alexandro VI (cf. *Hergenrother*, *Kirchengesch.* II 3 [Freiburg 1885], 748').

5 Act. 12, 21—23.

6 Feltrensis votum usque ad p. 503, 1. 2 apud *Raynaldum* ad a. 1546, n. 28.

7 2 Petr. 3, 16.

8 1 Cor. 10, 17 (mutatum).

9 c. 12 D. II de cons.

10 Gen. 1, 28.

11 1 Cor. 7, 2.

12 1 Cor. 7, 9.

13 Tit. 1, 6.

14 Rom. 14, 17.

15 1 Cor. 8, 8.

*potuomnis creatura bona est et nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*², et similibus. Hinc sanctae missae ritus, quem ecclesia approbavit, et sacrae eucharistiae veneratio[nis] detestatio, voti monastici abrogatio et alia pleraque. Hi vere abusus dici possunt, cum et adversarii impie inter abusus computent, quod laicis sacra eucharistia sub utraque specie non porrigatur, sacerdotum coelibatus, ieiunia, ciborum delectum a missae oblationem a, vota monastica et similia. Qui abusus si tollantur, solidiori cibo saturabuntur, qui lac et leviora fastidiunt. Non puto inter abusus habendum, quod tot habeantur sacrorum librorum editiones, cum alii reddiderint verbum verbo, alii sensum sensui, alii diversimode, quod eadem verba plerumque diversum sensum habeant;³ nec propterea decernendum fieri novam editionem per concilium approbandam. Non displiceret tamen, purgandam vulgatam et receptam editionem, si quae sint librariorum incuria depravata. Idem censerem de missali, qui omnibus ecclesiis foret communis, superfluis reiectis et maxime sequentiis pluribus, quae ineptias plures continent. Nec etiam abusum habendum censeo, quod sacri libri vernacula lingua legantur, cum divus Hieronymus Illyrico idiomate missam ediderit, cuius usum permisit ecclesia Illyricis³, etsi Scotorum episcopi id in regno suo prohibuerint, Alexio illorum auctore damnato et e regno pulso, m r sed ea ratione, quod impia et praeter rectam fidem pleraque admiscuerit perperamque interpretatus sit⁴; summam tamen per ordinarios adhibendam diligentiam, ut fideliter

a s^cl b post fol. 100 sequitur in ms. fol. m, qui merus est error numerantis neque quicquam desideratur, ipseque Massarellus iuxta numerum m adnotavit 'errore'.

1 Coi. 2, 16 («vos iudicet»). 2 1 Tim. 4, 4.

3 Thomas Campeggius episcopus Feltrensis nuntius Hadriani VI Venetiis degerat, ubi optima occasio ei erat cognoscendi Illyricorum ecclesiae disciplinam et traditiones. Quo tempore orta sit illa vetus et constans traditio, qua sanctus Hieronymus auctor scripturae ac liturgiae Glagolicae esse perhibetur, equidem nescio; at esse eam litteram nil aliud atque fraudem piam saeculi XIII vel XIV — quod oraculum ediderat y. Dobrowsky —, id non modo codicibus multo antiquioribus (cf. I. J. I/anus, Der bulgar. »Monch Chrabru« [9.— 10. Jahrh.], ein Zeuge der Verbreitung Glagolischen Schriftwesens unter den Slaven bei deren Bekehrung durch die Heiligen Kyril und Method [Archiv für Kunde österreich. Geschichts-Quellen XXXIII, Wien 1860, p. 3—100], p. 13. 19), verum etiam Innocentii IV litteris 29. Martii 1248 ad episcopum Sceniensem directis (Potthast, Regesta pontif. n. 12 880; Raynaldi Annal. 1248, n. 52), quibus huic concedit licentiam celebrandi divina officia secundum litteram specialem, quam Sclavoniae clerici se habere a beato Ieronimo asserentes in divinis officiis celebrandis observant, refutatur ac diluitur. Quin immo C. Pertzius (De cosmographia Ethici [Berlin 1853] p. 150—153) ostendere conatus est scripturam Glagolicam inventam esse ante medium saeculum quartum ab Ethico philosopho, cuius cosmographia cum ab Hieronymo in latinum versa ac divulgata esset, hunc doctorem ecclesiae pro auctore scripturae habitum esse (cf. E. Dümmler, Die pannon. Legende vom h. Methodius [Archiv für Kunde österreich. Gesch.-Quellen XIII, Wien 1854] p. 199 > y* A. Ginzel, Geschichte der Slavenapostel Cyrill und Method [Leitmeritz 1857] p. 36). At cum cosmographia illa non ante saeculum octavum scripta esse possit (A. Ebert, Allgem. Geschichte d. Litt. d. Mittelalters im Abendlande I 2 [Leipzig 1889], 608 ss.), Pertzii argumenta sunt futilia. Certe, si Ioannis VIII temporibus iam extitisset fabula de Hieronymo inventore litterae illius, hoc dictum esset papae et ab ipso in bullam sicut a posterioribus papis receptum, vel, si bulla statim citanda falsa est (quod non sine rationibus asserit L. C. Goetz, Gesch. d. Slavenapostel Konstantinus [Kyrillus] und Methodius [Gotha 1897] p. 50 ss. 62 ss.), tanto magis a falsario ad commendandam linguam et liturgiam slavicam prolatum esset. Sed in bulla (Jaffe-Ewald, Regesta pontif. n. 3319, Harduini

Concil. coli. VI, 1, 85; Ginzel l. c. append. p. 59 ss.)

legimus: Litteras denique sclaviniscas a Constantino quondam philosopho [i. e. a Cyrillo] repertas, quibus Deo laudes debite resonant, iure laudamus. (Scripturam Glagolicam a Cyrillo inventam esse doctis simi consentiunt; e. g. ait Assemanus: Litteras Slavicas excogitasse Cyrillum, non Hieronymum, res est certo certior [Kalend. Slav. IV, Romae 1755, 4 > p. 408]; cf. plurimos auctores apud Hanus l. c. p. 11 ss. 98; F. Miklosich in Ersch u. Gruber, Encyclop. s. v. Glagolitisch). Neque in Iacobi a Voragine Legenda aurea quidquam legitur de Hieronymo auctore eius scripturae. Primus quem quidem nos novimus testis pro Hieronymo est Innocentius IV in bulla citata. Quem sequitur (cum in bulla Urbani VIII d. 29. Aprilis 1631 nil eiusmodi dicatur) Innocentius XI, cuius bulla Romanum pontificem d. 22. Febr. 1648 missali Glagolitico a. 1688 edito praefixa novit Illyricarum gentium... »libros sanctos iam inde a divi Hieronymi temporibus, ut per vetusta ad nos detulit traditio, vel certe a pontificatu fel. rec. Ioannis papae VIII praedecessoris nostri, uti ex eiusdem data super ea re epistula constat, ritu qui dem Romano, sed idiomate Slavonico et characteres s. Hieronymi vulgo nuncupato conscriptos« (apud A. Nilles, Kalendarium manuale utriusque ecclesiae I 2 [Oeniponte 1896], 503). Denique Benedictus XIV a. 1754 probavit »ritum Slavolatinum, quem Ioannes papa VIII nationi Illyricae una cum idiomate, quod nunc Slavum literale appellant, et characteribus, quos Hieronymianos dicunt, adhibendum concessit et successivis temporibus Urbanus VIII et Innocentius X confirmarunt« (apud G. Dobner in Abhandl. der böhm. Ges. der Wiss. I [Prag 1785], 122 s.; Hanus l. c. p. 12). Verum ex verbis ab Innocentio X et Benedicto XIV adhibitis satis elucet, eos s. Hieronymum pro auctore litterarum Glagolicarum minime habuisse.

4 Alexander Alessius (Aless; in indice Quirogae [Reusch, Der Index der verbot. Bücher I (Bonn 1883) 495] vocatur Alexius Alexander), natus Edinburgi a. 1500, canonicus ecclesiae cathedralis in civitate St. Andrews factus, inde ab a. 1529 novis doctrinis favebat, quare incarcerationis est. Unde profugus Londinium, inde Germaniam petebat et libris suis episcopos Scotos impugnabat, qui sacram scripturam in lingua vulgari legi vetuerant. Cochlaeus a. 1534 contra eum »Pro Scotiae regno apologiam« scripsit, cui Scotos re-

vulgari idiomate tradantur. Supplendum etiam censeo officium a fe. me. Francisco Quignonio cardinali S. Crucis editum¹, quod ea causa sancta Romana ecclesia non omnibus permittit legendum, quod existimatum sit suppletione indigere. Viderentur addenda responsoria, quod diebus saltem dominicis tria secundum antiquum ritum recitarentur nocturna, forentque preces prolixiores, ut decet diebus festis. Aliquid etiam 5 cogitandum de horis beatae Mariae virginis, quae novo hoc officio omitti permittuntur². Corrigendus abusus, quod passim indocti ineptique homines ad praedicandum verbum Dei et sacram scripturam admittuntur, dandaque eis esset norma et modus, quem sequi teneantur. Rariores sint et magis probati, per locorum ordinarios et ordinum generales, si regulares fuerint, approbandi. Abstineantque concionatores a pactione certi stipendii, 10 ne verbum Dei vendere censeantur seu operas suas locare; contenti sint victu et piis eleemosinis ultro sibi oblatis, non importune petitis.

V. **Pientinus** autem verbo opinionem suam retulit in hanc sententiam, quod ultra abusus condonatorum plures esse abusus in libris sacris, praesertim in missali, ubi ponuntur multa verba nihil significantia, inter quae esse *Deus Sabaoth*. Item de para- 15 cieto et paraclito, quia diversimode profertur. Item in evangelio Matthaei 26. cap. *Heli, Heli lamma zabachthani*. Quae verba apud eum nullum habent significatum, quare videretur demandanda³ esse aliquibus curam ista et similia emendandi. | Et hoc circa scripturas. Circa homines multos etiam esse abusus in interpretaendis ipsis scripturis et docendo verbo Dei. In hoc etiam emendandi cura aliquibus committi posset. — Praeterea, 20 inquit, ego vidi, quod in proxima generali congregatione vicarius generalis ordinis s. Dominici dedit votum pro generali illius ordinis; de quo miratus sum, quia si hoc est prohibitum episcopis, ne dent vocem in concilio per procuratorem, nescio quomodo hoc permittatur fratribus. Igitur vel ipsi abstineant, vel hoc idem praelatis liceat.

Dixit deinde episcopus **S. Marci** videri sibi maximus abusus, quod libri sacri 25 in vernacula lingua imprimantur. Prohibendum igitur hoc esset et nisi tantum homeliae in materna lingua imprimantur. Quo autem ad concionatores, circa quos infiniti abusus versantur, praedicent tantum evangelium Dei.

Surgens postea **Motulensis** ait: Ante omnia decernere deberemus, qua bibliae translatione uti velimus, deinde videbimus qui sint abusus, qui inde provenerunt. Translatio 30 Hieronymi ab ecclesia recepta est. Deligantur docti viri in Graeca et Hebraica lingua, qui abusus colligant et deinde in congregatione referant. Nullum autem melius remedium adhiberi ad tollendos abusus posset, quam leges et canones servare; nam his servatis abusus omnes tollentur. In concilio Ephesino sub Theodosio iuniore³ statutum est, ne plebei praedicent verbum Dei. Non omnes igitur admittendi sunt ad praedicandum. 35 Praedicent autem solummodo evangelium, et ab aliis falsis doctrinis abstineant.

Bellicastrensis Circa translationem, inquit, servetur prima aeditio. Nec per 112 mittatur aliquo | modo sacros libros in vernaculam linguam transferri. Quo autem ad interpretaationem, ea accipienda est, quae a Romana ecclesia acceptata fuit, et aliae omnes reiiciantur. In controversiis vero, quae in huiusmodi occurrunt, non solum sacra 40 scriptura iudex sit, sed ecclesia sancta Dei orientia dubia declarare debet. Constituendi etiam sunt, qui verbum Dei praedicare habeant.

Astoricensis autem ita censuit: dupliciter intelligendos esse abusus, circa interpraetationem et circa praedicationem sacrarum scripturarum. Indocti itaque non trans- 45 ferant sacros libros (qui tamen neque a doctis neque ab indoctis in materna lingua

a sic.

b cod. demandam.

spondit alio libro: »An liceat laicis legere Novi Testamenti libros lingua vernacula. Disputatio inter Cochlaeum et Alexandrum Alesium 1535.« Praeterea edidit »Contra decretum episcoporum Scotiae, Argentorati 1542«-. (In *C. Gesneri Bibliotheca universalis* [Tiguri 1545] teste *Reusch* 1. c. p. 209 commemoratur »Alex. Alesii Scoti De auctoritate verbi Dei liber contra episcopum Lundensem, 1542«-.) Cf. *G. Mackemie*, *Lives of the most eminent writers of the Scotch nation II* (Edinb. 1708), 144—182; *A. Bellesheim*, *Geschichte der kath. Kirche in Schottland I* (Mainz 1883), 333 s.; *R. Buddensieg* in *Realencyklopadie für prot. Theol.* 3 336—338 i *P- Bayle*, *Dictionaire* s. v.

1 De hoc celeberrimo breviario cf. *H. Ldmrner*, *Coelestis urbs Ierusalem* (Freiburg 1866, 40) p. 84; *F. Probstin* *Kirchenlex.* 211, 1262; *Reusch* 1. c. p. 439; *J. Schniid*, *Studien über die Reform des rom. Breviers und Missale unter Pius V, Theol. Quartalschr.* LXVI (Tiibingen 1884), 461 ss.; et maxime *S. Bduer*, *Geschichte des Breviers* (Freiburg 1895) p. 391—409. Omnes fugit iam hoc tempore in concilio Tridentino de breviario reformando esse actum.

2 Cf. *J. Schmid*, *Theol. Quartalschr.* 1. c. p. 468.

3 Inter canones concilii Ephesini a. 431 nil eiusmodi statuitur, nec omnino concilium hoc de rebus disciplinae canones edidit.

transferendi sunt), sed docti et probati viri. Item nemo praedicet, nisi ab episcopo vel ordinum generali approbatus prius fuerit. Item libri sacri aliquo modo non imprimantur absque licentia deputandorum a.

At **Bertinoriensis** in hunc modum affatus est. Si bene percepi, nobis hodie
5 tantum proponuntur librorum sacrorum abusus inveniendos^b esse, distinguendi¹ atque excutiendib, remediis pro nunc omissis, quibus extirpari possent. Nam de his bene agemus, cum primum vulneribus patefactis facile erit medelam eis adhibere. Ad rem ergo dicam, quod radix considerandorum abusu^m a suo fonte sumenda est, quod fiet, si cuilibet imprimis compertum erit sacras scripturas interpretari easque hominibus praedi-
10 care tantum pontifici sacrisque conciliis licere, vel quibus ab eis^{*} servatis servandis, hoc facere iniunctum fuerit. Hinc facile quisque videt duo abusu^m capita principaliora emanare. Primum namque est, quod omnes hominum abusus continet, qui sacras litteras suo sensu absque praedictorum sibi | concessa facultate interpretantur. Sub quo etiam capite continetur maximus ille abusus, ut scilicet scientiis a sensu sumptis sacras litteras
15 quaestionibus tenebrosis involventes homines eas etiam curiosis disseminandas tradiderunt. Nec longe distat pessimus ille abusus, ut homines omissis maiorum nostrorum sententiis, qui suis divinis interpraetationibus scripturarum sensum aperuerunt, vi grammaticae elocutionis rectum iudicium rectamque verborum sacrorum significationem penitus extorqueant. Accedit etiam ille non dissimulandus abusus, ut homines divinarum Christi et
20 Pauli sententiarum allegorice (ut aiunt) nobis traditarum [interpretationem]⁰ in nostris doctoribus vituperent. Sunt etiam nonnulli, qui allegoria in exponendis libris abutuntur, ut ne vestigia quidem veritatis inspicere possis. Multa et varia sunt, quae his subiacent atque ab eis ortum habent, quae si omnia in medium afferrem, dies mihi dubio procul consumeretur; quae tamen singillatim dicere non omittam tempore magis nobis opportuno.
25 Sed venio ad abusus universitatum, quae cum a summo pontifice vel a conciliis facultatem habeant magistros, doctores, baccalaureos atque praedicatores constituere, sic hac autoritate abutuntur, ut indoctos ne dicam ignarissimos^d praedictos humanis favoribus seu mercede pecuniaria creent et faciant, non sine maximo christianae religionis dedecore et damno. Idemque dico de apostolicis legatis, de imperialibus comitibus, de prothonotariis,
30 qui hac facultate habita, ut superius | dixi, abutuntur. Et horum genera, cum multa sint, etiam pro nunc praetermitto, et sat erit pro nunc saltem attigisse. Et cum praecise eadem sit ratio de verbo Dei praedicando, quae de scribendis et interpretandis sacris libris, quae dixi de illis, eadem de praedicatoribus seu doctoribus esse censeo.

Post quem **generalis Eremitarum** ait: Abusus est non recte, non suo tempore,
35 non ad bonum finem aliquo uti; neque enim abusus recte sciri possunt, nisi qui sint usus dignoscantur^b. Paulus epistola ad Timoth. c. 2 docet, quis sit rectus usus: praedicare debent qui sunt vocati, et vocati a quo debent vocari¹. Quo vero ad locum, doceant in ecclesiis; ait enim propheta: *Annunciavi iustitiam tuam in congregationibus*². Item suo etiam tempore docendae sunt sacrae litterae, non solum enim in quadragesima,
40 sed etiam in omnibus nostris sabbatis, id est diebus festis. Quoad finem doceant taliter, ut eorum concio sit ad salutem. Qui igitur docere vult sacras litteras, bene eas prius discat, ut et bene docere possit. Non dicant scientiam speculativam, sed reales litteras sacras, et doceant pueros christianam doctrinam non ex philosophia excerptam, sed ex sacris litteris interpretentur scripturas secundum Pauli ad Timoth. c. 13 et Augustinum,
45 eiusdem Pauli interpretem. Quantum ad interpretationem, edantur inprimis libri sacri pure, et deinde quilibet doctus interpretetur, ut ab Augustino hoc laudatur. De missali autem et horis canonicis non nisi verba scripturae sacrae legi viderentur. Remittens tamen etc.

VI. Votis a patribus explicatis inquit Rm^s D. **card. S. Crucis**: Bene quidem dis-
50 ruerunt Dominationes Vestrae et magna mea cum laetitia de abusibus. Et quoniam hic familiarius, quam in generalibus congregationibus agimus, dicam, ut Dⁿⁱ V. melius deinde cogitare possint, videlicet: abusu^m ex scripturis sacris descendendum tria sunt genera.

a Ms. deputandorum.

b sic.

c num recte suppleverim nescio, sed certe aliquid excidit.

d Vat. 6687 scribit ignavissimos.

1 Non ad certum locum, sed ad praecepta epistularum ad Timotheum in genere videtur spectare.

2 Ps. 39, 10 (at ibi: *in ecclesia magna*).

3 Significat 1 Tim. 1, 18 s. vel 2 Tim. 1, 13 s.

Primum in ipsismet scripturis versatur, scilicet in scōrrectione⁰ et mendositatē earum; nam tot biblīorum editiones circumferuntur, ut vix constet, quae verior et potior sit habenda. Accipiat̃ igitur una editio et ea secundum codices antiquos et fideles tum ex Hebraeo, in quo magis vetus testamentum versatur, tum ex Graeco — propter novi translationem — purgetur, ut posthac sciamus, quam biblīorum editionem suscipere debeamus. Quo in 5 genere comprehendantur etiam alii libri extra ipsam scripturam sacram, videlicet missale et breviarium horarum canonicarum. In missali quaeratur, an aliqua sint quae emendatione indigeant, an evangelia et epistolae congruis temporibus legantur, an aliae sint addendae vel eadem immutandae. Item de sequentiis, quorum nonnullae sunt quae forsā expediret ut amoverentur, et sic de aliis libris qui legi in ecclesiis consueverunt. 10 Secundum et tertium genus ad personas attinet. Secundum enim existit privativum, scilicet in omittendo, in non discendis litteris sacris. Nam quamplures | et fere omnes etiam ex his, qui se theologos esse profitentur, qui quicquid sacrarum litterarum habeant id totum didicerunt non ex ipso sacrarum librorum fonte, sed doctores sacros legendo ex eorum allegationibus, et non solum ipsi dum discunt male discunt, sed alios docentes 15 illos in eundem errorem trahunt. Statuendus igitur esset modus tum addiscendi tum docendi litteras sacras, item tempus, quo id fieri debeat, in quo etiam genere comprehenduntur abusus, qui ex ignorantia scripturarum in earundem interpretatione committuntur. Si enim sacras litteras bene callerent, utique eas et bene interpretarentur. Tertium genus est in committendo, quod totum ad concionatores pertinet, qui 20 verbum Dei non ut debent christianae plebi annunciant. Decernendum igitur videretur, qui, quot, quales concionatores esse debeant, quam doctrinam praedicare, quo tempore, quo loco condonari teneantur. Quorum trium generum primum, quia altiore requirit indaginem, non ita de facili brevique tempore expediri potest. Quare deputandi viderentur viri probi linguarumve periti, qui hanc provinciam suscipientes mature cum 25 omni diligentia materiam ipsam pertractarent. Hisque nihilominus deputatis alii successive docti theologi adderentur. Duo autem secundum ac tertium genera, quoniam maiori quidem indigent expeditione — in decreto enim proxime futurae sessionis omnino inseri debent — prius tractanda et absolvenda viderentur. Itaque alii etiam periti viri eligi possent, qui abusus horum duorum generum colligerent, examinarent et quae eis vide- 30 retur | medelam adhiberent. Hisque absolutis primum genus resumeretur et illud etiam omni qua decet exacta cura et diligentia ad finem perduceretur. Unum autem, quod ad hoc primum genus attinet, non praetermittam, mihi videlicet non videri ea quae a Pientino notata sunt in missali emendatione indigere, de *paraclyto* et *paracleto*. Nam cum dictio Graeca sit, si secundo modo eam proferimus, Graeca phrasi utimur, si primo, 35 tanquam in latinum versa; utraque igitur voce uti possumus. De illis vero verbis, quae a Christo Iesu in cruce dicta sunt Matth. 26 1: *Eloi, Eloi, lamazabathani*, ideo formaliter posita sunt et interpretantur *Deus, Deus meus, utquid me dereliquisti*^P quia inferius evangelista dicturus erat, quod Iudaei verba illa non intelligentes arbitrabantur Christum vocare Eliam. Non enim bene quadrassent verba illa interpretaeta *Deus, Deus meus* etc. 40 cum Iudaeorum cogitatione existimantium ex illis verbis Eliam vocasse. Ut igitur appareret eos^b iuste ex mala intelligentia illorum verborum deceptos fuisse, non interpretationem tantum, sed verba ipsa formalia translator apponere voluit. Item de dictione *Sabaoth*, quod Hebraeum est et ineffabile Dei nomen significat. Ii autem, qui hos sermones interpretatione indigere arbitrantur, nonnisi ex eorum ignorantia prolabantur. 45

VII. Post haec cardinalis patres interrogavit, ut sententias (si placeret) super deputatione faciēda dicerent. **Aquensis** laudavit deputationes fieri, verum quoniam res gravis est et brevi nonnulli theologi doctissimi viri Tridentum venturi sunt, in aliud tempus differendas censuit. **Panormitanus** Aquensem secutus est. **Senogalliensis** vero in- 50 quit: Videretur mihi omnes abusus prius in scriptis ponendos esse, qui exacte ab omnibus episcopis examinarentur, deinde fierent deputationes. **Feltrensi** visum est, quod ante omnia deputerentur aliqui, qui unam aeditionem biblīorum expurgarent. Quo autem ad caeteros abusus, describantur prius, et postea cogitetur de emendatione, ut Senogalliensis

a sic. b Ms. eo.

c cum hac fagina incipit novus quaternio, in cuius capite adnotat Massarellus: 1546 Mart. Tridenti.

1 Immo Matth. 27, 46.

dixerat. Pientini vero sententia fuit, quod non fieret nova interpretatio bibliorum, sed iam edita emendetur⁸. Quoad alios abusus deputentur sex qui colligant, sintque tres theologi et tres aliarum scientiarum periti, qui licet sacras litteras non bene callerent, possent tamen theologorum etiam privatorum consilio uti, et abusibus in unum collectis
 5 caeteris patribus referant. S. Marci episcopus deputationes laudavit, sed quoad colligendos abusus assensit opinioni Senogalliensis. Motulensis deputandos remisit arbitrio Rm D. praesidentis. In caeteris non discessit a Senogalliensi. Bellicastrensis deputationes fieri commendavit, caetera in arbitrio Rm D. cardinalis posuit. Astoricensis inquit: Placet mihi abusus in unum colligi et describi, et quod deputationes fiant.
 10 Bertinoriensis censuit esse omnino faciendas deputationes, idque quantocius; scriptura autem sacra non immutetur, sed expurgetur et declaretur, ut eleganter fecit D. Isidorus monachus S. Pauli¹; eligantur tamen viri doctissimi, iique sint theologi et linguarum periti, sententiamque Senogalliensis comprobavit. Generalis Eremitarum inquit: Corrigendi quidem sunt libri sacri, non autem noviter edantur, sed vulgata editio purgetur tum ex
 15 Graeco, tum ex Hebraeo. Deputationes vero in praesentiarum | faciendae sunt, et his H5V postea successive addi poterunt alii viri doctrina praestantes, qui cum opus suum per fecerint, Sm D. N. porrigerent confirmandum. De iudicio vero ecclesiae et scripturarum in aliud tempus differendum videtur.

Postremo Rm D. cardinalis ait: Satis hodie haec res pertractata est, videbimus quid
 20 in aliis congregationibus pertractatum fuerit, et in proxima generali congregatione aliquid constituemus, necnon modus enumerandi et corrigendi hos abusus invenietur. Absolvitur autem classis hora 23.

2. Martii, Martis.

Rm D. card. Tridentinus venit visitatum Rm D D. legatos, separatim tamen, primum cardinalem de Monte, deinde S. Crucis, denique Polum.

25 Rm D D. legati hora 20. convenerunt apud Rm de Monte, ubi fuerunt usque ad 23. Decreverunt litteras scribendas Rm D. card. Farnesio² de gestis in hesternis congregationibus, et quod Rm Tridentinus eis retulerat.

Discessit itaque cursor hora 3. noctis, cum quo missae sunt etiam litterae, quas hodie Rm legati acceperant a R D D. archiepiscopo Rossanensi³, nuncio apud Caesaream Mten.
 30 #Mane ivi pransum cum D. Feltrensi et Bertinoriensi, cum quo deinde ad ecclesiam S. Crucis una cum Lor[enzino] et Brig[ido].

Rm D. card. S. Crucis mane ivit spatium supra montem arcis, cui obviam factus est D. episcopus Feltrensis.

3. Martii, Mercurii.

16A

Card. Tridentinus in sua arce magnas festivitates habuit propter nuptias cuiusdam
 35 nobilis, quae ibidem peractae fuerunt. Inter caetera post prandium ductae sunt choreae maxima mulierum nobilium adstante corona. Et quoniam mos istius regionis est, ut quicumque ad prandium invitati fuerint choreas etiam ducant, et in prandio cardinalis ipse habuisset episcopos Feltrensem, Addensem, Claramontensem et — bac D. Pighinum auditorem Rotae et procuratorem fiscale concilii, hi etiam et choreas publice ducere
 40 coacti sunt. Hoc enim eos honore afficere voluit Tridentinus. In sero autem cum ad cenam ipse cardinalis vocasset archiepiscopum Panormitanum et episcopos Pientinum, Cavensem et Siracusanum, ab eis etiam duci choreas voluit, cardinali caeteris praeunte; honeste tamen omnique qua decet et modestia et christiana charitateⁱ.

(Mane venerunt litterae ex Urbe, sed non publicae, 24. datae)⁰⁵.

a sic. 11 lacuna in cod. c omittit scriptor codicis Vat. 6687, distentus choreis illis, et in titulo diei sequentis scribit 24. Maii, sed nihilominus infra p. jo g habet 5- Martii.

1 Isidorus Clarius; orthodoxia eius versionis non ita laudabatur ut elegantia, cf. supra p. 207, l. 1 et adn. 1.

2 Druffel, Mon. Trid. (inde a fasc. IV [p. 401 ss.] ed. K. Brandi) p. 430, n. 357. Ex eis quae Tridentinus retulisset, nil in epistula continetur nisi quae ille postea (infra 15. Martii n. 11: p. 513, l. 19 ss. et adn. 2) Massarello de pensione sibi ab imperatore assignata narrabat.

3 Druffel, Karl V, pars IV, p. 533, n. 30. Eadem die Verallus scripserat Farnesio, cf. Friedensburg, Nuntiaturber. VIII, 552 ss.

4 Ut scriptor codicis Vat. 6687 signis valde conspicuis legentium oculos ad hanc narrationem advertit, ita Druffel rem tam facetam latere nolens publici iuris fecit in libello Ueber den Grafen Ludwig von Nogarola und das Trienter Concil (inserto inter Sitzungsberichte der philos.-philol. und hist. Classe der kgl. bayer. Acad. der Wissensch. II [München 1875], 426—456) p. 445 ss.

5 Non videntur esse litterae Mignanelli ad Cervinum 27. Febr. datae, quas exhibet Druffel, Karl V,

4. Martii', Iovis.

I. Deliberant legati de deputandis praelatis ad colligendos abusus scripturarum et traditionum et Tridentino Paceccoque id Massarellum nuntiare iubent. — II. Tridentinus Massarello narrat de choreis in arce ductis et de legatorum ea de re variis iudiciis. — III. Massarellus apud Giennensem. Varia.

I. Rm D D. legati hora 18. convenerunt apud Rm^m de Monte egeruntque de tractandis in crastina generali congregatione, videlicet: ne in colligendis purgandisque abusus scripturarum et traditionum apostolicarum confusio oriatur in infinitumque res haec protrahatur — quod fieret, si ab unoquoque semper ex patribus in congregationibus sententia diceretur —, deputandi viderentur sex probi doctique praelati, quibus provincia haec I de mandetur abususque omnes colligant, hisque singulatim medelam et remedium adhibeant omniaque in scriptis ponant, deinde in generali congregatione referant, cumque ab omnibus communiter quid agendum conclusum fuerit, ipsimet sex deputati decretum super his abusus et eorum emendatione conficiendum forment et concipiant, ac demum in generali congregatione ostendatur et decernatur. Quae omnia ipse retuli R^m D D. card. Tridentino et Geennensi nomine Rm^m legatorum.

II. Tridentinus laudavit Rm^m legatorum sententiam, deinde ait se audivisse, quod Rm legati grave tulerint aliquos episcoporum choreas hesternae die in aula sua duxisse, de quo valde se miratum fuisse, quoniam id nonnisi omni cum honestate et decore actum fuerit, sic regionis consuetudine suadente. In quo tamen, si qua culpa notanda est, eam omnem in se ipsum reiiciendam fatetur; nam coacti quidem episcopi in id inciderunt. Et quoniam vix credere poterat hanc esse legatorum sententiam, ad eos quosdam ex suis miserat, ut vere legatorum mentem explorarent. Qui cardinalem de Monte primum alloquentes, ab eo huiusmodi responsum habuerunt: Se quidem audivisse choreas a dictis episcopis ductas esse, neque id unquam detestasse, cum honeste factum et ita morem patriae expostulasse perceperit, quinimmo, si ipsi per valetudinem licuisset J(laborabat enim podagra), libenter adfuisset et quod ab aliis actum fuerat peregrisset. De quo responso hilares facti qui mittebantur, ad R^m card. Polum profecti sunt, qui re percepta in hunc modum respondit: Se neque miratum fuisse neque mirari posse, quod et Tridentinus et episcopi aliquot choreas in tam nobili mulierum et virorum corona duxerint, cum bene noverit huiusmodi Germanorum mores; immo, si ipsemet Polus apud suos in patria his temporibus adesset, non solum choreas ducere, sed patrium morem sequendo et mulieres ipsas deosculari cogeretur, salvo semper (ut fit) omni decore et qua maiori potest reverentia et christiana charitate. At cum iidem ad R^m D. card. S. Crucis accessissent, valde dissimile responsum acceperunt. Ab eo enim mirum in modum res haec detestata fuit, inquiens minime licere expedireve episcopos choreas ducere, hoc praesertim loco et tempore, quo huc convenerunt, ut christiani populi labefactatos mores emendent, ecclesiae reformationem curent et denique aliis legibus et exemplis vendi normam praebeant. Quid enim (dicent equidem omnes) boni sperari poterit ab episcopis in concilio Tridentino congregatis, cum ipsi primum saltationibus et aliis variis choreis vacent, et quod magis timendum est, quod longe aliter, quam peracta sit, res haec ad diversas mundi partes perscribetur. Nam non desunt (ut experientia ipsemet cardinalis didicit¹) hic detractatores et qui potius falsa veris, quam vera falsis miscere contendunt; mirarique satis non posse, quod id ex Tridentino, tam pio et catholico principe, provenerit. Quod profecto nonnisi ex zelo, quo honorem huius sacrae synodi prosequitur, dicere profitebatur. Quae omnia cum cardinali Tridentino relata fuissent, maximo moerore affectus est, meque rogavit ut rem ipsam, prout erat, non ita gravem esse Rm^m legatis ostenderem, et inprimis R^m D. cardinali S. Crucis, qui unus tantum id detestabatur.

Licentia deinde petita ad Rm^m D. Geennensem profectus sum, cui quae mihi in juncta fuerant retuli. Placuit ei Rm^m legatorum deliberatio de aliquibus deligendis etc., in quam sententiam et ipse, antequam ego illuc accessissem, devenerat. Admonere tamen legatos, ut solitam diligentiam in hac facienda deputatione adhibeant. Res enim gravis

* cf. p. 507, adnot. c.

6 sic.

pars IV, p. 539, n. 35, quoniam hae certe cum Farnesii eadem die scriptis advenerunt, cf. p. 509, adn. I.

¹ Intellegit Cervinus Madrucium; cf. Massarelli

diarium I ad 16. Iulii 1545, supra p. 218 1 29 • ad 26. Ian. 1546, p. 390, l. 32 ss.; diarium III ad 15. Febr. 1546, p. 479, l. 8 s.

est maturaque discussione et exacta doctrina indiget. Postremo ab eo recedens omnia per me gesta Rmo domino meo retuli.

Hac die larvati aliqui per civitatem incesserunt; non enim potuit abstinere plebs, licet edictum extaret prohibitionis, quin mores patrios servaverit.

5 Rtm D. card. S. Crucis mane ad prata Athesim versus spatiatum ivit, et cum eo Feltrensis, Cavensis, Mottulensis et Bertinoriensis pransi sunt.

Ego autem cum Bertinoriensi, Lor[enzino] et BrigjidoJ ad ecclesiam divi Francisci hora 19. profectus sum, qui Bertinoriensis in sero nobiscum cenatus est.

D. Achilles de Grassis Bononiensis, advocatus consistorialis, Tridentum applicuit
10 hodie, missus a Smo D. N. ad concilium

Die Veneris 5. Martii.

n8r

Hora 20. fit congregatio generalis, in qua per Rtm DD. legatos patribus propositum est, ipsis videri consentaneum, ne confusio in dicendis ab unoquoque patrum sententiis oriatur et tempus incassum diu conteratur, deligendos esse aliquos, qui abusus, qui ex sacris libris descenderunt, in unum colligant et eis singulatim medelam et remedium,
15 quod eis expedire videbitur, adhibeant, deinde in generalibus congregationibus referant, ac demum re communi omnium consensu firmata decretum super eisdem forment et concipiant. Dicat igitur unusquisque, quod sentit.

Rmus JJ card. **Tridentinus** primum prudentiae Rmorum legatorum se remisit, at card. **Geennensis** hos nominavit: Rdm D. archiepiscopum Aquensem, et episcopos
20 Senogallensem, Fanensem, Castellimaris, Feltrensem et Astoricensem, qui ab aliquibus paucis expresse comprobati fuerunt. Omnes enim fere Rm's legatis rem hanc remiserunt. A **Syracusano** tamen Cavensis, Bellicastrensis et generalis Eremitarum nominati sunt. Caeterum R^{ri} DD. **legati** nominatos caeteros non improbando Feltrensem et Bellicastrensem exceperunt, ut qui ad aliud decretum de libris sacris et traditionibus apostolicis conficiendum iam electi fuissent, et onera inter patres aequaliter dividerentur.
25 Rmus autem carl de Monte Bituntinum episcopum et fr. Ambrosium Catherinum Senensem, nec non fr. Riccardum Cenomanum, theologum Parisiensem, aliis addidit. Dimittuntur deinde patres hora circiter 21., minus enim unius horae spatio hodierna congregatio absolvitur.

Episcopus Aciensis de Nobilibus, Lucensis, Tridentum applicuit.

30 Rm's D. card. S. Crucis mane supra montem arcis spatfiatus].

6. Martii, Sabbati.

n8v

Rmus card. Tridentinus hora 18. venit visitatum cardinalem de Monte.

Rmus j) carcj g Crucis mane ivit spatiatum ad prata Atesisa versus.

Rmus j) car(j. Polus hora 24. fuit apud Rmum D. card. S. Crucis.

7. Martii, Dominica carnisprivii.

Rmus carcj g Crucis mane celebravit privatim in cubiculo, deinde spatiatum
35 ivit supra montem arcis etc.

a sic.

1 Achilles de Grassis (frater Caroli, Caesaris, edebantur una cum Caesaris eius fratris decisionibus, Hannibalis de Gr.) natus ex illustrissima Bononiensi gente a. 1528 legum doctor et mox ecclesiae cathedralis suae patriae archipresbyter creatus postea Romam se contulit, ubi 1545 (7. Ian.) advocatus consistorialis, a. 1547 auditor Rotae (loco Antonii de Tanis), deinde praefectus archigymnasii Romani factus est. Iulius III a. 1551 Montis Falisci et Cornetensi ecclesiae eum praefecit et ad viceregem Neapolitanum Venetosque nuntium destinavit. A. 1552 vero ad praesidentes concilii et ad imperatorem mittebatur Achilles, ut propter protestantium postulata concilio proposita mentem pontificis aperiret; a. 1553 iterum ad imperatorem ibat ob res ducis Parmensis utque imperatorem ad pacem cum Henrico Gallorum rege faciendam induceret. Obiit Romae a. 1555. Eius «decisiones Rotae» a. 1590 Romae quae iterum Marburgi 1600 (et Romae 1601) imprimebantur. Cf. *Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi IV (Bologna 1784), 238 s.; *J. Carafa*, De gymnasio Rom. (Romae 1751, 40) p. 512; *A. Pieper*, Die papstl. Legaten und Nuntien I (Münster 1897), passim (cf. in dicem ibidem). — Eadem die 4. Maii legatis tradebantur litterae Farnesii 27. Febr. datae (apud *Druffel*, Mon. Trid. p. 399, n. 352), eiusdemque (et Mignanelli, cf. supra p. 507, adn. 5) Cervino (l. c. p. 400, n. 353).

2 Quae *Theiner*, Acta I, 63, adn. *, exhibet aliens ex nostro diario ea esse desumpta, minime in hoc inveniuntur, sed sunt ex actis originalibus in arch. Vat. *Cone.* t. 62, f. 98.

3 Primum venerat Tridentum iam 28. Aprilis 1545, cf. diarium I, p. 180, l. 13 et adn. 5.

Episcopus Maioricensis¹ Tridentum applicuit.

Rms D. card. Tridentinus mane hora n. ivit Madrutium ad visendam matrem et suos.

Hodie iverunt per civitatem multi larvati, nulla habita edicti ratione, <quod mirum in modum Rms legatis displicuit, et de hoc conquesti sunt>a.

5

Rm DD. legati hora 18. convenerunt apud Rm D. card. de Monte, ubi fuerunt usque ad horam 20. Egerunt de vocandis theologis crastina die, ut eorum sententias circa abusus, de quibus agitur, intelligant, quemadmodum etiam cum de traditionibus et libris agebatur factum extitit, ut superius notatum est.

8. Martii, Lunae carnisprivii.

(Congregatio theologorum.)³

W Hora 18. Rm DD. legati relicto loco, ubi ordinarie congregationes fieri solebant, 10
propter calorem iam aestuantem, convenerunt in aula magna dicti palatii, coram quibus
congregati sunt omnes theologi ordinum caeterique doctores, qui in hac civitate prae
sentes sunt. Rm enim legati iam decreverunt nullum articulum concludendum esse, quin
prius theologorum consilium accipiant. Nam quemadmodum in praecedenti articulo
receptionis sacrorum librorum et apostolicarum traditionum, ita et in praesenti abusuum 15
emendatione, de qua nunc agitur, nullo modo quicquam firmandum esse censuerunt,
quin eorundem theologorum sententias explorarent.

His igitur Rms D. card. **de Monte** sic loquutus est. Novi D^{ns} Suas Rms maxima affectas fuisse satisfactione in praeterita ipsorum theologorum congregatione. Audiverunt enim nonnulla, quae mirum in modum eos oblectarunt et rei de qua agebatur, scilicet 20
de susceptione sacrorum librorum, valde accommoda. Quapropter in praesentiarum, cum haec materia abusuum, qui ex sacris libris descenderunt, tractetur, antequam aliquid statuatur, libenter intelligerent Reverentiarum Suarum sententias.

Quisque suam protulit opinionem, pieque et catholice profecto, et nonnulli in scriptis hos abusus redactos explicarunt. A Rm DD. legatis commendati hylarique fronte et 25
animo auditi fuerunt. Caeterum quoniam theologi plurimi erant et quisque ad libitum diffuse suam protulit sententiam, non potuerunt quidem omnes hodie singulatim audiri. Ne igitur congregatio ad noctem usque protraheretur, Rm DD. legati distulerunt opiniones eorum, qui restabant, audiendas die crastina. Dimissi autem sunt hora circiter 23.

Cui tamen congregationi interfuerunt quamplures praelati, videlicet archiepiscopi 30
Aquensis, Turritanus et Armacanus, et episcopi S. Marci, Siracusanus, Pacensis, Capru-
lensis, Bituntinus, Bertinoriensis, Aquinas, Clodiensis et Bergomensis. Quorum tamen aliqui ex occasione interfuerunt, ut quos vel card. de Monte in prandio habuerit, vel caeteros Rms DD. legatos visitantes, qua hora congregatio incepta est, illic se re-
ceperunt, aliqui, quibus haec provincia colligendorum abusuum demandata fuerat, ut 35
plurimorum sententiis auditis rem ipsam rectius faciliusque perciperent. Nullum tamen verbum a praelatis in dicto consessu factum est, sed totum negotium DD. theologis condonabatur.

119 V

9. Martii, in die carnisprivii.

(Congregatio theologorum.)³

W Hora 18. iterum fit congregatio theologorum coram Rms DD. legatis, in qua dixerunt sententias suas qui heri ob temporis brevitatem loqui non potuerunt. De eisdem 40
abusibus sermo habitus est, et multa quidem relatu digna in medium relata fuerunt, praesertim super illo capite, an libri sacri materna lingua traduci et imprimi debeant, quem articulum diffuse fr. Alphonsus de Castro disseruit, aliqui verbo, aliqui scripto mentem suam enucleantes. Mira attentione a Rms legatis audiebantur, dignaque com-
mendatione eos D^{ns} S. R^{ms} affecerunt. Cui quidem congregationi, ut hesternae, plurimi 45
praelati interfuerunt. Absolvitur autem hora 22.

a alio atramento scriptum.

b Ms. palatj.

0 sic.

¹ Non videtur reversus esse, postquam abierat aestate primum venerat 24. Aprilis 1545: supra p. 178, 1. 13
1545 Tridento (cf. supra p. 232, 1. 13 et adn. 2), quo et adn. 2.

Mane Rm DD. legati acceperunt litteras a Rmo D. card. Farnesio 4. huius data¹, una cum illis particularibus super concionatoribus Vincentiam demandandis, et monitiona generalibus ordinum facienda², ne aliquos illuc transmittant sine expressa licentia Rm card. Rodulphi, dictae civitatis episcopi². Quam monitionem ipse in die perfecit. Generalis autem Servorum conquestus est mecum de captura fratris Michaelis Angeli Florentini sui ordinis, qui dum ab eo Neapolim ad condonandum mittebatur, in Urbe publice captus et in carceribus publicis detrusus est absque ulla causae vel culpae expressione. Omnia Rmo domino meo retuli.

10. Martii, [Mercurii], prima quadragesimae.

Rm DD. legati, cardinales duo caeterique patres conciliares mane hora 14. iverunt ad ecclesiam cathedralē, ubi Rm^{us} D. card. de Monte episcopus Praenestinus ut legationis princeps, assumpto pluviali violaceo in auro et mitra, cinerem benedixit. Deinde stans ante altare capite nudato cinerem a cardinali S. Crucis accepit, deinde [ipsi cardinali S. Crucis etiam stanti tribuit, postea eodem modo Rmo D. card. Polo tertio legato et cardinalibus Tridentino et Geennensi dedit. Accepta deinde mitra in faldistorio ante altare sedens aliis omnibus distribuit hoc ordine. Primum oratoribus Sermi regis Ferdinandi Romanorum, D. Francisco a Castelalto et Antonio Queta, deinde archiepiscopis et episcopis, et postea abbatibus et generalibus ordinum, deinde D. Pighino, auditori Rotae, et Boncompagno, abbreviatori, de Grassis, advocato consistoriali (et nobis omnibus officialibus concilii)^b et Severolo⁰, procuratori fiscali concilii, post hos archidiacono et canonicis cathedralis, qui 18 numero sunt, deinde sacris theologis, doctoribus et magistris, postremo nobilibus caeterisque omnibus, qui accedere voluerunt.

Cinere distributa³ card. de Monte sacras vestes exuens cappam violaceam (cardinalitiam)^d reas[s]umpsit atque ad locum suum penes alios legatos reversus est. Celebravit deinde missam Rm D. episcopus Aquinas, sermonemque habuit fr. Ioannes Antonius de Casale Maiore ord. s. Francisci Convent., missaque absoluta quisque domum suam reversus est.

Fui ad Rmum D. card. de Monte, deinde ad Polum ob litteras praecedentes³.

11. Martii, Iovis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium⁴ de successibus, ut supra.

Rmus¹³ carc| g Crucis mane hora 14. ivit supra montem arcis.

Rmus D. card. Polus hora 21. venit ad Rmum D. card. S. Crucis, cum quo fuit usque ad 23., de decreto faciendo loquuti.

Hora 1. noctis venerunt litterae ex Urbe 6. huius datae⁶, sed Rm DD. legati non receperunt litteras publicas.

Recepi litteras a Paganac[i]o ex Montepulitiano, gratulans mecum de sec[retari]o, etc.

In die fui cum Bertinoriensi spatiatum et Lorenz[in]o.

12. Martii, Veneris.

120v

Rm DD. legati scripserunt ad electorem Moguntinum, commendantes eius probitatem et rogantes, ut remittat Sydoniensem suffraganeum suum⁶.

Mane hora 14. Rm DD. legati iverunt ad ecclesiam Trinitatis, ubi fr. Ambrosius Catherinus condonatus est, materna tamen lingua. Hora autem 20. convenerunt ad Rmum D. card. de Monte, ubi fuerunt usque ad 24. De decretis faciendis actum.

Rmus carc| g Crucis mane ivit spatiatum Athesim usque prope menia civitatis.

a sic. b in marg. 0 M s. habet formam, nominis corruptam, quae non bene legitur. d supra lin. add.

ii, Mon. Trid. p. 431, n. 358.

2 Nescio an haec causa significetur infra ad 2. Maii.

3 Videntur intellegi litterae Farnesii 1. I huius pag. commemoratae.

4 Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 438, n. 364.

0 Apud Druffel-Brandi (Mon. Trid. p. 433, n. 36°) sunt litterae Bernardini Maffei 6. Martii Cervino (pri-

vatum) scriptae, in quibus huic refert, «come hoggi ho havuta in mano la bolla originale di Eugenio ... dell' unione di Iacobini [sic] alia chiesa Romana et aspetaro quello che mi sara ordinato circa il mandar l' originale o il transunto. Supra p. 495, adn. 4 iam adnotatum est exemplar originale legatis esse missum.

6 Cf. Druffel, Mon. Trid. p. 353, adn. 1.

13. Martii, sabbato.

Hic est dies anniversarius, in quo Rm DD. legati de Monte et S. Crucis hanc civitatem intrarunt, anno scilicet praeterito 1545. Rms autem card. Polus applicuit Tridentum mense Maio sequenti, ut supra notatum est.

ts* Deputati praelati et theologi convenerunt ad colligendos atque emendandos abusos his tribus diebus apud D. episcopum Fanensem, qui podagra laborat, ubi egregie hanc materiam discusserunt etc.

Rm DD. legati fuerunt simul apud Rm D. de Monte pro scribendo Romam etc.

Fui ad D. card. de Monte pro memoriale abbatum] Montis Cassini de exemptione eis a Smo D. N. concedenda etc. Decimas plurimum detestatus, rem hanc fieri non posse asseruit. Deinde ivi ad card. Polum, cui idem fere visum est. At Rm D. cardinali S. Crucis contrarium videbatur tum ob pietatem erga congregationem illam, tum quia res de per se honestissima sit etc. Quare commisit, ut privato nomine rem illam perscribere rem; sed cum memoriale mutatione indigeret et abbates in sero non mutaverint, nihil actum est.

Rms carcj g Crucis hora 20. ivit spatiatum ad prata Athesim versus.

Fui cum D. episcopo Bertinoriensi et Lor[en]zi no spatiatum.

14. Martii, Dominica.

Rm D. legati cum patribus omnibus, videlicet cardinalibus duobus, archiepiscopis 6 et episcopis 29, abbatibus 3 et generalibus 4, nec non caeteris officialibus concilii iverunt mane hora 14. ad ecclesiam cathedralem, ubi sacra peregit Rms D. episcopus Caprulanus, concionatusque est fr. Bartholomeus Miranda ord. s. Dominici Hispanus, de regnis terreno et coelesti etc.

Fui ad Rm D. card. de Monte, ostendens ei decreti futuri conceptionem, quam Rms dominus meus conceperat.

15. Martii, Lunae.

I. Adventus Francisci de Toletio, oratoris Caesarei. — II. Legati nuntiant Tridentino, quid crastina die in congregatione sint facturi. Madrucius de concilio loquitur, quod Tridenti remanere debeat; queritur de expensis pro concilio. — III. Refert de bello ab imperatore in Germania gerendo, de parva fiducia inter hunc et pontificem; legatio cardinalis Germanica non fiet.

I. Rm DD. legati mane hora 14. iverunt ad audiendam missam in ecclesia Trinitatis, ubi fr. Ambrosius concionatus est.

25

4 Don Franciscus de Toletio Hispanus, orator a Caesarea Mm ad concilium destinatus, applicuit Tridentum hora 21. Cui obviam iverunt familiae Rm legatorum, earum capite D. episcopo Cavensi, ad milliare Italicum, nec non quamplures archiepiscopi et episcopi, videlicet Turritanus, Materensis, S. Marci, Caputaquensis, Fesulanus, Castellimaris, Pa censis, Lancianus, Astoricensis, Pientinus, Cavensis, Bertinoriensis, ac etiam familiae Rm Tridentini et Geennensis, illa Tridentini sumptuosa quidem valde, erant enim fere centum, uno colore rubeo vestes, sagulos et pileos ferentes, tum nobiles, tum quique e domo sua, supra pulcherrimos equos, qui praeibant alios. Orator in domo Rm D. card. Geennensis descendit, licet suum hospitium in domo D. Antonii Quetae percepisset. Ibi comitantes dimissi sunt. Misit autem ad se excusandum, quod hodie Rm DD. legatos non veniat visitatum, quod ipse retuli Rm D. bus S.

35

II. Propter huiusmodi adventum hodie non est habita congregatio generalis, ut iam haberi decretum fuerat. Cum autem Rm DD. legati in diem crastinam eam prorogassent, quid in ea agendum sit mandarunt mihi ut referrem Rm DD. Geennensi et Tridentino, videlicet R* DD. deputati super abusibus colligendis referent quod huc usque egerunt, 4°

a deletum factionis imperialis.

1 Caeterorum ordinum generalibus idem petentibus iam denegatum erat litteris Farnesii 21./22. Ian. 1546 datis (*Druffel*, Mon. Trid. p. 337).

2 Celeberrimus ille Bartholomaeus de Carranza et Miranda (cf. supra p. 489, adn. 3), cuius oratio extat apud *Le Piat* 1. c. I, 52—62.

3 Catharinus, idem qui supra ad 12. Martii (p. 511) 1. 38/39) et ad 5. Martii (p. 509, 1. 26); cf. supra p. 187, 1. 7 et adn. 2.

4 Abhinc excerpta ex relatione huius diei apud *Theiner*, Acta I, 64, adn. ***. Integra fere narratio apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 653 s.

et si aliquis super his sententiam suam dicere voluerit, poterit. | Animus tamen legatorum 121V
est, vota patrum super his articulis in crastina congregatione non perquirere, sed ad
alium diem transferenda.

Ivi itaque ad dictos R^{ma} Dominos, qui R^m3 legatis ingentes egerunt gratias de
5 tam familiari collatione, laudaruntque deliberationem super sententiis in alia congregatione
perquirendis. Tridentinus autem (ut suum est) mecum familiariter colloquens multa no-
tatu digna retulit. In primis enim valde se timere inquit, ne concilium in Germaniam
transferatur; nam ita a multis retro pontificibus et novissime in dieta Ratisbonensi
anni 1541, in qua interfuit bo. me. card. Contarenus, Germanis promissum est, con-
10 cilium celebraturuma fore in aliqua Germaniae civitate, id quod etiam pluries a Cae-
sarea Mte comprobatum est; quod autem in Italiam quancunque in civitatem, trans-
feratur, a nemine omnino credendum est. Nunquam enim vel Caesar vel Germani
consentient, id quod alias mihi dixisse meminit¹; de Tridento autem maxima cum diffi-
cultate Germanos assensisse, licet imperator aequo semper animo tulerit, ut tum aliis,
15 tum hoc exemplo videre est, quod oratorem suum huc destinaverit, quem hodie in
hanc civitatem intrare videmus, D. Franciscum a Toletto, qui ob infirmitatem D. Didaci
a Mendocia designatus est, convalescente autem D. Didaco una ambo oratores hic per-
manebunt. A quo Caesare ipse card. Tridentinus noverat non mediocriter amari, quando
quidem Sua Caesarea Mtæ ipsi cardinali nedum petenti, sed ne quidem cogitanti 2 milia
20 aureorum annua pensione super episcopatum Compostellano et 12 milia scutorum in
pecunia numerata sibi numerandorum in ducatu Mediolanensi eis diebus consignaverit².
Et utinam, ait, idem fieret, a quo magis fieri deberet! Hic enim ostendit, quot expensis
gravetur extraordinarie ob celebrationem concilii, tum in custodia civitatis tum in pluribus
25 probis viris alendis, tum denique in quotidianis, quae necessario hac de causa faciendae
occurrunt, expensis. Redditus autem valde diminutos esse ob multas concessas concilii 122V
causa tum | exemptiones, tum gratias. Quae expensae cum causa rei publicae fiant,
videretur sibi honestum, ut auxilio summi pontificis fierent, a quo pontifice, iam est annus
elapsus quod legati hanc civitatem intrarunt, et neque obolum quidem recepit. Quare
libenter rem hanc Suae S^t1proponeret, ni verecundiae vel alterius notae timore remoraretur,
30 vel in aliam quamlibet contrariam sententiam S. Stis mentem incursum vereretur. Itaque
consilium a R^mo domino meo libenter perciperet, rogans³ etc.

III. Ostendit deinde litteras D. Aurelii eius secretarii ex Urbe 11. huius datas, in
quibus se loquutum fuisse cum R^mo D. card. Farnesio continebatur, a quo infrascripta
audiverit. Inquiens primum card. ipse Farnesius secretario, se nihil unquam celaturum
35 card. Tridentino, quare quod D. Dandinus et Marquina a Caesarea Mte retulerunt ei
confidenter propalabit, videlicet quod imperator eius sit firmissimi animi petere hoc
proximo mense Maio Lutheranos bello ireque nunc Ratisbonam ad dietam, non ut dietam
celebret, sed hac arrepta occasione in Germaniam se conferat et metum a Lutheranis
avertat. Nam dietam hanc quasi quodammodo pasturam, ut tempus protraheretur, eis
40 hactenus concessisse. Quod a pontifice minime credatur et de imperatore ipso non libere
fidjat], et Caesar idem econtra. Nuncque instari maxime a Caesarianis apud S. St^m ut
breve sive bulla de vasallagiis (in qua conceditur imperatori venditio vassalorum mona-
steriorum in Hispania ad summam sexcentorum milium aureorum, ut alias supra notavimus⁴)
expediatur. Quod pontifex minime vult, antequam ab imperatore de praedicto bello
45 suscipiendo certior reddatur (hac enim causa huiusmodi gratia petita et concessa fuerat)
vel capitulationum subscriptione vel alio quodam firmiori modo, ne hac bulla Caesar
expedita belli provinciam derelinquat, tanto magis cum parum in Caesaris verbis fidere
se possit pontifex, cum anno praeterito, quando bullam medietatis fructuum imperatori
concesserat, vetuit expresse, ne illam in Hispaniis ante dictum bellum publicaret, con-
50 trarium tamen factum esse intelligit⁵. Quapropter res dubia satis apud St^m S. redditur,

a sic.

1 Cf. e. g. diarium I ad 12. Ian. 1546, n. I 4 Diarium I ad 19. Iulii 1545, supra p. 221, l. 14, (p. 372 > f. 25 ss.); ad 15. Oct. 1545, n. I (p. 288, ubi valor illorum bonorum 500000 aureorum aestima-
1. 41 ss.); 20. Sept. 1545, n. III (p. 271, l. 15 ss.). batur, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 38.

8 Sciebat probabiliter legatos id iam aliunde audi- 5 Cf. nuntiorum litteras 25. Ian. ad Farnesium scrip-
visse, quare per Massarellum id et ipse eis narrat. tas (apud *Friedensburg* l. c. VIII, 545 s.) et huius ad
3 Cf. supra p. 487, adn. 2. illos, l. c. p. 571; cf. ibid. p. 54.

neque adhuc quid certo credere debeat et possit, habet. Quae relatio mentis Caesaris infringit
(inquebat secretarius) legationem Tridentini in Germaniam, de qua supraⁱ, cum si Caesar
122V nihil in dicta | dieta facturum profiteatur, frustra sit illuc legatum mittere, licet non adhuc
huius negotii certitudinem haberet. Praeterea Stt S. relatum sit, quod Lutherani plurima
polliceantur Caesari contra regem Gallorum², timendumque est, ne ob sitim S. Mtis belli- 5
gerandi cum rege illo has pollicitationes acceptet; quod si faceret, actum prope esset de
religione. Quae omnia secreto ab ipso Tridentino tenenda esse rogaverat Farnesius,
caveretque in specie, necum ca[r]dinali deM[onte]a neque verbum faceret; libenter enim
quod audit aliis refert.

Postremo ostendit mihi quandam mineram (ita vocant) argenteam, quae noviter in sua 10
ditione inventa est, quae si eo in loco abundat (nescit enim adhuc), ditissimus procul
dubio fiet. Nam eius experientiam cum fecerit, ubi aliae etiam optimae minerae duos
loctos pro quolibet centinario dant, undecim ista dedit. Res sane mirabilis. Faxit igitur
Deus, ut quod bonis auspiciis inventum est, feliciter prosequatur. Digna enim res est
tanto principe, qui tam munificenter cum omnibus probis se gerit. 15
Omnia Rm domino meo retuli.

16. Martii, Martis.

Hodie non fit congregatio ob malam valetudinem cardinalis de Monte, qui hac
nocte graviter chiragra laboravit. Quare ad diem crastinum translata est, id quod Rm
DD. legati miserunt me nunciaturum Rm DD. cardinalibus Tridentino et Geennensi.

Tridentino loquutus sum prope cathedralem, cum ex concione discederet, Geen- 20
nensi autem domi, cum D. oratore Caesareo colloquenti. Uterque de mala valetudine
cardinalis de Monte condoluerunt dilationemque bene factam laudarunt.

Rm DD. legati hora 19. convenerunt apud Rmuni D. de Monte egeruntque de decreto
librorum sacrorum et traditionum apostolicarum concipiendo, illud commendantes, quod 25
incipit: *Hoc sibi perpetuo* etc. a Rm D. cardinali S. Crucis aeditum. Quod decretum
ipse primum scripsi, deinde Rm de Monte et Polo de mane et in die ostendidi" ac
firmatum cardinali de Monte reliqui.

Rm DD. legati miserunt magistrum ceremoniarum ad oratorem Caesareum novum,
ut offerret, si quid etc.

1231

17. Martii, Mercurii.

Hora 19. fit congregatio generalis in aula maiori soliti palatii, in qua DD. de- 30
putati ad colligendos abusos et eis remedia adhibenda retulerunt patribus, quid huc usque
egerant, organo primum D. archiepiscopi Aquensis, deinde episcopi Bituntini, qui post
quam ore satis diffuse eorum sententias protulit, legit cedula, in qua idem continebatur,
infrascripti tenoris:

Primus abusus est habere varias aeditiones sacrae scripturae etc. 35

124r Qua cedula lecta Rm D. card. **Geennensis** inquit dictos abusos non bene collectos
esse; nam inter eaeteros adnumerari etiam debere, quod libri sacri passim in unaquaque
provincia lingua vernacula transferuntur et imprimuntur, quod aliquo modo tolerandum
non est, id multis rationibus comprobans. Contrarium tamen a Rm card. **Tridentino**
comprobatum est, egregieque quidem. Res tamen indecisa relicta est ad aliam con- 4°
124V gregationem, idemque factum est circa relata a DD. | deputatis. Nam visum est Rm
DD. legatis tempus patribus dare, ut super his cogitare possent atque in futura con-
gregatione quisque sententiam suam referet. Dimittuntur autem patres hora circiter 21.

Rm DD. legati receperunt litteras ex Urbe, sed non communes; item e Germania
a Verallio 4. 45

a scriptum est Ca. d. M., quod Vat. 6687 legit eadem Maestate.

b sic.

1 Ad 19. Febr. n. III, p. 487, l. 9/10 ss.

2 Haec ideo narrabantur, ut papae ad foedus cum
Caesare ineundum voluntas promptior fieret.

3 Verba ipsa omisimus, cum sint in actis publicanda;
cf. etiam *Theiner* 1. c. 1, 64 s., et *Raynaldi Annales*
ad a. 1546, n. 32.

4 *Friedensburg* 1. c. VIII, 562, adn. 1 exhibet epi-
tomen litterarum Veralli 26. Febr. in oppido Mastricht
ad legatos datarum. Idem vero 1. c. habet epistulam,
quam Verallus 1. Martii scripsit Farnesio, quare optime
eadem die poterat alia scribi ad legatos, ut mos nun-
tiorum apud Caesarem degentium tunc temporis erat.

Hora 22. fui ad Rmum D. card. Tridentinum, offerens litteras scribendas ad card. Farnesium pro aliquo subsidio in expensis hic faciendis¹. Remisit se ad card. S. Crucis. Rm DD. card. S. Crucis et Polus fuerunt mane ad audiendam concionem fr. Ambrosii Catherini in ecclesia Trinitatis. Card. de Monte non interfuit, quia non bene valet. s Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. Farnesium de gestis in congregatione². Rmus d. card. S. Crucis scripsit privatim pro re Rm D. Tridentini³, de qua supra. Quoniam DD. deputati pro decreto susceptionis librorum adhuc formam aliquam bene aptam non conceperunt, Rm DD. legati dederunt eis unam, quam ipsi formaverant, conceptionem quae incipit *Sacrosancta* etc. *hoc sibi perpetuo ante oculos proponens*⁴. 10 Qua de causa fui ad D. Feltrensem etc. et prius Bertinorien[sem] cum Dalmat[o] 5.

18. Martii, Iovis.

I Litterae acceptae. — Franciscus de Toletio sollemniter legatos visitat. Eius oratio et legatorum responsum. — II. Massarellus ad Tridentinum et Giennensem mittitur. Ille miratur, quod tam pauca ex epistulis Farnesii sibi referantur; narrat de similitudinibus inter oratores Caesareos.

I. Mane venerunt litterae ex Urbe communes Rm DD. legatis, datae 13. huius⁶. In quibus Rmus D. card. Farnesius scribit pontificem bene valere, et quod receperit suas 6. datas, quibus respondere non potest, antequam fiat congregatio Rmum deutorum, quae non fiet ante diem Martis, cum die sequenti esset capella et die Lunae con- 15 sistorium.

Rm DD. legati hora 18. convenerunt apud Rmum D. de Monte propter adventum Illm D. Francisci de Toletio, oratoris Caesarei ad concilium nuper destinati. 7 Qui venit visitatum primum Rm DD. legatos hora 19., comitatus a plurimis Caesarianis.

Rm DD. S. Crucis et Polus exierunt ei obviam usque ad caput maioris scalae 20 (Rm's enim de Monte ob podagram et chigram non potuit exire cubiculum), ubi honorifice hilarique fronte susceptus est. Exposuit Rm DD. legatis sui adventus causam, ob videlicet pietatem et religionem Caesaris, qua sacrum concilium prosequitur. | Nam ipsi 25 Caesari nihil magis curae esse, quam dissidium in religione christiana iam diu subortum hoc uno concilii celebrationis remedio submovere. Quare cum Illmus D. Didacus, qui alias a S. Mte Caesarea ad concilium designatus fuerat orator, in praesentiarum aegri tudine laboraret, ne concilium praesidio S. Mtis destitueretur, ipsum D. Franciscum, ut personam suam repraesentet, huc misisse. Offert igitur operam suam pro posse ad im plendam Mtis S. optimam voluntatem tum erga concilium ipsum, tum Smm D. N., erga quem scit Caesarem optime affectum esse et eius et sanctae sedis apostolicae auctoritatem 30 tutari et venerari ipse primum, deinde ab aliis qua debet veneratione haberi curare velit, speratque Caesarem a bona filialique observantia et amicitia pontificis nunquam dis cessurum, quod etiam pro viribus ipse iuvare conabitur. De hac autem commissione et legatione sua, quando Rm DD. legati voluerint, mandatum amplum ostendet et exhibebit, quodque sit iturus Patavium, ut Illm D. Didacum conveniat et eum, si possibile erit, 35 reducat. Interim vero Rm DD. legati cogitent de convenienti sibi loco in concilio dando.

A Rm DD. legatis responsum est, laetari se plurimum de eius adventu secumque gratulari maximumque gaudium et spem concepisse de bona mente Caesaris erga con cilium, licet id alias eis exploratissimum esset, ut qui optime norant S. Mtis pietatem et erga Christi sanctam et universalem ecclesiam et charitatem et religionem, de quo Deo 40 omnipotenti imprimis, deinde ipsi Caesari gratias agunt. Incredibilique animi cum hilaritate intellexisse id quod de observantia Caesaris erga summum pontificem retulerat, ex hac enim amicitiae coniunctione quemadmodum nihil non bonum in christiana republica sperari potest, ita ex eorum dissidentia nihil non mali timeri potest. Quod autem ad personam suam attinet, etiam libenter eam audivisse ac suscepisse omni que qua decet

1 Cf. ad 15. Martii n. II, supra p. 513, l. 22 ss.

2 *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 445, n. 373*.

3 Litterae apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 446, n. 374, sed agunt etiam de multis aliis rebus. Farnesius 23. Martii Cervino respondit (*Druffel-Brandi* l. c. p. 454? n. 374): «Dovendo partir fra doi o tre giorni M. Aurelio [Tri dentum pervenit 1. Aprilis, cf. infra a. h. d.], secre tario di Monsre Rm di Trento, mi sforzaro di soddisfare ali' offitio etc. V. Sria Rma ricorda.»

4 Quae forma mutatis mutandis videtur esse recepta.

5 Hic Dalmatus iam occurrebat in diar. I ad

16. Sept. 1545, supra p. 268, l. 7.

6 Litterae communes apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 440, n. 367; Farnesii particulares ad Cervinum (excerptae) ibidem p. 441, n. 369; Maffei ad Cer vinum n. 368.

7 Cf. *Theiner*, Acta I, 64, adn. *** (ubi falso citatur fol. 101).

honore semper afficient atque locum Caesare dignum assignabunt. Mandatum vero quando ei libuerit ostendere poterit suumque discessum grato animo ferre, quandoquidem ob tam iustam causam fiat, hortatique sunt, ut D. Didacum secum ducat. De rebus autem in concilio hactenus gestis etsi sciant optime esse a Rm^o D. Geennensi factum
 i25v | certiolem, nihilominus, si vellet ea ex ore ipsorum Rm^oia D.D. legatorum intellicere 5
 parati semper erunt ad id faciendum.

Deinde post fere horam abiit, usque ad idem caput scalae a Rm^{is} duobus illis legatis comitatus.

mi ^ leſati m'ſerunt me postea ad Rm^{os} Tridentinum et Geennensem, ut litteras R Farnesii dictique oratoris adventum nunciarem. Tridentino equitante ad Geennensem 10
 me contuli omniaque retuli. Gratias egit.

Deinde cum Tridentino loquutus sum. Miratus est, quod a multis mensibus elapsis ita breviter Farnesius scripserit, cum longe plura ipsemet a suo secretario intelligat. Egit gratias de litteris a Rm^o D. S. Crucis sui causa heri ad Farnesium scriptis, consultiusque id factum esse, quam si communiter id scriptum fuisset, cum tam brevi spatio inter alias 15
 et istas idem replicasse non nisi quoddam mendicatum esse arbitrarentur.

Inquit postea non posse non omnia semper mecum liber ecolloqui, quare scire me velit ipsum in causa fuisse, ut D. Franciscus orator Patavium ad D. Didacum profici scatur. Nam cum audisset aegre tulisse D. Didacum deputationem D. Francisci, conatus est eum omnibus modis consolari, eoque magis, cum ipse D. Didacus non ita bene de 20
 Caesare contentus maneat, cum in praeterita distributione rerum ecclesiasticarum praeter itus sit.¹ Cum autem rem hanc cum Geennensi contulisset, contrariae eum sententiae adinvenit. Non veritus tamen rem ad effectum perducere cum ipso D. Francisco de ea re allocutus est, suadens scilicet, ut Patavium ad D. Didacum se conferret, a quo et in rebus conciliaribus instructionem (nam bis in concilii loco ipse Didacus affuit) et in 25
 gerendis consilium percipere posset, non essetque spes omnino deleta, ut eum etiam huc reducere secum posset, et denique ut hac humanitate alliceretur D. Didacus, ut una pacifice concorditerque Caesaris negocia agant. Quibus rationibus persuasus D. Franciscus annuit cardinali atque itineri quantocius se accincturum pollicitus est. Quare die sabbati una cum ipso cardinali hinc discedet, Ripam prius, deinde Patavium versus, 30
 fratremque suum D. Aliprandum itineris socium ei dabit. In qua Ripa cardinalis triduo se permansurum credit.

Hodie Tridentum applicuit D. episcopus Asculanus³.

19. Martii, Veneris.

Mane Rmⁱ D.D. S. Crucis et Polus iverunt ad ecclesiam Trinitatis, ubi fr. Am brosius Catherinus concionatus est, cardinale de Monte ob podagram domi permanente. 35

Rm^o D- card- Tridentinus hora 18. venit ad cardinalem de Monte, ad quos ac cesserunt postea S. Crucis et Polus. Fuerunt ipsi quattuor per horam insimul, de praesenti statu concilii loquuti et de discessu oratoris Caesarei, quem ipse Tridentinus sollicitaverat, quodque ipse ibit una Ripam. Deinde discesso card. Tridentino fuerunt adhuc insimul usque ad 23. horam. 40

Postremum miserunt me ad Illm^{um} D. oratorem Caesareum, ut ab eo eorum nomine
 TM ^ atum suum M^o B Caesareae peterem. Nam licet ipse orator miserit mandatum ad
 Rm^{os} iegato Si ut iuu d viderent) ejus tamen copiam ipso inscio accipere noluerunt. Sed quoniam in publica congregatione legendum et in actis publicis concilii redigendum est, nunc eius copiam libenter haberent. Ivi itaque, et libentissime orator annuit, scripsique ac 45
 deinde reddidi. Deinde Rm^o D. S. Crucis ostendidia, cui acta cum Tridentino heri sero retuli.

Venit Tridentum R^{us} episcopus Aquensis Vorstius⁴.

Rm^o D. card. S. Crucis mane hora 12. ivit spatium ad prata Athesim versus.

1 Cf. ad 18. Febr. supra p. 482, l. 38 et adn. 8.

2 Videntur scripsisse post priores illas (cf. adn. 1) Madrucii querelas legati Farnesio de danda illi sub ventione, vel saltem Madrucius id credidisse. In epistulis communibus a legatis Farnesio 20. et 24. Fe bruarii scriptis (*D ruffel*, Mon. Trid. p. 393, n. 347; P- 395> n- 348) nil invenitur de ea re.

3 Legati apud *D ruffel-Brandi* p. 451 (20. Martii): Da tre di in qua sono arrivati il vesc. di Osca Spagnuolo [Petrus de Augustinis], il vesc. di Ascoli [Philo Roverella, cf. *Ughelli* I, 471] e Monsre Vorstio.

4 Petrus van der Vorst, 1534— 1549 epi scopus Aquensis (civitatis hodie vocatae *Aequi*, in Sabaudia), idem qui 1536 nuntius in Germaniam missus

20. Martii, Sabbato.

RTM D. card. Tridentinus et Don Franciscus orator Caesareus discesserunt ex Tridento una cum episcopis S. Marci, Caputaquensi et Siracusano, Ripam proficiscentes solatii causa. Orator autem inde Patavium petet ob causam superius descriptam.

R^m DD. legati scripserunt Romam ad card. Farnesium¹ de visitatione oratoris
5 Caesarei, sui mandati copiam transmittentes, et de eius discessu Patavium.

R^m B D. card. S. Crucis scripsit ad R^m Sadoletum, Bembum et Moronum, mittens eis libellum D. Echii de duello cum Bucero².

Mane RTM D. meus ivit spatiatum Serram versus ad prata prope Athesim.

D. Vorstius venit primum visitatum R^m dominum meum.

21. Martii, Dominica 2. quadragesimae.

126v

I. Missa conciliaris. Litterae a Verallo de oratoribus Lutheranorum ad imperatorem deputatis. — II. Litterae card. Augustani, qui refert de colloquio Ratisbonensi, de morte Martini Lutheri et de quibusdam aliis rebus.

10 R^m DD. cardinales S. Crucis et Polus (aegrotante R^m de Monte) una cum card. Geennensi et caeteris patribus iverunt ad ecclesiam cathedralem, ubi celebravit R^{ms} D. episcopus Bertinoriensis, concionatusque est fr. Clemens <de Monilia Genuensis> a ord. Minorum de observ.

R^m DD. legati receperunt litteras a R^o D. archiepiscopo Rossanensi et Verallo,
15 nuncio apud Caesaream M^{ton}, ex Leodio 3. huius datas⁸. In quibus significat oratores Lutheranorum, praesertim trium saecularium electorum Saxoniae, Palatini et Brandenburgensis petisse Caesarem apud Mastrich die Veneris 26. Februarii, in qua die tria Caesareae Mu proposuisse:

20 primum ut mitius cum electore Coloniensi agat, tum quia elector et princeps imperii, tum ob alias multas rationes. Caesar enim dicto electori iniunxit, ut infra 15 dies restituat, quantum ab eo in nova secta innovatum est;

secundum quod amicabilem per viam concordiae ad conciliandam Germaniam agere velit, non autem armis, ut verentur et ex rumoribus, qui ubique sparguntur, conicere est;

25 tertium petierunt, ut Caesarea M^o eis dicat, an cum consensu suo concilium Tridentinum sit apertum; non enim hoc credere possunt, cum toties ipse Caesar eis promiserit colloquio, dieta vel nationali concilio, si generale haberi non posset, res controversae religionis in Germania tractaturum. Concilium autem Tridentinum non esse legitimum, tum quia illa civitas, licet sit imperialis, non est in Germania et eius episcopus est obnoxius papae, tum quia auctoritate pontificis Romani celebratur. Det igitur
30 Caesar liberum concilium in Germania, et ipsi libenter illuc proficiscentur.

His respondit imperator prima huius mensis in hanc sententiam. Quoad primum, quod Coloniensis pessime se gerat parvique faciat et suam et imperii auctoritatem. Ad secundum, quod nihil unquam magis optavit, quam res Germaniae amicabili tractatione componere. Quare bono sint animo, hac enim de causa Ratisbonam petit hortarique,
35 ut suos principes illuc ire suadeant. Ad tertium respondit adeo obscure, ut verus sensus elici non possit, inquiens Ratisbonae eis clarius responsurum esse.

Receperunt item litteras a R^m card. Augustensi 14. datas Theling[ae] | ubi scribit gesta | colloquii ad hanc usque idem, videlicet de iustificatione;

127r

a in marg.

fuera ad bullam convocatoriam concilii Mantuani di vulgandam. De quo vide *Friedensburg*, Nuntiaturber. II (Gotha 1892), 41—45; *A. Pieper*, Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiaturen (Freiburg 1894) p. 135 et libros ibi laudatos, et *Ughelli*, Italia sacra IV, 326.

¹ *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 450, n. 380 habent litteras communes, n. 379 Cervini particulares.

² Intellegi censeo Eckii librum inscriptum »Apologia pro . . . principibus catholicis ac aliis ordinibus imperii adversus mucrores et calumnias Buceri super actis comitiorum Ratisponae«, Ingolstadii 1542 et postea

saepius editum (cf. *Th. IViedemann*, Dr. Johann Eck [Regensburg 1865] p. 639—644), qui novo colloquio Ratisbonae habito in memoriam revocatus erat.

³ De quibus cf. *Friedensburg* 1. c. VIII, 566, adn. 3; p. 567, adn. 1. 2 (erant responsum epistulae legatorum datae 20. Februarii). Eadem die 3. Martii Verallus scribebat Farnesio, quae epistula extat 1. c. p. 567 ss.

⁴ Apud *Friedensburg* 1. c. p. 573 ss.; litterae ab eodem ad Farnesium eadem die datae teste *Friedensburg* eiusdem sunt tenoris.

et quod colloquium inceptum fuerit die 5. Februarii per Petrum Malvenda Hispanum, theologiae professorem et imperatoris capellanum, nomine catholicorum. Quibus altera die per protestantes responsum est, organo Martini Bucerii, nitens per quattuor dies continuos probare solam fidem hominem iustificare;

deinde, quod 17. Februarii obierit in villa, quae dicitur Mantzfeld, fr. Martinus Lutherus¹, tot impiarum sectarum quibus tam misere ecclesia Dei per 30 fere annos in Germania scinditur, haeresiarcha et autor. Sed utinam ob salutem christianae rei publicae omnes eiusce sortis homines vel tandem resipiscerent vel brevi e saeculo raperentur, quod Deus optimus maximus faxit.

Scribit item, quod Ratisbonae (26. Februarii)⁰ supra pontem Danubii visi sint tres soles et una ensis evaginata sanguinolenta.

Item quod comes Palatinus et duces Bavariae non bene conveniunt et adeo inter se dissident, ut quisque eorum ad proelium se praeparet.

Item de comediis contra papam a Lutheranis.

Quibus cum litteris ipse Augustanus mittit plicum ad Rmum D. Farnesium.

Quare Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. Farnesium, dictum plicum mittentes.

Item card. S. Crucis misit kt kupt b ex k x n.

Fui mane ad Rm¹ D. de Monte ut interrogarem, an ad ecclesiam proficisci posset, eumque visitarem nomine Rm S. Crucis et Poli. At hac nocte pessime se habuit tum podagra, tum chiragra laborans. Deinde ivi ad Rm¹ D. Geennensem eadem ex causa.

22. Martii, Lunae.

I. Concilio conciliaris. — Legati deliberant de agendis in congregatione et nuntiant Pacecco melius sibi videri articulum de vestenda scriptura sacra in linguam vulgarem esse supprimendum. — II. Cui sententiae acriter resistit Paceccus; aliquos libros certe non deberi linguis vernaculis reddi. — Quaedum alia ab eodem proposita.

I. Rm DD. S. Crucis et Polus iverunt ad audiendam concionem fr. Ambrosii Cath[ari]ni in ecclesia Trinitatis; nam ter in hebdomada dictus fr. Ambrosius legatorum <suasu> b concionatur, die scilicet Lunae, Mercurii et Veneris. Cui concioni interfuerunt archiepiscopi Materensis et Armacanus, et episcopi Cavensis, Bertinoriensis et Bergomensis.

^A Hora 18. Rm DD. legati convenerunt apud Rmum de Monte egeruntque de proponendis in crastinis particularibus congregationibus, infrascriptamque cedulam formaverunt:

Audire sententias Dominorum super decreto librorum, | et ipsum examinare.

Audire item sententias super abusibus lectis in ultima congregatione generali et ipsos examinare.

Committere decretum faciendum super abusibus eisdem, si magis videatur.

Examinare articulum de libris convertendis in linguam maternam, utrum sit proponendus vel dimittendus causa tollendi dissensiones inter patres.

Deinde miserunt me ad Rmum D. Geennensem, ut ei id totum referrem. Quo autem ad ultimum articulum de conversione librorum sacrorum in linguam vernaculam, Rm DD. legatis magis silentio praetereundum, quam de eo verba facienda videbatur, tribus potissimum rationibus. Prima, quia in ultima congregatione generali visi sunt Rm DD. Tridentinus et Geennensis in hoc articulo maxime discordes³, ut tum non minima inter eos verborum fuerit dissensio, ex qua nonnulli praelati, praesertim qui novissime in hanc civitatem venerunt, valde scandalizati sunt, ut qui non recte norunt, quanta inter dictos Rm sit amicitiae et benevolentiae coniunctio, mirantes satis, quod cum ambo sint cardinales, eadem non ambo sentiant. In quam verborum dissensionem nulli dubium quod iterum revertentur, cum de hoc articulo iterum fiet mentio, quod nequaquam convenire arbitrantur. Secunda, quia Rm legati vident totum cetum praelatorum bifariam iam

a in marg.

b corr. pro causa.

c Ms. articulos.

¹ Iam 20. Martii legati scripserant Farnesio de hac re: »E venuto di Germania la morte de Martino Lutero, stampata in tedesco, con tutti li accidenti et particolari; la somma e, quando la nuova sia vera, ch' egli bevendo et burlando fino ali' ultimo morse li 17 di Febraro venendo li 18, alie 3 hore doppo mezzanotte» (*D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 452, n. 380;

cf. supra p. 517, adn. 1). Lutherum ipsum sibi mortem conscivisse nullo verbo indicatur. Qua de quaestione

cf. *N. Paulus*, *Luthers Lebensende*, Mainz 1896.

² *D ruffel-Brandi* i. c. p. 453, n. 383.

³ Ea congregatio fuerat 17. Martii; v. vota Tridentini et Giennensis apud *Theiner*, *Acta* I, 65; cf. supra ad 17. Martii (p. 514 > 1- 36 ss.).

esse divisum omnique conatu quisque suam tueri conatur opinionem, adeoque aliqui" in affirmativa istius articuli, aliqua in negativa firmos esse, ut difficulter unus alteri cedat, etiam si a maiori parte patrum pars una comprobaretur, remque hanc diligenter praticari intellexerunt, fierique minime posse, quin in sententiis a quoque in hac re dicendis
 5 dissensio, discordia, rixa et forsán schisma oriatur. Ad quae scandala et inconvenientia tollenda nulla meliori via iri posse existimant legati, quam articulum istum in discussionem non ponere. Tertia, quia haec sacra synodus imprimis respicere debet, ut antequam decreta conficiat, ea decernat, quae observanda | a christiano populo praeviderit. At decretum hoc de libris in vernaculam linguam vertendis nulli dubium est, vel affirma-
 10 tivum vel negativum sit, quod ab aliquibus christianitatis provinciis non recipietur. Hispaniarum enim Galliaeque regna anne recipient unquam sacros libros verti in linguam vernaculam? Certe non, tum quia regis edictis adeo id prohibitum sub gravissimis poenis est¹, quod magis saecularem potentiam, quam permissionem concilii pertimescent, tum etiam, quod iam diu experientia didicerunt, quantum scandali, damni, impietatis et
 15 mali versio huiusmodi in illis regnis attulit. Anne vero Germani, Itali, Poloni et reliquae nationes negativam suscipient? Certe etiam non, cum e converso in plurimis locis harum nationum aedificationem instructionemque dictam versionem afferre perspexerunt. Sicque nullo modo fieri potest quin decretum huiusmodi, quamcunque in partem cedat, ab aliquibus parvi pendatur. Expediret igitur magis unamquamque nationem in suis in-
 20 stitutis circa hoc relinquare, ut ubi bonum esset concederetur, ubi malum, prohiberetur.

II. Cardinalis autem Geennensis contrariam sententiam acriter defendit, nullo scilicet modo articulum hunc indiscussum et intactum relinquendum esse, rationibusque per me adductis ita respondit. Ad primam², si aliqui episcopi, praesertim ii qui noviter hanc civitatem intrarunt, sunt scandalizati ob non concordem opinionem Tridentini et mei,
 25 et propterea arbitrati sunt non bene simul nos convenire, in futurum de hac re fient profecto certiores, quam amicabili et fraterna iuncti sumus benevolentia. Quisque enim suam libere in congregationibus dicere sententiam debet, nulla vel amicitiae vel alterius respectus habita ratione. Ad secundam³, quod immo ipse contrarium credit, scilicet⁴ quod pars affirmativa huius articuli a paucissimis tuebitur, cum imprimis Hispani praelati Gallique
 30 omnes et magna pars Itatorum in negativam inclinent, dolerique | quod ab aliquibus «sv praticetur, ut caeteros in suas sententias trahant, quod neque licere neque honestum esse arbitratur, magnique apud concilium et momenti et existimationis esse debet, quod duo illa amplissima regna Hispaniarum et Galliae ita versionem hanc detestentur, ut nedum
 35 pluries eam edictis, poenis gravissimis et prohibitionibus publicis vetuerunt⁵, sed novissime his diebus universitas Parisiensis, quae ultra centum et quinquaginta doctores habet, non solum versionem librorum sacrorum non esse in vernaculam linguam faciendam censuit, verum etiam qui eos vertunt tamquam haereticos habendos esse declaravit⁶. Et sacra ista synodus, cum nunc de abusibus scripturarum sermonem habeat, articulum hunc re-
 40 linquet indecisum? Consideret parumper unusquisque, unde potissimum tot haereses in orbe christiano ortae fuerint. Nulla quidem alia ex causa id evenisse comperiet, quam ex versione librorum sacrorum in vernaculam linguam⁷. Nam Germania imprimis,

a sic.

¹ De prohibitionibus scripturae sacrae in linguam Gallicam vel Hispanicam (vel Anglicam) versae cf. F. H. Reusch, Der Index der verbot. Bticher I (Bonn 1883), 43 ss.

² Immo ad secundam rationem in ordine Massarelliano.

³ Immo ad primam.

⁴ Cf. Raynaldum ad a. 1546, n. 34 (usque ad verba referri deberent infra p. 520, l. 12).

⁵ Cf. adn. 1 huius pag.

⁶ Anno 1526 universitas Parisiensis prohibendas esse eistem pestatibus censuerat versiones totius scripturae sacrae, sed versiones nonnullorum librorum cum illustrationibus idoneis esse concedendas. Deinde annis (1542, 1543 et) 1544 indices librorum prohibitorum ediderat, cuius quintae parti (de Gallicis librorum sacrorum versionibus) praemissa erat consideratio, quam periculosum esset, ut versiones bibliorum in lingua ver-

acula legerentur concedere etiam hominibus indoctis et qui non cum pio et humili sensu legerent, ostendi exemplo Valdensium, Albigensium etc. Quare respectu malitiae hominum iis temporibus periculosum et perniciosum habendum esse biblia in linguam vulgarem verti. Cf. C. du Plessis d'Argentre, Collectio iudiciorum de novis erroribus II (Paris. 1755), 1, 60; I, 2, ad Ind. p. XIII; F. H. Reusch, Der Index I, 198. 146 s. 151.

⁷ Difficile certe fuisset cardinali probare ex studio scripturae sacrae haereses ortas esse, cum rectius sit dicere haereticos iam antea existentes sacram scripturam perscrutatos esse ad inveniendá argumenta doctrinarum suarum. Cum abusus non tollat usum, certe melius erat, quod concilium scripturam sacram populo christiano praedicari et exponi et illustrari iussit, quam si eam in lingua vernacula legi vetuisset; nunquam enim eiusmodi prohibitionibus ad finem desideratum pervenitur.

antequam libri sacri rusticis et plebi legendi traderentur, paululum in catholica religione permansit, quamprimum vero eorum omnium facta est copia, in quam calamitatem de venerit, quisque oculis intueri potest. Idem in Gallia idemque in Hispaniis pullulare ceperat, ni optimorum principum diligentia et pietate gravissimis legibus id fuisset prohibitum¹. Quid vero in aliquibus nostrae Italiae civitatibus nunc germinorum emittatur², te minime latere arbitror. Discutiatur igitur articulus iste, et spiritus sancti determinationi acquiescamus, egoque imprimis, si contrarium a sancta synodo decretum fuerit, quam ipse modo sentiam, acquiescam libenter communi patrum consilio. Caeterum etsi res haec adeo difficilis, controversa et dubia | inter patres esset, ut quae pars praevaleret in votis recte cognosci non valeret, posset tunc sacra synodus summum pontificem consulere eiusque sententiae acquiescere, tum quia caput et dominus est nostrum omnium, et ad quem omnes res arduae referri deberent, tum vero, etsi neque pontifex esset, ob suae senectutis reverentiam et in rebus ecclesiae Romanae administrandis tam longam experientiam; nempe ultra 50 annos in cardinalatu et pontificatu iam vixit, eius sententia in re tam gravi omnino petenda esset. Ad tertiam, quod licet ipse pro aliis nationibus loqui non possit, pro Hispaniis tamen audacter fideiuberet, quod quicquid ab hoc sacro concilio statueretur, omni cum reverentia lubenti animo reciperetur. Id quod de aliis provinciis credendum est. Quare nullo modo sibi videbatur articulum hunc indiscussum et indecisum relinqui, sed quid spiritui sancto visum fuerit, experiamur. Verum ob praesentium temporum statum, quo non omnia omnibus expedire (ut ego dixeram) recte dignoscitur, posset etiam ab hac sacra synodo modus et via quaedam perquiri, qua unicuique regno et nationi bene consultum iretur, videlicet neque unum neque alterum rigore decernere, sed qui libri in maternam linguam verti expedirent, et qui etiam prohiberi secernere. Nam neque qui affirmativam defendunt, consentient unquam apocalypsim Ioannis, epistulas Pauli, praesertim ad Romanos, Ezechielem et huiusmodi scripturae libros³, qui adeo in quibusdam nobis obscuri sunt, ut ne doctores quidem consummatissimique theologi illos non intelligere asserere non erubescant, in manibus plebis, rusticorum et mulierularum tradi. At proverbia Salomonis, psalmia, actus apostolorum et similes neque qui negativam asserunt prohibebunt unquam. Poterunt igitur | Rmi legati cogitare, quo modo id cum quiete et sine disputationibus fieri possit⁴. Unum tamen advertendum est, quod congregatio generalis, in qua de hac re tractandum sit, absque card. Tridentino non fieret, ne eo absente articulus iste, qui eum tangit, discuti et decerni videatur. — Praeterea in dicta ultima congregatione generali alium abusum esse a deputatis praetermissum se dixisse inquit, de quo etiam verba facienda essent eique remedium prout aliis exhiberi, videlicet cum nonnulli sunt libri, qui nomine catholicorum passim circumferuntur ac revera a piis viris aediti sunt, plurimas habentes in se haereses, ut Erasmi et similium⁵, et a simplicibus omnia per eos dicta pro catholicis recipiantur, viderentur omnino purgandi his qui reperirentur erroribus, ne una cum tritico lolium colligatur. — Postremo quoniam Don Franciscus, orator Caesareus, antequam hinc discederet eum rogavit, ut apud Rmos DD. legatos instare vellet pro condecanti in concilio adsignando loco, Dñs S. Rmas et ipse rogat, ut huiusmodi locum Caesarea Mte dignum ei praesignet¹; brevi enim ipsum hic adfuturum sperat. Super qua re libenter et ipse verbum cum Rrais legatis faceret, praesertim si cum praelatis de eo loqui voluerint.

Petitaque venia abii, omniaque Rmis DD. legatis singulatim retuli. Quibus visum est deliberationem in crastinum differre, circa videlicet articulum de libris vertendis. Quo autem ad secundum, videlicet de libris catholicorum mendosis, rem hanc non posse in praesentiarum tractari, cum antea dogmata ipsa et errores damnandi sunt, deinde libros eisdem erroribus purgare. De loco vero oratori Caesareo dando cogitabunt talemque dare conabuntur, qui M¹ Caesareae dignus et competens videatur et sit.

a sic.

¹ Spectat sine dubio ad Ferdinandi et Isabellae edictum, ne scripturae sacrae in vernaculam linguam verterentur vel eiusmodi versiones tenerentur, cf. *Reusch* I. c. p. 44.

² Eo ipso tempore Vincentiae rumor erat de conventiculis haereticorum, cf. *O. Fock*, *Der Socinianismus I* (Kiel 1847), 133 ss.; *C. Cantu*, *Gli eretici d' Italia III* (Torino 1866), 156 ss., et infra in hoc diario.

³ Qui libri semper ab iis usurpabantur, qui ecclesiam reformare studebant.

⁴ Denuo agebatur de ea re in congregationibus I. et 3. Aprilis. Omnes de versionibus sacrae scripturae disputationes in concilio Tridentino habitae breviter exposuit *F. H. Reusch*, *Der Index I*, 194—199.

⁵ De decretis contra Erasmus cf. *Reusch* variis locis.

Die Martis 23. Martii.

i3r

Classis praesidente Cervino congregata: I. Propositio legati. — II. Dicuntur sententiae patrum de decreto librorum sacrorum (in quarta sessione publicando), quibus finitis Cervinus et de quibusdam aliis et de bulla Eugenii IV loquitur. — III. Dicuntur sententiae de duobus primis abusibus (et remediis) sacrae scripturae. — IV. Agitur de deputandis patribus ad decretum formandum.

I. Hora 20. congregatae sunt classes deputatorum coram Rm̄s DD. legatis, et in ea, quae coram Rm̄o D. cardinali S. Crucis coacta est, haec gesta fuerunt.

Proposuit in primis ipse Rm̄s D. cardinalis ea, quae prius ipsi Rm̄i legati, quilibet suae classi, proponenda decreverant et in cedula cuilibet ipsorum distribuenda adnota-
5 verant, huiusce videlicet tenoris.

Audire sententias Dominorum super decreto librorum etc. et ipsum examinare.

Audire item sententias Dominorum super abusibus lectis in ultima congregatione generali et ipsos examinare.

10 Committere decretum faciendum super ipsis abusibus eisdem (id est qui ad colligendos abusos iam deputati sunt), si magis videatur.

II. Deinde super primo sententias a patribus expostulavit. Ut autem decretum ipsum recentiori Dominorum memoriae poneretur, illud alta voce ego ipse legi, quod huius modi est:

*Sacrosancta oecumenica . . . hoc sibi perpetuo ante oculos proponetis*¹.

130v

15 **2Aquensis** primum decretum laudavit, tum quia a doctis et piis viris formatum, tum a Rm̄a DD. legatis comprobatum fuisset.

Panormitanus autem sententiam suam in scriptis legit, ut infra³. Quoad decretum de libris canonicis placeret mihi, quod adderentur verba donantia maiorem auctoritatem libris dictis, sicut concilium Laodicenum⁴ et Romanum⁵ concilium imitatione dignum
20 condonarunt. Nam illud dixit, quos oporteat in ecclesiis legere et in auctoritatem recipere, concilium vero Romanum addidit: *quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata* i3ir
est. Quia ergo semper recentiora concilia aut addiderunt aut nihil diminuerunt de bene et iuste positis in prioribus et antiquioribus conciliis, et favores sunt ampliandi potius quam restringendi, ideo huiusmodi verba debent addi in decreto librorum.

25 **Senogalliensis** deinde inquit: Licet decretum videatur satis aptatum, vereor tamen, ne in receptione generali traditionum ea recipiamus, quae obsoleta¹¹ et reprobata sunt. Placeret igitur, ut invenirentur verba, quibus explicarentur verae traditiones apostolorum. Praeterea non videtur esse adscribendos omnes psalmos Davidi, cum alii plures psalmos composuerint. Melius igitur diceretur in decreto *psalmos*, absque aliquo auctore. Item
30 in ipsa numeratione librorum tacite videntur recepti in eodem gradu aliqui, qui omnino et expresse reiici deberent, ut sunt 2. Esdrae⁶ et 3. Machabaeorum, ne hoc modo recepti non recipiendi videantur.

Asculanus vero dixit: Quia novus sum (hodie enim primum congregationem in gressus est), remitto me ad communem opinionem aliorum.

35 At **Feltrensis** ait: Quia non percepi quae dicta sunt, dabitur mihi venia, si non respondebo. Tunc **cardinalis** inquit: Intellexistine quae a me dicta sunt? Respondit **Feltrensis**: Non. Cui **cardinalis**: Dicam igitur iterum. Et quia Feltrensis auditum obtusum habet, adscendit propius ad cardinalem; qui replicavit per eum iam proposita, legitque schedam a Panormitano porrectam, de qua supra. Postea **Feltrensis** obiectis
40 respondiditb (unus enim est deputatorum, qui decretum formarunt): Non obstare quod

a M s. absoluta.

b sic.

¹ Omisimus hic verba decreti, quae potius in actis sunt ponenda.

² Epitome sententiarum a patribus dictarum, quae sequitur, in omnibus fere concordat cum ea, quae datur in actis. Nihilominus illam integram exhibemus, quia elucet ex ea, quo modo Massarellus variis formis easdem res tractare solitus sit.

³ i. e. ut sequitur. Sed ultro apparet, hanc esse epitomen orationis longae.

⁴ De quo cf. supra p. 29. adn. 3. Canones praeterea novissime sunt impressi apud F. Lauchert, Die Concilium Tridentinum. I.

Canones der wichtigsten altkirchlichen Konzilien (Freiburg u. Leipzig 1896) p. 72—79; can. 60 p. 78.

⁵ Dicit sine dubio decretum Gelasianum vulgo dictum, in quo leguntur verba l. 21 allegata, et quod in concilio Romano a. 494 constitutum esse perhibetur (cf. Hefele, Conc.-Gesch. II 2, 618 ss.) et extat c. 3 D. XV; in Harduini Coll. conc. II, 937—942 et multis aliis locis.

⁶ Vel dixerat j>. Esdrae vel duo [scilicet III. et IV.] Esdrae, cf. infra p. 522, l. 40. Errores facillime oriebantur, si scriptores minus gnari erant bibliorum.

a Panormitano dicebatur, quia in generali congregatione decretum fuerat, ut libri sacri reciperentur prout a concilio Florentino¹ recepti et numerati sunt, ideo deputati neque verbum ultra id quod in Florentino legitur addiderunt. Quo autem ad illud, quod a Senogalliensi obiectum est, de traditionibus, in hoc deputati sequuti sunt septimam synodum², quae in genere de traditionibus loquuta est. Quo vero ad illas traditiones apostolorum, quae nunc non sunt in usu, ideo in decreto dictum est *traditiones, quae continua successione ad nos usque pervenerunt**, ut scilicet excluderemus de immolatis, de suffocato et sanguine, de forma baptizandi etc. Quod psalmis datus sit auctor David, in hoc imitarunda concilium Carthaginense tertium, quod in receptione sacrorum librorum ita ait: *Item placuit, ut praeter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sunt autem canonicae scripturae: Genesis Va, Psalterium Daviticum* etc.⁴; id quod et a concilio Florentino⁵ etiam factum est, cuius verba sunt haec: *Qui eodem spiritu inspirante utriusque testamenti locuti sunt, quorum libros suscipit et veneratur, qui titulis sequentibus continentur: Quinque Moysis, psalmi David* etc.

Bellicastrensis autem, qui et unus ad decretum^b conficiendum deputatus est, per Feltrensem dicta laudavit, eisdem obiectis respondens, videlicet quod ipsi non intellexerunt per decretum, esse recipiendas omnes traditiones, quae quocunque tempore a spiritu sancto dictatae sunt, sed quae pervenerunt ad nos. Neque necesse sit explicare, quae sint istae traditiones, longum enim esset eas omnes recensere. Circa vero numerationem librorum noluerunt deputati recedere a concilio Florentino, prout ita faciendum in generali congregatione statutum est. A **Senogalliensi** autem iterum replicatum est, traditiones ipsas apostolorum esse explicandas.

Post quem **Pientinus** inquit: Si bene memini, in generalibus congregationibus conclusum est, quod deputati una cum libris sacris traditiones apostolicas reciperent, non autem quod adderent anathema. Quod quidem nequaquam traditionibus addendum puto, cum antequam explicentur a synodo traditiones istae et nos sciamus quae sunt, non possumus vel de inobservantia vel violatione reprehendi. Cui a **Feltrensi** ita responsum est. Verba illa *anathema [sit]* non latae sententiae, sed ferendae poenam exprimunt. Quod multis auctoritatibus comprobavit.

Maioricensis deinde laudavit decretum, quod bene conceptum esset ob doctrinam et prudentiam patrum deputatorum. **Mottulensi** etiam decretum placuit.

At **Castellimaris** inquit: Vidi quidem decretum cum a Rmis DD. legatis omnibus patribus ostendendum mittebatur, sed tam repente, ut eo brevi tempore nihil considerare potuerim; igitur in scriptis similia dari deberent, eum de re tam gravi agatur. Si forsand³ V. Rmæ vererentur, ne decreti copia extra concilium mittatur, et ob id in scriptis illud nobis dare nolunt, imponatur poena, ne aliquis decreta, antequam in sessionibus aedantur, publicentur^f. Nihil itaque dicere in praesentiarum possum, placet tamen sententia Rd D. Senogalliensis. Expediret etiam numerare psalmos, et qui sunt Davidis Davidi adscribere, reliquos non, cum secundum Hieronymum plures fuerint auctores psalmodum; excludanturque libri, qui aperte non recipiuntur, ut 3. et 4. Esdrae et 2.6 Machabaeorum. Deberet fieri differentia inter libros canonicos et libros receptos. Recipiantur non solum traditiones apostolorum, sed ecclesiasticae quae maxime ad cultum divinum pertinent.

a sic. b Ms. dictum.

1 Cf. adn. 5 huius pag.

2 Vel spectat ad IV. (et V.) sessiones concilii Nicaeni II (a. 787), in quibus patrum auctoritates ad defendendas imagines legebantur, vel ad refutationem in sexta sessione lectam, cuius tomus IV. (*Harduin* 1. c. IV, 372) de traditionibus Christi et apostolorum est. Hoc concilium, ut multis diarii I locis demonstratur, studiosissime legebatur a Cervino eiusque amicis. Sed locus ille minime desumptus est ex ipsis actis concilii, sed ex Corp. iur. can. c. 2 C. I q. 7 (¶ infra p. 525, adn. 7) et legitur in VII. synodi actione I inter anathematismos (*Harduin* 1. c. IV, 42; in versione Gyberti Longolii [Coloniae 154^o] ibid. col. 539 [anath. VII]; sed ex neutra versione, neque Anastasii neque Longolii, verba illa sunt commodata, immo ex alia).

3 Non integra sunt verba decreti, in quo potius dicitur de *traditionibus, quae ... ad nos usque pervenerunt, ... et continua successione* in ecclesia catholica conservatae sint.

4 Canones illi in concilio Carthaginensi III a. 397 publicati repetebantur ex concilio Hipponensi a. 393; cf. *Hefele*, Conc.-Gesch. I 2 54 s.; supra p. 31, 1. 19 et adn. 3.

5 In bulla Eugenii IV *Cantate Domitio* (cf. supra p. 495, 1. 15 ss. et adn. 4 et p. 496, 1. 7 ss. et adn. 2; *Harduin* 1. c. IX, 1021; *Raynaldus* ad a. 1442, n. 1—7) edito in concilio Florentino de unione Iacobitarum.

6 Certe non secundum, sed tertium Machabaeorum dixit, cf. supra p. 521, 1. 31.

Fanensis autem ita allocutus est. Quoniam superioribus congregationibus non interfui, nihil super decreto dicam, circa abusus tamen quae mihi occurrunt proferam. Dicitur in decreto, quod sunt traditiones apostolorum, ut puta orare stans a pascha usque ad ascensionem Domini, communio sub utraque laycis denegata, celibatus sacerdotum, quae et similia a spiritu sancto dictatae sunt. Sed ne adversarii dicerent, quod cum nos receperimus apostolicas traditiones, ecclesiasticas reiecerimus, esset addendum in decreto, quod multa alia sunt in ecclesia, quae scripta non sunt, quae nihilominus ecclesia sancta recipit tanquam a spiritu sancto dictata. Non placet quod dicitur: pari pietatis affectu recipiendas esse traditiones cum scripturis sacris, quia maioris auctoritatis sunt, scripturae, quam traditiones. Nam evangelium nunquam fuit immutatum neque mutari potest, traditiones autem multoties mutatae sunt et secundum temporis opportunitatem mutari possunt. Nam Augustinus contendit, quod pari pietatis affectu sint recipiendae traditiones scriptae cum non scriptis, non autem dicit comparando eas cum libris sacris. Psalmi praeterea debent poni sine auctore, quia multi non sunt Davidis. Christus enim dixit: *in psalmis et prophetis scriptum est de me*¹, non autem dixit: *in psalmis Davidis*. Neque movere nos debent concilia aliqua praecedentia, quia concilia praeterita etiam secundum temporis qualitatem sequendae vel non sequendae sunt. Non placet quod apponatur anathema non recipientibus traditiones apostolicas, quoniam cum nesciantur ita aperte quatenus illae sint, facile quis labi posset in anathema; sed ponatur tantum libris sacris anathema.

At **Bellicastrensis** (qui unus ex deputatis ad decretum conficiendum est) dictis a Fanensi respondens ait: Certe satis mirari non possum de his quae D. Fanensis dixit; praesertim quoad primum ipse Fanensis alias multum instetit, ut traditiones apostolorum tantum reciperentur, prout factum est. Ad secundum, quod non restringimus nos ad Hebraeos, sed quas ecclesia Romana recipit. Quartum est contra congregationem generalem, non contra deputatos; quia deputati formarunt decretum secundum sancita in generali congregatione. Quintum, de pari pietatis affectu, quoniam libri sacri et traditiones apostolicae a Deo sunt, nescio qua ratione dissimili auctoritate recipiendae sint, et quod aliquando aliquae mutatae fuerint, ita spiritui sancto visum est secundum ecclesiae necessitates.

Feltrensis petiit a patribus dari locum ad dicendum adhuc duo verba, dataque venia respondit ad dicta per D. Castellimaris, videlicet quod licet nunc tantum apostolicae traditiones recipiantur, non tamen reiiciuntur ecclesiasticae, quae etiam suo loco recipiuntur ab hac sacra synodo. Quod ad verbum *ca?ionicae*, legit verba concilii Laodicensis c. 12, quae ita se habent: *Nōtī oportet ab idiotis psalmos compositos et vulgares in ecclesiis dici, neque libri qui sunt extra canonem legere, nisi solos | canonicos novi et veteris testamenti*. Quia autem oporteat legi et in auctoritatem recipi, hae sunt: *Genesis, liber psalmorum* etc. In quibus ultimis verbis etiam concilium illud psalmos numeravit. Item decretum concilii Carthaginensis tertii: *Item placuit, ut praeter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur*, ut superius³ etiam adduxerat.

Deinde **Astoricensis** laudavit decretum, dixit tamen, quod ultra traditiones sunt etiam sacramenta in ecclesia, quae recipi debent. Placet, quod psalmi attribuantur Davidi, item placet quod apponatur anathema sed non ita: *anathema sit*, sed *sub poena anathematis recipiantur*.

Britonoriensis successive ita affatus est. Decretum, an sint traditiones in ecclesia praeter eas, quae scripto nobis traditae sunt, arbitror fieri recte non posse, nisi altero horum modorum: vel quod confiteamur esse in ecclesia traditiones non scriptas, divino spirante lumine datas, non has vel illas exprimendo; vel si specificandae sunt, cum praeter ea, quae nobis scripto tradita sunt, innumera extent, quae Christus egit — Ioanne¹ referente — ad nostram instructionem, eundemque etiam legimus multa pollicitum fuisse, quae ore spiritus paracleti usque ad consumationem* saeculi nos instruens esset allocuturus⁵, opinor esse iustitiae et pietatis, ut inprimis confiteremur in ecclesia esse Christi traditiones et ore suo prolatas et opera spiritus sancti sua pollicitatione nobis traditas et tradendas;

a sic. b sic, tertium deest.

1 Luc. 24, 44.

2 Immo c. 59, et enumeratio librorum sacrae scripturae fit in c. 60 (cf. supra p. 201, adn. 3).

8 Cf. p. 522, l. 10 s.

* Io. 20, 30.

5 Matth. 28, 20.

deinde etiam traditiones apostolorum addi possunt, quae tum nomine Christi, tum sua prudentia divino iuvante spiritu nobis tradiderunt. Verum ne ab haereticis possimus accusari, quod traditiones tam scriptas quam non scriptas recipiamus, et non omnes illas in usum perpetuum recipiamus, mihi visum est in primis pauca de re hac disserere, deinde
 133V verba quaedam | quae collegi in medium afferre; quae si decreto addantur, omnia erunt 5
 aperta et cunctis recte sentientibus fiet satis. Omitto, quod salva re dicere possem, traditiones multas scripto nobis traditas quando opus esset ab ecclesia possent* declarari et immutari, prout apostoli fecerunt formam baptizandi immutantes, et Nicena synodus verbum *substantialem* addendo, in nonnullis etiam penitus rem auferendo, prout de circumcissione sublata legimus factum esse, tamen de his modo me non intromittam, sed 10
 de non scriptis traditionibus paucis tantum agam. Traditiones non scriptas ab ecclesia esse aliquas immutatas, nonnullas vero perpetuas nemo est qui ambigat. Si vero quispiam haesitavitb, consideret et videbit aquam vino in sacramento misceri continuo usu usque ad nos pervenisse, idque Christum instituisse refert Cyprianus Dist. 21. Idem de chrismate Fabianus se audisse ab iis, qui ab apostolis audierunt. Idem credimus de confessione 15
 auriculari et aliis quamplurimis. In ecclesia etiam sunt, quae nunquam sunt immutata neque immutabuntur, quae ab ipso dictante spiritu sancto tantum legimus esse instituta, ut articulus descensus Christi ad inferos, perpetua virginitas Mariae, mutatio diei sabbati in dominicam et alia. Quae vero omnino mutata sunt in ecclesia occidentali, partim tamen permissa in orientali, haec et multa alia sunt: Matrimonium cum infideli pro- 20
 hibitum, quod Paulus approbat, matrimonium in sacris constitutis prohibetur, quod principio erat in observantia. Sublati sunt chorepiscopi, mutata est forma baptizandi et quamplurima alia. Ecclesiae orientali permittitur ad tempus conficere in azimo, matrimonii usus in sacris constitutis, non consecrant in omni missa, licet sumant corpus Christi in sacrario repositum iam antea consecratum. His breviter enarratis iam quisque ecclesiae 25
 usum atque traditionum discrimen facile intueri poterit. Quamobrem existimo, si haec verba decreto addantur, quae in praesentia statim in medium afferam, cuncta erunt aperta
 134r et recte absofluta, videlicet:

necnon traditiones ipsas tanquam vel ore tenus a Christo perpetuo servandas vel a spiritu sancto dictatas in ecclesia, quarum eidem spiritui sancto et ecclesiae visum est occultis nobis vel manifestis causis partim mutare partim locis, temporibus atque personis providens diverso usu permittere, partimque eodem spiritu docente continua successione conservari, quae cum ab eodem Deo, a quo et scripta mediate vel immediate instituta sint, eis par debetur pietatis affectus.

Quiescente Britonoriensi D. **Claudius Jaius**, procurator Rm D. card. Augustensis, 35
 dixit: Quoad decretum placeret magis dici *liber psalmorum 150*, quam *psalmi Davidis*, qua via omnes dubitationes² tollerentur; traditiones etiam iudico recipiendas pari pietatis affectu cum libris sacris, non autem cum evangelio, quia hoc immutabile est, illae mutabiles. Praeterea, quia in ecclesia sunt etiam traditiones ecclesiasticae, quae eiusdem sunt auctoritatis, cuius apostolicae, non placeret decretum in hac parte, ubi non fit mentio 40
 de ecclesiasticis, nisi sperarem de eis suo tempore agendum fore. Quoad anathema apponendum remittit se ad congregationem generalem.

Deinde D. **Seripandus⁰, generalis s. Augustini**, ita loquutus est. De anathemate apponendo etiam libros non recipientibus non video quomodo fieri possit, si prius libri ipsi qui sint non bene declaretur. Nam aut anathema incurrit ille si libros spernit, 45
 aut non. Si in primo casu, quomodo poterit reprehendi, si sacra synodus qui canonici sint non definiat et eorum non faciat differentiam? In secundo non est dubium, si diceretur iudicio non suo, sed conciliorum, quae illos numeraverunt; sed certe neque in Laodiceno neque in Carthaginensi tertio neque in Innocentio³ neque Gelasio neque concilio Florentino neque in canone apostolorum⁴ verba illa leguntur, quae in decreto posita sunt. Si aucto- 50
 ritate Gratiani, vellem sumi e fonte, non ex rivulo verba illa. Nam Gratianus in 19. Dist. dicit sumere illa ex Augustino⁵; sed longe aliter legitur in Augustino, quam a Gratiano

a sic.

b M s. exitavit.

c cod. Seripanda.

1 c. 2. 3. D. II de cons. (Cypriani ep. 63, § 13 [ed. Hartel p. 711])¹

2 Cf. supra p. 521, 1. 28; p. 522, 1. 38; p. 523, 1. 14.

3 Innocentius I in epistula sua ad Exuperium To-

losanum scripta c. 7 dat indicem librorum sacrorum, cf. supra p. 31, adn. 4.

* can. apost. 85, cf. supra p. 29, adn. 2.

5 c. 6 D. XIX.

allegantur. Si septimae synodi, esto sit ita in septima synodo, sed certe ibi non ponitur anathema quoad libros sacros, sed ad traditiones*. Igitur decretum in hac parte debet esse clarum; declaratur quid intelligatur pro verbo illo *violaverit*, sed consideretur quaeso, quomodo anathema poni possit non recipientibus traditiones apostolorum, quia cum illae
5 traditiones pervenerint ad nos partim scriptae, partim per observantiam et manus traditionem, et nunc a sacra synodo non declaratur, quae sunt istae traditiones: quarum, obsecro, poterimus esse j transgressores?

i34v

Post quem D. **Angelus Bonutius generalis Servorum** dixit: Quae in decreto mihi minus recte posita sunt, haec sunt. Primum, ubi dicitur filium Dei proprio ore
10 primum promulgasse evangelium, id non recte dictum puto, quoniam evangelium in ipso mundi exordio fuit patribus revelatum — omnes enim, quotquot salvi facti sunt, in fide mediatoris Christi salvi facti sunt —, Adae ibi: semen mulieris conteret caput tuum², Abrahae ibi: in semine tuo benedicentur omnes gentes³, id enim sonat evangelium apud eruditiores. Vel igitur auferatur particula *primum*, aut moderanda est adiecta particula *passim*;
15 tunc enim solum perfectis erat manifesta Deo revelante salus et remissio in fide mediatoris Christi, Christus vero id omnibus per totum orbem praedicari voluit. Alterum quod asserit: veritatem evangelicam partim contineri in libris scriptis, partim sine scripto traditionibus. Iudico omnem veritatem evangelicam scriptam esse, non ergo *partim*. Tertium ubi dicitur *continua successione*, ut servantur verba canonis, videtur addendum:
20 *et per successores in ministerio continua successione*, Dist. 11 c. *Ecclesiarum* 4. Quartum illa verba: *quibus par pietatis affectus debetur*, de traditionibus scriptis vel non scriptis invicem comparatis [valent], non ad canonicos libros, sicut et illa verba Pauli: *State et tenete traditiones, quas didicistis a me per sermonem vel per epistolam*⁵; quod autem ita sit, ex duobus patet: primum, quoniam ecclesia traditiones apostolorum quandoque
25 mutavit, verbum autem Dei nunquam mutavit neque mutare potest; secundum Dist. 20, c. *De quibus causis*⁶ primus gradus datur absque controversia scripturis novi et veteris testamenti; non ergo par pietatis affectus debetur traditionibus, qui libris canonicis datur. Quintum ubi dicitur: *In constituendis dogmatibus* etc., illa verba patiuntur difficultatem; sunt enim inter libros enumeratos in decreto, qui authore Hieronymo non valent ad convincendum haereses et confirmandum dogmata. Postremum: poena anathematis poni debet traditionibus iuxta illud p. q. 7. *Si quis omnem*¹, libris vero canonicis non est apponenda, tum quia non est eius rei exemplum ex conciliis, tum quia apposita est a spiritu sancto: *Qui addiderit, addet ei Deus plagas*⁸, et Paulus: *Si quis aliter evangelizaverit, anathema sit*⁹; superflue igitur apponitur.

35 **Feltrensis** autem respondit dictis Britonoriensis ad illud Ioannis ult., quod deputati non fundaverint se in illo capite, sed in illo: *Mi illa alia habeo, quae modo portare non potestis*¹⁰. Ad verba septimae synodi et c. *Si quis omnem*¹¹ dixit, quod qui factus est reus unius, omnium factus est reus¹²; *si quis omnem*, id est, si aliquam. De anathemate: datur ob contumaciam, praesertim cum minetur, sententia non feratur.

J35r

40 **Generalis Servorum** replicavit, quod in c. *Ecclesiarum* dixit Augustinus de traditionibus, non autem de libris canonicis, quod pari affectu recipiantur.

Cumque vigeret magis inter Feltrensem et generalem Servorum contentio, a Rmo D. cardinali S. Crucis imponitur eis silentium.

Postea, decreto examinato, Rmo D. card. **S. Crucis** inquit: Gratiae habendae sunt
45 deputatis decreti, qui in eo conficiendo exacte laborarunt, laudandique sunt patres, qui circa illud tam diligenter et pie dixerunt sententias suas. Ideo enim illud Dominationibus Vestris propositum est, ut ita examinetur et perfecte discutiatur, ne quod ab hac sancta synodo aeditur, a quoquam reprehendi possit. Quae dicta sunt, sunt adnotata, videbimus quid patres aliarum classium dixerint, et omnia bene considerabuntur.

50 Deinde Dio S. Rma respondit ad dicta per D. Castellimaris, qui conquestus est, quod decretum non viderit, videlicet: quod consilium Rmo legatorum est, ut omnes videant

1 Cf. p. 522, adn. 2.

2 Gen. 3, 15.

3 Gen. 22, 18; 26, 4.

4 c. 5. D. XI (ex *Basilii* libro De

spiritu sancto

c. 27, sed v. notationes correctorum).

5 2 Thess. 2, 14 (libere citatum).

6 c. 3. D. XX, ubi dicitur esse locum ex Innocentio (I vel II), sed est incerti auctoris ac temporis.

1 c. 2 C. I, q. 7.

8 Apoc. 22, 18 (libere).

9 Gal. I, 9 (libere).

10 Io. 16, 12.

11 Cf. adn. 7 huius pag. et p. 522> adn. 2.

12 Iac. 2, 10.

et revideant decretum, nollent tamen illud transmitti ad aliquam partem, antequam in sessione aedatur; a quo si abstinere voluerint patres, quisque eius exemplar habere poterit.

Deinde dixit circa concilium Florentinum 1 et bullam Eugenii IV, quod ea in concilio Florentino edita fuerit, quae scilicet ponitur in fine decretalium; quam ipse Rmus D. cardinalis alias viderat 2 authenticam, bullatam signo ipsius Eugenii et eius propria manu et subscriptione cardinalium signatam, pro qua ipsi Rm DD. cardinales scripserint ad card. Farnesium, et cito eam huc missurum sperant 3. Neque concilium Florentinum ex discessu Graecorum absolvitur, cum duraverit adhuc per multum tempus, quousque fere duravit concilium Basiliense; nam post discessum Graecorum privatur Felix antipapa, uniuntur Iacobitae et Armeni ecclesiae occidentali, transfertur denique concilium ipsum 10 ex Florentia Romam in Lateranensem ecclesiam, quod factum est anno Domini 1442 4, et Graeci iam discesserant anno D. 1439, ut plene ostensum est in congregatione die 26. Februarii habita 5.

*35v III. Deinde petiit sententias a patribus super duobus primis articulis et abusibus jlectis a DD. deputatis in congregatione generali 17. Martii. ,5

Archiepiscopus **Aquensis**, quia est unus ex deputatis, nihil dixit. **Panormitanus** autem legit schedulam infrascripti tenoris. De hoc secundo articulo, in quo abusus tolluntur, videtur mihi, quod secundus abusus non faciat ad rem nec est remedium tantae auctoritatis, ut deferatur ad summum pontificem. Numquid enim artis impressoriae ipse corrector est? A concilio statuendus erit, ad quem arduissimae quaestiones et non minimae 20 per omnia iura referuntur. Poterit igitur sancta synodus de consensu Smi patris statuere viros catholicos dignitate, doctrina et sanctimonia fulgentes super hoc opus, qui petentes a S. Ste bibliam correctissimam perficiant opus. Item remedium, quod datur in quartum abusum, non placet quoad poenam, quoniam sic expresse prima poena pecuniaria statui a spiritualibus personis est contra iura et scandalum magnum; deberet igitur esse primam 25 poenam a contra impressores huiusmodi, ut expellantur a communione fidelium, et super addi poena confiscationis tertiae partis bonorum omnium., quorum una pars applicetur hospitalibus pauperum in civitate illa, et altera fisco. Neque enim indiget fabrica S. Petri eiusmodi pecuniis, neque honestum est eas sumere. Item debet dari remedium contra ministros abutentes sacra scriptura, scilicet contra praedicatores et exponentes eam perperam, et contra alios, qui in illicitis rebus illa abutuntur. 30

Deinde **Feltrensi** non videbatur esse ponenda in remedio secundi abusus illa verba: *sui ipsius ammi magnitudine*, quia haec res parva est magnitudini animi tanti pontificis. Item ubi dicitur in remedio tertii abusus *sub poenis a sacra synodo decernendis*, ex 35 plicentur quae poenae.

Pientinus tam quoad primum quam secundum articulos censet remittendos esse ad summum pontificem. Quo autem ad impressores, non imprimantur libri sine licentia ordinariorum.

Maioricensis laudavit sententias et labores DD. deputatorum pluribus verbis.

Motulano ubi dicitur *neque reiiciendo alias editiones* etc. videtur vel omnino 40 reiiciendas vel omnino recipiendas alias aeditiones, quoniam aliae illae vel contradicunt vulgatae vel non. Si contradicunt, debent omnino reiici, si non, debent et illae recipi, sicut ista. Item scriptura apocrypha non est acceptanda, et illa dicitur apocrypha, quae non habet certum auctorem iuxta Hieronymum; vulgata autem non habet certum auctorem, ergo apocrypha et non acceptanda. Praeterea si dicitur, quod aliae aeditiones 45 iuvare possunt intelligentiam vulgatae, ergo illae sunt clariores, igitur illae essent magis recipiendae quam ista, cum praesertim hanc esse mendosam dicatur.

" sic.

1 Videtur et in hac congregatione aliqui de hac bulla disputasse, vel cardinalis dixit haec ad supplenda ea, quae alias protulerat, cf. p. 522, l. 12 ss. et adn. 5.

2 Cf. supra p. 495, l. 15 ss. et p. 496, l. 7 ss.

3 Epistulis supra p. 495, adn. 4 et p. 511, adn. 5 citatis addendae sunt litterae Farnesii 13. Martii datae, quas 18. Martii Cervinus acceperat, cf. supra p. 515, adn. 6.

4 Re vera translatus est autumnus 1443, cf. Patritii historiam c. 129 apud *Harduinum* l. c. IX, 1183.

5 Etiam his verbis ostenditur iam in illa congregatione 26. Februarii legatos refutasse obiectiones contra bullam factas, et reprobantur dubia Druffelii, de quibus supra p. 495, l. 27 s. et adn. 6. (Sed etiam Massarellus libertate quadam scriptorum sui temporis usus haec verba, quibus ad illam congregationem remittitur, addere potuit et illius congregationis acta supplere eis, quae in posteriore proferebantur. Maximi contra Druffelium momenti sunt acta congregationis 15. Februarii, p. 480, l. 38.)

Bellicastrensi non videbatur dicendum tam publice, quod vulgata aeditio, quam recipimus, sit mendosa, propter adversarios, ne nos convincant dicentes, quod recipimus bibliae aeditionem mendosam, et alias bonas et sine mendis reiecimus, cum illae mendae evenerint incuria impressorum. Non esset igitur ponendum in decreto, quod illa sit
5 mendosa, sed re ipsa mundari et purgari debet.

Britonoriensis censet psalmos indigere etiam aliqua purgatione, cum multa verba in eis sint, quae clariora reddi possent, praesertim cum hac forma, quam nos recipimus, neque Hieronymus neque Augustinus usi fuerint. Praeterea quadam meliori forma verborum haec collectio abusuum facienda esset.

10 **Procuratori** R^m D. card. **Augustensis** non placet, quod recepta ista vulgata aliae aeditiones omnino non reiiciantur, cum nonnullae illarum ab haereticis translatae et aeditae sint, et aliquas haereses contineant. Item non videtur numerandum inter abusum, quod haec vulgata aliquas mendas incuria impressorum habeat, cum de per se sit pura. Quod autem attinet ad remedium secundi abusum, posset a sacra synodo haec cura suscipi
15 purgandi unum codicem, cum hic habeantur plures docti et probi viri, qui eam provinciam suscipere possent. Item poenam impositam videtur magis applicandam piis operibus, quam fiscis saecularibus.

Generali Servorum placent omnia, placeretque quod iidem D.D. deputati decretum conficerent.

20 **Fanensis**, qui est unus ex deputatis, respondit nomine deputatorum ad obiectiones factas. Ad primam Recepimus, inquit, vulgatam aeditionem ex aliis omnibus, quia illa a Hieronymo et ab ecclesia perpetuo recepta est, et quia antiqua sit, neque visum est D.D. deputatis non confirmare id, quod continuo ecclesia fecit, nempe usum vulgatae huius. Secundo, quod careat auctore: auctorem habet spiritum sanctum, prout idem
25 tenetur de libris veteris testamenti, de quorum nominibus autorum ignoratur. Tertio aliae aeditiones non reiiciuntur, quia earum aliquae etiam bonae sunt; sed istam meliorem aliis iudicavimus, et quae pro auctentica ab omnibus habeatur, et quod aliae essent reiiciendae, quia earum aliquae aeditae sunt ab haereticis; aliquae certe ab haereticis aeditae sunt, sed non sunt ita propterea spernendae. Verum hac de causa adiecimus
30 illa verba, *quatenus istam iuvant*. Una est recepta, ut una tantum pro auctentica, i3«T debeat uti ecclesia, et non confuse pluribus. Quarto quod dicitur hanc esse mendosam, hac ratione factum est, ut sacra synodus operam det, ut illa purgetur, ne hinc ad aliquos annos appareat hanc vulgatam habere aliquas mendas, et a populo christiano asseratur concilium Tridentinum errasse accipiendo vulgatam aeditionem pro auctentica, quae mendas
35 multas habet, cum rei veritate mendas multas nunc habeat. Et quoniam apparet, quod hae mendae venerunt ex incuria impressorum, addiderunt D.D. deputati, quod in libris qui circumferuntur sunt mendae, non in ipsa vulgata, quasi in vulgata ipsa. Quinto remisimus ad summum pontificem onus hoc purgandi unum codicem, quia S^{ta} S. maiorem commoditatem habet, quam synodus, faciendi expensas, inveniendi bonos et probatos
40 codices et caetera circa ea necessaria faciendi. Sexto quod dictum est a D. Britonoriensi de psalmis, nihil visum est D.D. deputatis in eis mutandum, quia hac vulgata hoc modo semper usa est ecclesia, immo Christus ipse et discipuli ea usi sunt¹; item ne veterem hanc aeditionem in aliis reciperemus, in psalmis non, et sic truncum reciperemus. Septimo de poena apposita, cum tempore Lateranensis concilii² excommunicationes magis
45 timerentur, quam hodie, et ne ex multitudine earum vilescent, addidimus poenam temporalem, quam plebei magis hodie timent. Quam poenam ideo fabricae S. Petri applicari voluerunt, ut sequerentur concilium Lateranense, quod idem fecit, et aliam partem fiscis saecularibus esse applicandam iudicarunt, ut saeculares principes libentius eas poenas executioni demandari curent. Quae poena an sit declaranda vel quomodo exponenda
50 sit, de quo dubitavit D. Feltrensis, id ad sacram synodum pertinet, non ad deputatos.

IV. Postea R^m D. card. **S. Crucis** Quoniam video, inquit, etiam hoc secundum caput satis bene examinatum, de hoc, ut de primo diximus faciendum est, ut scilicet videamus, quae a patribus aliarum classium dicta erunt. Restat modo, ut patres dicant, quibus videatur demandanda esse hanc provinciam conficiendi decretum super his abusibus.
55 Super quo sententias rogavit.

¹ Doctrina vere mirabilis! (Sed dubito num ita Fanensis sit locutus, quamquam etiam in actis similiter legitur.)

² Intellegere videtur concilium Lateranense quintum et ultimum a. 1512— 1517 celebratum, quod pro multis transgressionibus poenam excommunicationis statuerat.

Pientinus laudavit, ut archiepiscopi, episcopi et generales, qui sunt de gremio concilii et ad colligendos hos abusus deputati sunt, decretum etiam super his conficiant. In quam sententiam nemine discrepante omnes descenderunt.

Rmus carc[s. **Crucis** dixit: Haec omnia quae dicta sunt notata sunt, aliis etiam ostenduntur, ut uniuscuiusque sententia super his habeatur. Et sic dimissa est classis hora fere 2. noctis.

Mane fui ad **Rmum** D. Card. de Monte, ut intelligerem, an articulus de versione librorum in linguam vernaculam hodie esset in classibus proponendus. Non visum est, quod hodie super eo verbum fiat, quod et **RmisdD.** cardinalibus S. Crucis et Polo placuit. Igitur mutata est cedula propositionis, quam ipsi **DD.** legati conceperant.

24. **Martii**, Mercurii.

RmisdD. cardinales S. Crucis et Polus iverunt ad audienda sacra et concionem fratris Ambrosii Catherini in ecclesiam Trinitatis.

Hora 18. convenerunt **RmisdD.** legati apud **Rmum** D. de Monte, egeruntque de gestis in hesternis congregationibus, egoque illis exhibui per me notata.

Perficiuntur nundinae Tridentinae, quae per 10 dies durarunt.

Cum **D. Lorfenzino** ex[tra] por[tam] Castfelli] sp[atium] ivi.

25. **Martii**, Iovis.

[^] In festo annuntiationis **RmisdD.** legati, card. Geennensis et prelati omnes iverunt ad ecclesiam b. Mariae Maioris, ubi sacra peragit episcopus Cavensis, et **D. Bituntinus** concionem habuit.

RmisdD. legati hora 20. convenerunt apud **Rmam** de Monte, usque ad 23. agentes de proponendis in futura congregatione.

Rmus j) card. Tridentinus ex Benaco Tridentum revertitur.

Applicuit Tridentum episcopus Sibenicensis¹.

26. **Martii**, Veneris.

RmisdD. cardd. S. Crucis et Polus iverunt ad audienda sacra et concionem in ecclesiam Trinitatis.

RmisdD. legati decreverunt cras congregationem generalem haberi, in qua decretum de scripturis sacris examinetur, item abusus illi quattuor a deputatis collecti, et super his decretum faciendum committi.

Rmssj card. S. Crucis recepit litteras a **Rmdd.** Verallo ex Germania, nuncio apostolico apud Caesarem, 15. huius Treveri datas², in quibus significavit inter caetera obitum 11tm D. de Anguielm, Galli, qui dum dormiret in quodam loco supra herbam amenitatis causa prope quoddam palatium in villa, Delphinus ioci causa, volens eum cum tremore et terrore evigilare, capsam quandam vacuum e fenestra illius palatii prope locum ubi ipse dormiebat emitti iussit. Cum autem casu (ut auia persaepe fortuna nostris adversatur rebus) capsula ipsa super ipsum **D. de Anguielm** cecidisset et in capite eum percussisset, ictu illo obiit.

27. **Martii**, Sabbato.

Hora 19. fit congregatio generalis, cui ob adversam valetudinem **Rtm D.** card. de Monte non interfuit. Igitur **RmsD.** card. S. Crucis secundus praesidens patribus proposuit, quod licet **Rtm8D.** card. de Monte huic congregationi libenter interfuisset et nos id quam maxime cupissemus, nihilominus, cum **S. Dtio Rma** chiragra et podagra laboret praesentiamque suam praestare non possit et iam tempus futurae indictae sessionis prope sit et multa adhuc gerenda sunta tempusque incassum teratur, hanc congregationem

a *sic*. b *M s. aversam*.

¹ Ioannes II Lucius Stafileus, 1528—1557, qui ecclesiam cathedralem Sibenicensem perfecit. Cf. *Farlati*, *Illyricum sacrum* IV (Venetiis 1769), 475 s. et infra p. 529, adn. 6. ² Litterae extant apud *Friedensburg*, *Nuntiaturber*. VIII, 578; sed res, quam Massarellus ex eis refert, minime ibi leguntur. Facile secretarius ea, quae aliis litteris simul delatis nuntiabantur, illis tribuit.

diutius remorari non potuimus. In qua imprimis decretum de susceptione librorum paucis examinandum est ac tandem firmandum. Satis enim dixisse patres in particularibus congregationibus arbitramur. Quare breviter sententiam suam quisque ferat.

Varii varia dixerunt, ut fere quot erant in decreto capita, tot sententiae diversae emanaverint. Multi enim non solum dubia proposita non enuclearunt, sed longe maiora adducentes rem ipsam difficiliorem reddebant usque adeo, ut haec congregatio longior aliis fuerit et magis confusa, et tediosa omnibus extiterit. Tandem cum R^{ms} D. card. S. Crucis tot sententiarum varietates videret, ut aliquando finis huic decreto imponeretur, inquit videri sibi dubia, quae considerata sunt, esse per capita adnotanda et ad patres singulos transmittenda; super quae in proxima futura congregatione per *placet* vel *non placet* [sententiae] enucleentur, nulla ulteriori habita discussione. Quod cum ab omnibus laudaretur, dimissa est congregatio hora circiter 2. noctis.

R^m DD. legati receperunt litteras a duce Sabaudiae in excusationem episcopi Vercellensis¹.

28. **Martii**, Dominica 3. quadragesimae.

R^m DD. legati et conciliares iverunt ad audienda sacra in ecclesiam cathedralem, <ubi peregit sacra episcopus Bergomatensis, et fr. Gaspar a Regibus Portugallensis ord. Praed. habuit orationem>*.

Fertur per cursorem, qui e Mediolano ad imperatorem proficiscitur, quod die 26. huius obierit ibidem Ill^{ms} D. marchio Vasti, capitaneus generalis S. Caesareae M³ in Italia².

Transmissa sunt dubia, quae heri considerata sunt, ad card. de Monte, ut formula super his concipiatur et patribus singulis transmittatur.

Rtm DD. legati receperunt litteras a R^m D. card. Farnesio 23. datas ex Urbe³, quibus Farnesius respondet litteris 4, quibus R^m DD. legati dixerunt opinionem suam circa eam partem reformationis, quam eis Farnesius iam miserat, videlicet rogantes pontificem, ut talis reformatio fieret, qualis a toto christiano orbe expectatur, supplices orantes S. St^m, ut ea omnia cum dignitate et existimatione concilii fierent. His autem litteris inquebat Farnesius, S¹ S. nihil magis in votis esse, quam hoc extremo vitae suae tempore ecclesiae reformationem videre, cui omni studio incumberebat; concilium vero favore et auctoritate qua decet promovebit iuvabitque, vultque pontifex, ut etiam in concilio de reformatione agatur, quam ipsi legati intrepide aggrediantur. Cuperet tamen, et ita mandat S. St^m, nihil ullo in articulo reformationis concludi, antequam S. B^a de omnibus certior reddatur. Mittebatque bullam Eugenii IV auctenticam, quam ipse Eugenius aediderat in concilio Florentino super unione Iacobitarum, super qua bulla orta fuerat ab aliquibus in congregatione generali dubitatio 5.

Quae omnia ego nunciai R^{ms} DD. cardd. Tridentino et Geennensi nomine R^m DD. legatorum.

29. **Martii**, Lunae.

R^m DD. cardd. S. Crucis et Polus iverunt ad audienda sacra et concionem in ecclesiam Trinitatis.

Episcopus Chironensis applicuit Tridentum 6.

a in marg. superiori add.

¹ Episcopus Vercellensis erat Petrus Franciscus Ferrerius, de quo v. supra p. 183, adn. 5; p. 203, adn. ¹. Ab episcopo Hipporegiensi eius adventus iam 8. Februarii praenuntiatus erat, cf. legatorum litteras 7-8. Februarii 1546 datas apud *D ruffel*, Mon. Trid. p. 379.

² Ergo non 31. Martii, ut referunt Ephemerides Romanae cod. Vat. 6978 apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 595, adn. 2. Cf. diar. I ad 31. Iulii 1545, supra p. 228, l. 2 ss.

³ *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 454 > n^o 386.

⁴ Dicuntur litterae legatorum 7. Martii datae, *D ruffel-Brandi* l. c. p. 436, n. 363.

⁵ Cf. supra ad 26. Februarii n. IV (p. 495, l. 15 ss- adn. 4), et p. 522, l. 12 ss. et adn. 5.

Concilium Tridentinum. I.

⁶ Dionysius Zannettinus Graecus, nominatus *il Grechetto*, ord. S. Franc. observ., inde a 27. Aug. 1529 episcopus Chironensis et Mopsuestensis (sive Mopotamensis sive Milensis), qui 1549 cessit ecclesiae Chironensi et 1551 etiam Mopsuestensi. Cf. *Le Quien*, Oriens Christianus III, 917 s.; *Le Piat* in sua editione decretorum et canonum conc. Trid. p. 92; *G. Calenzio*, Saggio di storia del concilio di Trento (Roma 1869) p. 430 s. Legati 30. Martii (*D ruffel-Brandi* l. c. p. 459, n. 389) Farnesio scribunt: «Ultimamente sono arrivati il vescovo di Sibinico et il vescovo Grechetto et tutti in la prima visitatione ci spiegano un medesimo sermone d'esser venuti per servitio et comandamento di N. Sre et di non haver il modo di sostentarse un giorno solo de se stessi, et che da S. St^a et da V.

ts* Transmittuntur capita dubitationum super decreto de susceptione librorum ad omnes patres in cedula tenoris infrascripti, videlicet

Capita dubitationum,

quae varietatem in sententiis Dominorum ostendunt de his, quae pertinent ad decretum de susceptione librorum sacrorum et de traditionibus apostolorum, de quibus saepius Domini sententias copiose dixerunt. Quae ideo nunc scriptis ad illos mittuntur, ut de singulis sententias dicant summam, per verbum *placet* vel *non placet* in proxima congregatione, ut sententiae expeditius colligantur et decretum absolvatur. Sunt vero haec, videlicet

138v

Capita ipsa omisimus, quoniam ponentur inter acta. In fine dicitur:

Praeterea, si placet, de illis quattuor abusibus et eorum remediis, quae in congregatione generali lecta fuerunt, Domini in prima congregatione sint resoluti et brevibus dicant sententias suas, tangendo punctum et omittendo non necessaria.

30. Martii, Martis.

111^{mus} D. Franciscus a Toletis, orator Caesareus, reversus est Tridentum 1.

Archiepiscopus Senensis applicuit Tridentum 2.

Ivi nomine R^{mdum} legatorum visitatum Ill^{lud} D. Franciscum oratorem.

Ivi^{que} ad R^{mos} Tridentinum et Geennensem, ut eis nunciarem congregationem habendam die Iovis, et quid in ea faciendum, utque de loco D. Francisco in concilio dando eorum opinionem intelligerem; parati enim essent ipsi R^{mi} D^{di}. legati eum omni honore, prout decet, excepturos se esse.

Ivi itaque ad ipsum D. oratorem, qui gratias egit R^{mis} legatis de hac humanitate, se propensum ostendens in rebus concilii promovendis, optimamque mentem esse Caesaris.

139r

Deinde I^{bfui} ad R^{mdum} D. Tridentinum, qui retulit gratias R^{mis} legatis, laetarique multum ait, quod card. de Monte cupiat congregationi futurae interesse, qua de re non solum congregationem ad diem Iovis, sed Veneris vel etiam sabbati differendam videbatur. Quod ad locum oratori Caesareo dandum, laetabatur etiam, quod legati eo prompto essent, quo dixeram, animo, hortari^{que}, ut executioni eam bonam voluntatem demandare velint. Cum autem specialius eum loqui rogarem, inquit: Caesaris auctoritatem, si ullo unquam tempore vel loco, in concilio quidem longe magis existimari debet. Imperator enim concilii defensor, concilii protector, decretorum concilii praecipuus exequutor est; quare aliquam maiorem in ipso praerogativae dignitatem, quam alii reges et principes christiani, habere debet. Scimus enim, quid in reliquis conciliis fecerint imperatores; et si Carolus V. modeste humiliterque nobiscum agit, nos eiusdem humanitate abuti non debemus. Igitur videretur sibi locusa oratori Caesareo differentem in concilio ab aliis oratoribus esse dandum, videlicet in eadem chori regione et loco, quo caeteri oratores sedent; supra dictum scamnum per duos aut tres palmos alterum scamnum ponatur, quod duos homines capiat, ipsum videlicet Don Franciscum et D. Didacum, si unquam per gratiam Dei interesse licebit, atque ante ipsum scamnum scabellum, quo se sustentet dum genuflectitur, ponatur.

a sic.

b a verbo fui inceperat nova pagina et nova propositio, et quae sequuntur tempore priore erant scripta et manu festinante, speciemque originalitatis prae se ferunt; praecedentia vero tempore posteriore cum otio scripta sunt et inserto deinde coniuncta cum sequentibus. Omnino a p. 129^o 1 habemus dianum originale et haec pagina scribebatur ante ea quae immediate praecedunt; quare in margine superiore legitur vide supra et superscriptio Tridenti 30. Martii, Martis (corr. ex Mercurii) eadem 1546. In foliis sequentibus multa sunt correctae. Cf. Prolegomena.

d M s. longis.

d M s. humanita.

gria Rma gij £ stato ditto che saranno provisti da noi. Simul cum Chironensi advenisse videtur archiepiscopus Naxiensis, qui et simul cum Chironensi commendabatur a Farnesio (17. Martii, Druffel-Brandi 1. c. p. 377, n. 449) et simul commemoratur a Massarello infra ad 18. Aprilis (p. 537, 1. 30 ss). Famosam Chironensis causam v. infra ad 17. Iulii.

1 Iverat 20. Martii (supra p. 517, 1. 3) Patavium esse Germaniam versus, sed propter infirmitatem re ad visendum Didacum de Mendocia. Etiam legati

eodem die eius adventum nuntiant (Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 459, n. 389). — Ex relatione 30. et 31. Martii v. excerpta apud Theiner, Acta I, 64, adn. ***.

2 Franciscus Bandinus de Piccolominis, de quo v. supra p. 191, adn. 6. Legati 7. Aprilis scribunt Farnesio archiepiscopum domo nondum exiisse (Druffel-Brandi 1. c. p. 467, n. 397), et 13. videtur profectus vertebatur, cf. infra ad 18. Aprilis et p. 536, adn. 1.

Quae omnia a Geennensi {ad unguem) " fere replicata sunt.

Ea omnia Rmis legatis singulatim retuli, primum cardinali de Monte, qui dum haec a me agebantur, episcopum Cavensem hac de causa ad se vocaverat. In eius praesentia relationem a me fieri voluit. Laudavit Tridentini sententiam, ac ita faciendum quoad
5 se annuit, Cavensemque rogavit, ut id executioni mandaret. Id etiam a S. Crucis et Polo consensum est.

Per litteras magistri postarum Augustensis nunciatum est, colloquutores protestantium re infecta discessisse e colloquio Ratisbonensi¹;

quod bellum acrius quam unquam inter Gallorum et Angliae reges fiet².

31. Martii, Mercurii.

J39v

Decernitur congregationes tempore matutino esse habendas.

10 Rms card. S. Crucis mane hora 11. ivit spatiatum supra montem arcis, deinde una cum card. Polo ad ecclesiam Trinitatis ad solitam audiendam concionem.

3 Hora 18. convenerunt Rm legati apud card. de Monte, ubi inter alia egerunt: considerantes iam calores aestivos incepisse, ne patres tantum fatigentur in veniendo ad congregationes in meridie, qua hora fieri nunc solent, decreverunt melius esse dictas con-
15 gregationes de mane fieri. Nam mens ante prandium magis quieta et pura existit, quam post prandium, hoc praesertim tempore, quo homines naturaliter proclivi sunt ad somnum, et cibo gravati rectam mentis aciem habere non possunt. Item sunt nonnulli, qui catharro et podagra laborent, qui longe minus mane quam meridie vel sero fatigantur. Item mane horab interpellabit pro homine; nam cum iam congregationes adeo in longum
20 protrahantur, ut vix sex horis perficiantur, mane adveniente hora prandii liberius dici poterit: patres, iam est hora prandii, citius vos expediri placeat, vel si materia, de qua agitur, tum perfici non possit, in crastinum sequentem eius decisio differri poterit, etiam pars votorum susceptio⁶ Item cum congregationes, quae in hac sacra synodo fiunt, vim habeant earum sessionum, quae in aliquibus conciliis celebratae fuerunt, ut puta Floren-
25 tino — in sessionibus enim Florentini nonnisi disputationes et discussiones, ut iam in praesentibus congregationibus fit, fiebant — aequum <etiam et decens est>^d, ut si non omnia, saltim⁶ partim eorum, quae ante publicas sessiones fieri solent, ante has congregationes fiant, videlicet invocatio divini auxilii. Poterit igitur mane, antequam congregationes incipiantur, missa de spiritu sancto cum aliquibus solitis orationibus celebrari,
30 ut res tam graves, quae ad omnem rem publicam christianam spectant, nonnisi cum divini auxilii imploratione aggrediantur.

His omnibus perspectis de mane in posterum celebrandas congregationes decreverunt. Id autem nunciari per me voluerunt Rms Tridentino et Geennensi; quod ita feci. Geennensi (qui tarde mane e lecto surgit) placuisset magis in meridie eas fieri; annuit tamen
35 sententiis legatorum. At Tridentinus non solum hanc deliberationem laudavit, sed, inquit, si Rm legati hoc mihi | minime significassent, decreveram ego et D. Franciscus orator i4s
Caesareus, hanc gratiam a S. D bms Rmis postulare. Laetor igitur et bene factum opinor, quodque oratori statim nuntiabo.

Ea omnia Rmis legatis, qui simul adhuc morabantur, retuli. Itaque mandatum est
40 cursoribus, ut dictam congregationem intimarent.

a supra lin. add. Scriptura huius folii non facile est lectu, quare Vat. 6687 plures habet errores.

b Vat. 6678 homo. " sic; Vat. 6687 scribit pars votorum suscipiatur.

d adeo festinanter et minus clare haec scripta sunt, ut scriptor Vaticani 6687 legat: esse et decusum est.
e sic.

1 Idem 21. Martii Cochlaeus scribebat Cervino, *Friedensburg* in *Zeitschrift für Kirchengesch.* XVIII (1898), 605: Bucerum media nocte Ratisbona abissi; quod fusius repetit in aliis litteris 16. Aprilis datis, l. c. p. 607.

2 Legati scribebant hoc die Farnesio: *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 458, n. 389, et inter alia nuntiabant: «La bolla di papa Eugenio (IV.) (cf. p. 526, l. 5 ss.), quale havemo ricevuta con le sopradette lettere di 23,

sara da noi conservata et adoperata al bisogno.» Deinde (de qua re cf. ad 16. Februarii, supra p. 481, l. 10): «Un segretario dei duca di Firenze, quale da alcune settimane in qua (cioè poiche s' intese la spedizione di Don Francesco [de Toledo]) sta in questo loco per tenere avisato suo padrone delle cose dei concilio» etc.

8 *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 462, adn. 3 cunj paucis mutationibus ex ?od. Tridentino.

1. Aprilis 1546, Iovis, Tridenti*.

Mane hora 12. fit congregatio generalis. Haec est prima congregatio quae de mane fiat rationibus supradictis. Primum celebrata est missa de spiritu sancto <card. de Monte legit orationem: *Adsumus, Domine sancte spiritus, adsumus quidem, peccati immanitate* etc.)a, deinde incepta congregatio.

Cui primum ego interfui ac sententias patrum scripsi1 super 14 propositis, de quibus late etc.

Card. de Monte venit habitatum in palatio legatorum2.

Post congregationem ivi ad domum R® D. Turr[itani], ubi deputati ad decretum ipsum faciendum congregati erant, coram quibus vota collegi et in quas partes maior pars inclinaverit, ostendidib, fuique ibi ad horam usque 2. noctis.

Rediit D. Aurelius, secretarius card. Tridentini3.

Venerunt litterae ex Urbe . . ,ci.

2. Aprilis, Veneris.

Mane tuli vota etc. ad Turritanum.

Rm legati iverunt ad ecclesiam Trinitatis, ubi concionem audiverunt.

D. Franciscus orator Caesaris venit humanitatis causa ad Rm DD. legatos primum post reditum ex Patavio.

Convenerunt Rm legati hora 18. una cum Matera et Pacensi, votaue per me collecta examinarunt ac decretum secundum ea aptarunt, qua de causa ivi ad Turritanum nomine legatorum. Vocarunt me dum simul manerent, et card. de Monte inquit, de crevisse eos, ut sim scrutator votorum in sessionibus et congregationibus, quod una cum secretarii concilii officio gerere poterod; velle tamen, ut ego longis vestibis utar, <ut officiorum dignitatem et auctoritatem servem) eB.

140V

3. Aprilis, Sabbati.

Hora 12. celebratur missa spiritus sancti in aula solita, deinde card. de Monte legit orationem: *Adsumus, Domine sancte spiritus* etc., inceptaque congregatio generalis, in qua sententias scripsi. Absolvitur hora 17. cum dimidia.

In die fui cum deputatione decreti, quod ab eadem emendatum Rm DD. legatis ostendendum mihi exhibitum est, quod in sero feci, excepto de Monte propter Agathensem.

4. Aprilis, Dominica Laetare, 4. quadragesimae.

Rm DD. legati cum coetu conciliari iverunt ad ecclesiam cathedralem, ubi episcopus Senogalliensis celebravit, habuitque orationem fr. (Antonius Marinarius)s Carmelitanus <de Apulia)g6.

* In marg. superiore additur: Nota, quod

die 1. Aprilis 1538 ivi ad servitia Hieronymi Aleandri card. Brundusini, quo defuncto

die 1. Aprilis 1542 ivi ad servitia Marcelli Cervini cardinalis S. Crucis. Item

die 1. Aprilis 1546 intromissus sum primum ad congregationes generales concilii Tridentini, et factus sum scrutator votorum in dictis congregationibus et sessionibus publicis.

3 add. in marg.; om. Vat. 66Sy. b sic. « haec puncta in Ms. d Ms. potuero. e add. alio atramento et alio ductu manus (sed a Massarello). f corr. pro Martii. s add. alio atramento.

1 Cf. Severolum a. h. d., supra p. 41, l. 6 ss. et adn. 1. Nescio num card. Tridentinus, qui Massarellum ad scribendas sententias vocare proposuerat, a legatis ut id faceret admonitus sit. ^

* Hoc fateor me non intellegere. Nam primum habitationem ceperat in domo Antonii Quetae 15. Martii 1545 (supra p. 159, l. 28), deinde ad 22. Aprilis eiusdem anni (supra p. 177> f 26 ss.) refertur eum in eandem domum cum card. Cervino habitatum venisse. Quomodo igitur hoc 1. Aprilis 1546 factum esse potest?

3 Cf. supra p. 515, adn. 3; 23. Martii Farnesius

eum brevi reversurum esse scribebat Cervino: *Druffel-Brandi*, Mon. Trid., p. 454, n. 384.

4 Apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 458, n. 388 sunt litterae Maffei ad Cervinum 27. Martii 1546 Romae datae, et cum cursores quinto post scriptas epistulas die Tridentum advenire soliti sint, illas litteras 1. Aprilis traditas esse censeo.

5 Hoc die advenit episcopus Torcellanus, Hieronymus Fuscarius (*Foscari, Fuscheri*), Venetus, creatus episcopus 1526, cf. *Ughelli*, Italia sacra V, 1410.

6 Qua de oratione cf. ad. 11. et 13. Aprilis. An-

Mane ostendicli a cardinali de Monte decretum hesternum etc., quod laudavit.

Hora 19. convenerunt Rm DD. legati apud Montem, ubi et deputatio colligendorum abusuum interfuit et de decreto in crastina congregatione legendo circa 4 illos abusuum verba facta sunt, usque ad 24. horam.

5 Applicuerunt Tridentum episcopus Calicensis¹ et coadiutor Veronensis², item episcopus Placentinus, qui a Patavio reversus est³.

Rm legati receperunt litteras ex Urbe datas . . . , b⁴.

Scripserunt ad card. Farnesium de superscriptis⁵.

5. Aprilis, Lunae.

10 Mane hora 12. fit congregatio generalis, ut in actis a me collectis notatum est, cui interfuit primum orator Caesareus <(D. Franciscus a Toletto)'c.

Fui deinde ad Bituntinum, cum scriberentur exemplaria decretorum sex abusuum lectorum etc., ut episcopis omnibus transmitterentur.

Deinde hora 22. usque ad 1. noctis fui cum tribus Rm legatis, ut eis vota hodiernae congregationis enuclearem pro decreto librorum etc., quod mutatum est d[omi]ni fr[at]re Am-
15 br[osio] 6 praesente.

Multum profecto hac die laboravi.

Usus sum primum vestibulis longis in generali congregatione, ita mandante Rm DD. legatis et tota synodo⁷ propter officium, quod gero in concilio etc. (secretariatus etc.)

6. Aprilis, Martis.

20 Fiunt classes particulares hora 20., in quibus etc., videndum in meis notationibus. Illi, quae coram card. S. Crucis coacta est, interfuit card. Gennensis, et Tridentinus⁸ misit votum suum in scriptis; quae absolvitur hora circiter 1. noctis.

Rm legat mane fuerunt insimul per tres horas agentes circa abusuum lectos. Acceperunt pannum pro veste et sottan[a] Vicenz[ae]⁹.

7. Aprilis, Mercurii.

25 Hora 12. fit congregatio generalis. Viden[da] per me notata. Interfuit orator Caesareus. Absolvitur hora 17. (Datur responsum oratori Caesareo. Firmantur decreta)¹⁰.

Ob dignitatem synodi visum est, ut prothonotarii concilii gesta scriberent, ad quod ego ut prothonotarius primum deputatus fui¹⁰, ut una cum secretariatu et scrutatoris votorum officio [hoc officium] exercerem.

a sic. b haec puncta in Ms. c add. alio atramento. d hic est punctum in Ms. e add. in marg.

tonius Marinarius erat procurator generalis sui ordinis; cf. de eo J. Caroffa, De gymnasio Romano et eius professoribus (Romae 1751, 40) p. 455* Oratio typis est impressa apud Le Piat I, 134 ss. (ubi merito pro 20. Martii 1547 scribitur 4. Aprilis 1546). Praeterea ibidem p. 23 alia est eiusdem oratio 20. Decembris 1545 habita. Cur haereticae declaratae sint cf. Sarp[er]ii Historiam 1. II, c. 65 versus finem.

¹ Ita Massarellus (Hispanorum pronuntiationem secutus) saepe scribit; dicit episcopum Gaditanum (civitatis Gades, Cadix). De hoc episcopo (Hieronymo Theodolo) cf. supra p. 182, 1. 17 et adn. 10. Cum ibi 3. Maii 1545 Tridentum venisse dicatur, interim in patria sua, quae erat Forum Livii, commoratus videtur esse.

² Est episcopus Methonensis, Aloisius Lippomanus, natus a. 1500, homo doctissimus multorumque operum (praesertim de vitis sanctorum) auctor. Veronensem episcopatum suscepit a. 1518, deinde 1558 Bergamum translatus est. Concilii Tridentini iterum congregati erat praesidens tertius: Hurter, Nomencl. IV, 1317; Kirchenlexikon 2 VII, 2084 s.

³ Catalanus Trivultius, qui primum venerat Tridentum 2. Maii 1545 (supra p. 182, 1. 4). Patavium

videtur ivisse post sessionem tertiam (7. Febr.), cui interfuit.

⁴ Supple: >/. Martii a card. Farnesio. Sed errat Massarellus de tempore, nam ipsi legati in fine epistolae 5. Aprilis missae dicunt: »Nel serrare questo plico havemo ricevuta la sua dell' ultimo dei passato, a la quale faremo risposta coi primo altro spaccio. Tre di sono arrivo il vescovo di Torcelli, et hiersera il coadiutore di Verona.« Litterae ergo 5. Aprilis advenerunt et sunt apud Druffel-Brandi, Mon. Trid. P. 459, n. 390.

⁵ Litterae apud Druffel-Brandi 1. c. p. 462, n. 395; maior pars scribebatur 4. Aprilis, sed epistula est tenuta alii S (cf. adnot. praecedentem). Cum qua Cervinus misit privatam de episcopo Clodiensi, ibid. P. 465, n. 396.

⁶ Ambrosius Catharinus ord. Pr., cf. supra p. 512, adn. 4.

⁷ Cf. ad 2. Aprilis, supra p. 532? 1- 21■

⁸ Qui classi coram primo praesidente congregatae attributus erat.

⁹ Ergo vestes longas, quibus indutus erat heri, commodatas acceperat.

¹⁰ Non liquet, utrum de scribendo in ipsis congre-

8. Aprilis, Iovis.

Sessio quarta.

Celebrata est quarta sessio concilii Tridentini ab hora 13. usque ad 17. Celebravit archiepiscopus Turritanus; generalis Servorum orationem habuit¹. Deinde orationibus solitis per card. de Monte lectis Turritanus ascendens ambonem legit decreta <duo, unum de receptione librorum sacrorum et traditionum apostolicarum, alterum super abusibus, qui circa ipsas scripturas irrepserunt>a. Deinde interrogavit, an placerent quae gesta sunt. 5

Postea, cum in hesterna congregatione generali conclusum esset, ut contumacia ab sentium accusaretur, et ob plurimos respectus, rationes et causas, praesertim quia ab oratore Caesareo et card. Tridentino maxima instantia fiebat, ne comprehenderentur Germani, visum est praesidentibus, denuo super hac re a patribus sententias petere. Votis- que collectis maiori parti differendam visum est. 10

141V Deinde card. de Monte interrogavit, an placeret legi mandata ab oratore Caesareo exhibita in penultima congregatione et eius propositio et responsio synodi. Cumque ab omnibus responsum esset, ut placeret, ego dicta mandata et alia legi. Postea hora 17. absolvitur sessio, cui interfuerunt . . . b

Ego primum exercui in sessionibus officium scrutatoris votorum, et D. Robertus 15 Clarus² rogabatur de omnibus, licet a procuratore fiscali³ ego requisitus fuerim, ut tanquam prothonotarius apostolicus etiam acta illa notarem.

RTM legati scripserunt ad nuncium Venetorum, mittentes copiam decretorum et aliorum etc.

Fui mane ante sessionem ad cardd. Tridentinum et Geennensem, ostendens eis decreta, quae publicanda erant, si placerent etc. Placuerunt etc.

9. Aprilis, Veneris.

Rmi legati iverunt ad ecclesiam Trinitatis ad concionem solitam et missam etc.

Rmi legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis omnibus in hesterna sessione 4. Cum Bert[inor]o, generali Servorum et Lor[enzil]no spatiatum prope menia.

10. Aprilis, Sabbati.

Rmi legati scripserunt ad card. Augustensem de gestis in sessione. 25

Item ad Verallum⁵, mittentes ei copiam scripturarum quatuor.

Rmi legati fuerunt insimul hora 19. usque ad 24. cum Bitontino, Bellicastrensi et Bertinforiensi].

Orator Caesareus habuit fidem de actis in sessione per Rob[ertum] not[arium]m⁶.

142*

11. Aprilis, Dominica.

Li Rmi legati et i conciliari tutti andorno alia cathedrale, ubi celebravit D. episcopus 30 Maioricensis, sermocinatusque est fr. {Laurentius de Castrofranco}0 ord. Servorum. <(Card. de Monte abfuit propter podagra.) A

a *add. in marg.*b *desunt et nomina et numerus.*c *corr. pro Ants.*

d *in marg.; Vat. 6687 ita habet:* Rmi DD. legati (excepto card. de Monte, qui non adfuit propter podagram) una cum conciliaribus omnes [*sic*] iverunt ad cathedralem, ubi . . . *et in fine omittit quae uncis inclusimus.*

gationibus, dum dicuntur sententiae, hoc sit intellegendum, an de conscriptione vel compilatione actorum; sed quia illud iam 1. Aprilis decretum erat, de hoc autem vix tunc temporis iam decernebatur, interpretanda erunt ea verba de conficiendo tabulas publicas in sessionibus, id quod confirmatur eis quae ad diem sequentem refert Massarellus (1. 17 huius pag.).

¹ Typis exscripta est apud *Le Piat* I, 63. Quas lites haec oratio moverit, vide infra p. 535, 1. 26 ss.; 536, 1. 1 ss.

² Robertus Clarus Urbinas, notarius; cf. Severolum p. 49, 1. 17/18 et adn. 2 et Massarellum p. 493, 1. 11.

³ Est Hercules Severolus, alias promotor.

⁴ *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 467, n. 398 (maior pars scribebatur 8. Aprilis). Simul Cervinus scribebat Maffeo: ibid. p. 468, n. 399.

⁵ Veralli epistolae duae, datae 14. et 16. Aprilis Ratisbonae, commemorantur a *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX (Gotha 1899), 9 > aⁿ-1 > earum secunda posset esse responsio supra notatae. Caeterum frequenter hoc tempore legati et nuntius inter se scribebant.

⁶ Cf. ad 8. huius mensis (1. 15/16 huius pag.). — Hac die legati scripserunt Farnesio de rebus reformationis respondentes eius litteris 23. Martii datis: *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 469, n. 400.

Hora 19. Rm̃i DD. legati convenerunt apud card. de Monte, ubi de agendis in futurum in concilio consularunt in hancque sententiam et deliberationem devenerunt, videlicet ut ante omnia expediantur illi abusus, qui ob temporis angustiam in praeterita proxima sessione absolvi non potuerunt. Et quoniam iam instat hebdomada sancta, in qua una cum octava paschae nihil omnino est in rebus conciliaribus agendum, hac praesenti hebdomada omni conatu elaborandum sit, ut isti abusus absolvantur. Quare cras hora 20. vocabuntur⁸ deputati ad colligendos abusus, cum quibus tractabunt ea, quae iam circa illos in praeteritis congregationibus considerata sunt etc. Deinde die Martis fiant congregationes particulares, in quibus ipsa materia melius digeretur, et auditis sententiis poterunt iterum aptari. Postremo die Mercurii fiat congregatio generalis, in qua absolutio dictorum abusus experietur, et si illa die perfici non poterunt, fiet alia congregatio generalis die Iovis vel Veneris, et si etiam in illa non absolventur, fiet alia congregatio etiam in die Sabbati, et in summa adeo omnibus viribus enitendum sit, ut hac sola hebdomada abusus illi digesti et absoluti remaneant. Deinde post octavam paschae ad alia synodus se convertet etc.

Quae omnia mihi mandarunt ut Rm̃a Tridentino et Geennensib conferrem et eorum sententias intelligerem. Ivi itaque, et Tridentino spatium existentem Geennensem primum allocutus sum, cui supradicta retuli. Laudavit Rm̃orum legatorum prudentiam et deliberationem, ipseque pro posse adesse et omnibus interesse conabitur.

Erat tunc cum fr[at]re illo Carmelitano, fratre Antonio <Mar[inar]io>a, (qui de heresi in oratione habita dominica 4. huius quadragesimae¹ accusatur a fratre Sotto Dominicano Hispano) una cum dicto Sotto, doctore Quintana layco Hispano, et Astoricensi et quibusdam aliis, ut eiusdem fratris opinionem intelligeret et quomodo verba sua intellexisset, se declararet.

Ivi deinde ad card. Tridentinum, qui cum oratore Caesareo spatium iverat. Laudavit legatorum opinionem et sententiam. Deinde dixit Don Franciscum valde scandalizatum esse de oratione generalis Servorum, idque totum ex relatione Sotti, cui plurimum defert. Quare cupere ipse⁶ Don Franciscum et Tridentinum, ut legati advocent ad se dictos generalem Servorum et Sottum, ut in praesentia card. Gennensis, Don Francisci et ipsius Tridentini ipsos audiant; quod die Martis mane fieri posset. Rogavitque me, ut negotium iuvarem.

Retuli omnia Rm̃is legatis, qui in crastinum responsuros inquierunt.

12. Aprilis, Lunae.

142V

Rm̃i legati iverunt ad concionem solitam apud Trinitatem.

Hora 20. congregantur deputati abusus et super quattuor illis, qui restarunt, egerunt aptaruntque.

Hora autem 23. eisdem congregatis existentibus coram Rm̃is legatis ipsi legati ad vocarunt ad se generale Servorum et doctorem Sottum, ut intelligerent eorum differentias. Generalis se optime defendit, inquiens: Si in aliquo oratio mea reprehendi ut haeretica potest, mortis supplicio me subiicio, sin autem, qui me accusat, fustibus in platea castigetur. Castellim[aris] aliquid contra eum opposuit de ecclesia etc., cui ex actissime respondit. Sottus nihil dixit, sed orationis copiam petiit, deinde se dicturum asseruit. Renuit generalis, quasi ei subiaceat etc. Tandem dimissi sunt hora circiter 1. noctis. (Discessit Chironensis² Venetias versus ob privata negocia.)^f
(Discessit archiepiscopus Senensis³, orator pro republica sua ad imperatorem.)^f

13. Aprilis, Martis.

Mane ivi ad cardd. Tridentinum et Geennensem, quibus retuli ea, quae in congregatione deputatorum facta sunt circa abusus, id est quod aliqua sint aptata. Deinde

a M s. vacabuntur.

b Vat. 6687 Senensi.

c ita certe legendum, non exeunte, ut habet Vat. 6687.

d postea insertum.

e sic.

f in eadem linea ut superscriptio diei sequentis unde ad hanc trahi posset.

1 Cf. ad 4. Aprilis (supra p. 532, l. 29/30 et adn. 6).

2 Cf. ad 29. Martii, supra p. 529, l. 39 et adn. 6.

3 Cf. ad 30. Martii, p. 530, l. 13 et adn. 2.

retuli quae de generali Servorum et Sotto acta fuerunt, videlicet (ut melius rem enarrem), cum essent congregati illi deputati abusu coram Rm legatis, venit generalis Servorum et valde de Sotto conquestus est, quod eum haereticum diffamaret, paratusque est suae fidei testimonium praebere, recurrissetque ad ipsos legatos, ut rei huic provideant; alias protestabatur, alium modum eum* quaesitum, ut se purgaret. Rm legati miserunt pro Sotto, coram quo generalis ipse eum interrogavit, ut quae publice pluribus in locis contra eum dixerat, illic replicaret; paratus enim erat suae fidei reddere rationem. Sottus inquit nihil se dicturum, nisi habita prius oratione. Inquit generalis: tu ad solum auditum me condemnasti, quid indiges nunc, ut videas orationem, nisi ut replices, quae ubique effudisti? Replicavit Sottus se nihil dicturum, nisi videat orationem. A legatis interrogatus est generalis, num haberet orationem, cumque responsum esset, sic, ipse generalis mandato legatorum legit orationem. Qua lecta interrogavit iterum Sottum, ut quae consideraverat dicat. Iterum responsum nihil dicturum sine oratione. A generali replicatum est, ex solo auditu me condemnare ausus es ubique; iam non solum ex illo auditu, sed ex lectione audivisti omnia, et nihil audes dicere? quid indiges oratione? quare non profers hic, quae ubique contra me dixisti? Iterum replicatum est a Sotto, velle prius videre orationem. Sicque re infecta ambo dimissi sunt.

Cardinalis Tridentinus laudavit utrumque factum, id quod fecit etiam Geennensis, Tridentino tamen factum sine strepitu sopiendum, Geennensi publice emendandum censentibus.

143r {Giannettinus Doria pertransit Tridentum rediens ex Caesare.

Fiunt hora 20. classes. Quae in illa coram card. S. Crucis acta sunt, in meis notationibus videnda sunt.

14. Aprilis, Mercurii.

Mane ivi ad cardd. Tridentinum et Gennensem, quibus retuli quae in hesternis congregationibus gesta fuerunt.

Rmus carc[Polus, quia hesternum die classem suam absolvere non potuit (non enim omnia capita illorum decretorum, quae incipiunt *Volens*, proponi et examinari potuerunt), classem suam iterum hodie tenuit.

Rm legati iverunt ad concionem solitam in ecclesia Trinitatis.

Illm's orator Caesareus D. Franciscus venit ad card. de Monte propter negotium generalis Servorum et Sotti, ut eos pacaret. Dixit inter caetera cardinali de Monte, ortam esse denuo spem pacis inter Caesarem et Gallum, ut filius imperatoris accipiat in uxorem filiam regis Gallorum², et filius ducis Sabaudiae filiam reginae Navare. Quae executionem habitura confidebat etc.; hora 20. usque 22. moratus.

Rm legati conceperunt litteras ad card. Farnesium, in quibus valde perplexi sunt circa modum procedendi in materiis in concilio in futurum tractandis³, vel ut sequeretur synodus in accipiendis libris ecclesiasticis, traditionibus, conciliis etc., vel incipiendum a peccato originali et pro abusu ingredi ecclesiam universalem absque particulari reformatione. Haec perplexio oritur, quoniam nollent ingredi in disputationem illius articuli, an concilium sit supra papam, vel econtra, cum id nulla ratione fieri debeat, neque etiam pontifici placeat.

a non videtur ita legendum, sed nec alia vox elici potest ex characteribus obscuris codicis.

1 Legati 25. Martii scripserant Farnesio: Ioanninum causam cum imperatore agebat et secretarium Tridenti Dorian²³, Ioannem de Luna²⁵. eiusdem mensis Tridentum transisse ad imperatorem profectos; Verallus de colloquio cum Ioanne de Luna habito referebat Farnesio (Ratisbonae, 12. Aprilis 1546, apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 7): »Don Ioan de Luna e venuto a darmi reguaglio di quanto passo in Roma con la Eccellentia di Madama nostra et poi con N. Sre sopra le cose di Siena.« In his rebus postea — ut videtur, eodem die 13., cf. epistolam Cervini apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 481 — archiepiscopus Senensis mittebatur, sed re infecta aegrotus post quatuor dies revertebatur, infra p. 537» ss* et *Druffel-Brandi* 1. c. Etiam dux Florentinus propter eam residere iubebat; cf. supra ad 16. Februarii p. 481, 1. 10 et adn. 3 et Verallum apud *Friedensburg* 1. c. p. 2 et adn. 1 et legatorum litteras 30. Martii ad Farnesium datas apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 459, n. 389 (ubi etiam 30. Martii secretarius ille Tridenti fuisse dicitur, cf. ad 30. Martii supra p. 530, adn. 1).

2 De eadem re 29. Martii Farnesius scripserat Verallo (*Friedensburg* 1. c. VIII, 593) et Cervinus 13. Aprilis idem nuntiaverat: *Friedensburg* 1. c. p. 594, adn. 4; litterae apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 473, n. 403 (sed sine postscripto), cf. adn. 3 huius pag.

3 *Druffel-Brandi* 1. c. p. 474, n. 404; non mittuntur nisi die sequenti, cf. p. 537, 1. 10.

15. Aprilis, Iovis.

Fit hora 12. congregatio generalis, in qua tractantur duo illi abusus, qui in praeterita sessione non potuerunt absolvi. Ut ego in ea congregatione notavi, ibi videndum. Interfuit in ea Don Franciscus orator Caesareus. Solvitur hora 16.

In qua congregatione lectum est breve de indulgentiis et stationibus, quas pontifex 5 concedit ecclesiae Trinitatis Tridenti. Igitur post congregationem legati cum omnibus praelatis iverunt ad ecclesiam praedictam et indulgentias ibidem publicarunt.

Quae indulgentia est, quod in dicta ecclesia Trinitatis sint omnes indulgentiae per totam quadragesimam usque ad dominicam in albis, quae concederentur visitantibus omnes ecclesias Urbis et extra eam.

10 Rmi legati scripserunt ad Urbem 1 de gestis in congregationibus, et ut supra notatum est. Episcopus Feltrensis discessit ex Tridento ad suam ecclesiam propter festa paschalia.

Ivi post congregationem ad card. Tridentinum (qui non interfuerat congregationi), cui ostendi breve indulgentiarum et gesta in congregatione retuli, et quod legati dictam indulgentiam absque eius vel praesentia vel licentia publicaverint, excusationem petii.

15 Scripsi pro S. Crucis ad card. Sadoletum, Cervinum 2 et Sirletum 3.

16. Aprilis, Veneris.

143v

Rmi legati iverunt ad solitam concionem in ecclesia Trinitatis.

Cum Bertinoriensi ad dom[um] abbat[is], ubi archiepiscopus Materanus et episcopus Caputaquensis, et piast[rellis] iudicatur.

20 S. Crucis ad viridarium hora 22., dixitque, ut dicta in congregatione generali com-pilarem propter aptanda decreta etc.

Cum Miniat[o]a4 extra portam S. Crucis ad S. Franc[iscu]m.

17. Aprilis, Sabbati.

Mane fui cum card. de Monte et episcopo Bituntino in aptandis decretis abusuum secundum proposita in generali congregatione, quae ego notaveram. Deinde post prandium a 19. usque ad 24. idem fecimus, demptis delendis, et addendis additis, D. Pighino 25 et fratre Ambrosio Cath[arin]o aliquando praesentibus.

18. Aprilis, Dominica palmarum.

Rmi D. legati una cum card. Gennensi (abfuit card. Tridentinus, qui hesternae die ivit Tobolinum) et omnibus praelatis, qui interfuerunt sessioni proxime praeteritae, excepto archiepiscopo Senensi, qui aegrotat (reversus enim fuit die altera, cum iret in Germaniam 5, et aegrotasset in via hinc ad 20 milliaria), et Feltrensi, qui ivit ad suam diocesim ob festa paschalia, et Chironensi et Sibinicensi, qui iverunt Venetias ob negocia 3^a privata, <nec non Bergomensis6 et Clodiensi, qui iverunt ad suas dioceses>7, sed additis archiepiscopo Naxiensi1 et episcopo Milensi8 Graecis, qui post sessionem huc applicuerunt,

a *dubium; etiam Minias vel Mimas potest legi, sed cf. adn. 4.*

h *add. in marg.*

1 Cf. p. 536, 135 ss. et adn. 3.

2 Ioannem Baptistam Cervinum, fratrem cardinalis, cf. supra p. 152, adn. 4; p. 220, adn. 4.

3 Guilelmus Sirletus erat Cervini familiaris, qui toto concilii tempore huic excerpta ex patribus et conciliis antiquis subministrabat, cf. ex. gr. supra p. 201, adn. 3.

4 Idem nomen occurrit in cod. Tridentino diarii I ad 25. Ian. 1546, cf. supra p. 389, adn. 3; significatur ille *Mare Antonio Miniati*, familiaris Cervini, commemoratus *Carie Cerv.* (tabularii Florentini) 23, 17. 26.

5 Tumultibus tunc Senae turbabantur, de quibus cf. *G. de Leva*, Storia documentata di Carlo V, vol. IV (Padova 1881), p. 223 s.; hac in re archiepiscopus ad imperatorem mittebatur; cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 7, adn. 2, et supra p. 536, adn. 1 et legatorum litteras p. 538, adn. 1 citandas.

Concilium Tridentinum. I.

6 Victor Superantius Venetus, in aliquibus conciliarium indicibus numeratus ut episcopus Bergomensis; re vera erat episcopus titularis Nicaenus et demum mortuo cardinali Bembo (16. Ian. 1547) episcopus Bergomensis est factus.

7 Qui simul cum Chironensi videtur venisse, cf. supra ad 29. Martii p. 529, 139, adn. 6. Eius nomen est Sebastianus Lecavela, ord. Praed.; transferebatur 16. Dec. 1562 ad episcopatum Litterensem (in regno Neapolitano), quem resignavit a. 1565, mortuusque est Romae 13. Nov. 1566. Cf. *Le Quien*, Oriens christ. III, 1002; *Ughelli*, Italia sacra VII, 275; *G. Calenzio*, Saggio di storia dei conc. di Trento p. 426.

8 Chironensem (seu Milensem) advenisse retulit 29. Martii, ergo ante sessionem, cf. supra p. 529, adn. 6.

[iverant] ad ecclesiam cathedralem, ubi celebravit Aciensis de Nobilibus. Non fit oratio. Antequam missa inciperetur, card. de Monte benedixit palmas, quas deinde gradatim distribuit, cum prius ipse unam a cardinali S. Crucis percepisset, ut dictum est supra de candelis et cinere. Facta fuit processio, in qua legati et praelati cum mitris et pluvialibus incesserunt, quae deposuerunt statim incepta missa. 5

i44r Hora autem 21. cum instaret generalis Servorum, ut a Sotto calumniis haeresis purgaretur, convenerunt ambo coram Rmo D. card. de Monte et Rās DD. Fanensi, Bertinoricensi, Astoricensi. Ubi oppositis generalis respondidit.

19. Aprilis, Lunae sanctae.

Mane card. S. Crucis ivit spatiatum supra montem arcis.

Decretum erat, fieri congregationem et absolvi decreta illa de abusibus, quae imperfecta restant; sed sanctius visum est istis diebus orationibus, divinis officiis et penitentiae vacare. Quare nihil ante octavam paschae faciendum in materiis conciliaribus decretum est.

Rm DD. legati fuerunt insimul ab hora 20. usque ad 24. apud card. de Monte, et conceptae sunt litterae ad card. Farnesium K

Serr[am] parvam et cassul[am] emi, et cum cardinali mane, et in die cum legat[is] fui. 15

20. Aprilis, Martis sanctae.

Card. S. Crucis mane ivit spatiatum ad Serram ligfnorum] cum Bertinforiensi].

Pos[u]i aucsb in carce" et camferam]a mut[av]i.

Fui cum Placentino ad prata, et insalat[am] colleg[imus].

21. Aprilis, Mercurii sanctae.

Mane ivi ad card. Tridentinum (qui hac mane ex Tubolino reversus est²), eumque visitavi nomine Rmi domini mei. Qui Tridentinus ostendit litteras D. Nicolai Sicci, sui secretarii³, ex Ingolstadio 9. huius datas, in quibus scribebat imperatorem decrevisse vocare ad se ipsum card. Tridentinum in dieta praesenti Ratisbonensi, quare infra biduum vel circa S. Caesarea M^o ad eum litteras tattet, in quibus ipsum Ratisbonam ire iubebit⁴. Scribit item, quod imperiales ibi aiunt cardinalem ipsum Tridentinum omnia legatis patefacere, quae scilicet a Caesare vel de Caesare habeat, quod a card. Geennensi illuc 25 scriptum esse ipse card. Tridentinus suspicatur⁵. In utroque tamen silentium mihi indixit, ut cum cardinali tantum S. Crucis verbum facerem; quod et feci. Retuli enim, etc.

i44v Hora 21. factae sunt mattutinae tenebrae, quibus interfuerunt Rm DD. legati et card. Tridentinus (card. Geennensis abfuit, est enim in monasterio S. Bernardini de observantia, quod est extra urbem ad quartum miliaris, ubi constituit manere tota hac hebdomada) et tota fere cetua conciliari. Fuerunt cantatae lamentationes per cantores concilii, et sex aliae lectiones per cantores cathedralis. Card. de Monte dixit orationem *Respice quaesumus* etc. Perficiuntur autem hora circiter 23. Quibus absolutis Rm D. card. Tridentinus et praelati omnes iverunt ad stationem ad ecclesiam Trinitatis. Card. de Monte, quia mane interfuerat, non ivit, card. vero S. Crucis et Polus iverunt post alios hora 24. 35

Mane apud S. Bern[ardinum] guard[iano] onerfa] disposui pecc[atorum].

Venerunt litterae ex Germania a D. Verallo, 16. huius datae ex Ratisbona⁶, in quibus scribit Caesarem applicuisse illam civitatem die 10. eiusdem, misitque litteras ad Farnesium⁷, quae per⁶staffettam missae sunt illico ad Urbem cum una Rm D. legatorum⁸ etc.

a sic. b nescio quomodo sit supplendum. c legendum ne carcere? d vel camisiam. e Ms. pest.

¹ Vix dubitandum est fuisse easdem litteras, quae commemorantur infra 139 (cf. adn. 8).

² Legati iam die praecedenti eum reversurum esse speraverant, cf. litteras eorum apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 481, n. 408.

³ De quo cf. supra p. 373, 131 s.; Madrucius eo tempore secretarium suum prope imperatorem videtur habuisse, ut de omnibus quae agerentur statim certior fieret.

⁴ Brevi hae litterae veniebant, cf. Cervini epistulam apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 490, n. 417 et infra ad 6. Maii (p. 545, l. 11).

⁵ Iam 15. Novembris 1545 (supra p. 326, 11 ss.) Tridentinus narraverat Paceccum scripsisse ad imperatorem de eis quae in colloquiis legatorum dicta essent.

⁶ *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 13, adn. 1 et *Druffel-Brandi* l. c. p. 481, adn. 1 noverunt has litteras. Cum quibus simul venisse coniciendum est litteras Cochlaei ad Cervinum eodem die datas: apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 477, n. 405 et

Zeitschr. f. Kirchengesch. XVIII (1898), 607.

⁷ Extant apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 11.

⁸ Quae est apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 480, n. 408.

22. Aprilis, Iovis sanctae.

Summo mane archiepiscopus Panormitanus fecit chrisma etc.

Hora 13. Rmi legati cum card. Tridentino et 40 praelatis, 7 archiepiscopis et 33 episcopis iverunt ad ecclesiam cathedralem, ubi celebravit D. episcopus Oscensis. Missa absoluta card. de Monte induens pluviale aureum accepit sacram eucharistiam et illam portavit ad locum praeparatum ad custodiam, omnesque praelati eum comitati sunt, excepto Oscensi, qui celebrabat, qui remansit in altari. Nam postquam ipse celebrans communicavit se, corpus Dominicum transportatum est. Itaque reversi sunt legati et caeteri omnes ad locum consuetum et absoluta est missa et decantatae horae canonicae etc., ut moris est. Deinde Rmi legati et card. Tridentinus una cum plurimis praelatis iverunt ad ecclesiam Trinitatis ad stationem etc. Antequam comitarentur corpus Dominicum, data sunt expensis camerae legatis, card. Tridentino, oratori Caesareo et praelatis omnibus cereis unius librae albae cerae ad sociandam dictam eucharistiam, una cum 8 intortilitis eiusdem cerae, 8 librarum quolibet. Canonici item cathedralis comitati sunt, sed suas candelas tulerunt.

Summo mane Rms dominus meus D. Marcellus Cervinus de Montepolitano tit. S. Crucis presbyter card. celebravit in aula magna suae habitationis, habitaque prius paterna et christiana monitione ad suos familiares, ut a peccatis abstineant, vitia fugiant, virtutes sectentur, orationibus vacent, et si qui contineri non possunt, veniam petant — quam ipse dabit libentissime, et eum semper amplectetur et fovebit, licet ad sua servitia amplius non sit; quod ne faciet, sciat se honestam vitam acturum esse in domo sua, omni excusatione remota —, nos familiares numero 31 (qui scilicet communionem acceperunt) communicavit benedixitque. Sit Deo laus, ipsique cardinali honor, qui tam pie nobiscum agit.

Hora autem 21. Rmi DD. legati una cum card. Tridentino et omnibus praelatis ivere ad ecclesiam cathedralem, ubi decantatae sunt mattutinae tenebrosae. Tres primas lamentationes cantarunt cantores concilii, sex alias cantores cathedralis, orationem dixit card. de Monte.

Hoc sero locus concilii erat pannis et ornamentis denudatus. Nam hoc mane post missam completam parietes, altaria, sedilia et alia omnia ornatu spoliata sunt.

{Venerunt litterae ex Urbe 17. datae.

Ego a Fall[ett]o [litteras accepi]0.

His omnibus divinis interfui et cum Cin[o] ecclesias visitavi hora 23. cum dimidia.

23. Aprilis, Veneris.

Rmi DD. legati mane hora 12. cum card. Tridentino et 35 praelatis ivere ad ecclesiam cathedralem, ubi episcopus Cavensis celebravit, orationemque habuit D. Felix Figliucius Senensis. Divina officia celebrata sunt secundum morem ecclesiae Romanae consuetum. Corpus dominicum comitati sunt, et sociantibus praelatis et aliis primoribus datae sunt candelae conciliares, quae ad libitum redditae sunt.

Fui summo mane ad concionem apud cathedralem cum Trifone et Lud[ovico] de Monte², et his divinis officiis cum fratre illo Franc[isc]o Panormitano, et crucem cum medico concilii osculatus.

Hora autem 20. cum dimidia Rmi legati et coetus conciliarium revertuntur ad cathedralem, ubi mattutinae tenebrosae decantatae sunt more solito, omnibus prorsus demptis ornatibus etc. Quibus completis iverunt ad stationem. His interfui cum fratre Panormitano.

Card. de Monte vocavit me, ut ostenderem litteras duelli sui cap[ellan]id D. Asc[ani]i3 cardinalibus S. Crucis et Polo.

a corr. ex datae.

lj corr. ex cereus.

c videtur postea additum.

d ita suppleri debet secundum p. S4^o, l- 2S-

1 Bernardini Maffei litterae ad Cervinum directae et 17. Aprilis datae leguntur apud Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 478, n. 406.

2 i. e. cum Ludovico, magistro domus cardinalis

de Monte, cf. supra p. 307, l. 18 et adn. 2; p. 339, l. 22.

3 Cf. p. 540, l. 29, unde apparet vocem *duellum* (cf. p. 517, l. 17) non esse proprie sumendum; cf. p. 549, l. 36.

145v

24. Aprilis, Sabbati sancti.

Rm DD. legati et praelati, de quibus supra (card. Tridentino excepto, qui quoniam cras celebrat, abfuit), iverunt mane hora 12. ad ecclesiam cathedralem, ubi episcopus Pacensis celebravit. Caetera more solito.

Hora 23. Rm legati iverunt ad stationem, ubi *Salve!* decantata est etc. Deinde cum redirent, fuerunt insimul per horam.

Card. Tridentinus misit me vocatum hora 18. et de archiepiscopatu Capuae pro episcopo Fanensi dixit, quodque cuperet litteras commendatitias a card. S. Crucis apud D. card. Farnesium, ostendens tribus potissimum rationibus id fieri debere. Prima, quia cum Fanensis sit modo tantum episcopus, necesse est, quod in congregationibus et aliis locis conciliaribus dicat sententiam suam ultimo quasi loco; quodsi fieret archiepiscopus, loqueretur inter primos, et nemo ignorat, quanti referat rem a principio bonum iter accipere, cum nonnulli sint praelati, qui libenter his, qui primo dicunt, adhaerent. Praeterea si forsitan pontifex alicui dictum archiepiscopatum promiserit, obtulit ex suo mille ducatos pensionis super Tridentino vel Brixinensi episcopatibus imponendae illi, cui S. Stas gratificare voluerit. Item si aliquid meretur ex tot sumptibus et damnis passis pro concilio iam per annum a sede apostolica, non solum totum id condonare vult, sed etiam si mille annos viveret et omnem suam substantiam et denique vitam millies pro sede apostolica exponeret, nihil unquam meriti petet, nisi hoc nunc solum pro Fanensi etc. Quare rogabat me enixe, ut impetrarem litteras commendatitias in hanc sententiam a card. S. Crucis². Quod libenter me facturum annui; idque feci. Nam factis litteris cardinalis manu propria eas perscripsit, quas tamen antea ipsi Tridentino ostendidia, quas et laudavit et probavit earumque copiam petiit, omniaque D. Ioanni Mariae secretario in sero dedi, cum propter occupationes card. S. Crucis eas citius perscribere ne quiverit.

Scripsi ad D. Thomam Fallfettum³, mittens ei litteras D. Dionisii capellani card. de Monte super quodam beneficio.

Rmus carcj. Polus hora 20. fuit ad D. card. S. Crucis pro conceptione litterarum ad card. Farnesium, quae et conceptae sunt⁴, sed non expediuntur hoc sero ob impedimenta cardinalis de Monte.

i46r

Die 25. Aprilis, in die paschatis, 1546.

Missa sollemnis. Hispani bonum pascha auspicantur.

Rm DD. legati iverunt cum card. Tridentino et Geennensi et omnibus praelatis (ii fuerunt, qui superius numerantur in sessione quarta⁵, exceptis his, de quibus in dominica palmarum), D. Francisco oratore Caesareo et caeteris conciliaribus, id est abbatibus, officialibus, theologis et doctoribus, magnaue caterva nobilium procerum ad ecclesiam cathedralem, ubi RmM et Illm card. Tridentinus celebravit, pie quidem, devote ceremonioseque, more Tridentino⁶. Datur enim benedictio post decantatam orationem dominicam, et ante inceptionem missae fit processio per circuitum ecclesiae, et decantantur quaedam ante evangelium lingua vernacula Germanica, et caetera, prout in eorum ceremoniali. — Aquam dedit manibus IllmB D. Nicolaus Madruccius, eius frater germanus, linteum quinque nobiles barones, Tridentini praesulis feudatarii, praeunte curiae suae domus magistro cum baculo rubeo, ut in eius aula fieri solet. Rm DD. legati tulerunt cappas rubeas, episcopi vero mantelettos et rochetum. Card.

a sic.

¹ Verisimiliter illud *Salve festa dies, toto venerabilis aeo*, quod Venantio Fortunato tribuitur (cf. p. 169, l. 34); videtur Tridenti ut in plerisque partibus Germaniae vespere sabbati sancti »resurrectio« celebrata esse.

² Cur Madruccius adeo Fanensis episcopi studiosus fuerit non apparet. Re vera hic episcopatum Fanensem retinuit usque ad mortem; cf. supra p. 195, adn. 1. Tridentinum id fecisse coniecerim, ut pontifici se gratum et deditum praeberet ac res imperatoris, qui mox cum papae auxilio bellum protestantibus erat

illaturus, pro sua parte promoveret. Ceterum cf. ad 22. Februarii 1547.

³ De quo cf. p. 151, adn. 2.

⁴ Mittebantur 26. Aprilis, cf. infra p. 541, l. 32. Litterae Cervini ad Maffaeum privatae 24. Aprilis sunt datae (*Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 482, n. 410), sed probabiliter cum aliis 26. Aprilis expeditae.

⁵ Re vera ibi (8. Apr., p. 534, l. 14) non numerantur.

⁶ Hoc quid sibi velit v. diar. I ad 5. Aprilis 1545; supra p. 169, l. 28 ss.

Tridentinus dum celebravit, habuit semper ante se baculum pastorem, quo in consuetis usus est. Incepta est missa hora 12., absolviturque circiter 16.

Hora 22. orator Caesareus venit visitatum R^{mos} D.D. legatos separatim, officii causa. Est enim apud Hispanos consuetudo, ut hac die invicem nobiles se saluent et bonum pascha autument. Nihil igitur aliud fecit, nisi quod bonum pascha R^m3 legatis auspicatus est. Cum quo oratore erant quattuor praelati Hispani, videlicet archiepiscopus Turritanus et episcopi Astoricensis, Pacensis, et Lancianus. Idque officii munus in hac die ab aliis plurimis praelatis, praesertim ex regno Neapolitano, fecerunt, ut Materanus, Cavensis, Caputaquensis.

IO Mane fui ad missam D. A[n-tonii] Lor[enzini] in aula card. S. Crucis, deinde ad cathedralem ad solemnem. Post prandium fui cum Lor[renzi]no spatium supra S. Bern[ardinum] ad pontem Fersenae.

Vidimus card. Tridentinum una cum Illmo D. Herbet Flandro, camerario imperatoris (qui heri sero Tridentum applicuit ex curia Caesarea veniens) et equos gestientes etc.

i5 Primum de die cen[avi], fuique ad Bertinoriensem, apud abbates S. Pauli¹ prope Castelaltum².

D. Marius Bandinus, frater R^{li} D. archiepiscopi Senensis³, applicuit Tridentum.

Die Lunae secunda paschatis, 26. Aprilis.

146V

R^m D.D. legati una cum card. Tridentino et Geennensi et praelatis omnibus iverunt ad ecclesiam cathedralem, ubi celebravit episcopus Asculanus⁴. Antequam missa inciperetur, 20 facta est processio per canonicos et clerum cathedralis et civitatis, circumeundo plateam S. Vigili, portantibus reliquias omnes. R^m legati et praelati non iverunt, sed expectarunt in loco conciliari. Haec processio fit hac die in hac civitate ex antiquo instituto propter montem pietatis, pro quo eleemosynas inter eundo³ petunt. Itaque cum clerus reversus est ad locum concilii, R^m D.D. legati et caeteri omnes dederunt suas eleemosynas. Legati 25 dederunt 10 aureos. Quibus perceptis eleemosynis incepta est missa hora circiter 13., et absolvitur circa 15. Interfuit etiam orator Caesareus et multi proceres.

Mane fui ad ecclesiam Trinitatis, deinde interfui divinis solemnibus.

Tota die pluit, propterea nemo nostrum domum exivit.

Panormitanus et Siracusanus venerunt visitatum card. S. Crucis, cum quo pransi 30 sunt Senogalliensis, Cavensis et Motulanus et August[anus]⁶.

R^{mus} u^o carci. Tridentinus invitavit ad prandium pro crastina die R^{mos} D.D. legatos.

R^m legati scripserunt ad card. Farnesium de his, quae gesta sunt⁶.

Die Martis, tertia paschatis, 27- Aprilis.

Missa in ecclesia S. Petri. Cena apud card. Madrucium. Massarellus apud fr. Dominicum Sotum.

Mane R^m D.D. legati una cum card. Tridentino et Geennensi et praelatis omnibus iverunt ad ecclesiam S. Petri, quae est ecclesia parochialis Germanorum, ubi D. episcopus 35 Vasioniensis celebravit. Dominusque episcopus Bituntinus concionem lingua vernacula habuit, resurrectionem Domini et commendans et multisb comprobando. Incipitur missa hora 13. absolviturque circa 15.

Missa absoluta R^{mus} D. card. Tridentinus duxit secum ad prandium R^{mos} D.D. legatos, card. Geennensem et caeteros conciliarios in castellum seu arcem suam, adeo, quod 40 fuerunt in mensa ii: R^m D.D. tres legati, card. Geennensis, Ill^{ms} D. orator Caesareus, orator regis Romanorum et 31 praelati, 2 abbates, generalis Servorum, auditor Rotae, abbreviator, advocatus et procurator fiscalis, multique nobiles et barones in aula magna novae domus. Qua etiam hora familiares et legatorum et caeterorum omnium in eadem

a sic. b multis *iteratur*.

1 Cf. ad 2. Maii, infra p. 543, l. 37.

2 Dubium utrum fuerint prope domum Castelalti, oratoris Ferdinandi regis, an prope castellum eius nominis.

3 Quia hic aegrotabat? (Cf. ad 18. Aprilis, supra p. 537, l. 28.)

4 Quem advenisse Tridentum scripserant legati Far-

nesio 20. Martii: *D m ffel-Brandi* l. c. p. 451, n. 380; cf. ad 18. Martii supra p. 516, l. 33.

5 Videtur dici procurator card. Augustani, Claudius Jaius.

6 Litterae apud *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 484, n. 411.

x47r et [alia aula comederunt. Fuit prandium lautissimum splendidissimumque. Quod ab solvitur hora circiter 18. Deinde Rmi legati cum Tridentino et Geennensi introiverunt in aulam minorem, quae est prope partem dextram, ubi immorati sunt usque ad 20. horam.

Postea Rmi DD. legati ex porta viridarii exeuntes pedes domum reversi sunt.

Fui visum dictum prandium, deinde cardinalem comitatus sum, cum antea fuisset [ad] S. Laurentium ad fratrem Dominicum Sottum, ut ab eo rationes, quibus comprobatur vulgatam hanc nostram aeditionem esse Hieronymi, ediscerem Rmi D. cardinalis mei nomine; quod cardinali retuli.

28. Aprilis, Mercurii.

RTM DD. legati receperunt litteras ex Urbe¹.

Card. S. Crucis mane ivit spatiatum supra montem arcis.

Fui ad S. Laurentium, ubi loquutus sum cum doctore fratre Dominico Sotto ord. Praed. in vinea illius loci, cum esset cum R^d D. episcopo Pacensi, de rationibus, quibus probatur vulgatam aeditionem bibl[iae] esse Hieronymi, dixitque Titilman² et D. Augustinum³, praepositum Augubinum, bibliothecarium papae, hanc rem disserere.

Rmi DD. legati fuerunt insimul apud R^{mm} D. card. de Monte hora 20.

Impium factum sacrilegumque et diabolicum D. M. perpetravit hora 16. usque 20.

29. Aprilis, Iovis.

Mane card. S. Crucis ivit spatiatum ad Serram etc., cum quo et Lor[enzi]no ivi etc., cum fuisset ante[a] soli.

Rmi legati scripserunt ad R^{mm} card. Farnesium⁴ de iis, quae facturi sunt etc. Applicuit Tridentum episcopus Lucerinus D. Fabius Mignanellus Senensis⁶.

Recepi litteras a D. Sever[in]o Bucc[aura]to⁶ ex Ravenna 16. huius datas, cum antea multos annos eas non vidissem.

Episcopus Sibiricensis reversus est Tridentum⁷.

Hora 20. Rmi legati fuerunt insimul apud R^{mm} de Monte una cum Bituntino et Pighino etc., egeruntque super abusibus imperfectis et decreto super eis conficiendo. Cumque simul essent, receperunt litteras ex Urbe a R^{mo} D. Farnjesio⁸ 24. datas⁸.

30. Aprilis, Veneris.

Mane hora 10. R^{mus} D. card. S. Crucis ivit ad S. Bernardinum, quo etiam profectus est card. Tridentinus, quem ante ego accersitus sum, fueruntque insimul per horam cum dimidia⁹.

a sic.

1 Non erant publicae; Farnesii epistula advenit 29. Aprilis, cf. infra 1. 26 huius pag.

2 Franciscus Titelmans, natus in oppido Hasselt ditionis Limburgicae exeunte saeculo XV. vel ineunte XVI., primum in ordinem fratrum Minorum de observ. ingressus est, quem deinde (a. 1535) reformatione capuccinorum mutavit et versus finem vitae provinciae Romanae sui ordinis praesidens est factus. Opera plurima conscripsit et vulgatam editionem contra Erasmus et alios defendit. De tempore quo mortuus sit differunt docti inter annos 1537 et 1553 (cf. H. Hurter, Nomenclator litterarius recentioris theologiae cath. IV [Oeniponte 1899], col. 1107 s.). Etiam hoc Massarelli loco dubium remanet, quin hic theologus a. 1546 adhuc inter vivos fuerit.

3 Augustinus Steuchus, qui ceterum tunc iam diu episcopus Inguvinus erat (cf. supra p. 381, adn. 1), et alia multa (inter quae *Cosmopoeiam* ab Ambrosio Catharino acriter impugnata, deinde indice prohibitam) scripsit et *veteris testamenti ad Hebraicam veritatem recognitionem sive in Pentateuchum annotationes* (Venetiis 1529). »In iis nititur vulgatam tueri versionem atque ostendere eam esse magis conformem textui Hebraico versione Alexandrina. Eas a iudicio critico laudat R. Simon, quamvis notet Steuchum minus aequum censorem Alexandrinae fuisse versionis» (Hurter, No

menclator IV, 126 s.). Praeterea tractatum scripsit: *Quaestio an vulgata editio sit divi Hieronymi*, qui liber non demum his concilii actionibus provocatus, sed iam antea scriptus videtur esse, quamquam tempus quo prodierit non assignatus est in libris a me consultis.

* Hae litterae non sunt typis exscriptae; nam illae, quae leguntur apud Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 486, n. 412, praeterquam quod datae sunt 28. Aprilis (quod non tanti esset, quia facile scribi poterant una die, mitti altera), brevissimae sunt neque quidquam continent de rebus concilii. Sed fieri potest, ut eadem litterae intellegantur, quae die 30. mittebantur (cf. infra p. 543, 1. 6 et adn. 2) et scriptae fortasse erant iam die 29.; epistula particularis Cervini apud Druffel-Brandi 1. c. p. 490, n. 417 data est 30. Aprilis.

5 De quo vide quae adnotabantur supra p. 162, adn. 2. Iam 30. Ianuarii nuntiaverat Cervino papam strictissime sibi imperasse, ut ad concilium proficisce retur: Druffel, Karl V, pars IV, p. 527, n. 23.

s De quo cf. supra p. 151, 1. 5 et adn. 3 (et p. 191, 1. 3 et adn. 2) et diar. IV ad 4. Iunii 1548-7 Iverat Venetias 18. Aprilis, cf. supra p. 537, 1. 30 (et p. 528, 1. 23).

8 Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 482, n. 409.

9 Hunc locum elegerant ad colloquia facienda, de quibus card. de Monte nil sciret, cf. h. pag. 1. 19 et adn. 4.

Ulmus j) marchio Marignani (qui die Martis praeterita applicuit Tridentum 1) venit visitatum R^{ms} DD. legatos separatim hora 12.

Post prandium fui cum card. de Monte et episcopo Bituntino, et perfecimus decretum super illis abusibus, qui in praeterita sessione absolvi non potuerunt. Fuimus simul
5 usque ad horam 21. a 19.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium 2.

Scripsi ad D. Sever[inu]m Buccauratum 3, mittens ei decreta et propositionem oratoris Caesarei et responsionem.

1. Maii, Sabbato (in albis) a 1546, Tridenti.

R^{mi} DD. S. Crucis et Polus (R^{mo} D. cardinali de Monte laborante) una cum card. Tridentino et Geennensi ac praelatis omnibus iverunt ad ecclesiam S. Mariae Maioris, ubi celebravit D. episcopus Lancianensis, concionatusque est R^{ds} P. fr. Sigismundus Diruta, concionator ordinarius R^{mi} D. card. Tridentini 4. Iverunt hora 12., reversi sunt hora 15. Dictus Diruta loco concionis legit duas litteras latinas, primam quasi directam a plebe christiana ad Deum, alteram responsivam ipsius Dei ad congregationem Tridentinam.
15 In prima petebat plebs veniam, in secunda Deus ob gravia peccata praelatorum nolle ignoscere continebatur. In quibus excessibus enunciandis adeo lassus habens grassatus est, et neminem non scandalizaverit. Ab omnibusque uno ore reprehensus est. Cui neque ab ipso card. Tridentino pepercitum est, adeo quod ipse card. Tridentinus apud R^{ms} legatos per D. Aurelium suum secretarium se excusaverit, quod eo inscio id factum
20 est; immo cum decrevisset eum secum ducere in Germaniam, amplius ducere nollet 6.

Ab hora 18. usque 23. fui cum R^{mis} DD. legatis separatim ob decreta conficienda super abusibus illis imperfectis — existente etiam praesente D. episcopo Bituntino —, cum primum considerationes cardinalis S. Crucis card. Polo retulerim et illas Poli S. Crucis et illas S. Crucis et Poli cardinali de Monte, Bituntino praesente, et illas de Monte utrisque.
25 Venerat enim card. Polus ad cardinalem S. Crucis.

2. Maii, Dominica in albis.

Card. S. Crucis mane fuit spatium ad Serram Athesim versus.

Venit cursor ex Urbe cum litteris 29. datis 6.

R^{mi} DD. legati convenerunt hora 18. apud R^{mm} de Monte, fueruntque insimul usque ad horam 21. Tractarunt de quattuor capitibus, in quibus erat difficultas in
30 abusibus absolvendis.

Deinde 11th D. orator Caesareus venit visitatum R^{mm} D. S. Crucis separatim, cumque reverteretur, ait mihi, se optime nosse, quantum ego in rebus conciliaribus laborem. Quare apud imperatorem de his fidem facere velit, id quod etiam faciet apud pontificem et caeteros quoscumque.

35 R^{ms} D. card. de Monte dedit mihi conclusiones illas publicatas Vicentiae contra religionem D. Francisci et Barbatum Hispanum et eiusdem litteras 7.

Fui apud episcopum Bertinoriensem et abbates S. Pafulli 8 etc., ubi Brigfiduls et Rob[ertus]; lus[imus].

a in cod. post Tridenti.

> sic.

Quid locuti sint prodit Cervinus in litteris 30. Aprilis Farnesio datis [Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 490, n. 417]: 2 Questa mattina il card. di Trento fece un lungo ragionamento con me in S. Bernardino sopra l' andata sua et sopra quella di V. R^{mi} Sria a Ratispona, pregandomi insomma ch' io volesse con mie lettere farli testimonio, di quanto N. Sre et lei si possono fidare di S. Sria Rma.

1 Legati 28. Aprilis scribunt Farnesio (Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 486, n. 412, cf. supra p. 542, adn. 4) marchionem 27. Aprilis advenisse.

2 Sive eadem sunt hae litterae atque quae com

memorantur 29. Aprilis sive aliae, non sunt impressae vel omnino desiderantur; extat solummodo epistula privata Cervini, cf. p. 542, adn. 4.

3 Cf. supra ad 29. Aprilis.

4 De Diruta cf. ad 19. Februarii, supra p. 486, 1. 31 et adn. 6.

5 Plura de Dirutae sermone refert Severolus in litteris, quae insertae sunt eius commentariorum codici originali: Tabular. Vat. Conc. 98, post fol. 76.

6 Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 487, n. 413.

7 Cf. infra ad 15. Maii p. 548, 1. 9.

8 Cf. ad 25. Aprilis, supra p. 541, 1. 15.

3. Maii, Lunae, in festo S. Crucis.

Mane summo RmM D. card. de Monte et Bituntinus et ego absolvimus decretum abusuum. Deinde ipse card. de Monte ivit ad ecclesiam S. Crucis extra civitatem ad ictum balistae, ubi dedit prandium card. Tridentino et plurimis praelatis.

148 r RTM DD. legati fuerunt insimul hora 18. apud Rmm card. Polum et de scribendis litteris ad Urbem 1 egerunt. Itaque litteras ad card. Farnesium concepit card. S. Crucis. S

Card. Polus misit me vocatum et ostendit litteras card. Mantuani in favorem episcopi Nole in eius excusationem non veniendi ad concilium, 28. datas, ut aliis duobus Rm3 ostenderem, prout feci; excusatio est infirmitatis et senectutis.

Habui a R^{DD} D. abb[ate] card. Poli 2 pet[ia] much[aiat]3, maiorem et minorem, 12 aurfeorum] valfore]. 10

Orator Caesareus venit visitatum Rms DD. cardd. de Monte et Polum, quos heri non visitaverat.

Venerunt litterae ex Urbe 28. datae3 per cavalcata[m] hora 24.

4. Maii, Martis.

Decreverunt Rmi DD. legati DD. deputatos ad se vocare et super abusibus illis agere. Verum invalescente nimis pluvia visum est D^{bus} S. Rms dictam congregationem disintimare, 15 quousque pluvia cessaret, quae nihilominus cum tota die in horis magis cresceret, Rm^æ D^{ns} S. miserunt me ad singulos dictorum deputatorum, quibus dictum decretum ostenderem, quod feci ab hora 20. usque 24.

Fanensis de verbo illo *vicarios idoneos* etc. et de trium mensium spatio, quando incipiant, verbum fecit. Senogalliensis, quod post hanc materiam tractetur de 20 resistentia episcoporum. Castellimaris: detur adiunctus episcopo a superiore regularium in punitionem haeresis. Cavensis de 2 milibus ducat, pro lectione instituendis. Caeteri laudarunt. Idque Rms Dis retuli.

Hac de causa Ruli DD. legati fuerunt insimul hora 18. scripseruntque ad Rmm D. Farnesium 4. 25

5. Maii, Mercurii.

Mane fui per tres horas cum Rmo cardinali de Monte et decretum abusuum aptavimus, quod deinde missum est ad omnes patres per cursores, ut illud viderent et examinarent, qua in re totus dies consumptus est.

Pluit etiam tota die, adeoque, ut flumen magis quam alio tempore excreverit. In montibus autem nixit, praesertim Perzenuma versus. 3°

6. Maii, Iovis.

Rmi DD. legati fuerunt insimul hora 18.; decreverunt crastina die vocare particulares congregationes, ut decretum examinaretur. Quare miserunt me ad Rms DD. 148 v |cardd. Tridentinum et Geennensem, necnon oratorem Caesareum, ut eis eorum deliberationem notificarem, videlicet, quod propter pluvias congregationes his diebus habitae non sunt. Visum est enim nimis inhumanum legatis, patres hac fluctuante pluvia 35 vocare. Hoc in medio tempore misisse decretum, ut quisque suam dicere commodius possit sententiam, deinde cras habebuntur classes, in quibus sententiae exquirentur, ut labor in congregatione generali deleatur et adimatur. Congregatio autem generalis die lunae fiet, in crastina congregatione pro expurganda veteri vulgata editione facienda verba fient, prout iam super ea re ad pontificem scripserunt, qui cum habeat optimum 40 exemplar, nobis valde prodesse poterit.

a sic, scriptum prout pronuntiatur.

1 Perfectae et missae sunt litterae 4. Maii et extant apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 512> n- 4*9 > cf- ibid. p. 514, adn. I.

2 Ita supplēvi secundum ea, quae leguntur infra ad 25. Maii et videntur agere de eadem re.

3 Certe non erant litterae Farnesii, de quibus legati

aliquid dixissent in litteris 4. Maii expeditis (cf. 1. 4/5 et adn. 1 et 4 huius pag.) vel in aliis 7. Maii; sed potius erant epistolae per postam quam dicunt ordinariam missae, cum Farnesii litterae per cursores proprium die proximo delatae essent.

4 Cf. ad 3. Maii, supra 1. 4/5 huius pag.

Ivi itaque, et cardinali Tridentino equitante Geennensem primum alloquutus sum. Laudavit legatorum deliberationem gratiasque egit Rm̄s legatis, quod tam humaniter secum egerint.

Denique ivi ad cardinalem Tridentinum, qui omnia laudavit dixitque, quod die Mercurii discessurus erat Germaniam versus, quo in itinere multa expositurus erat, non posseque non mirari, quod nulla prorsus ratio habita sit tot sumptuum, quos per annum iam propter concilium fecit, rogareque ut card. S. Crucis hac de causa ad S. St̄m scribat, nec non cum Farnesio, cum huc applicuerit, verbum faciat¹. Ostendit deinde litteras card. Augustensis, in quibus hortatur S. D^{nm} Rm̄m, ut cito itineri se committat, neque card. Farnesium expectet, cum magis expediat eum prius Ratisbonae esse, ut negocia melius dirigantur. Ostendit deinde litteras imperatoris, in quibus rogat eum enixe, ut quantocitius Ratisbonam proficisceretur, datas 26. praeteriti². Item alias litteras imperatoris 7. datas, in quibus scribit ipsi Tridentino, ut iter liberum praebeat quibuscumque gentibus armorum, quae nomine ducis Florentiae hinc contingeret pertransire, quod tamen nequaquam se facturum attestatur, ne videatur contra pontificem esse, hocque cardinali S. Crucis solum notum facerem. — Ultimo loco loquuti sumus de litteris fratris Sigismundi a Diruta, quas legit in sabbato in S. Maria Maiori, videlicet quod sint hereticae, licet ineptae imprudentesque sint, et quod loquatur in universali de episcopis, non autem particulariter.

Ea omnia cardinalibus referenda retuli.

7. M aii, Veneris.

Hora 19. fiunt particulares congregationes. Quae in illa coram cardinali S. Crucis acta sunt, videnda in meis notationibus, circa videlicet decretum de lectoribus et praedicatoribus, quod ego in congregatione legi. Septem enim capita adnotata fuerunt, et hac die primum scribuntur quae dicta sunt et in aliis etiam duabus congregationibus³. Quae dixi cardinalibus, ostendidia etc. Dimittuntur hora 24.

In vicinis montibus ita ninxit et nix aucta est, ut nunquam maior in tota hyeme ceciderit.

8. M aii, Sabbato.

Rm̄ DD. legati miserunt me ad Rm̄s DD. Tridentinum et Geennensem, ut iis conferrem, quae in hesternis congregationibus acta fuerunt. Quod et feci. Quilibet gratias egit etc. Card. autem Tridentinus ostendidit litteras D. card. Augustensis, in quibus denuo⁴ rogat, ut quantocitius Ratisbonam se conferat, neque aliquo modo card. Farnesii adventum expectet. Item quod res dictae abbreviantur, adeo quod, licet Caesar decrevisset expectare regem Romanorum, credit tamen res absque rege tractandas esse.

Ivi etiam ad D. episcopum Castellimaris, qui cum podagra aegrotet, non interfuit congregationi hesternae (est enim de classe card. S. Crucis), cui retuli gesta in dicta congregatione et super propositis etiam eius votum accepi⁵ et inter alia adnotavi.

9. M aii, Dominica.

Rm̄s carcj. 5 Crucis aliquantulum male se habuit. Igitur accepit cassiam consilio D. Fracastoris⁶, (concilii med[ici])b.

a sic.

b alio atramento add.

1 Cf. supra p. 487, 1. 14 ss. et adn. 2.

2 Eadem litteras etiam Cervino ostenderat, cf. huius epistolam 30. Aprilis ad Farnesium datam apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 491, in qua dicit litteras datas esse *il giorno di fiasqua* (qui esset 25. Aprilis).

3 In classe coram Cervino habita ab initio sententias scripserat Massarellus (cf. p. 475, 1. 14 s.), in aliis vero duabus classibus ante 7. Maii non eiusmodi notationes factae videntur esse, quae *protocollum* (ut dicunt hodie) vocari possent, sed tantum quodammodo summa sententiarum scriptis mandata; nam nihil omnino in eis scriptum esse (ut ex verbis Massarelli Concilium Tridentinum. I.

colligi posset) credi nequit, quoniam ex. gr. iam 15. Aprilis in congregatione generali «episcopus Bituntinus retulit annotationes, quae consideratae fuerunt circa dicta decreta (de abusibus scripturarum) in classe coram cardinali de Monte. Deinde Fanensis retulit considerata in classibus coram cardinalibus S. Crucis et Polo». Quae relationes certe fieri non poterant quin in scriptis niterentur.

4 Cf. ad 6. Maii, supra 1. 11 ss. huius pag.

5 Quod viva voce episcopus videtur dedisse.

6 Cf. diar. I ad 24. Ian. 1546, supra p. 386 1. 1 et adn. 1.

Post prandium hora 16. fuit cum DD. cardd. de Monte et Polo et Bituntino, coram quibus lectae sunt sententiae patrum in particularibus hesternis congregationibus, et consideratae quae proponuntur. Quae omnia cum essent adeo confusa, ut tot capita essent, quot sententiae, vixque sensus aliquis elicia poterat, visum est Rm̄s DD. legatis congregationem generalem, quae pro crastina die hora 11. decreta fuerat, usque ad horam 20. crastinae et diei transferre, hac potissimum ratione, quia card. S. Crucis aegrotat. Id quod Rm̄ DD. legati mandarunt mihi, ut ego Rm̄s DD. Tridentino et Geennensi referrem. Retulique.

(Venit Tridentum episcopus Bosanensis, Hispanus) bl.

10. Maii, Lunae.

Rm̄ DD. legati hora 11. fuerunt insimul apud Rm̄m D. Monte pro tractandis in hodierna congregatione praesente D. episcopo Bituntino, qui attulit capita propositorum etc.

Hora etiam 18. ipsi Rm̄ DD. legati iterum convenerunt deliberaruntque de proponendis in hodierna congregatione, videlicet quod legantur ante omnia sententiae iam collectae in particularibus congregationibus, deinde quod in futura congregatione proponerentur materiae graves etc. Item de deputatione facienda pro expurganda biblia et homiliario et catechismo conficiendo.

Hora igitur 20. fit congregatio generalis, in qua D. Bertinoriensis legit sententias in classe coram Rm̄ D. cardinali de Monte, ego autem legi illas coram Rm̄s DD. cardinalibus S. Crucis et Polo, deinde illam fratris Sotti in classe coram Rm̄ de Monte. Postea cardd. Tridentinus et Geennensis dixerunt etiam sententias suas, quas adnotavi. Videnda in meis adnotationibus etc., quae ibi acta fuerunt, quoniam sunt res dignae magnae considerationis, cum Mars nimium praevaluerit². Absolvitur autem hora 24.

Cum Rm̄ D. card. de Monte cenatus sum, cum quo etiam Bertinoriensis³.

11. Maii, Martis.

Massarellus iussu legatorum poscit a Faesularum episcopo contionem, quam habuerat die proxima. — Giennensis ostendit et vituperat breve, de quo in congregatione locutus erat. — Tridentinus cras proficiscetur.

Rm̄ DD. legati convenerunt apud Rm̄m D. de Monte hora 17. fueruntque insimul usque ad 21. Miserunt me ad D. Fesulanum, ut daret concionem, quam heri in congregatione legerat. Ivi itaque et eam ab ipso petii praesente Dominico, parafrasario Rm̄ D. card. S. Crucis, et Claudio, servitore D. Antonii, magistri domus dicti cardinalis. Respondit D. Fesulanus, quod illam dabit cras, quia interim transcribitur, cum exemplar illud, quod ipse legit, non posset ab alio intelligi. Deinde rogavit me, ut Rm̄s DD. legatos eius nomine rogarem, ut providere dignarentur de eius decimis, pro quibus nunc molestatur⁴, de qua molestatione mihi fidem exhibuit. Quae omnia Rm̄s DD. legatis retuli.

Deinde Rm̄ DD. legati dederunt D. Pighino et advocato et procuratori omnia vota collecta, ut secundum ea decretum aptarent; qua de re fui ad Bituntinum.

Postea ivi ad Rm̄m D. card. Geennensem, qui miserat me vocatum. Ostendit breve impressum et signatum cum sigillo card. Ariminensis et manu notarii, de quo breve heri in congregatione mentionem fecerat⁵, rogavitque, ut super ea re Rm̄ DD. legati providerent. Est enim magni ponderis et scandali, quod, in regno Hispaniarum praecipue, adimantur inquisitores haeresum, cum tot annis consuetudo haec inoleverit et ut sancta

a *cod.* elijci.

J *alio atramento add.*

c *Ms. Poli.*

¹ Balthasar de Heredia ord. Praed. 6. Iulii 1541 transferebatur a Cypro ad episcopatum Bosae civitatis (in Sardinia insula sitae), unde a. 1548 translatus est Calarim.

² Cardd. de Monte et Madrucius acriter inter se disceptabant, Faesulanus episcopus contra religiosorum arrogantiam legit invectivam, ex qua magnae ei difficultates oriebantur, cf. dies sequentes et Severoli relationem supra p. 55, l. 4 ss. et adn. 2; *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 520, adn. 1 et 4.

³ Hoc die legati scripserunt Farnesio litteras: apud

Druffel-Brandi l. c. p. 517, n. 423, et Cervinus misit privatas: ibid. p. 518, n. 424.

⁴ Cf. diar. I ad 18. Sept. 1545 (supra p. 269, l. 3/4 et adn. 1) et ad 22. Ian. 1546 (p. 382, l. 15 ss.); infra ad 12. Maii in fine.

⁵ In actis congregationis 10. Maii in fine sententiae Giennensis legitur: «Deinde dixit de quodam brevi, quod pontifex concessit cuidam fratri, quo eximitur ab ordinariis in punitione haeresis, et quod illud breve est sub dato 25. Aprilis praeteriti» (*Theiner*, Acta I, 100a). Cf. etiam *Druffel-Brandi* l. c. p. 521, adn. 1.

semper approbata fuerit; mirarique satis non posse, quod | pontifex hoc tempore, quo is^r concilium tractat de haeticis puniendis, et quod inter alia vult approbare consuetudines locorum, quod velit¹ eas consuetudines ita de facili delere contra intentum concilii, cui ansa datur, ne aliquid unquam boni statuatur, cum antequam etiam hoc statuatur, ei derogetur.

5 Quid igitur fiet absoluto concilio? Tanto magis, cum id fiat contra voluntatem imperatoris ac totius regni Hispaniarum, et nescit quo pacto summus pontifex de requisitione unius simplicis fratris, videlicet Antonii de S. Michele, tam grave praeiudicium et Hispaniis et tota orbi fecerit, cum breve generaliter loquatur per totam christianitatem. Quod breve hoc continet, quod fratres mendicantes de observantia non possint puniri de heresi a nullo
10 inquisitore, quod privilegium extenditur ad omnes alios religiosos quosunque, quoniam est inter regulares omnes lex, quod privilegium concessum uni religioni, statim ipso facto et ipso iure omnibus aliis concessum intelligatur. Ergo religiosi omnes, si antea grassati^h (de malis loquor) sunt in heresibus et nihilominus tot modis poterant puniri, quid fiet nunc, cum habenas dissolutas habeant?

15 Ivi deinde ad R^m D. card. Tridentinum, qui cras discedet Germaniam versus, ut eum visitarem nomine R^m mei, cum esset cum D. oratore Caesareo. Commendavi ei religionem, concilium et sedem apostolicam etc. Pollicitus est omnem operam apud Caesarem navaturum, ut quod secundum conscientiam reipublicae christianae profuturum iudicabit, promoveta etc., enixeque petiit, ut card. S. Crucis aliquando ad eum scriberet
20 et de his eum sollicitaret, quae hoc tempore publicis rebus expedire videbit etc. Hilari- que et humana mihi venia data discessi, se mihi particulariter offerens paratissimum ad omnia etc.

12. Maii, Mercurii.

R^mus j) carci. Tridentinus discessit e Tridento Germaniam versus, iturus Ratisbonam vocatus a Caesarea M^{te} per triplicatas litteras.

25 R^m DD. legati fuerunt insimul apud R^m D. S. Crucis, ubi breve, quod a card. Geennensi habueram², examinerunt.

Habui a D. Fesulano concionem illam, quam fecit in congregatione generali die lunae praeterita, et R^ms legatis dedi³. Concio tota contra regulares est in favorem episcoporum.

30 Ego autem dedi dicto episcopo Fesulano patentes litteras nomine legatorum cum insertione brevis de decimis non solvendis a conciliaribus, ne gravetur pro suo episcopatu⁴.

13. Maii, Iovis.

is^v

R^mus p card. S. Crucis mane hora 11. equitavit supra montem arcis spatiatum.

^A Hora 18. convenerunt R^m DD. legati apud R^m S. Crucis, ubi interfuerunt D. Pighinus, advocatus⁵ et abbreviator⁶, collectaque sunt capita, in quibus decretum secundum maiorem
35 partem aptari potest, quae capita omnibus episcopis transmissa fuerunt. Quae scripsi coram dictis R^ms DD. legatis.

14. Maii, Veneris.

Mane venerunt litterae ex Urbe 8. datae⁷.

Missum est ad omnes praelatos caput de praedicatione episcoporum, et dictum, quod episcopi ex scripto praedicare possint.

40 R^m DD. legati convenerunt hora 18. apud card. de Monte, ubi de decreto egerunt, quod per Pighinum et Grassis aptatum est.

R^as pater Ioannes Ludovicus archiepiscopus Treverensis, sacri imperii elector, com- paruit in concilio Tridentino per Ambrogium Pelargum ord. Praed., theologiae magistrum

a sic. b M^s. crassati.

¹ scii, pontifex.

² De regularibus non puniendis ob haereses v. diem hesternam supra l. 9 ss. huius pag.

³ De exemplo transcripto cf. p. 548, l. 6/7 et adn. 3.

⁴ Cf. heri (supra p. 546, l. 34/35 et adn. 5).

⁵ Achilles de Grassis, advocatus consistorialis, cf. diem sequentem.

⁶ Hugo Boncompagnus, qui postea fuit pontifex Gregorius XIII.

⁷ Scripsit Farnesius legatis se recepisse eorum epistulas 21., 26., 27., 28., 30. Aprilis datas, quibus responderi non posset, quoniam deputati congregatio nem interea non habuissent: Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 516, adn. 2. Ibid. n. 422 sunt litterae Farnesii ad Cervinum particulares eodem die datae.

et in ecclesia Treverensi contionatorem¹, qui coram Rm^{is} D.D. legatis comparens mandatum dicti archiepiscopi exhibuit sub data in oppido Palaciolensi 1545², more scribendi in civitate et dioecesi Treverensi², 24. Februarii, et subscriptum per Petrum Zeller secretarium, cum Rm^{is} D.D. legati essent congregati apud Rm^m D. card. de Monte. Qui Rm^{is} D.D. legati dictum procuratorem et nuncium benigne et humaniter receperunt.

5

15. Maii, Sabbato.

Rm^{is} D.D. legati scripserunt ad Rm^m D. card. Farnesium³, mittentes concionem episcopi⁴, decretum publicandum et breve de potestate pro praebenda prima vacatura lectori applicanda.

Item scripserunt ad D. vicarium Vicentinum pro conclusionibus publicatis in illa civitate contra religionem s. Francisci⁵.

10

Item ad fratrem Iacobum de Manasses^b super eadem materia.

Item ad D. legatum Venetiarum super eadem re, et fratres^c Veron[enses].

Fui mane cum D. Cin[o] spatium supra montem Pov[i], et suprascriptas litteras scripsi, quare ad card. de Monte et alios quater fui.

Scripsi ad Fallett[um], Cervinum et Marium Conradum⁶.

15

x5r

16. Maii, Dominica (<1546, Tridenti)d.

Rm^{is} D.D. card. de Monte et Polus convenerunt hora 18. de agendis in futura congregatione generali. Card. S. Crucis non interfuit ob indispositionem suam liturgicam, misit tamen me ad dictos duos Rm^{os} nuncianfdu[m]je, qualiter hoc mane ipse percepisset infusionem reubarbfarij, quam et cras et die Martis suscepturus etiam sit; rogat tamen, ne propterea retardentur negocia et congregationes, quia si ipse non adesset, ipsi duo^f sufficiunt. Card. de Monte respondit, quod hoc sero ipse est accepturus quasdam pillulas, et cras etiam serum, propterea decrevit differre crastinam congregationem usque ad diem Martis, idque faciet duabus aliis ex rationibus, videlicet cum tot et tanta opponantur contra decretum, nescit adhuc, in quam partem inclinet, et quid sit circa illud dicturus; item, cum concio Fesulani sit alicuius ponderis, vellet prius examinari per doctores et^g eius capita notari et de ea in congregatione aliquam mentionem fieri reprehendique etc. Has rationes retuli Rm^o D. S. Crucis, qui grave tulit, quod tamdiu congregationes differantur.

Fui cum D. Lorenz[i]no et Caroc[ci]o ad Povum et Cugnolam hora 19. usque 22. Duas vidim[us] dom[o]s⁷; sed ult[im]a D. Theod[ori]⁸ pulcherrima est, id quod cardinali retulimus.

30

17. Maii, Lunae.

Mane cum Cin[o] Cugn[olam] versus.

Fui ad card. de Monte, cui ostendidi mandatum ipsorum legatorum⁸, deinde ivi ad card. Polum, cui dedi litteras convocatorias dietae Caesareae. Quae omnia cardinali meo retuli.

a cod. 1445. b vel legendum Marassis? c posset legi etiam fratris. d alio atramento
add. (incipit novus quinternio). e ita supplendum est secundum Massarelli modum abbreviandi.
! Ms. due. s lectiones hic non sunt ita certae. h sic.

¹ Ambrosius Pelargus (*Storch*) Niddae in Hassia circa annum 1493 natus, unus ex prioribus theologis sui ordinis in Germania, mortuus 5. Iulii 1561. Cf. // *Hurter*, Nomenclator IV, 1213 s.; *N. Paulus* in ephemer. Histor.-pol. Blatter CX (1892, II), 1 ss. 81 ss.; *Th. Esser* in Kirchenlex. IX, 1769. Ambrosius deferebat litteras commendaticias a Verallo, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 31, adn. I. Etiam Cochlaeus in litteris, quas per Pelargum mittebat, hunc laudabat: *Friedensburg*, Zeitschrift f. Kirchengesch. XVIII (1898), 607, n. 90.

² Utebantur Trevirenses calculo qui vocatur Florentino.

³ Litterae apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 525, n. 430; ibid. n. 429 Cervini epistula particularis ad Farnesium, p. 524, n. 428 ad Maffeum.

⁴ Faesulani, cf. 12. Maii supra p. 547, l. 27 s. et adn. 3. «Mandamo copia con la presente, come da esso proprio c'è stata data, benche a noi et a quelli che l'han veduta pare, che sian mutate et levate alcune parole che s'intesero in voce», scribunt legati: *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 525.

⁵ Cf. 2. Maii, supra p. 543, l. 35/36 et adn. 7.

⁶ De quo cf. diarium I ad l. Aug. 1545, supra p. 228, l. 34 et adn. 7; p. 239, l. 32.

⁷ Videntur quaevisse domum, quam conducerent, ut haberet cardinalis villam pro aestate.

⁸ Quia praevidebat controversiam orituram de iure proponendi (cf. 18. Maii), videtur denuo examinare voluisse mandatum, ut facultates legatorum cognosceret.

18. Maii, Martis.

Fit congregatio generalis hora 11., perficitur 15. Absolvuntur duo capita ex propositis. Fit dissensio de proponendis in concilio cui spectet¹, et de Fesulano. Vide quae ego ibi notavi.

Card. de Monte habuit prandium card. Geennensi et oratori Caesareo et nonnullis
5 praelatis in domo sua.

In die scripsi quae notaveram in congregatione². Venerunt litterae ex Urbe³.

Fui in sero spatium solus ad prata ante cenam, et post ad Bertinjoriensem]
cum pro----a

19. Maii, Mercurii.

Mane R"" D. card. de Monte misit me vocatum, ut ei darem mandatum Treverensis.
10 Item Rmo D. card. Polo reddidi litteras ad regem Portugalliae scribendas nomine synodi.

Rmi DD. legati convenerunt apud Rmum S. Crucis pro crastina generali congregatione.

Receperunt literas ex Germania⁴, quas miserunt Romam cum suis de gestis hac
tenus⁶ etc.

15 Son p. 1. c. cum Al. p.*

20. Maii, Iovis.

Hora 11. fit congregatio generalis, in qua de lectione in monasteriis monachorum instituenda et de primo loco in legendo sacrae scripturae dando actum disputatumque egregie fuit, adeoque per omnes patres docte, diffuse et discrete haec duo pertractata sunt, ut nulla congregatio hactenus facta fuerit huic in doctrina et gravitate
20 similis. Absolvitur hora prope 15. Vide quae ibi ego notavi.

Rmus Card. S. Crucis interfuit usque ad votum D. Motonensis, postea a patribus fere coactus discessit ob malam valetudinem etc., ut ad prandium consilio medici⁰ iret.

Interfuit etiam orator Caesareus, et primum intromissus est nuncius D. archiepiscopi Treverensis cum voce consultiva, et datus est ei locus post procuratorem card. Augustensis
25 super omnes abbates et generales ordinum ex decreto totius sacrae synodi.

Retuli Rmo domino meo, quae post suum discessum acta sunt, ut in meis notationibus.

21. Maii, Veneris.

Hora 18. fit congregatio generalis, in qua quinque illa capita ex transmissis ad omnes patres examinantur. Item proponitur articulus de peccato originali pro dogmate, et pro reformatione residentia episcoporum; dogma tamen prius tractandum. Vide quae
30 ibi ego notavi. Indiciturque congregatio theologorum ad diem lunae proximam. Absolvitur congregatio hora 23.

Rmus card. S. Crucis equitavit spatium versus ecclesiam S. Rochi mane hora 10.

R"i DD. legati receperunt litteras ab Urbe 15. datas⁶.

Scripserunt ad card. Farnesium in favorem D. Alfonsi de Bartholinis Perusini.

35 Recepi litteras a D. Cervino⁷ cum scheda banchi 85 ducatorum auri mihi Venetiis solvendis, et a Fall[etto]^d etiam recepi litteras super re caudat[arii] cardinalis de Monte⁸.

a sic; nescio quomodo sit supplendum.
legi non potest.

c M s. medicis.

]j quomodo sit legendum nescio. Post p. sequitur vox, quae
a M s. Feli.

1 Cf. p. 548, adn. 7.

2 In meliorem formam redegit, quae festinanter, dum dicuntur, scripserat. Forma ea, quae legitur in tomo 62 *Concil. Tabularii Vat.*, re vera non est originalis.

3 *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 522 > n- 427 (13. Maii datae).

4 Non dubito quin sint litterae Veralli 6. Maii Ratisbonae datae, quas exhibet *Friedensburg*, Nuntiatuber. IX, 36. Ibidem p. 31, adn. I sermo est de pluribus epistulis Veralli ad legatos eo tempore datis.

5 Apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 529, n. 432 extant litterae legatorum ad Farnesium, p. 527 > n- 431 Particulares Cervini ad Maffeu directae.

6 Num fuerint Farnesii, dubitari potest, quoniam neque inveniuntur inter alias — tum enim legerentur sine dubio apud *Druffel-Brandi* — neque commemorantur in litteris legatorum 22. Maii datis apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 531, n. 433.

7 Dicitur Ioannes Baptista Cervinus, cf. supra p. 220, adn. 4; p. 537, adn. 2.

8 Cf. supra p. 539, l. 45; p. 540, l. 25.

22. **M aii**, Sabbato.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium 1 de gestis in congregationibus praeteritis, et missa sunt capita eorum, quae circa decretum ultimo loco ad Urbem transmissum considerata fuerunt in tribus praeteritis congregationibus, videlicet die 18., 20. et 21. suprascriptis.

152r Rms D. card. S. Crucis equitavit supra montem arcis versus Lavium mane 10. hora. 5
Intimata est congregatio theologorum pro die lunae et nunciatur eis, ut de dogmate peccati originalis instructi et docti veniant. Propter quod fui ad card. Polum etc., et ad card. de Monte, cum capitula missa ego ex meis notationibus excerptim.
Scripsi in responsionem] Cervino et Fall[etto], ut supra, litterarum suarum.

23. **M aii**, Dominica.

R" D. card. S. Crucis mane hora 10. ivit spatium versus S. Ber[nardinu]m pedes. i0
Conceperunt Rm DD. legati articulos, super quibus DD. theologi cras debent interrogari. Quare fui ad card. Polum ter, qui etiam de discessu Zotti2 dixit, qui vocatus sit ad Urbem ob capitulum generale eius ordinis s. Dominici, et Burgos3 id agat.

24. **M aii**, Lunae.

Mane hora 9. cum dimidia fuit congregatio DD. theologorum numero 30, qui fuerunt interrogati a Rms DD. legatis super dogmate de peccato originali, data eis cedula, in qua interrogatoria continebantur. Duravit usque ad horam 14., quae cum esset tarda, vocati sunt in crastinum qui non potuerunt hodie audiri. Fuerunt praesentes 21 episcopi et ipsi tres Rm DD. legati et praesidentes. Docte pieque materiam hanc disputarunt.

Interrogatoria videntur in meis notationibus.

25. **M aii**, Martis.

Mane fit iterum congregatio theologorum, et decem audiuntur super eadem materia. Fit hora 9. cum dimidia, et absolvitur hora 14.

Ulmusj) Didacus a Mendocia, orator Caesareus ad interessendum concilio deputatus, una cum Illmo D. Francisco a Toletio, qui iam hic adest, hodie intravit Tridentum veniens e Patavio, quo ierat curandi morbi gratia, quo (quartana scilicet) laborabat, ut superius notatum est. Ivit ei obviam dictus D. Franciscus una cum 4 archiepiscopis et 11 episcopis, videlicet <Turritano, Senensi, Materano, Panormitano, de Nobilibus, Gadditano, Caputaquensi, S. Marci, Fesulano, Pacensi, Lancianensi, Astoricensi, Bosanensi, Oscensi, hora 22.) \

Vestem e muchaiat6 fe[ci] f[acere] per mfagistrum] lac[obum] a Pordenfome]. 30

Discessit e Tridento D. Antonius Laurentinus7 Pontiebam versus ad examinandum

152v

26. **M aii**, Mercurii.

RTM DD. legati fuerunt simul ad Rmm D. card. S. Crucis; de tractandis in futura congregatione egerunt, de peccato videlicet originali.

Fui ad fratrem Alfonsum de Castro et fratrem Franciscum Panormitanum, ut concilia et decretales, quae peccatum originale probant, excerpterent, prout de Castro in sero collecta tulit8. 35

Rms D. card. S. Crucis mane hora 10. ivit Athesim versus spatium ad Serram 9.
a postea add.

1 *Duffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 531, n. 433 litterae communes, p. 533, n. 434 Cervini particulares. Simul legati mittebant litteras Veralli, 1. c. p. 533.

2 Intellegitur Dominicus Sotus.

3 Cardinalis Burgensis Hispanus, nomine Ioannes Alvarez de Toletio, et ipse ord. Praed., 'j' 1557; cf. *Clacon*. III, 644.

4 Ad 11. Sept. 1545, p. 265, 1. 5 refertur eum esse Venetias.

5 Enumerat tantum decem episcopos; quis fuerit undecimus nescio.

6 Pannos emerat 3. Maii, supra p. 544, 1. 9/10 et adn. 2.

7 Saepissime nominatus ille *tLorenzinoi*, magister domus card. Cervini.

8 Exemplum eorum est in Tabulario Vat. *Concil.* t. 62, f. 238 s. Sed Hispanus ille auctoritates conciliorum posuit ante auctoritates summorum pontificum, unde Massarellus ordinem mutandum mandavit, v. ibid.

9 De adventu episcopi Calagurritani cf. infra ad 28. Maii, p. 551, 1. 8 et adn. 2.

27. Maii, Iovis.

D. Didacus a Mendocia orator Caesareus venit primo visitatum Rm³ legatos post suum reditum ex Patavio, hora 19.

Collegi una cum fratre Francisco Panormitano concilia et decretales loquentes de peccato originali¹ pro crastina congregatione, et cardinali S. Crucis ostendi et de Monte 5 et Polo.

28. Maii, Veneris.

Fit hora 10. congregatio generalis, in qua primum incipit tractari de peccato originali, ut in meis ibidem notationibus videre est.

Non affuerunt oratores Caesarei. Interfuit primum episcopus Calauritanus², qui noviter, id est altera die, Tridentum applicat³.

10 Mittuntur ad patres omnes auctoritates de peccato originali in hodierna congregatione lectae.

Rm DD. legati receperunt litteras ex Urbe 22. huius datas³.

Ego recepi a Fallfetto⁴ 22. datas et a fratre Mich[elangel]o 10. etc.

29. Maii, Sabbato.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis in hesterna congregatione⁴ 15 mittentes etiam copiam votorum dictae congregationis.

Receperunt litteras ab Illmo et Rmo card. D. Tridentino ex Ratisbona⁵.

Fuerunt insimul apud Rmum D. Polum hora 19. usque ad 21.

Scripsi dictam congregationem Romam mittendam bis⁶.

30. Maii, Dominica.

Rmus jj card. S. Crucis mane ivit spatium supra montem arcis hora 10.

20 Rm DD. legati fuerunt insimul apud Rmum D. de Monte hora 18. usque ad 20. de crastina congregatione loquuti, quid sit agendum de peccato originali etc.

Fui apud D. Bertinoriensem post cenam hora 24., et Placentino⁷ b, cum quo et episcopo Milensi lusimus; et cum card. de Monte et Polo fui⁷.

31. Maii, Lunae.

is3r

Hora 10. fit congregatio generalis, ubi peccati originalis prima pars examinatur, scilicet de eius cognitione, propagatione et malitia seu damno, prout a Rm DD. praesidentibus in praeterita congregatione propositum fuerat. Absolvitur hora 15. Interfuit Don Franciscus orator Caesareus.

Fui apud Rmum de Monte et Polum.

Rm DD legati convenerunt simul et scripserunt ad Urbem⁸ de gestis in hodierna 30 congregatione.

I. Iunii, Martis, 1546, Tridenti.

Rmus j-) carc[is]. S. Crucis ivit mane spatium supra montem arcis.

Ostendi cardinali S. Crucis collecta et notata in hesterna congregatione.

a hic iterum Massarellus alio manus ductu addidit: Non interfuit orator Caesareus.

b Ms. placent, quod fosset intellegi: ea, quae legatos facturos esse referebam, vel articuli proponendi.

1 Cf. p. 550, adn. 8.

2 Calagurritanus (*Calahorra*), cuius adventum nuntiant legati 29. Maii Farnesio in litteris adn. 4 citatis.

3 Litterae Farnesii datae sunt 24. Maii et advenrunt 28. eiusdem secundum notam praesentationis in tergo factam: *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 534, n. 435. Eodem 24. Maii Maffeus scripsit ad Cervinum: 1. c. p. 534, n. 436. Sed fieri potest, ut etiam aliae epistolae privatae Roma missae et 22. Maii datae simul advennerint.

4 Litterae communes apud *Druffel-Brandi* 1. c.

p. 537, n. 439; Cervini privatae ad Farnesium p. 536, n. 438, ad Maffeu p. 541 > n. 440.

5 *Druffel-Brandi* 1. c. p. 535, n. 437.

6 Unum exemplar est *Cone.* t. 62, f. 234—237, subscriptum a Massarello. Eiusdem congregationis acta originalia videntur dempta esse post fol. 238.

7 Eodem die legati scribebant Verallo indicantes adventum litterarum 17. Maii datarum, quas 22. receperunt: *Druffel-Brandi* 1. c. p. 543 > n. 442.

8 Mittebantur litterae 2. Iunii, quae extant apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 544, n. 443.

Illms D. Didacus a Mendocia venit primum visitatum Rm DD. legatos post reditum suum Tridentum. Itaque Rm DD. legati convenerunt apud Rm de Monte i.

2. Iunii, Mercurii.

In vigilia ascensionis Domini factae sunt vesperae in cathedrali, quo iverunt Rm DD. legati una cum omnibus conciliaribus. Fecit sacra archiepiscopus Corcirensis.

Mane Rms D. card. S. Crucis ivit spatiatum supra montem arcis.

5

Expedivi bullam D. Ioannis Leconte, cantoris concilii de percipiendis fructibus in absentia, sub data pridie Kal. Iunii, subscriptum a tribus Rms DD. legatis.

3. Iunii, Iovis.

In die ascensionis Domini Rm DD. legati et conciliares omnes una cum oratoribus Caesareis iverunt ad cathedralem, ubi celebravit missam Rms D. archiepiscopus Corcirensis, concionatusque est fr. Ioannes Consilii Gallus, ord. Minorum de observantia, qui i o est cum episcopo Claramfontano].

Rm DD. legati convenerunt apud Rm D. card. S. Crucis et tractarunt de agendis in crastina congregatione generali.

Rms p. carcj. S. Crucis celebravit in aula sua privatim.

4. Iunii, Veneris.

Hora 10. fit congregatio generalis, quae absolvitur hora 13., cui primum 15 interfuit Illms D. Didacus a Mendocia orator Caesareus una cum collega suo Don Francisco a Toletto, qui tamen prius interfuerat. De 2. parte peccati originalis actum est, videlicet de remedio peccati originalis et de eiusdem remedii effectibus. Videnda ea, quae ibidem notavi.

Fui ad Ram D. Fanensem nomine Rm domini mei pro decreto huius secundae partis. 20

5. Iunii, Sabbato.

Fit hora 10. congregatio generalis, in qua absolvitur articulus de peccato originali. Cui non interfuit D. Didacus orator, sed D. Franciscus.

Fui cenatum cum D. archiepiscopo Aquensi, qui misit me vocatum, Ostendit radicem mandragolae verissimam /?/ his in montibus his diebus repertam.

6. Iunii, Dominica.

153v

Mane ivi ad Rm DD. Veronensem, Fanensem, Bertinoriensem, fr. Franciscum Panormitanum et de Castro, quibus ostendi decretum formatum super peccato originali. Idem feci in die apud plures alios praelatos. In quo totam diem consumpsi, fuique apud Geennensem.

Qua de causa Rm DD. legati fuerunt insimul apud Rm D. de Monte hora

7. Iunii, Lunae.

Fuerunt transmissa exemplaria decreti de peccato originali ad omnes praelatos, ut 30 in crastina congregatione examinetur etc.

Fui ad D. Aquinatensem pro verbis illis in decreto addendis ex divo Augustino³.

1 Haec visitatio videtur fuisse publica et sollemnis, alia 27. Maii facta privata apud singulos legatos. Secundum litteras p. 551, adn. 8 citatas Didacus de Mendoza et Franciscus de Toletto simul veniebant. In litteris communibus referebatur de voto episcopi Senogalliensis.

2 Apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 547, n. 446 sunt litterae a legatis 4. Iunii ad Farnesium datae; n. 447 Cervini ad eundem; p. 548, n. 448 eiusdem

ad Bernardinum Maffeu. Advenerunt litterae Farnesii 29. et 30. Maii scriptae, ibid. p. 542, n. 441.

3 In decreto de peccato originali c. 4 citatur Augustini 1. I de baptismo parvulorum c. 15. 16, quod transumptum est in corpus iuris canonici c. 136 D. IV de cons. — Apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 549» n. 449 extant litterae Cervini 7. Iunii ad Farnesium datae; sed missas esse censeo eas cum aliis legatorum 9. Iunii.

8. Iunii, Martis.

Fit congregatio generalis et legitur decretum de peccato originali a legatis conceptum. Incepit hora 10., absolvitur hora 13. Interfuit Don Franciscus orator Cae sareus, Don Didacus autem abfuit.

Hora autem 18. usque ad 24. Rm DD. legati fuerunt insimul egeruntque de aptando
5 decreto praedicto secundum considerata hoc mane. Cum autem quaedam restarent magni ponderis declaranda et de facili explicari non possent, decreverunt facere congregationem theologorum, antequam hoc decretum absolvatur. Fui ibi usque 23. Valde multumque hac die laboravi.

9. Iunii, Mercurii.

Mane hora 10. fit congregatio generalis et absolvitur hora 13. Lectae fuerunt
10 haereses subortae in peccato originali, quae 13 sunt. Deinde dixerunt Rm DD. legati, qualiter decreverunt theologos audire et propterea de decreto nihil dictum, sed proposuit primum card. de Monte de residentia episcoporum, super qua exquisivit sententias, et dixerunt usque ad Veronensem. Deinde vocati sunt patres in crastinam congregationem hora solita etc.

15 Vocantur theologi ad congregationem hora 19., quibus mittitur videndum decretum originalis peccati per cursores.

Rm DD. legati receperunt litteras a Verallo ex Ratisbona¹ cum pacheto ad Farnesium, quod mittitur illico per cursores seu staffettam.

Scripserunt itaque Rm DD. legati ad Urbem 2, quare fui quinquies ad card. de Monte
20 et Polum easque litteras scripsi.

10. Iunii, Iovis.

154*

Hora 10. fit congregatio generalis, in qua statuitur, quod articulus de residentia episcoporum differatur usque ad aliam sessionem. Videnda quae ibi notavi. Absolvitur 14.

Hora autem 19. fit congregatio generalis theologorum, qui numero fuerunt 41. Interrogati sunt super forma decreti de peccato originali, quod in generali congregatione
25 lectum fuerat die 8. huius. Videnda quae ibi ego notavi. Dixerunt tantum 15, cum hora esset tarda, nempe 23., et alii vocati sunt in crastinum hora 10. Interfuerunt 18 episcopi; card. de Monte non adfuit; qui dentium dolore laborabat³.

11. Iunii, Veneris.

Hora 10. fuit congregatio theologorum, et auditi sunt ii, qui heri loqui ne quiverunt, qui fuerunt numero 14. Interfuerunt tamen ultra 36 magistri sacrae theologiae
30 et 16 episcopi et ipsi tres Rm DD. legati. Hora autem 14. dimissi sunt magna cum commendatione et laude a Rm D. card. de Monte. Videnda quae ibi adnotavi.

Rm D. episcopus Cameracensis⁴ (qui, iam sunt 3 dies, hanc civitatem intravit) venit visitatum Rm DD. legatos, qui eum benigne et maximo honore exceperunt.

Rm DD. legati fuerunt simul apud Rm de Monte egeruntque de conclusione am-
35 borum decretorum, cum antea Rm D. card. S. Crucis aptasset decretum originalis peccati secundum iam considerata a patribus et theologis. Quod ego Fanensi ostendi.

{Sabbato fiunt vesperae pro penthecoste.)⁰

13. d Iunii, Dominica penthecostes.

Mane nixit in montibus circumadiacentibus Tridentinae civitati, adeo quod omnia eorum cacumina nivibus repleta fuerint descendendo per 2 milliaria.

a Ms. 5.

b corr. ex sabb.

c add. in marg.

d XIJl, corr. ex XIJ.

¹ Litteras Veralli 3. Iunii Ratisbonae ad legatos
datas et — ut putabat Verallus — per Aurelium Caneum, Madrucii secretarium, perferendas commemorat *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 60, adn. 2; re vera ille secretarius aliquot dies postea proficiscebatur (cf. Veralli epistolam 7. Iunii datam l. c. p. 65, n. 24). Aliae eiusdem nuntii litterae 5. Iunii datae citantur ibidem p. 65, adn. 1.

Concilium Tridentinum. I.

² *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 550, n. 451 (de Cervini litteris privatis cf. p. 552 > aⁿ- 3)*

³ Hoc die advenerunt (secundum notam praesentationis) litterae Farnesii 3. Iunii datae, apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 54-6, n. 444.

⁴ Robertus de Croy, factus episcopus a. 1519, qui iam antea miserat procuratorem ad *se excusandum; cf. diar. I ad 6. Aprilis 1545, supra p. 170, l. 25.

Rm DD. legati convenerunt hora 19. usque 22., cum quibus fui.
Missa celebratur ab archiepiscopo Senensi, <(et D. Petrus Sarra Hispanus habuit orationem)\

Iunii 14., Lunae.

Fit congregatio generalis <(hora 10.)b, licet 2. die pentecostes, propter instantem sessionem. Vide quae ibi ego adnotavi. Legitur decretum reformatum de peccato originali. Dimittitur hora 15.

Rms D. card. Tridentinus veniens ex Ratisbona pertransiit Tridentum et proficiscitur Romam, missus a Caesarea Mtel. Venit tantum visit[at]os Rms DD. legatos, deinde sequutus est iter suum.

Transmittitur copia decreti reformati de lectoribus et praedicatoribus ad omnes patres. 10

i s 4v

15. Iunii, Martis.

Fit congregatio generalis, in qua absolvitur decretum originalis peccati. Vide in meis notationibus. [Duravit ab hora] 19. usque 23.

Deinde cum Dominis fui in decreto aptando secundum considerata.

16. [Iunii], Mercurii.

Fit congregatio generalis et absolvitur decretum lectionis et praedicationis pro crastina sessione hora 19. usque 23. Videndum quae ibi gesta sunt. 15

17. Iunii, Iovis.

Celebratur **quinta sessio** concilii Tridentini, in qua publicata sunt duo decreta de originali peccato et de lectione et praedicatione, et publicatus dies pro futura sessione feria quinta post festum b. Iacobi apostoli, et accusata contumacia absentium episcoporum (exceptis legitime impeditis et Germanis durante dieta Ratisbonensi)°. Interfuerunt ipsi tres Rm DD. legati, card. Geennensis, Don Didacus a Mendocia et Don Franciscus a Toletto oratores Caesarei, et 9 archiepiscopi et 48 episcopi, 2 abbates, 3 generales ordinum et numerus maximus theologorum et baronum et nobilium. Celebratur hora 10. et perficitur hora 15. Vide quae ego adnotavi in votis colligendis.

(Celebravit episcopus Pientinus, habuit orationem fr. Marcus Laureus ord. Praed.)"

Fiunt copiae decretorum. Interfuit D. Ioannes Antonius Lucius cum 2 aliis Semptepedanis, qui die lunae huc applicuerunt e Venetiis. 25

18. [Iunii], Veneris.

Rm DD. legati scripserunt ad Urbem, mittentes decreta et acta sessionis per me notata cum votis omnibus³ etc.

Scripserunt item pro D. Ioanne Roillard⁴ cursore ad Farnesium eundem. Fui ea de causa septies⁴ ad Rm de Monte usque ad 2. horam noctis pro votis etc., quae cum esset necesse denuo rescribi, hoc sero litterae non sunt missae. 30

Scripsi ad Mich[aelem Angelum] fratrem, et Pamphilum, et Franciscum Massfarellum] per D. Ioannem Antonium Lucium.

a in marg. pro deleto: propter Penthecosten, quo iverunt legati.

b supra lineam add.

c in marg. d Ms. 7.

¹ Madrucius deferebat epistulas Veralli et cardinalis Augustani, apud *D ruffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 554, n. 453 et 454* De eius itinere cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 69 ss.; *D ruffel-Brandi* l. c. p. 554, adn. 2.

² Eodem die legati scripserunt Farnesio, cf. *D ruffel-Brandi* l. c. p. 559, n. 460.

³ Litterae apud *D ruffel-Brandi* l. c. p. 560, n. 461. *Th. de Sickel* (Römische Berichte I [Sitzungsberichte der kais. Akad. der Wiss., phil.-hist. Classe CXXXV, Wien 1896], 32) ait post singulas congregationes et magis etiam post singulas sessiones Massarellum acta

ad curiam Romanam misisse. Quod de sessionibus est verum — quamquam in prima Tridentina synodo hoc per legatos fiebat, qui caeterum sola decreta mittere solebant — , de congregationibus non potest probari, quarum acta certum est Romam non fuisse transmissa nisi quando ageretur de rebus magnis vel maxime curiam tangentibus. Cf. Prolegomena.

⁴ In indice officialium concilii a Nicolao Driel (ut videtur) scripto et *Concil.* voi. 77? f- 113 (Archiv. Vat.) inserto nominatur D. Johannes Roillart, clericus Verdunensis diocesis, cursor.

Item ad D. Antonium Helium super re cap[ituli]a Veronensis.

Item ad D. episcopum Aciensem Buccauratum¹ mittens decreta sessionis.

Discessit D. episcopus Torcellanus² Venetias versus, qui petiit licentiam a R^{mis} DD. legatis, qui ei eam denegarunt³.

19. Iunii, Sabbato.

155r

5 Dedi Illmo D. Don Francisco a Toletto oratori Caesareo acta in sessione quinta proxime praeterita cum inclusione decretorum et votorum super eis, tum etiam super contumacia absentium. Quae acta ego mea subscriptione, ut secretarius concilii et prothonotarius apostolicus autenticavi. Authenticavi etiam duo decreta R^{mi} DD. episcopo Astoricensi. Ea omnia peregi.

10 Fiunt vesperae in vigilia trinitatis; iverunt ad cathedralem R^{mi} DD. legati et ceteri patres hora 19. Operatus est sacrisb R^{dm} DD. archiepiscopus Naxiensis.

20. Iunii, in festo trinitatis.

Celebratur missa solemnis in cathedrali ab archiepiscopo Naxiensi Graeco, fit oratio a fratre Riccardo Cenomano Gallo ordinis Minorum de observantia. R^{mi} DD. legati et ceteri omnes interfuerunt divinis.

15 R^{mi} DD. legati convenerunt apud R^{mum} de Monte pro tractandis in concilio pro futura sessione, et concluderunt de iustificatione et residentia episcoporum tractandum esse.

21. Iunii, Lunae.

Mane hora 10. fit congregatio generalis, in qua R^{mi} S. D. card. de Monte non interfuit ob adversam valetudinem. Interfuit Don Franciscus orator Caesareus. Fuit propositus⁰ primum articulus de iustificatione et de residentia episcoporum et tollendis impedimentis, quae ipsam residentiam respiciunt. Item fuit declaratum, quod contumacia sit accusata, et fiat processus contra contumaces exceptis Germanis <(durante dieta Ratisbonensi)d et legitime impeditis.

Item fuerunt facti tres deputati, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Feltrensis et Astoricensis, qui habeant examinare mandata et excusationes absentium praelatorum. Qui deputati durent usque ad proximam futuram sessionem. Item card. S. Crucis nomine omnium praesidentium monuit omnes patres, ne discedant ex Tridento, nisi causa cognita et licentia petita et obtenta Duravit usque ad 14. horam circiter.

Missi fuerunt articuli de iustificatione ad omnes theologos extra concilium, et vocati cras ad congregationem hora 15.

30 Rtm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis in congregatione⁵.

Discesserunt⁰ a die Iovis usque ad hoc mane ex Tridento Torcellanus, Veronensis, Milensis Ferrettus, Placentinus, S. Marci⁶.

Fit fides brevis exceptionis decimarum per breve etc. pro D. de Nobilibus.

22. Iunii, Martis.

J55v

35 Card. S. Crucis equitavit spatiatum Matar[ellum] versus hora 10. cum Chironensi.

Hora 18. fit congregatio theologorum, quibus propositus est articulus de iustificatione per quaedam capita interrogatoria, de quibus in meis notationibus. Inter fuerunt praelati 44, theologi innumeri. Absolvitur hora 22. et vocantur in crastinum hora 10.

D. M. M. oso. scrp.f dst. mej. tene menti ob memoriam hominis⁸⁷.

a ita scripsi secundum 13. Febr. 1547; cod. capp4i.

b sic.

0 corr. ex propositum.

d in marg.

e Ms. Disesserunt.

f vel scop.

s pro delete impii (f).

¹ De quo cf. diar. I p. 191, l. 3 et adn. 2.

² Advenerat 2. Aprilis, cf. supra p. 532, adn. 5. s Litteris 19. Iunii datis Farnesius mandabat legatis, ut episcopo veniam darent pro mense Iulio, cf. *Druffel-*

Mon. Trid. p. 562, adn. 1; ergo Torcellanus venia ibi a legatis denegata ad Farnesium provocaverat.— Eodem die 18. Iunii adveniebant binae litterae Maffei ad Cervinum directae 9. et 12. Iunii datae (*Druffel-Brandi* 1. c. p. 555, n. 455; p. 556, n. 456), et sine dubio etiam Farnesii communes ad legatos (ibid. p. 558, n. 458) 13. Iunii datae.

³ Iam tunc timore belli vel sincero vel simulato — qui legatis de translatione cogitantibus re vera non ingratus esse poterat (cf. eorum litteras in adn. sequenti citandas apud *Druffel-Brandi* 1. c. p. 564, P. S., et alias ibid. p. 566, n. 467, 25. Iunii datas, et Cervini 26. Iunii scriptas, 1. c. p. 568, n. 470) — moti incipiebant episcopi discedere; cf. infra ad 13. Iulii.

⁵ *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 563, n. 464.

⁶ Cf. adn. 4 huius pag.; de Torcellano 1. 3.

⁷ Hae notae obscurae videntur cohaerere cum aliis infra ad 1. 3. 4. Iulii; caeterum de re privat(issim)a agunt.

23. Iunii, Mercurii.

Mane fit congregatio theologorum hora 10., in qua loquuti sunt quinque. Interfuerunt 34 episcopi et archiepiscopi, et maximus numerus theologorum. Disputarunt etiam de iustificatione. Vide, quae ibi ego adnotavi. Solvitur hora 14.

Fiunt vesperae ob vigiliam festivitatis corporis Christi. Rmigitur legati una cum card. Geennensi et ceteris praelatis iverunt ad cathedralem, ubi episcopus Cameracensis 5 sacra peregit.

Episcopus Caprulanus fuit ad me deditque memoriale pro litteris suis¹.

24. Iunii, Iovis, in die Corporis Christi.

Celebravit missam episcopus Cameracensis. Deinde Rms D. card. de Monte detulit sacramentum indutus pluviali. Duo RTM alii legati iverunt cum card. Geennensi, induti pluvialibus et mitris. Adfuerunt 9 archiepiscopi et episcopi 43, omnes cum pluvialibus 10 et mitris sacramentum sociarunt. Orator Caesareus, Don Franciscus a Toletto, ivit medius inter duos primos archiepiscopos, Aquensem scilicet et Turritanum. Deinde alii barones et nobiles sequuti sunt sacramentum.

Scripsi pro episcopo Caprulano ad card. Farnesium, mittens ei memoriale etc. nomine legatorum. 15

Item ad D. Aurialum, camer[ariu]m papae, dirigentes ei Rm legati litteras Farnesii².

Item ad legatum Venetiarum pro decimis eiusdem Caprulani, fuique ad card. de Monte quatera.

25. Iunii, Veneris.

Mane hora 10. fit congregatio theologorum, quae duravit usque ad 14. Interfuerunt 5 archiepiscopi et episcopi 18. Loquuti sunt septem theologi, et alii vocati 20 in crastinum hora 10. usque ad 13., et post prandium hora 19. usque 22., ut et qui restant suas sententias dicant. Fuerunt praesentes ultra 40 theologi.

Dedi breve de non solvendis decimis et percipiendis fructibus in absentia durante concilio episcopo Cameracensi, subscriptum a Rms DD. legatis.

i56r

26. Iunii, Sabbati

Mane hora 10. fit congregatio theologorum, et loquuti sunt quinque super 25 eodem articulo iustificationis usque ad horam 13., et vocati in crastinum post vespas, et liberati ab hodierna congregatione, ad quam heri vocati fuerant, ob graves occupationes legatorum 3.

Applicuerunt Tridentum tres oratores Chrm regis Franciae ad concilium destinati, qui sunt Illma D. Claudius Durfe, camerarius regis, gubernator et praefectus provinciae 30 de Forest, Iacobus de Ligneris, praesidens 3. decuriae Parisiensis, Petrus Danesius, praepositus Susennarum.

27. Iunii, Dominica.

Ii oratores venerunt primum visitatum Rms DD. legatos hora 18., qui eos humilissime exceperunt, euntes illis obviam usque ad ultimam aulam. Fuerunt facta verba

a Ms. 4. b abhinc usque ad jo. Iunii non ipsis eis diebus, quibus res fiebant, diarium scriptum videtur.

¹ Ex l. 17 huius pag. apparet de decimis agi. — Hoc die legati acceperunt litteras Veralli ad ipsos directas et alias ad Farnesium mittendas (cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 81 et adn. 1 ibid.), quas cum litteris propriis mittebant (cf. *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 565, n. 465), quae Romae advenerunt 30. Iunii teste ipso Farnesio in litteris eo die datis apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 573, n. 473.

² Missae videntur esse hae epistolae cum alia ad Farnesium data, quae extat apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 566, n. 467. »Litterae Farnesii videntur esse eae, quas legati Farnesio scribebant.

³ Apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 562, n. 462 sunt

litterae Farnesii ad Cervinum 19. Iunii datae, quae 26. advenerunt, et commemorantur communes ad legatos (de quibus supra p. 555, adn. 4) ibid. p. 562, adn. 1. Simul videntur missae esse litterae Maffei ad Cervinum de venia abeundi card. Polo data, quae sunt ibid. n. 463 (numerus 26 ibid. p. 563, l. 7 est error typographi). — Eodem die legati recipiebant litteras Veralli 22. Iunii datas (cf. *Friedensburg* l. c. IX, 84, adn. 2; *Druffel-Brandi* l. c. p. 568, adn. 1) et alias Farnesio mittendas (*Friedensburg* l. c. p. 84), cui simul scribebant: *Druffel-Brandi* l. c. p. 568, n. 469. Cervinus litteras particulares addebat ad Farnesium (l. c. n. 470) et ad Maffeam (p. 570, n. 471).

hinc inde generalia, benevolentiae et humanitatis plena ac erga religionem regii animi propensione.

Hora autem 19. fit congregatio theologorum super eodem articulo, et S loquuti sunt\

28. Iunii, Lunae.

5 Mane hora 2. discessit ex Tridento Rm D. card. Polus, proficiscens ad Trevillam, locum D. Aloysii Priuli, non longe a Patavio, corporis et animi recreandi causa, cum iam a 40 diebus aversab laboraverit valetudine². Eum comitati sumus usque Cognolam villam.

Hora 10. fit congregatio theologorum, et loquuti sunt 4; et quia nemo restabat, qui super eodem articulo loqui vellet, fit finis his congregationibus et dimit-
10 tuntur, commendati a Rmo D. card. de Monte. (Dimittitur hora 13.)'

Fiunt vesperae ob vigiliam b. Petri. Iverunt itaque RTM DD. legati una cum coetu i⁵⁶ conciliarium ad ecclesiam cathedralem, ubi Rms D. card. de Monte divina operatus est.

In sero fiunt ignes et luminaria ante domum RTM DD. legatorum.

dKnq kf tf hfttku ufdxn."

29. Iunii, Martis, in die s. Petri.

(Fit missa pontificalis; celebravit card. de Monte in ecclesia cathedrali, in sero fiunt ignes etc.)f

RTM DD. legati fuerunt insimul pro tractandis in crastina generali congregatione, videlicet de tribus statibus adultorum iustificandorum, quae omnia D. episcopo Fanensi ostendi³.

30. Iunii, Mercurii.

20 Hora 19. fit congregatio generalis; proponuntur tres status iustificationis, legit mandatum orator regis Francorum sub dat. 3. Kal. Aprilis 1545, et leguntur errores circa hos tres status iustificationis.

Eadem die mittuntur exemplaria dictionum errorum et statuum ad omnes patres. His vacavi. Vide quae in congregatione notavi.

1. Iulii, Iovis, 1546. Tridenti.

25 Mittuntur etiam hodie exemplaria trium statuum iustificationis et errorum circa eos ad omnes patres, ut heri factum est.

Card. S. Crucis equitat spatium hora 10.

Oblationes⁸ quas potui maximas d. M^o. m. (feci)⁸

2. Iulii, Veneris.

Rms carc. S. Crucis hora 9. equitavit spatium.

30 Rm DD. cardinales legati fuerunt insimul, quia oratores Galli venturi erant ad S. D^{nes} R^{mas}, prout hora 19. venerunt; cum quibus fui⁵.

3. Iulii, Sabbati.

i^{57r}

Rm DD. legati scripserunt ad Urbem de occurrentiis praesentibus et de impedi-
mentis residentiam episcoporum tangentibus⁶.

a addita erat prius eadem nota, quae die sequenti est: et quia nemo restabat . . . sed rursus deleta. Quod indicium est non statim has notas esse factas. b sic. c postea add.

d ante has notas est stellula (*) in cod.

e aliud verbum notis scriptum sequebatur, quod deletum est.

f add. in marg. g deletum in cod.

1 De quo cf. supra p. 195, adn. 3.

2 Cf. p. 84, adn. 3.

3 Apud *Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 565, n. 466 sunt litterae Farnesii 23. Iunii datae, quae secundum notam praesentationis hoc die advenerunt.

4 Cf. supra p. 555, l. 38 et adn. 7.

5 Advenerunt litterae Veralii 29. Iunii datae, quae leguntur apud *Druffel-Brandi* l. c. p. 571 > n. 472

(cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 95, adn. 1); cum quibus erant aliae ad Farnesium mittendae, quas exhibet *Friedensburg* l. c. p. 93.

6 Abhinc non amplius remitti possumus ad collectionem epistularum a *Druffel* inceptam et a C. Brandi continuatam, quia secundi voluminis nihil in lucem prodiit et primum volumen usque ad finem mensis Iunii 1546 tantum pervenit.

RTM8 D. card. S. Crucis mane hora 9. ivit spatiatum cum Asculano et Chironensi. "Dixit Mo. fr. de bal., quod non fuit verum 1.

4. Iulii, Dominica.

Mane hora 9. R^{mus} D. card. S. Crucis ivit spatiatum Vincentfiam] versus.

Imp se gessit; ivit enim b ad bal[lum] cum cl. M. m. 1

R^{mus} jj card. Tridentinus rediens ex Urbe per equos dispositos intravit Tridentum, et hora 19. venit visitatum R^{mos} DD. legatos, cum ante hora 19. ego ivissem nomine g Qonum ijmarum visitatum S. D Mm R^{man}, qui mecum de negotio praesentis belli abunde loquutus est, et de litteris ad pontificem et Maffeu pro expensis, quas hic fecit 2.

5. Iulii, Lunae.

Hora 10. fit congregatio generalis, in qua primum episcopi inceperunt dicere sententias suas super articulo iustificationis et primo statu eiusdem. Loquuti sunt 10, a R^{mo} D. card. Geennensi usque ad D. Armacanum, et vocantur patres in crastinum hora eadem. Solvitur 13.

Ivi ad R^{um} D. card. Tridentinum, cui ostendidi 0 litteras in sui favorem, de quibus supra 3.

6. Iulii, Martis.

Hora 10. fit congregatio generalis, quae duravit usque ad 13. Loquuti sunt 14 patres super eodem primo statu iustificationis. Interfuerunt 44 praelati.

Examinantur a R^{ms} DD. legatis impedimenta data a praelatis super residentia.

Die lunae supradicta, idest heri, venit cursor ex Urbe, qui tulit mille aureos in auro et mille in schedis banchi pro necessitatibus concilii 4.

7. Iulii, Mercurii.

Hora 10. fit congregatio generalis super eodem primo statu iustificationis; loquuti sunt quinque praelati. Absolvitur hora 13. Interfuerunt praelati 46.

R^{mi} DD. legati fuerunt insimul a 17. usque 21. horam, examinantes impedimenta oblata a DD. praelatis super residentia, ut Romam transmittantur. Quae impedimenta in scriptis 3 dederunt.

8. Iulii, Iovis.

Mane hora 10. fit congregatio praelatorum super eodem articulo, et loquutus est Fanensis tantum, qui per duas horas rem hanc examinavit.

Intromissi sunt hodie primum tres oratores Gallicie in congregatione, qui sederunt post oratores Caesareos immediate super alios praelatos, et lectum fuit <per me> f eorum mandatum, et datum responsum a card. de Monte. Interfuerunt R^{mi} DD. cardinales Tridentinus et Geennensis et duo oratores Caesarei, tres Gallici, 8 archiepiscopi, 42 episcopi, 2 procuratores, card. Augustensis et archiepiscopi Treverensis, 2 abbates, 3 generales ordinum. Danesius, tertius orator Gallicus, habuit luculentam orationem 5; qui auditus est ianuis apertis.

Scrpsi ad Fall[ettum] mittens ei litteras generalis Minorum de observantia pro fratre Aug[ustin]o suo.

a ante haec verba deletum est Mendacium falsum. b non est clarum, posset pro ■ n • etiam legi a, et pro ivit aliud verbum. c sic. a M s. in scrib.

e addiderat primum Massarellus in margine: Habita oratione a D. Petro Danesio tertio, quod postea delevit ac scripsit: Qui oratores sunt Illmi DD. Claudius Durfe regius camerarius, praefectus forensium, et Iacobus a Ligneris in curia Parisiensi tertiae decuriae iudicum praesidens, et Petrus Danesius praepositus Suzennarum. At exemplum cod. Vat. 6687 non dat nomina, sed eorum loco habet: qui supra [ad 26. Iunii] nominati.

1 postea add. supra lineam. s vef Ang[elo] P

1 Cf. supra p. 555, l. 38 et adn. 7.

2 Cf. ad 19. Februarii n. III, supra p. 487, l. 16 ss. et adn. 2; ad 15. Martii n. II, p. 513, l. 22 ss.

3 Ad diem praecedentem. — Advenerunt litterae Farnesii 30. Iunii datae (apud Druffel-Brandi, Mon.

Trid. p. 571, n. 473) cum pecunia, de qua refert Massarellus ad diem sequentem.

1 Cf. adnot. praecedentem.

5 Labbei Coli. conc. XIV, 10 17; Raynald. a. 1546, n. 121 s.; Le Piat III, 447; mandatum ibid. 446.

Emi pissidjem] pafsticciarum].

Fui pransus cum Rm D. episcopo Cameracensi, qui me fere coactum traxit.

9. Iulii, Veneris.

Hora 10. fit congregatio generalis, in qua interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 34 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 3 generales. Card. Tridentinus et oratores omnes abfuerunt. Loquuti sunt 9 patres, a Pisauriensi usque ad Bituntinum. Absolvitur hora 13. cum dimidia.

Let. d. 1

Rm DD. legati hora 18. fuerunt insimul usque ad 22. de Rom[am] scribendo] tractantes].

10. Iulii, Sabbati.

Hora 10. fit super eodem articulo congregatio, et prosequutus est Bellicastrensis usque ad Oscensem. Interfuerunt card. Giennensis, Don Franciscus², 7 archiepiscopi, 35 episcopi, 2 pro[curato]res, 2 abbates, 3 generales ordinum.

Fui ad card. Tridentinum, ut litteras conferrem⁸.

11. Iulii, Dominica.

Mane Rm D. card. S. Crucis equitavit spat[iandi] ca[usa].

In die ivi ad card. Tridentinum, qui misit me vocatum, et de expeditione hac contra Lutheranos diffuse loquutus est.

12. Iulii, Lunae.

iS8r

Mane hora 10. fit congregatio generalis super eodem primo capite iustificationis. Loquuti sunt 4, a Calaguritano usque ad pro[curato]rem card. Augustani. Interfuerunt 7 archiepiscopi, 33 episcopi, card. Giennensis, duo oratores Gallici secundus et tertius, eta 2 procuratores, 2 abbates et 2 generales.

Fui ad card. Tridentinum ante prandium, nuncios adventum card. Farnesii Bononiam die 9.; die 10. ivisse Placentiam, 12. Bononiam reversurus. Illuc convenerunt iam 6 milia militum, Illms Alex[ander] Vitellfius] cum multis cap[itaneis], et caeteri in dies expectantur.

Ipse card. Tridentinus hora 16. venit ad Rm DD. legatos ob causam infrascriptam, videlicet ut mittant Bononiam episcopum Fanensem ad card. Farnesium pro pecuniis recipiendis, quas pro concilio exposuit ipse Tridentinus, nempe 10 milia aureorum etc., pro quo petiit litteras favoris a Rm legatis, et in specie a card. S. Crucis i.

Hora 20. ivi ad eundem card. Tridentinum, ostendens dictas litteras S. Crucis et ei relinquens.

13. Iulii, Martis.

Hora 10. fit congregatio generalis super eodem capite iustificationis. Qui status absolvitur, et a Rm D. card. de Monte proponitur pro die Iovis secundus et tertius status, qui simul examinentur, et invitantur eadem die ad deputationem faciendam pro decreto faciendo, et cras ad audiendos duos theologos⁵ super eodem primo statu.

Fui ad card. Tridentinum, qui dixit se recepisse litteras ex Germania, in quibus dicitur, quod dux Virtembergensis occupaverit Clusiam quam vocant, locum scilicet angustum post Oenipontem, ut occupato illo transitu impediatur aditus Italicis militibus in Germaniam transgrediendi, qui dux habeat 25000 milites^b et conatur ulterius progredi ad Oenipontem. Cui ex adverso obsistit Illms D. Franciscus Castelalto cum

a hic iterum ponitur card. Geennensis.

b sic.

¹ Quid hoc sibi velit nescio. (*Letanias dixi?*)

² F. de Toletio, secundus orator Caesareus.

³ Quas ille e Germania et legati Roma acceperant.

⁴ *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 118, adn. 3 commemorat litteras legatorum communes et Cervini par-

ticulares 12. Iunii ad Farnesium datas. Cf. p. 560, adn. 1.

⁵ Cras nominantur tres, qui re vera dicebant.

⁶ Abhinc usque ad vocem *fecerunt* (p. 560, l. 4) transumptum ab *Raynaldo* ad a. 1546, n. 107.

8000 militibus, qui nunc sunt in esse, et quotidie alii conscribuntur usque ad summam eandem 25 milium. Quare velit mittere certum | cursorem ad RmmD. card. Farnesium, qui cito huc advolet cum exercitu, rogavitque ut RmDD. legati idem scriberent. Quod et fecerunt¹. Et etiam ad S. Stm scripserunt, tum hac de causa, tum certiore red-
 dentesb de gestis in congregationibus et primo capite absoluto etc.

158 V

5

Dictas literas scripsi multumque laboravi.

Rmus card. de Monte de decem scutis pro sal[ario] verb[um] fecit². L[aus] D[eo] s[it].

14. Iulii, Mercurii.

Fit congregatio generalis volentibus interesse. Nam RmDD. legati decre-
 verant audire fratrem Ambrosium Catherinum, Mirandam et generalem cappuccinorum,³ qui hoc mane loquuti sunt. Interfuerunt 27 episcopi, 6 archiepiscopi et magnus numerus theologorum. Loquuti sunt ab 11. usque ad 14. horam super primo statu iustificationis.

10

Fui ad card. Tridentinum, ut intelligerem quid novi afferret Aquilo. Dixit exercitum Lutheranorum esse sub duce Virtembergensi ad summam 20 000 peditum, et quod iam Chlusam⁴ occuparit. Sed Castelaltus et regii ministri se opponant cum 14 000 militibus; propterea bene sperandum, praesertim cum exercitus pontificis advenerit etc. Quod retuli RmDD. legatis.

15

15. Iulii, Iovis.

Fit congregatio generalis et deputantur quattuor pro decreto super iustificatione conficiendo, videlicet archiepiscopus Armacanus et episcopi Bituntinus, Nobilibus et Bellicastrensis. Deinde inceptae sunt sententiae super duobus secundo et tertio statibus iustificationis, et dixerunt usque ad Materanum. Interfuerunt card. Geennensis, Don Franciscus orator Caesareus, 8 archiepiscopi, 39 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 2 generales.

159 r

IllmDD. Caesarei oratores venerunt ad IllmDD. legatos ob rumores, qui varii in hac civitate vagantur, de timore Lutheranorum. Nam adeo sunt aliquot praelati deterriti, ut nonnulli (nisi prudentia RmDD. legatorum obviatum fuisset) de fuga cogitaverint⁵.

25

Fui ad HlmDD. de Durfe, oratorem Gallicum, qui mandatum regium a me repetere voluit, quod ei restituere nolui, cum apud acta mea reliquisset illud et in congregatione generali per me lectum fuisset.

Habui a RmDD. legatis ducatos 55 pro sal[ario], 10 pro mense, 6 mensibus.

30

RmDD. legati scripserunt ad SmDD. N. pro episcopo Asculano et abb[ati]a apud Suitenses⁶. Item de rebus, quae hic gestae sunt, et quid in futurum agendum.

Feci litteras patentes pro D. Hieronymo Fracastoro⁷, ne molestarentur a militibus pontificiis res et bona sua in villa Infugi⁸ supra Cavaglione.

16. Iulii, Veneris.

Mane hora 10. fit congregatio generalis, quae absolvitur hora 13. cum dimidia, super secundo et tertio statibus iustificationis, et dixerunt usque ad Senogallensem
 <et generalis Servorum super primo>⁹.

35

RmDD. legati hora 19. fuerunt cum deputatis pro decreto iustificationis conficiendo apud RmDD. card. de Monte usque ad 22. horam.

Congregationes et acta concilii in ordinem redegi¹⁰.

40

a sic. b cod. reddens. c corr. ex Chiusam. d incipit alius ductus manus. e alio atramento add.

¹ Has litteras novit *Friedensburg*, Nuntiaturb. IX, 118, adn. 3. Idem ibidem exhibet epistolam Madrucci eodem die datam, qua hic instantissime petit a Farnesio, ut quam citissime copias contra hostes mittat.

² Accepit pecuniam 15. Iulii, cf. infra 1. 30.

³ Cf. p. 555, adn. 4. Idem legati hoc die scribebant Farnesio (*Friedensburg* 1. c. p. 136, 1. 41; p. 156, adn. 4), qui pusillanimitatem fugientium vituperabat: 1. c. et *Pallavicin*. 8, 5, 5.

⁴ Infra in hoc diario ad 12. Febr. 1547 vocatur abbatia Helvetica; quae dicatur nescio.

⁵ Est concilii medicus, de quo v. supra p. 386, adn. 1.

⁶ *Gir. Tiraboschi*, Storia della letteratura Italiana t. VII, lib. III, c. 4, § 48, loquitur de *delizioso colle d'Incaffi*, ubi mortuum esse ait Fracastoro⁸. Augusti 1553. Nescio utrum haec villa intellegatur an alia,

⁷ Non liquet quid sibi velint haec verba. «Congregationes» possent esse relationes illae initio huius diarii positae et sic superscriptae (supra p. 469), quia distinguuntur ab actis concilii. Sed cum dicit Massarellus «acta concilii», fieri potest ut intellegat

17. Iulii, Sabbato.

Fit congregatio generalis hora 10., loquuti sunt a Senogalliensi usque Pientinum super secundo et tertio statu iustificationis. Absolvitur hora 13. cum dimidia. Interfuerunt orator Caesareus Don Franciscus, S archiepiscopi, 35 episcopi, 2 abbates, 2 generales.

5 Post congregationem, cum omnes iam surgerent et discederent, episcopus Chironensis (quia sibi videbatur, quod episcopus Cavensis, qui hoc mane suum votum dixit de iustificatione, non catholice dixisset) dixit Cavensi, quod ipse aut perfidus aut ignorans erat. Episcopus Cavensis non potuit contineri, quin ad verbera veniret, itaque dicto Chironensi barbam accipiens, eam percussit et traxit etc., in praesentia R^m legatorum
10 et fere omnium patrum. Qui se interponentes res sopita est.

Ob quam causam hora 21. fit iterum congregatio generalis, in qua inter
fuerunt 8 archiepiscopi, 40 episcopi, card. Geennensis, duo oratores Caesarei, orator
Durfe Gallus, 2 procuratores, 2 abbates, 2 generales. Actum est de dicta causa. Decretum
est, quod episcopus Cavensis detineatur in carceribus in una cella seu camera apud
15 S. Bernardinum ordinis Minorum de observantia extra civitatem Tridentinam, donec aliter deliberatum a synodo fuerit. Interim capiatur facti informatio, et cogitabitur quid agendum.

Id intimatum est D. Cavensi per mandatum nomine R^m legatorum per cursorem praesentatum Ioannem Roillarda Gallum 1, et a me ut concilii secretario subscriptum 2.

R^m DD. legati scripserunt ad Urbem et ad Farnesium Bononiam de successibus.
20 Venit Tridentum Ill^{ms} D. Iulius Ursinus, missus a R^m D. card. Farnesio 3.

Oratores Caesarei et Gallus, qui supradictae congregationi in principio interfuerunt, cum dictum esset a card. de Monte, quod non conveniebat, quod ipsi adesse[n]t, cum esset tractandum tantum de re particulari episcoporum, ipsi oratores abierunt bona
venia, antequam aliquid fieret.

25 Petiit Don Didacus licentiam eundi Venetias ob causas Caesaris per 8 aut 10 dies, quae ei data est.

Venerunt litterae e Ratisbona 12. huius4, et ex Urbe.

18. Iulii, Dominica.

R^m DD. legati miserunt me ad 11^m Don Didacum oratorem Caesareum, qui dixit mihi contenta in litteris imperialibus, videlicet quod imperator conquestus sit cum oratore
30 Veneto Ratisbonae, quod orator Venetus Romae sit conatus suadere pontifici, ne uniatur Caesareae Mu in hoc bello contra Lutheranos; 2. quod cadat suspicio Venetis, ne pontifex et imperator hac belli occasione aliqua loca Venetorum surripere velint; 3. quod admiserint oratorem Lutheranorum Venetiis, cui dixerintb, ne timeant bellum imperatoris, quia neque pontificis neque Caesaris pecuniae diu hoc bellum sustinere possunt. Quare
35 perseverent in suis opinionibus, quia sic perdurando per 4 menses non deerunt, qui in sui favorem se discoperient. Qui orator Lutheranorum obtulit Venetis 10 milia peditum et 1500 equites in suis occurrentiis, quos Veneti acceptarunt gratias agentes, et idem ipsis offerentes ex parte eorum. Cui oratori dono dederint unam pezim damasci carmesini et quaedam alia. Quare mandat Caesar oratori Didaco, ut Venetias se conferat5.

40 Accepi depositiones D. episcopi Cavensis et Chironensis, partium, et D. Reatensis et Britonoriensis, testium, super casu inter D. Cavensem et Chironensem. Quarum summa est, quod D. Chironensis dixit: tu es aut protervus aut ignarus, postquam videlicet heri mane dixerat Cavensis votum suum; et Cavensis his auditis barbam Chironensis accepta eam excussit. Qui Cavensis modo est in carceribus apud S. Bernardinum.

° cod. Gollard.

b cod. dixit (*vix corrig.* qui dixerit).

0 sic.

tantum acta sessionum, et »congregationes« sumendae sint pro actis congregationum, quas scripserat dum vota in eis dicebantur.

1 De quo cf. supra p. 554, adn. 4.

2 Mandatum extat inter acta (*Theiner* I, 192).

3 Iulius Ursinus a cardinali Farnesio (per litteras legatorum 12. et 13. datas monito) vespere 16. Iulii missus fuerat e castello S. Ioanne Bononiensium et iam 17. Iulii *dopo desinare* Tridentum pervenit, unde scripsit Farnesio eodem die, deinde 19. Iulii.

Concilium Tridentinum. I.

* Mittebantur cum aliis ad card. Farnesium destinatis (*Friedensburg*, Nuntiatgeber. IX, 109, n. 38; III, n. 39) per Aurelium Cattaneum, cf. *Friedensburg*

1. c. p. 115, adn. 1.

5 Cf. *Raynaldum* ad a. 1546, n. 100. De Venetorum consiliis v. *W. Maurenbrecher*, Karl V. und die deutschen Protestanten (Dusseldorf 1865) p. 124, qui vidit litteras imperatoris et oratoris responsum; cf. *Friedensburg* 1. c. p. 124, adn. 2, ubi de imperatoris improprietis citantur litterae Veralli 18. Iulii datae.

19. Iulii, Lunae.

Hora 19. fit congregatio generalis super his duobus statibus. Loquuti sunt 15. Deinde fuit proposita causa Cavensis, (leguntur informationes facti)a, quae ob varietatem opinionum determinari non potuit. Dimittuntur patres hora 24. et vocantur in crastinum hora 11.

Rm DD. legati scripserunt ad nuncium Caesareum Verallum de gestis in concilio, 5 et RTM D. card. S. Crucis scripsit ad D. Petrum Antonium Torellum de Salibenisb, quas litteras tulit D. Hieronymus a Corregio, qui a card. Farnesio ad imperatorem mittitur1.

Fui ad Rm D. card. Tridentinum, qui aliquanto male se habet.

20. Iulii, Martis.

Hora 11. fit congregatio generalis, in qua 10 loquuti sunt super secundo statu et tertio iustificationis. Interfuerunt card. Tridentinus, 7 archiepiscopi, 35 episcopi, 10 2 procuratores, 2 abbates, 2 generales.

Rm DD. legati scripserunt ad Urbem et Farnesium de iis quae acciderunt.

21. Iulii, Mercurii.

Mane hora 11. fit congregatio generalis, in qua de iis duobus statibus tractatur. Vide in meis notationibus. Vocantur in crastinum.

Fui ad Rlmm D. card. Tridentinum et de causa Cavensis loquutus, quod feci cum 15 Rmo card. de Monte etc.2

22. Iulii, Iovis.

Hora 11. fit congregatio generalis de his duobus capitibus iustificationis. Loquuti sunt quinque. Non interfuit card. de Monte, [sed interfuerunt] 32 episcopi, 6 archiepiscopi, 2 procuratores, 2 abbates, 5 generales. Vocantur in crastinum.

Venerunt multi ex curia Rm D. Farnesii.

20

i60v

23. Iulii, Veneris.

Hora 11. fit congregatio generalis, in qua absolvitur articulus de iustificatione, super quo 7 congregationes theologorum et 17 praelatorum habitae sunt. Dictum est patribus, ut mittant hodie ad me secretarium pro copia decreti, quod mihi R^{DD} de putati dederunt. Absolvitur hora 15. Interfuerunt card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 36 episcopi et alii, de quibus supra.

Hora 18. Rm D. card. Tridentinus exivit obviam R^{DD} D. card. Farnesio usque Roveretum, sociatus a 60 nobilibus suis0 insignibus ornatis, videlicet croceo et rubeo a calceamentis ad pileum; item 40 peditibus, quos alabardariosb vocant, eodem modo indutis; item sex aliis a pedibus etc., cum timpano et tubis etc.

24. [Iulii], Sabbati.

Venerunt mulia ex Rmo D. card. Farnesio Tridentum, et milites.

r[^] jj card. Farnesius aegrotat parum Rovereti, quare 111TM D. Octavius eius frater Tridentum non venit, ut statuerat, cui Rm DD. legati obviam ire paraverant.

Dedi multis praelatis copiam decreti de iustificatione.

a add. in marg.

b sic.

c non clare.

d sic, non multi, ut 22. Iulii.

1 Hieronymus a Corregio (cf. diar. I ad 25. Apr. 1545, supra p. 179, l. 23) 17. Iulii missus e castello S. Ioannis Bononiensium a Farnesio ad imperatorem (cum instructione eodem die data, quam exhibet A. Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der standigen Nuntiatoren [Freiburg 1894] p. 186 s.) legatis litteras Farnesii de ferebat, quas excerpsit Friedensburg, Nuntiaturb. IX, 128, adn. 1. Quem 23. Iulii le 8 hore Ratisbonae advenisse nuntiat Verallus apud Friedensburg l. c. p. 140, l. 23 et proficisci 25. Iulii refert ibid. p. 145,

1. 21; ab imperatore datae sunt Hieronymo instructio, quae legitur apud Friedensburg l. c. p. 143, adn. 1, et litterae Farnesio tradendae (extant in tabulario Neapol. teste Friedensburg ibid.). 29. Iulii Hieron. reversus erat Roveretum ad Farnesium, cf. huius epistulam eo die datam ad Verallum apud Friedensburg l. c. p. 155» adn. 1; p. 164, adn. 1.

2 De litteris hoc die a legatis ad card. S. Florae datis (in tabui. Florent. Carte Cervin. 7, 200) refert Friedensburg l. c. p. 128, adn. 1.

25. Iulii, Dominica.

Rm DD. legati iverunt Roveretum ad Rmum D. card. Farnesium, qui lenta febre laborat, qua de causa exercitus, qui illic est et hodie Lavisum ire decreverat, illinc hodie non discessit.

Rm DD. legati iverunt mane hora 7., reversi sunt hora 24.

26. Iulii, Lunae.

s iM ane Rm DD. legati iverunt obviam Illm D. Octavio Farnesio et toti exercitui pontificio a Tridento 2 miliaribus prope villam Matarelli, et in pratis loco ibi ad hoc a Rmo d. carc|. Tridentino praeparato omnes simul pransi sunt, videlicet Rm DD. cardinales de Monte et S. Crucis legati, Rm D. card. Geennensis, | Rm D. card. Tridentinus i6ir et 42 episcopi, IUTM DD. Octavius Farnesius, <capitaneus generalis exercitus>a, Ioannes Baptista Sabellus, <capitaneus generalis equitum>12, Alexander Vitellus, {generalis peditum>a, Paulus Vitellus, Fridericus Sabellus, Iulius Ursinus, Sforzinus Sfortia de S. Flore, frater Rm D. card. de S. Flore, colonelli, nec non alii quamplurimi capitanei et nobiles, ad summam fere 600. Qui in mensis sederunt et honorifice ac splendide excepti sunt.

Dum in prandio² erant, omnis exercitus suo ordine ante mensam RmTM legatorum [5 pertransiverunt. Qui exercitus est peditum 12000 et equitum 800, et omnes sunt Itali. Quos tamen sequuntur ultra 500 nobiles Italici, qui sua pecunia militant³, cum causa religionis bellum hoc susceptum sit, nempe contra Lutheranos.

Rm D. card. Tridentinus dedit etiam prandium suis expensis toti exercitui, vide licet panem, vinum et assatas carnes et caseum, adeoque omnis exercitus liberalitate 20 card. Tridentini pransus est⁴.

Hora autem 16. incepit pertransire ante menia Tridentina exercitus, et pertransierunt usque ad horam 22. erectis vexillis, quae sunt 55 peditum et 4 equitum, cum tamen exercitu, ut aiunt, ultra 8 milia⁵ equites⁴ et 25 milia hominum eunt et ultra 1500^o capitanei (licet sine cohorte)⁵.

25 Iverunt hoc sero ad Lavisum, villam a Tridento 5 mill.

27. Iulii, Martis.

Rm DD. legati mane hora 8. iverunt Roveretum ad Rm D. card. Farnesium, qui ibi febre laborat; propterea exercitum sequi non potuit. Rm DD. legati iverunt, ut Dni S. Rm^{ae} inservirent, ob gratiam pontificis, cuius cardinalis Farnesius ex filio naturali nepos est.

28. Iulii, Mercurii.

30 Hora 13. revertitur ex Rovereto card. de Monte.

Hora 19. fit congregatio, et decernitur cras non esse habendam sessionem, sed differendam ob bellorum tumultus, quia decretum iustificationis expediri | non potuit, et 16 1V dies pro futura sessione habenda incertus relictus est pro nunc.

Item liberatur episcopus Cavensis a carceribus, dummodo non appareat per civitatem neque intret synodum, sed eat ad Sm D. N. pro absolutione. Absolvitur hora 24. Vide quae ibi ego adnotavi. Propter quod tota die occupatus detineor. Rm card. S. Crucis non interfuit, quia est Rovereti apud Rm D. card. Farnesium, qui illic aegrotabat. Interfuerunt duo oratores Galli, secundus et tertius, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, episcopi 37, procuratores 2, abbates 2, generales quinque.

a *supra lin. add.*

b *in marg.*

c *sic*, 8.

d *sic*.

e *sic; corrig.* 500, ut lin. 16?

1 Excerpta apud Raynaldum ad a. 1546, n. 107.

2 De litteris ab hoc de expeditione datis ad Octavium Farnesium cf. *Friedensburg*, Nuntiaturberichte IX> 129-

3 Utinam hoc fuisset verum! Sed potius hi nobiles maiorem stipendiorum partem absorbebant, ut pro milite gregario non sufficerent, cf. *Friedensburg* l. c. IX, xxvi.

4 Card. Tridentinus 22. Iulii scripserat Farnesio affatim provisum esse de victu, »altrimente di quello che d'alcuni maligni gli e stato detto«; *Friedensburg* l. c. p. 128, adn. 1.

5 Hoc die concepta est illa instructio Montemerlo a legatis data, ut referret papae de necessitate transferendi concilium, quam exhibet *Friedensburg* l. c. IX, 588, n. 10*.

29. Iulii, Iovis.

Rms D. card. de Monte revertitur Roveretum ad card. Farnesium. Ego autem permansi Tridenti ob negocia sacri concilii¹.

(Erat dies indictae 6. sessionis, sed differtur ob causam supradictam.)^a

30. Iulii, Veneris.

RmM p carcj jg Monte revertitur ex Rovereto, et fit hora 19. congregatio generalis, in qua per episcopum Bituntinum legitur decretum de iustificatione a quattuor⁵ deputatis confectum, et Armacanum retulit considerationes doctorum theologorum extra^h concilium super dicto decreto. Nam omnes theologi Rm^{OTM} DD. legatorum iussu conveniunt his diebus apud D. Armacanum et sententias super decreto dixerunt.

His factis oritur maxima altercatio inter Rms DD. card. de Monte et Geennensem de die certo vel incerto pro futura sessione statuenda¹⁰, adeo quod ad verba etiam inhonestum ventum sit una cum Rm Tridentino, qui partes Geennensis fovebat, et in tantum exanduerunt, ut necesse fuerit per patres omnes surgentes res sedari, licet non sine maxima utriusque partis contentione. Quod in causa fuit, ut congregatio absolveretur re infecta, nulla habita conclusione. Itaque dimittuntur patres sic hora 22. Interfuerunt huic congregationi duo oratores Galli, secundus et tertius, archiepiscopi 8, episcopi 36, 15 procuratores 2, abbates 2, generales 5. Videndum in meis notationibus².

31. Iulii, Sabbati.

Rmus j) card. de Monte una cum Pigh[in]o et caeteris examinarunt impedimenta circa residentiam episcoporum, quae ei dederam.

dRmis j) car(j g Crucis reversus est e Rovereto.

x. Augusti, Dominica, 1546. Tridenti.

Rm DD - legati fuerunt insimul mane a 12. usque 14. horam et a 18. usque 21., 20 loquuti de casu qui accidit in ultima congregatione, et scripserunt ad Urbem.

Discessit exercitus Hispanus Germaniam versus³.

2. Augusti, Lunae.

Mane hora 14. ingressus est Tridentum Rms et 1111TM D. card. Farnesius, legatus exercitus pontificii, qui proficiscitur Germaniam contra Lutheranos. Cui RmD. cardinali iverunt obviam Rm DD. legati una cum omnibus patribus conciliaribus usque ad secundum²⁵ lapidem. In ingressu civitatis card. Farnesius ivit medius inter duos Rms legatos. De scendit in palatium c Tridentini, unde Rm DD. legati domum suam reversi sunt.

Hora 19. Rm DD. legati iverunt ad Rmim Farnesium, penes quem steterunt usque ad 23. horam, de rebus concilii loquuti, praesertim de mutatione loci⁴.

in marg. b cod. ex. t sic. d abhinc et die sequenti alius ductus manus.

¹ A.] iud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 155, n. 51 est epistula hoc die a legatis ad Verallum data, in qua de timore praelatorum discedere volentium referunt et Ferrariam vel Luccam ad transferendum concilium proponunt. Quod erat secundum litteras cardinalis camerarii nomine papae 23. Iulii ad Farnesium datas (*Friedensburg* 1. c. p. 141, n. 46), quas hic certe (*Friedensburg* 1. c. p. 155, 124 ss.) cum legatis communicaverat.

² Litteras Cervini ad card. S. Florae 30. Iulii datas excerptis *Friedensburg* 1. c. p. 155, adn. 1.

³ Ferrantes Gonzaga, Mediolani pro imperatore gubernator, copias Hispanas se missurum esse pollicitus erat, quas 19. Iulii Madrucci dixerat esse in itinere Tridentum versus: Iulii Ursini epistula apud *Friedensburg* 1. c. p. 128, adn. 1; cf. ibid. p. 119, 120 ss. Advenisse Hispanos ex Pedemonte 15. Augusti refert

Serristorus apud *Friedensburg* 1. c. p. 187, 1. 28, idemque Hispanos e regno Neapolitano expectari (1. c.) et 18. Augusti advenisse ^A*Friedensburg* 1. c. p. 191, 1. 22) ait. Tandem eodem 18. Augusti dux equitum Ferrariensium, D. Alfonsus de Este, advenit (1. c. 1. 25).

⁴ De translatione vel suspensione concilii iam 10. Maii Cervinus scripserat Farnesio (*Duffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 518, n. 424) 19. Maii Maffeo (ibid. p. 527 > n. 431); econtra Verallus 8. Iunii Farnesio (*Friedensburg* 1. c. p. 69, n. 25) et 9. Iunii legatis (*Duffel-Brandi* 1. c. p. 554, n. 453; cf. *Friedensburg* 1. c. p. 70, adn. 1), eodem die etiam card. Augustanus legatis (*Duffel-Brandi* 1. c. p. 554, n. 454, cf. *Friedensburg* 1. c.) scripserat imperatorem minime passurum esse translationem praetextu belli; cf. *Duffel-Brandi* 1. c. p. 555, adn. 1; *Friedensburg* 1. c. p. 135, 1. 34 et adn. 1.

3. Augusti, Martis.

Rm DD. legati iverunt ad Rmm Farnesium, ubi fuerunt per totam diem.

D. episcopus Fanensis discessit e Tridento iturus ad imperatorem, ut animum S. Mtis trahat, ut sit contenta, quod concilium transferatur ex Tridento ad aliquam tutiorem civitatem Italiae propter bella, quae ubique circumcirca sunt in Germania, missus a Rmis DD. legatis et card. Tridentino et Geennensi et praelatis, licet non conciliariter¹.

4. Augusti, Mercurii.

162V

Rm DD. legati miserunt D. Achillem de Grassis Romam ad Sm^m D. N., ut S. Stis animum inducat ad transferendum hinc concilium ad aliquem tutiorem locum, cum id maior pars patrum expostulet, praesertim Itali.

10 Rm DD. legati iverunt ad card. Farnesium, ubi fuerunt per totam diem.

D. episcopus Fanensis reversus est Tridentum, quia prope Brixinam invenit D. Aurelium secretarium card. Tridentini, qui e curia Caesaris revertebatur; qui dixit se habere mentem Caesaris, qui non vult, quod concilium ex Tridento transferatur, minas addendo, quod alias concordabit cum Lutheranis et ea aget, quae expedire ei magis videbuntur. Quare ipsum Fanensem monuit, ut reverteretur, quia nihil profecisset in tali negotio, propter quod ipse ad Caesarem accedebat. Cum haec D. Aurelius card. Farnesio et legatis retulisset, miserunt pro D. Achille de Grassis, qui iam equos ascenderat et ultra 15 milliaria hinc aberat².

5. Augusti, Iovis.

Datus est pileus cardinalitius Rm D. card. Geennensi³. Igitur celebrata est missa 20 sollemnis in cathedrali, quo accesserunt Rm DD. legati et caeteri omnes conciliares. Celebravit episcopus Castellimaris, pileum dedit et imposuit capiti Rm D. card. de Monte post missam, indutus pluviali et mitra, et solitae caeremoniae peractae sunt et iuramentum praestitum. Deinde absoluta missa omnes iverunt ad castrum, ubi Rm D. Tridentinus laudatissimum et lautissimum prandium omnibus habuit excepto card. S. Crucis, 25 qui cum Farnesio, qui est adhuc in lecto, remansit. Postea domum reversus iterum ad Farnesium ivit, ubi permansit cum card. de Monte usque ad noctem.

Pileum tulit D. Antonius Helius⁴, secretarius card. Farnesii.

6. Augusti, Veneris.

Dedi Rm domino meo adnotationes theologorum extra concilium super decreto de iustificatione. Quia tota die pluit, non iverunt ad Rm^m Farnesium Rm legati.

30 Discessit D. Achilles de Grassis, missus a Rmis legatis et card. Farnesio Romam ad Sm^m D. N., ut de concilio transferendo et loco mutando procuret⁵.

Sabbato, 7. Augusti.

Tota etiam nocte et die pluvia invalescente Rm DD. legati iverunt ad Rm D. Farnesium 6 hora 19. et permanserant usque ad 23. Fui cum eis.

1 »Instruttione che si dava a Monsr de Fano, se fusse andato alia corte della M^{te} Cesarea» apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 589, n. 11*.

2 Aurelius Cattaneus (de cuius negotiis imperator 31. Iulii, quo die revertebatur, scripsit Ioanni de Vega, apud *Maurenbrecher*, Karl V [Diisseldorf 1865] p. 70*—73*) habebat litteras Veralli ad Farnesium 30. et 31. Iulii datas (*Friedensburg* 1. c. p. 158, n. 52), quibus ille nuntiabat imperatorem valde irasci Cervino minasque contra cum protulisse, ut qui concilium suspendere vellet; praeterea Aurelio mandatum erat, ut imperatoris minas ipsi Cervino deferret, cf. Cervini epistulam adn. 5 huius pag. citatam (et infra p. 567, adn. 3). Litteras Veralli ad legatos eodem die datas excerptis *Friedensburg* 1. c. p. 163, adn. 3; confessorii imperatoris ad Farnesium epistula commemoratur ibid. p. 163, l. 25.

8 Birettum cardinalicium acceperat iam mense Ianuario, cf. diar. I ad 11. Ian. 1546, supra p. 371, l. 13 ss.

4 De quo v. supra p. 266, adn. 1; p. 389, l. 23.

5 Litteras credenciales pro Achille 6. Augusti datas vidit *Friedensburg* (cf. Nuntiaturber. IX, 180, l. 32) in tabulario Vat. *Carte Farnes.* I. Achilli sine dubio tradebantur litterae Cervini 5. Augusti datae et ad pontificem perferendae, quas commemorat *Friedensburg* 1. c. p. 163, adn. 2, excerptis *Gius. de Leva*, Storia documentata di Carlo V, tom. IV (Padova 1881), 196, adn. 3: in quibus refert Cervinus de improprietis ab imperatore factis. Quae eodem tempore refutavit, mitens Verallo scripturam editam a *Friedensburg* 1. c. IX, 590 ss., n. 12*.

6 Cuius extant litterae 7. Augusti ad Verallum datae (in tabular. Neapol. *Carte Farnes.* fasc. 700,

Scripserunt ad Urbem 1.

Fuit ad me heri D. Robertus Cima de Cingulo, qui est cum Rm Farnesio; com
modavi ei 2 aureos. De rebus Senarum 2 loquuti ad longum.

Discessit episcopus Fanensis 3, iturus ad pontificem pro eadem re, qua Achilles de
Grassis, ut supra.

5

i63r

8. Augusti, Dominica.

Rm DD. legati iverunt ad Rm Farnesium, ubi permanserunt a 16. usque ad 19.
Rm jj card, s. Crucis celebravit privatim.

Dedi fratri Hieronymo ab Oleastro acta concilii usque ad hodiernam diem, de
sessionibus quinque.

9. Augusti, Lunae.

Rm DD. legati iverunt ad card. Farnesium, apud quem fuerunt a 18. usque 23. 10
horam. Fui ibidem et orationem Gallorum 4 habui.

Dedi fidem brevis decimaram D. episcopo Fesulano pro beneficiis in diocesi Nucerina.
Scripsi ad pontificem pro episcopo Cavensi communi[ter] 5.

10. Augusti, Martis.

Mane hora 12. discessit ex Tridento Rm D. card. Farnesius Germaniam versus
ad Caesaream Mm legatus exercitus pontificii contra Lutheranos. Rm DD. legati, card. 15
Tridentinus et Geennensis totusque cetus conciliaris comitati sunt eum extra Tridentum
per medium milliarem 6.

Dedi fidem episcopo Nemosiensi, quod sit praesens in concilio, sub dat. 20. Iulii
praesentis.

11. Augusti, Mercurii.

Intimata erat congregatio generalis, sed propter ingentem pluviam desinti- 20
mata fuit.

Rm DD. legati fuerunt per totam fere diem simul pro tractandis in futura congre-
gatione generali, cum de mutatione concilii et loco alio deligendo tractandum sit.

Rm j) Farnesius scripsit ad Rm DD. legatos et rogavit, ut congregatio non
fieret, antequam ex pontifice responsum veniat; propterea etiam congregatio hodierna 25
habita non est 7.

12. Augusti, Iovis.

8 nimis j). Didacus a Mendocia venit hora 19. ad Rm DD. legatos, cum quibus fuit
usque ad 24., loquutus de mente imperatoris, quod non vult, ut concilium ex Tridento
transferatur.

Intimatur congregatio pro crastina die hora 12. Deus faxit. In maximo enim peri- 30
culo sunt res christianitatis: undique profecto ingentia mala imminet. Ex una enim [parte]
imperator non solum dicit, quod non vult, quod concilium ex Tridento discedat, sed
etiam minatur, ne aliquis loquatur de translatione. Praesertim minatus est Rm card.

cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 181, adn. i), in
quibus inter alia Cervinum defendit contra inanes im-
peratoris accusationes.

1 Quas litteras perferebat sine dubio episcopus
Fanensis. *Friedensburg* 1. c. p. 181, adn. 3 com-
memorat epistulas legatorum et Cervini particulares
9. Augusti datas.

2 In litterarum universitate Senensi Massarellus
studia sua fecerat, cf. diar. I ad 26. Februarii 1545,
supra p. 153, l. 27 cum adn.

8 Missus a card. Tridentino (in cuius palatio habi-
tabat, cf. infra ad 22. Febr. 1547) a quo pensionem
500 aureorum et miras promissiones habebat, cf. [lo-
annis Baptistae Cervini] litteras 21. Augusti ad card.
S. Crucis datas apud *Friedensburg* 1. c. p. 202, adn. 2),
ut Cervinus 9. Augusti scribit pontifici, cf. *Friedens-
burg* 1. c. p. 182, 18 ss.

4 i. e. orationem ab oratore regis Gallorum habi-
tam (cf. supra p. 558, l. 32).

5 Epistulas legatorum communes et Cervini par-
ticulares 9. Augusti Romae scriptas excerpit *Friedens-
burg* 1. c. p. 181, adn. 3.

6 Eodem die vespere scripsit Farnesius legatis ex
castello S. Michaelis (Flor., *Carte Cervin.* 9, 203 apud
Friedensburg 1. c. p. 182, adn. 1). Cui eodem die
legati litteras miserunt de transferendo concilio, at die
sequenti aliter scribebant, *Friedensburg* 1. c. p. 182,

1. 29 ss.

7 Etiam Veralli litterae 5. et 6. Augusti datae super
venerant, ut ipsi legati 11. Augusti scribebant Farnesio,
Friedensburg 1. c. p. 182, l. 41 ss.; *Pallavic.* 8, 8, 5-
Praeterea legati scribebant Romae: *Friedensburg* 1. c.
p. 193, adn. 1.

8 Cf. *Raynaldwn* ad a. 1546, n. 127.

S. Crucis, cui impingunt, quod cupiat et agat, ut concilium hinc transferatur. Contra quem cardinalem adeo prorupit in iniurias, obiurgia et minas imperator, ut nunquam contra aliquem talia dixerit¹. Ex altera vero ob imminencia bella locus iste tutus non est, et undique Lutheranis circumvallatur et rusticis, qui etiam contra proprium
 5 episcopum non semel machinati et crassati sunt²; ne dicam rerum omnium in hac civitate penuriam, sterilitatem et loci angustiam. Deus igitur faxit, ut quod reipublicae cliristianae expedit et Dei gloriam concernit, fiat. Amen³.

13. Augusti, Veneris.

163V

Mane hora 12. fit congregatio generalis, in qua Rmus D. card. de Monte patribus proposuit, qualiter non esset timendum neque de Lutheranis neque de aliis,
 10 sed bono animo hic permanendum, cum praesertim bona nova de invictissimo Caesare audiantur ex Germania. Quare admonuit patres⁴, ne discedant ex Tridento, sed bono sint hic animo, ne dicatur de nobis, inquit, *trepidaverunt ubi non erat timor*⁵. Igitur, inquit, materiam nostram aggrediamur, quam diu ob officia tum publica tum privata card. Farnesio praestita praetermisimus. Atque decretum de iustificatione a patribus
 15 quattuor deputatis, id est Armacano, Aciensi, Bituntino et Bellicastrensi confectum examinandum proposuit. Supra quo sententias exquisivit, et dictae ab aliquibus fuerunt, licet fere omnes se non vidisse decretum excusaverint. Episcopus S. Marci orationem luculentam habuit, hortans patres, ne discedant ex Tridento, rationes confutans, ob quas aliqui timent et discedere vellunt⁶. Quod a nemine est tactum excepto Caprulano, cui
 20 silentium impositum est. Interfuerunt tres oratores Gallici et Don Didacus orator Caesareus, duo legati, card. Geennensis, 8 archiepiscopi et 34 episcopi, 2 abbates, 2 procuratores, 5 generales.

14. Augusti, Sabbato.

Rmi DD. legati scripserunt ad Urbem de gestis hic post alium cursorem⁷.

Rmus card. S. Crucis scripsit ad Rorarium in responsione duarum suarum, et
 25 ad Rdm archiepiscopum Beneventanum, legatum Venetiarum, mittens librum D. Rorarii de animalibus⁸.

Scripsi decretum de iustificatione.

Fui ad Rmum D. Geennensem, cui dedi scripturas de iustificatione, quae ex Urbe ad Rmos DD. legatos transmissae sunt⁹.

1 Qua de re 15. Augusti Cervinus scripsit pontifici imperatorem per secretarium Madrucii sibi minatum esse, »che, se V. non mi havesse castigata lei, mi castigheria la Mta Sua, e che io non staria seculo in nessun luogo« (*Gius. de Leva*, Storia docum. di Carlo V, voi. IV, p. 196, adn. 3), et Verallus 31. Iulii scripserat legatis de eadem re: »certo non ho veduto mai S. tanto turbata, dache sono in questo servitio« (*Friedensburg*, Nuntiatuber. IX, 164, 1. 24). Cf. p. 565, adn. 2. »La minaccia che l' avrebbe fatto gettar neir Adige, riferita dall' *Adriani*, Storia de' suoi tempi, 1. 5> e sulla sua autorita ripetuta dal *Sarpi*, non ha fondamento alcuno«; *de Leva* 1. c. p. 197.

2 Legati 29. Iulii (cf. supra p. 564, adn. 1) querelas suas effuderant Verallus (*Friedensburg* 1. c. p. 156, 1. 18 ss.): »essendo tutto questo paese povero et desideroso di novita, come con minor occasione si vidde al tempo dei Cardinal passato [significatur seditiones rusticorum sub Bernardo Clesio, *Friedensburg* 1. c. p. 156, adn. 3], et spargendosi rumore, che li Grisoni Luterani sono in arme, quali confinano quasi coi Tredentino et possono esser qui senza contrasto in tre o quattro giorni.« Massarellus quae supra scripsit aut desumpsit ex hac epistula aut a legatis eadem audierat.

3 Litteras legatorum hoc die ad card. S. Florae datas novit *Friedensburg* 1. c. p. 183, 1. 24; p. 193, adn. 1.

4 *Raynaldus* ad a. 1546, n. 129. 5 Ps. 13, 5.

6 Oratio apud *Le Piat* III, 468 s.

7 i. e. post discessum ultimi cursoris sive post scriptas ultimas litteras (quae 12. Aug. missae erant). — Simul legati scribebant Farnesio in Germaniam, *Friedensburg* 1. c. p. 183, 1. 26.

8 Iam ad 1. Sept. 1545 (cf. diar. I, supra p. 255, 1. 18) retulit Massarellus: »il card. S. Croce hebbe dei Rorario le sue lettere de 7 d' Agosto con il libro dicatoli«. Quare non credo cogitandum esse hic de libro, quem Cervinus miserit Venetias ad nuntium, ut hic eum describendum curaret, sed de libro a Rorario composito (sed etiam Aristotelis *De Animalibus* liber vel Aeliani *Historia animalium* intellegi possunt, quia Cervinus semper libros auctorum classicorum colligebat et non semel Venetias mittebat, ut describerentur; cf. ex. gr. p. 217, 1. 33; infra ad 29. Aug.).

9 Farnesius iam 30. Iunii scripserat legatis (*Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 572, n. 473): »Li capi che V. gne Rme hanno mandato in nota sopra l' articolo della iustificatione si sono di gia dati a veder a questi theologi di Roma, in essecutione della diligentia che l' hanno ricordato; solleciterassi di haver il ristretto et mandarlo quanto prima a V. Srie Rme.« Qui theologi enumerantur a *Pallavicino* 8, 1, 1. Quando missae sint legatis illae scripturae nescio, quia epistulae post 30. Iunii inter curiam legatosque scriptae nondum sunt editae.

"Fiunt vesperae hora 19. propter vigiliam assumptionis in cathedrali, quo accesserunt Rm DD. legati una cum omni cetu conciliarium et tribus oratoribus Gallicis.

15. Augusti, Dominica.

Mane in festo assumptionis fit missa solemnis, quam celebravit Rdl^a D. archiepi scopus Senensis in cathedrali, quo iverunt Rm DD. praesidentes et ceteri conciliares, et multi nobiles et doctores sacrae theologiae.

5

Tota nocte et die pluit.

Heri primum et hodie nixit in montibus circumadiacentibus.

Reversus est Tridentum Don Franciscus a Toletto orator Caesareus ex curia Caesarea, cum iam per mensem hinc discessisset¹.

16. Augusti, Lunae.

Ivi nomine Rm DD. legatorum visitatum Don Franciscum a Toletto oratorem Caesareum, qui gratias egit, hodieque ad Dn^{es} S. Rm se venturum dixit. Erat in domo Don Didaci a Mendocia, alterius oratoris Caesarei, ubi etiam card. Tridentinus aderat, simul pransuri.

10

bDon Franciscus a Toletto et Don Didacus a Mendocia oratores Caesarei venerunt simul visitatum Rm DD. legatos hora 19., cum quibus fuerunt usque ad 22.

15

17. Augusti, Martis.

Hora 12. fit congregatio generalis, in qua dicuntur vota super decreto iustificationis, et decernitur fieri ieiunium et processiones pro felici successu belli contra haereticos in Germania. Interfuerunt secundus et tertius oratores Galli et primus Caesareus.

Discessit Don Franciscus a Toletto Florentiam versus².

18. Augusti, Mercurii.

Rmus car{} g Crucis ivit spatiatum supra montem arcis.

20

Fit ieiunium ob felicem successum belli contra Lutheranos.

Rm DD. legati fuerunt insimul hora 17. propter res Farnesii de pecuniis³.

ig. Augusti, Iovis.

Mane fit processio pro iubileo imposito a summo pontifice contra haereticos pro felici successu Caesarei belli. Discessit ab ecclesia Trinitatis, ubi convenerunt omnes conciliares, et acceptis ibi pluvialibus et mitris tam legati, quam cardd. Tridentinus et Geennensis accesserunt processionaliter cum omnibus religiosis huius civitatis cum magna devotione ad ecclesiam b. Mariae Maioris, ubi celebravit missam solemnem de spiritu sancto Rdl^a D. episcopus Pacensis, et sermonem habuit D. episcopus Bituntinus, sumens thema ex principio psalmi: *Deus noster refugium et virtus, adiutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis* etc.⁴ Missa absoluta fuit annunciata omnibus interessentibus indulgentia plenaria in forma ecclesiae consueta. Deinde omnes reversi sunt ad domos suas.

25

30

Venit cursor ex Urbe, qui est primus post applicuionem de Grassis Romam⁵, et

a incipit alius ductus manus.

b diversus ductus manus.

¹ Qui obviam factus erat Farnesio, cf. huius litteras 14. Aug. Brixinone datas et excerptas apud *Friedensburg*, Nuntiatgeber. IX, 183, l. 34.

² 16. et 17. Augusti legati scribebant Farnesio petentes ut ab officio praesidendi absolverentur et quarentes, quod deliberationes ab imperialibus protraherentur, *Friedensburg* l. c. p. 183, l. 29 ss. — Franciscus de Toletto ab imperatore ad Florentinorum ducem mittebatur, ut ab eo pecunias commodatas acciperet, ad minus 150000 ducatos (cf. *Friedensburg* l. c. p. 188, adn. 1), quia admodum deerat pecunia

imperator, qua militibus stipendia solveret. Reversus Florentia Franciscus transibat Tridentum 11. Septembris, cf. infra p. 573, l. 24 ss.

³ Imperator ducenta milia aureorum a pontifice sponsa quam celerrime habere studebat, cf. plures epistulas apud *Friedensburg* l. c. IX, ex. gr. n. 47, p. 145; n. 52, p. 159 s.; n. 53, p. 167 s.; n. 62, p. 195 s. etc.; et infra ad 24. Augusti.

⁴ Ps. 45. 2.

⁵ De cuius itinere v. supra ad 6. Augusti, p. 5^a 5) 1. 30 s. et adn. 5.

hora 1. noctis discessit ad card. Farnesium. Quare legati fuerunt simul per quatuor horas.

Fui ad fratrem de Vega¹ pro decreto, et loco Irenaei super 8. Ioannis de adultera².

20. Augusti, Veneris.

164"

Fit ieiunium propter indulgentias praedictas.

Scripsi decretum de iustificatione.

Scripsi schedulam] fratri meo, monendo ad accipiendum iubilaeum. Fui cum D. Costantino et Barile cantore³ ad Serram prope flumen Athesim.

Rm DD. legati fuerunt insimul a 19. usque 24. horam.

21. Augusti, Sabbati.

Fit ieiunium pro causa antedicta et confessus] s[um] p[re]ccata] apud S. Bern[ardinum] guard[iano] cum Const[antin]o.

Rm DD. legati scripserunt ad Urbem et ad Rm DD. Farnesium ad curiam Caesaream⁴, cum litteris legati Venetiarum.

Rm j) card. S. Crucis dedit mihi probationem capitis 8. Ioannis de adultera⁵.

22. Augusti, Dominica.

Rm £) card. S. Crucis mane celebravit in camera privatim, et communicavit suos familiares satis devote et paterne.

Ivi cum Lorenz[i]no et Cino Pergenuma et ad virginem de Civizano⁶, a Tridento primo 6, secundo 4 miliaribus. Pergeni invenimus archiepiscopum Senensem, qui nos benigne domi suae excepit. Ivimus [hora] 17., reversi sumus 23.

23. Augusti, Lunae.

Rm DD. legati fuerunt insimul apud Rm DD. de S. Cruce et miserunt me ad D. episcopum Bossanensem pro suo famulo, qui de eo conquerebatur propter sal[ariu]m etc. Qui retulit mihi rem qualiter se habebat, et de decreto, Sotto⁷ etc. Quae ipsis Rm legatis retuli.

Scripsi decretum de iustificatione a card. S. Crucis confectum⁸.

Incepta summa votorum de iustificatione Rm fratre Marco auxili[i]ato⁹.

24. Augusti, Martis.

Rm DD. legati fuerunt insimul, quia venit magister postarum D. Matthias¹⁰ cum pecunia pro solvendo exercitu pontificio, qui est in Germania.

a sic. b vel auxiliant]e/3

¹ Andreas de Vega ord. Min. observ., cf. supra p. 489, l. 26 et adn. 5.

² Quod caput num genuinum esset iam ab antiquis dubitabatur; cf. ad 21. Augusti.

³ Constantinus Cinus saepe commemoratus; alter in indice officialium in tab. Vat. *Concil.* 77, f. 113 (cf. supra p. 554 » aⁿ- 4) vocatur »D. Yvo Baryl de Corbelio, Parisiensis diocesis, cantor capellae concilii, altus«.

⁴ Card. S. Florae in litteris 17. Augusti Romae ad Farnesium datis loquitur de *altra mia*] quam conicit *Friedensburg* (Nuntiatibus. IX, 193, adn. 2) missam esse 16. Augusti cum alia ad legatos data. Variae^{*} epistulae (Veralli: *Friedensburg* 1. c. p. 191, l. 17 ss.; card. camerarii: ibid. p. 193, l. 19; Bernardini Maffei ad Cervinum: *de Leva*, Storia di Carlo V tom. IV, p. 200, adn. 2; cf. *Friedensburg* 1. c. p. 193, l. 32 ss.) 17. Aug. datae vix 21., sed potius 22. vel 23. Aug. legatis tradebantur. — Litteras a legatis hoc die Far-

Concilium Tridentinum. I.

nesio missas excerpsit *Friedensburg* 1. c. p. 193, adn. 3; de epistula Romae scripta nil inveni.

⁵ Cf. ad 19. Aug. Cervinus per epistulas Sirleti (cf. supra p. 537, adn. 3) semper locos patrum ad res in concilio tractatas vel tractandas pertinentes habebat.

⁶ Descriptio in diar. I ad 9. Septembris, supra p. 264, l. 21 ss.

⁷ Hoc interpretandum erit: quid Sotus de decreto dixerit, vel: quod Sotus fecerat.

⁸ Variae formae decreti a Cervino confectae in tab. Vat. *Concil.* t. 62, f. 466 et 477.

⁹ Extat Laurei manu scripta in tab. Vat. *Concil.* t. 62, f. 431 ss.

¹⁰ Qui deferrebat litteras pro Farnesio 20. Aug. datas a card. camerario (cf. huius epistolam 24. datam apud *Friedensburg* 1. c. p. 201, l. 15) et varias alias, cf. *Friedensburg* 1. c. p. 201, adn. 1 et 2; ibid. de pecuniis a Matthia deportandis.

Scripsi decretum de iustificatione a card. S. Crucis confectum.
Cum D. P. Fran. Iu[si], 31 lucrjatus].

16 5 ^

25. Augusti, Mercurii.

D. Matthias discessit cum pecunia pontificia Germaniam versus¹.
Incepimus summam votorum praelatorum super primo statu iustificationis cum fratre
Marco Laureo, in quo totam diem consumpsimus. 5

26. Augusti, Iovis.

Rms D. card. Geennensis venit visitatum Rms DD. legatos, separatim tamen,
propter res Germanicas.

Fit summa iustificationis, ut supra.

Conscribuntur milites ituri in Germaniam ad Castelaltum² ducem regis Romanorum.

Rra DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum pro fide brevis decimarum pro 10
Corcirensi.

27. Augusti, Veneris.

Acta concilii scripsi et decretum de iustificatione, et Ius[i], 43 gr. lucrifatus].

Rmi DD. legati scripserunt ad card. Cornelium³ pro praelatis, qui sunt Brixiae.

28. Augusti, Sabbati.

Hora 20. fit congregatio generalis⁴, in qua per praesidentes proponitur, an sit
terminandus articulus de certitudine gratiae vel tantum damnanda assertio Lutheranorum, 15
qua dicunt, quilibet iustificatus scit, immo tenetur credere certo, se esse in gratia Dei, et
articulus relinquatur indecisus. Quod ultimum approbatum fuit. Interfuerunt duo legati,
card. Geennensis, Don Didacus orator Caesareus, duo oratores — secundus et tertius —
Gallici, 7 archiepiscopi, 30 episcopi, 3 generales, 5 abbates, 1 procurator. Dimittuntur
hora 23. Vide quae ibi adnotavi. 20

Fui apud D. Didacum oratorem Caesareum, cum quo permansi per 2 horas, de variis
loquutus, praesertim de ira, quam imperator cardinali S. Crucis ostendit⁵, et unde ortum
habere potuerit, et de eius bibliotheca. Petii ab eo libros 17 Cyrilli graecos pro card.
S. Crucis, quos annuit libenter se ostensuros⁶ et commodaturos, et de eius discessu
Romam, orator etiam Caesareus⁶. 25

Reddidi ei quintam et septimam synodum Graecam.

365V

29. Augusti, Dominica.

Mane card. S. Crucis ivit spatiatum Athesim et Serram versus hora 13.

Post prandium fui ad D. Didacum oratorem Caesareum, cui dixi de libro Cyrilli
Venetias transmisso ut transcribatur, et quod pars prima hic a suo scrip[ito]re tra[n]scribitur].

Fui ad card. S. Crucis per 3 horas de decreto iustificationis, et tota die congre- 30
gationes generales elapsas in formam reduxi; ex Laureo nonnulla.

Rmi DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio ex Germania, quod applicuerat
ad curiam Caesaream 24. huius⁷, cum imperator esset ultra Danubium non longe a Ratis-
bona cum omni exercitu, cum quo praeparaverat ire contra Iantgravium.

a corr. pro 6.

b sic.

¹ Cui legati dabant litteras Farnesio tradendas (et traditas Ingolstadii 29. Aug.), quas excerpit *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 201, l. 38 ss.

² Qui cum exercitu erat apud Clusam Ehrenbergensem, donec 5. Septembris ea capta abiit, cf. *Friedensburg* l. c. p. 187, l. 32 s.; infra ad 7. Sept. p. 572, 1.25/26.

³ Alias Andreas *Cornarius* vocatus, Brixienis episcopus a. 1543—1551, quo anno 30. Ianuarii decessit (*Giacon.* III, 705).

⁴ Cf. *Raynaldum* ad a. 1546, n. 129.

⁵ Cf. p. 567, l. 1 ss. et adn. 1.

⁶ Cf. infra p. 590, l. n et adn. 2.

⁷ *Friedensburg* l. c. p. 206, l. 27 excerpit has litteras; idem praeterea p. 204 ss. exhibet Farnesii litteras 25. Augusti ad card. camerarium datas et varias epistularum ab aliis scriptarum (ab Alexandro Vitello ad camerarium p. 205, l. 1 ss.; ab archiepiscopo Ragusino ad eundem l. 27 ss.; a Farnesio ad pontificem l. 39 ss.) dat epitomas.

30. Augusti, Lunae.

Venit cursor ex Urbe cum litteris ad Rm DD. legatos et per Germ[an]iam 1.
Fui cum card. S. Crucis pro decreto conficiendo per 3 horas.
Dedi episcopo Feltrensi impedimenta circa residentiam praelatorum.

31. Augusti, Martis.

Mane scripsi decretum de iustificatione, et frater Marcus perfecit vota super eodem
5 articulo.
aPost prandium fui Pergenum ad mineras, hoc est argenti fodinas (jrhroldi una
cum D. Miniato]a et Cino; reversi hora 24.
Venit cursor ex Urbe cum litteris ad Rm DD. legatos et card. Farnesium per Germaniam 3.
Fui ostensum decretum fratri Io. Pattis et fratri Sotto super iustificatione.

1. Septembris, 1546, Tridenti.

Fui ad fratrem Sotto mane cum Cino propter notationes decreti, et post prandium
ad Consiliib4 et de Castro5 pro eadem causa, et nonnulla super decreto iustificationis notavi.
Rm DD. legati scripserunt ad Urbem ad card. S. Florae0 cum litteris Farnesii6,
qua de causa Rm legati fuerunt insimul ab hora 17. usque ad 20.

2. Septembris, Iovis.

Fui ostensum decretum iustificationis D. fratri Cenomano et D. Alfonso et Iacobo
15 reformatis7, et cum cardinali hac de causa per 3 horas in sero.
Venit cursor ex Germania, qui dixit, quod exercitus Caesareus et Iantgravii simul
confluxerit maiori ex parte, et quod hinc inde multi obierint, et nonnulli capti, inter
quos Aurelius Ruffinus8.

3. Septembris, Veneris.

i66r

Mane hora 14. Rm DD. legati, card. de Monte et S. Crucis, absolverunt Ram D.
episcopum Cavensem a censuris, quas incurrerat ob manus iniectas in episcopum Chiro-
nensem, alias Grechettum, in congregatione, de qua supra9, et hoc vigore litterarum
apostolicarum S. Stis quae ipsis Rras legatis ad hoc specialiter directae sunt. Igitur ipse
episcopus Cavensis fuit ad domum Rm DD. legatorum in habitatione Rm D. card. de Monte,
et ibidem servatis servandis veniam petiit et absolutus est praesente D. Claudio de la
Casa, D. Pighino auditore Rotae, D. Hercule Severolo.

Rm DD. card. S. Crucis fuit spatium apud prata Athesin versus, et ego cum
D. Petro Franc[isc]o ad viridarium episcopi Britonoriensis.

4. Septembris, Sabbati.

Scripsi decretum de iustificatione et fui eum ostensum ad Bituntinum, cui illud
reliqui, et cum Lorenz[in]o ad D. Ant[oni]um Am[orinum]10 et spatium extra portam
S. Mart[ini].

a praemissum est signum, quod respondet alteri in fine S^o. Augusti posito, ut haec notitia ad illum diem
referenda esse videatur. Ij M s. Concilii. c M s. S. Crucis. ff sic.

1 Apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 201, n. 65
extant litterae card. camerarii 24. Augusti ad Farnesium
datae; litterae ad legatos missae non videntur esse
typis exscriptae.

2 De quo cf. ad 16. Aprilis, supra p. 537, adn. 4.

3 Iure dubitari potest num vere etiam hoc die
venerit cursor, quia Massarellus non adeo certus esse
et non eo ipso die relationem scripsisse (cf. adn. a)
videtur.

4 fr. Ioannes Consilii ord. Minor, observ., Gallus.

5 fr. Alphonsus de Castro ord. Minor, observ.,
Hispanus, theologus card. Geennensis, cf. supra p. 484»
1. 25 et adn. I; p. 491, l. 43.

6 *Spaccio per Roma di 24 deipassato, tenuto alii 26*,
se recepisse scribunt legati Farnesio 1. Septembris,
Quale spaccio senza perdita di tempo mandam?no a suo
viaggio per staffetta: Friedensburg 1. c. p. 207, adn. 2.

7 Alfonsus Salmeron et Iacobus Laynez; presbyteri
reformati saepe tunc appellabantur Iesuitae.

8 Eadem et alia multa scribebant Verallus et alii
30* et 3* Augusti et 1. Septembris, cf. *Friedensburg*

1. c. p. 216 ss.

9 Ad 17. Iulii 1546.

10 Nescio num recte suppleverim; in diario IV ad
4* Oct. 1549 commemoratur Matthaeus Amorus, cuius
cognatus forte erat ille Antonius.

R^m f8 D. card. Tridentinus misit quasdam litteras ex Germania cardinali S. Crucis, in quibus scribebatur, quod exercitus imperialis et lantgravii erant prope ad 5 millia, et quod quotidie fiebant hinc inde incursiones¹.

R^m DD. legati scripserunt Romam de rebus hucusque gestis².

5. Septembris, Dominica.

Venit cursor ex Germania cum litteris card. Farnesii ex Ingholstadio 2. huius datis³, in quibus scribitur:

quod exercitus simul quotidie confligantur et comes Bure Ratisbonam applicuerit⁴ etc.; et quod Caesar ut vere Caesar se gerebat, tum agendo, tum hortando milites; et quod card. ipse Farnesius sit intus in civitate, Caesar vero et alii foris;

et quod exercitus lantgravii non distat a Caesareo, nisi per unum milliare Italicum.

Fui ad fratrem Pelargum Treverensem, cui ostendi decretum, et ad Bituntinum. Item pransus cum generali Servorum et Simone Perussino, et cum card. S. Crucis usque ad tertiam horam noctis.

R^m DD. legati scripserunt Romam² per eundem cursorem, qui discessit hora 24.

R^m DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum, facientes fidem brevis decimarum pro episcopis Chironensi et Capulano.

6. Septembris, Lunae.

Episcopus Caprulanus discessit ex Tridento Venetias versus.

Fui cum D. Antonio Lorenz[in]o et Tudert[in]o 5 visitatum D. Ant[oni]u[m] Guadri mercatorem] aegrotum]. Deinde spatium ivimus extra portam S. Martini.

Scripsi decretum de iustificatione mane, quod cardinali S. Crucis dedi.

7. Septembris, Martis.

Mane R^m D. card. S. Crucis ivit spatium ad Serram et Athesim usque etc.

Indicatur processio ab ecclesia Trinitatis usque ad S. Mariam Maiorem⁵ pro 13. hora crastina die omnium conciliarium, pro felici successu Caesarei belli contra haereticos.

Fui cum Lor[en]z[in]o ad castrum Tridentinum, ubi uv[as] coll[egim]us hora 23.

Venit cursor Tridentum ex Oeniponte, quod Ill^m Castelaltus, dux exercitus regis 25 Romanorum, recuperaverit Clusiam⁶ prope dictum Oenipontem s etc.

8. Septembris, Mercurii.

Mane fit processio generalis ab ecclesia Trinitatis usque ad S. Mariam Maiorem⁷ (ob felicem exitum belli Caesarei contra Lutheranos) in qua iverunt R^m's D. card. S. Crucis legatus (cardinali de Monte parum aegrotante), R^m DD. cardd. Tridentinus et Geennensis caeterique archiepiscopi, episcopi et praelati omnes cum omnibus religiosis 30 huius civitatis. Celebravit archiepiscopus Panormitanus.

«(Episcopi Alyphanus⁷ et Minoriensis⁸ primum interfuerunt capellis publicis ut episcopi) ».

Reversus est D. Matthias magister postarum ex Germania a card. Farnesio ex Ingholstadio¹¹, unde discesserat die 6. huius⁹. De exercitibus dixit, quod lantgravius 35

corr. pro cathedralem.

c add. in marg.

cod. Ingholdadio.

¹ Cf. supra p. 571, adn. 8.

² De his litteris nihil inveni.

³ Scripsit etiam Romam Farnesius eodem die 2. Septembris, sed epistula non videtur amplius extare, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 228, adn. 1; 243> 55 nec litteras legatis missas inveni.

⁴ Hic nuntius vix est rectus; nam comes de Bura 15. Septembris Ingholstadium pervenit, cf. Veralli litteras eo die datas apud *Friedensburg* 1. c. p. 256, 1. 21, et Montemerli ibid p. 258, 1. 9; uterque exercitus non ante 18. Sept. uniebatur: ibid. p. 253, adn. 2.

⁵ Cf. supra p. 246, 1. 24 et adn. 4, et infra ad 30. Dec. 1546.

⁶ Cf. supra ad 26. Augusti, p. 570, 1. 9.

⁷ Sebastianus Pighinus, auditor Rotae, episcopus Alifanus factus 27. Aug. 1546, cf. supra p. 190, adn. 3, et Acta consistorialia, cod. Barber. XXXVI, 13, f. 392r.

⁸ Ambrosius Catharinus ord. Praed. saepissime a Massarello nominatus, ad episcopatum Minorensem evectus 27. Aug. 1546, cf. supra p. 187, adn. 2.

⁹ Pervenerat Ingholstadium 1. Septembris, cf. Far-

retrocesserit ad 15 milliaria Italica, et Caesarei validissime pugnant. Discessit ex Tridento hora 23. cum litteris Rm^m legatorum ad card. S. Florae.

Cat[herinus] op[er]time se g[essit] i.

Fui ad episcopum Britonoriensem cum D. Petfro] Franc[isco] Flore[ntino] 2.

Rm DD. legati scripserunt ad pontificem pro generali Conventualium.

Item ad card. Crispum legatum Perusii pro lectura fratris Antonii Pinaroli.

Rm DD. legati fecerunt fidem de breve decimarum D. episcopo Vasionensi in forma solita.

9. Septembris, Iovis.

Rm^m, j-) carci Crucis ivit mane hora 13. spatiatum Athesim et prata versus cum Britonoriensi.

Venit Tridentum D. Ioannes Franc[iscu]s de Anchona, secretarius Rm card. Farnesii.

Rm DD. legati fuerunt insimul apud Rm card. S. Crucis usque ad primam horam noctis.

Scripserunt ad Rm card. S. Florae.

10. Septembris, Veneris.

Venerunt litterae 3. datae Viterbii, ubi erat pontifex.

Recepi litteras a D. Iulio Gentile, qui petit litteras ad D. Fallet[tum] de beneficio capit[anei]b.

Rm DD. legati fuerunt insimul apud card. de Monte et scripserunt ad curiam pontificis.

Fui cum Lorenz[in]o spatiatum et cum Costacc[ari]o generale, de articulo certitudinis gratiae [locuti].

611. Septembris, Sabbati, 1546. Tridenti.

Fuerunt indictae laetaniae in ecclesia Trinitatis a Rm DD. legatis ob felicem successum belli Caesarei, ad quam ecclesiam iverunt Rm DD. legati et multi praelati; cantores decantarunt laetantias ante missam. Deinde celebravit cappellanus.

Ulmus & Franciscus a Toletto applicuit Tridentum veniens e Florentia, a cuius duce tercenta millia aureorum habuerat pro imperatore et auxilio belli, quam pecuniam tulit huc 6 in mulis.

Fui cum D. Lorenz[in]o spatiatum ad Serram et Athesim.

12. Septembris, Dominica.

Rm DD. legati iverunt ad ecclesiam Trinitatis, ubi decantatae sunt laetaniae.

Venit Tridentum episcopus Salpensis, frater Thomas

Fui apud Bituntinum pro decreto iustificationis.

Fui visitatum D. Franc[iscu]m oratorem Caesareum.

13. Septembris, Lunae.

Fuerunt decantatae laetaniae, ut supra.

Rm^m carci 5 Crucis ivit spatiatum ad Serram hora 12.

Fui apud cardinales pro decreto iustificationis per 3 horas.

Fui cum D. Lorenz[in]o spatiatum ad Serram usque.

a deletum ex Urbe.

b ita supplendum est, cf. 14. Sept.

c incipit novus quinternio.

nesii litteras ad card. camerarium 5-Sept. datas apud Friedensburg, Nuntiaturber. IX, 228. Epistula eiusdem 4-Sept. data (de qua v. Friedensburg 1. c. p. 228, adn. 3) iam ante Matthiam videtur advenisse, cum hic sexto demum profectus sit. Matthias 11. Sept. circa le 20 hore pervenit Montem Faliscum teste card. camerario in epistula 13. Sept. ad Farnesium data, cf. Friedensburg 1. c. p. 246, adn. 3.

1 Cf. ad 2. Octobris; sed num nomen (et genus) ita supplendum sit nescio.

2 Cf. ad 3. et 16. Sept.

8 Cf. supra ad 18. Aug. p. 568, l. 22 et adn. 3; Friedensburg 1. c. p. 224, adn. 2.

4 Thomas Stella, Venetus, ord. Praed., 9. Martii 1544 factus episcopus Salpensis, 22. Aprilis 1547 (Acta consistor. Cod. Barber. XXXVI, 14, f. 217) translatus Lavellum (ex quo sedes Salpensis iterum adiuncta est Tranensi, quacum ab a. 1439 usque 1523 unita iam fuerat), 5. Maii 1549 Iustinopolim (cf. etiam Ughelli IV, 922; V, 392).

14. Septembris, Martis.

Scripti mane decretum, deinde fui pro eadem causa cum Rmo a 16. usque 16a, et cum Bituntino a 18. usque 24., et iterum cum cardinali a 24. usque 2. noctis.

Rm DD. legati scripserunt Romam de actis hucusque.

Ego ad Fallfettum] et D. Iulium] Gentilem de lite capitaneib.

15. Septembris, Mercurii.

Fui cum Rmo pro decreto, et ad archiepiscopum Aquensem pro fide vot[i] 1.

D. Sottus fuit ad Rm DD. legatos petens fidem.

Rm DD. legati fecerunt fidem fratri Dominico Sotto ord. Praed., quod ipse detentus fuit hactenus et detinetur in hac civitate ab ipsis legatis; quae fides per litteras patentes directa fuit universitati Salamantinae.

16. Septembris, Iovis.

Mane scripsi decretum et cardinali dedi, et cum D. Britonoriensi et D. Pfetro] Francisco] 2 pransus.

Fui ad Sottum bis, ad archiepiscopum Gallum 3 et generalem Servorum; quibus dictum decretum ostendi.

Reversus est Tridentum episcopus Motonensis, coadiutor Veronensis 4.

17. Septembris, Veneris.

Fui ad generalem Ser[vorum] mane propter decretum, et notationes suas accepi et cardinali ostendi, cum quo fui per 3 horas, et [cum] fratre Dominico Sotto hora 18.

Fui cum Lor[en]zi]no spatium ad prata Athesim versus.

Rm DD. legati fuerunt insimul apud Rmm D. de Monte.

18. Septembris, Sabbati.

Reversus est Tridentum episcopus Fanensis, rediens ex Urbe 5.

Fui ad Sottum pro decreto, et ad episcopos Minorfiensem] et Salpensem.

Generalis Servorum fuit apud me pro eodem decreto mane, et suas notationes dedit.

Fui cum cardinali hac de causa per 2 horas.

19. Septembris, Dominica.

Fui ad episcopum Fanensem, cui ostendi decretum. Qui postea suam negociacionem apud pontificem mihi retulit.

Rm DD. legati fuerunt insimul hora 19. pro decreto iustificationis firmando.

Rma D. card. S. Crucis celebravit in aula suae habitationis.

20. Septembris, Lunae.

Fui ad generalem Conventualium, cui ostendi decretum de iustificatione, nec non apud episcopum Fanensem.

Ninxit in montibus circumvicinis, et undique pluit.

Et decreta et sessionem secundam scripsi, et apud Bertinoriensem cum D. Io[anne] Francisco] lusi, 40 perdfidi].

a sic, fortasse 18.

b ita clare scriptum.

1 i. e. rogaturus, ut mihi voti sui 13. Augusti prolati copiam daret; extat id votum Arch. Vat. Cone, tom. 62, f. 460 (cf. f. 458r). Cf. infra 25. Sept. p. 576, l. 4.

2 Cf. ad 3. et 8. Sept.

3 Intellegitur Aquensis.

4 Tridentum venerat 4. Aprilis (supra p. 533, l. 5) abierat circa 21. Iunii, cf. p. 555 l. 31.

5 Iam 27. Augusti videtur expeditus esse a Romana curia (cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 207, adn. 3); cur tam diu in itinere moratus sit nescio. Missus erat Tridento Romam 7. Aug., supra p. 566, l. 4 et adn. 3.

21. Septembris, Martis.

Mane scripsi decretum de iustificatione reformatum, et post prandium hora 19. fui illud ostensum generali Minorum, cui placuit. Deinde fui ad episcopum Fanensem hora 23. usque ad primam noctis; adveniente Rm D. card. Tridentino ced[ulam] don[avit] *.

Dixit secreto de coniuratione, quam fecerunt aliqui episcopi contra legatos, ne decretum hoc de iustificatione expediatur, de quo dixit ut Rm D. legatos redderem certiores. Quod et feci hora 2. noctis Rm D. cardinali S. Crucis.

Rm D. card. S. Crucis hora 20. fuit ad Montem S. Bernardini exclus[i]ve\

22. Septembris, Mercurii.

Fui mane ad card. de Monte, qui me misit vocatum, ut de decreto iustificationis diceret, quid sentiret, praesertim circa prohemium, quod reformaverat. Deinde ivi ad episcopum Fanensem super dictione post---, cum quo loquutus de mente pontificis circa concilium.

Quo interim card. S. Crucis ivit spatium ad Serram.

Fui ad card. Geennensem, cui reliqui decretum, ut pro crastina congregatione consideraret, cum quo erat 11^m D. Didacus orator Caesareus.

Et prius Rm D. legati miserunt me ad Rm D. deputatos super decreto faciendo, Armacanum, Aciensem, Bituntinum, Bellicastrensem. A Nobilibus intellexi deliberationem non consentiendi, ut hoc decretum edatur nomine deputationis, excepto Bellicastrensi. Qui rem suam cum Bituntino retulit circa suum fratrem 2.

Venit cursor ex Urbe, qui tulit pecuniam pro Illm D. card. Farnesio et Octavio ad curiam Caesaream 3 cum litteris ad card. S. Crucis solum 4.

23. Septembris, Iovis.

5 Hora 20. fit congregatio generalis, in qua legitur decretum de iustificatione a Rm D. card. S. Crucis, et conclusum, quod omnes mittant pro eius copia. Et sunt deputati quattuor praelati, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Gadditanus, Castellimaris et Aquinatensis, qui una cum episcopo Bellicastrensi, nuncio et commissario apostolico victualium, hospitiorum et aliorum ad concilium necessariorum curam habeants. Interfuerunt duo Rm legati, de Monte et S. Crucis, card. Geennensis, 3 oratores Galli, 7 archiepiscopi, 34 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates et 4 generales, Carmelitarum excepto. Absolvitur hora 22.

Fui ad card. Geennensem mane, cui ostendi decretum; item post prandium, item post congregationem eadem ex causa, ut eius sententiam intelligerem.

24. Septembris, Veneris.

Datur copia decreti omnibus praelatis, qui ad me pro ea miserunt.

Fui ad card. Geennensem, qui canones viderat, ut eius intelligerem sententiam, prout dixit. Et de exercitu Caesareo loquutus est, qui sit prope Neumburgum quod oppidum pactione se dederit, et quod comes Bure 16. huius applicuerit cum 15 millibus peditum et 8 millibus equitum 7.

a M. s. exclusve.

1 In qua suam de decreto sententiam scripserat.

2 Cogitari potest de fratre Iacomelli episcopi Bellicastrensis commemorato supra p. 3, adn. 2, sed etiam de fratre episcopi Bituntini, cum is episcopus tanto fratrem videndi desiderio arderet, ut amplius sine eo vivere se non posse diceret, cf. Massarelli diar. IV ad 21. Iunii 1547 et alios locos.

3 Portabat 7 milia aureorum, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 266, l. 18 ss., et brevi Matthiam venturum esse promittebat. Praeterea epistulae a card. camerario 19. et 20. Perusiae dabantur ad Farnesium, *Friedensburg* l. c. p. 263, adn. 3, et alia missa erat 15^a Septembris, qua nuntiabatur pontificem propria

manu scripturum esse Farnesio litteras eum revocantes (cf. ibid. et p. 249, adn. 2).

4 Quas missas esse coniecerim a Maffeo, cui scripsit Cervinus 23. Sept. (*Carte Cervin*. tabui. Florent. 19, f. 57).

5 *Raynaldus* ad a. 1546, n. 129 ad hunc diem exhibet relationem summarii Barberiniani.

6 Ergo Bellicastrensis constitutus erat successor Cavensis; num alii eius meri coadiutores an simul custodes esse deberent, iam tum dubitabatur.

7 Relationes variorum idem nuntiantes (sed comitem Burae advenisse 15. iam dictum est, et advenerat paucis cum equitibus exercitu remanente) v. apud *Friedensburg* l. c. p. 260, n. 80 et adn. 2.

25. **Septembris**, Sabbati.

Datur item copia decreti, in qua totam diem consumpsi, et cum Lor[enzi]no [ivi] ad Serram.

Venit cursor ex card. Farnesio, qui retulit, ut supra; hora 24. proficiscitur Romam.

Feci fidem de voto archiepiscopi Aquensis, quo id dixit, in quod omnes praelati concordarunt, quia catholice locutus est¹.

26. **Septembris**. Dominica.

Rms card. S. Crucis fuit mane spatium ad prata Athesim versus.

Scripsi omnia decreta huius sacri concilii, in quo totam diem consumpsi².

27. **Septembris**, Lunae.

Hora 20. fit congregatio theologorum, qui examinant decretum de iustificatione, quae adnotavi. Interfuerunt duo Rmi legati de Monte et S. Crucis et card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 28 episcopi et ultra 36 theologi. Absolvitur hora 23., et vocantur in crastinum hora 20. Vide quae [notavi] “.

Interfui dictae congregationi. Dedi transumptum brevis decimarum d[omino] (qui est cum Canariensi) \

28. **Septembris** [Martis], hora 20.

Fit congregatio theologorum super decreto de iustificatione, loquuti sunt 9. Videndum in meis notationibus. Interfuerunt duo Rmi legati, card. Geennensis⁰, 6 archiepiscopi et 28 episcopi et ultra 38 theologi. Absolvitur hora 23. cum dimidia.

Notavi dicta per dictos theologos.

Incipiunt feriae Tridentinae.

Emi cann[am?] et coronfam].

Rms p card. S. Crucis fuit mane spatium ad Serram.

D. Marchina, secretarius oratoris Caesarei apud pontificem, venit visitatum Rms DD. legatos, deinde discessit Germaniam versus, ex Urbe veniens.

29. **Septembris**, Mercurii.

Fit hora 20. iterum congregatio theologorum supra eodem decreto, unusque tantum loquutus est, cumque nemo theologorum haberet amplius aliquid, quod opponeret, absolvitur congregatio, laudatis et gratiis habitis a Rmo D. card. de Monte DD. theologis. Interfuerunt duo Rmi legati, Don Didacus orator Caesareus, 6 archiepiscopi et 18 episcopi et ultra 30 theologi. Vide per me notata.

Rms D. card. S. Crucis fuit mane spatium supra montem castrum manu sinistra.

Habui vota nonnullorum praefatorum theologorum, quae adnotavi.

30. **Septembris**, Iovis.

Venit Matthiolus cum pecunia pro solvendo exercitu pontificio in Germania³.

Fui ad D. Didacum oratorem Caesareum pro patentibus litteris pro dictis pecuniis tuto transportandis.

Feci extractum notarum per theologos in congregationibus eorum.

R^{ms} D. card. S. Crucis fuit ad Serram spatium mane.

a Ms. vide quae etc.

b postea add.

c corr. supra lin. pro don Didacus orator Caes.

¹ Cf. ad 15. Sept. (et 5. Oct.). Nescio an Sotus etiam hunc (cf. supra ad 11., 12., 13. Aprilis, p. 535, 1. 20 ss. 36 ss.; p. 536, 1. 1 ss.) haeresis arguerit.

² Advenit eo die Marquina (cf. ad 28. Sept.), de quo adventu legati scripserunt Romam (cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 264, 1. 32). De aliis Marquinae itineribus cf. supra p. 2686; 2912. Litterae Maffei ad Farnesium, quas deferebat Marquina, apud *Friedensburg* 1. c. p. 263, n. 81. Aliae epistolae per eundem perlatae enumerantur vel excerpuntur ibid. p. 264, adn. 1;

inter quas erat una card. camerarii ad legatos directa iubentis eos referre de translatione facienda. Marquina 5. Octobris ad Farnesium venit, cf. huius epistolam 8. Octobris ad legatos datam et excerptam apud *Friedensburg* 1. c. p. 284, adn. 1. — De decretis scriptis cf. infra p. 580, 1. 16 et adn. 2 ibid.

³ Matthiolus, Matthiae magistri postarum fratris filius, deferebat 40100 aureos, cf. *Friedensburg* 1. c. p. 268, 1. 28 ss. Ad Farnesium venit circa 5. Octobris: ibid. p. 284, adn. 1.

1. **Octobris** 1546, Veneris.

Ulmus 23 Don Didaeus orator Caesareus discessit ex Tridento Venetias versus, dixit ob aliqua negocia Caesaris, et quod intra 15 dies sit reversurus *i*.

Fui ad dictum oratorem mane pro litteris patentibus ad regimen Inspruch[ense] etc. pro Matthiolo.

- 5 Discessit mane ipse Matthiolus cum pecunia pontificis, de qua supra.

Hora 20. fit congregatio [generalis] super decreto de iustificatione, dixerunt usque ad Veronensem. Interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 3 oratores Galli, 8 archiepiscopi, 38 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates et 4 generales. Absolvitur hora 23., et vocantur patres in crastinum eadem hora.

2. **Octobris**, Sabbati.

- 10 Fit congregatio generalis hora 20. super eodem decreto iustificationis, loquuti sunt novem. Interfuerunt duo Rm legati, secundus et tertius orator Gallicus, 7 archiepiscopi, 35 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Carmelitarum excepto. Absolvitur hora 23. cum dimidia, et vocantur ad diem Martis proxime futuram eadem hora 20. Vide per me notata. Interfuit card. Geennensis etiam.

- 15 Optime se gessit mecum Cat[harina^z] etc.

Rms card. S. Crucis fuit spatium ad Serram et Athesim usque.

Emi cultfrum [?], camfisiam] bomb[icinam], chir[otheas], ligfamina?] et alia etc. p[ro] Cfatharina.^A].

Venit ab exercitu Caesareo capitaneus Gualterius Urbevetanus.

3. [**Octobris**], Dominica.

- 20 Card. S. Crucis celebravit in suo cubiculo, deinde spatium ad Athesim et prata. Fui ad card. de Monte propter litteras Romam scrib[endas]. Fuerunt insimul apud card. de Monte Rm DD. legati. Fui ad Turritan[um] nomine RmTM legatorum propter domus pensionem.

4. **Octobris**, Lunae, die s. Francisci.

(Non fit congregatio ob festum s. Francisci)3.

- 25 Fui mane ad Moncalvium, et votorum summam effecimus de iustificatione.

R m^s s card. S. Crucis fuit post prandium ad villam Sardaniae, cum quo ivi. Permansimus usque ad noctem.

Casus ille rixae inter Cat.

- 30 Scripserunt R^o legati pro episcopo Pientino de vexatione D. Antfonii] m. pic. ad pontificem.

Applicuerunt Tridentum archiepiscopus Spalatrensis2 et Milonensis Ferrettus3.

5. **Octobris**, Martis.

- Fit congregatio generalis, in qua a Bituntino usque ad Alifiensem loquuti sunt patres super decreto de iustificatione. Interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 3 oratores Galli, 8 archiepiscopi, 37 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, 35 Carmelitarum excepto. Absolvitur hora 14., incipitur hora 20. Vide per me notata.

RTM3 D. card. S. Crucis fuit spatium ad Serram et prata hora 14.

Fui ad archiepiscopum Aquensem super fide deputationis suae etc.

a scriptum in margine.

1 Proficiscebatur Venetias petiturus pecunias a pontifice ibi depositas pro imperatore; unde cum centum milibus aureorum revertebatur 13. Octobris, v. infra.

2 Andreas Cornelius (*Comer*), Spalatrensi ecclesiae praefectus a. 1514, concilio Lateranensi V interfuerat et episcopatum retinuit usque ad a. 1563, postquam

Concilium Tridentinum. I.

iam a. 1536 Marcum fratris filium successorem sibi constituit. Obiit anno aetatis nonagesimo primo. Marcus deinde tertiae Tridentinae synodo interfuit (*Farlati* Illyr. sacrum III, 436—457).

3 Cf. supra p. 235, adn. 2; cod. Barb. XXXVI, 13, f. *ig6^r*: fit episcopus 4. Febr. 1540, antea praepositus ecclesiae S. Agnetis Ravennatensis.

6. [Octobris], Mercurii.

Fit congregatio generalis hora 20. super eodem decreto. Interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, secundus et tertius orator Gallus, 7 archiepiscopi, 34 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales. Absolvitur hora 24. et constituitur 21. [hora] pro futuris congregationibus.

Vest[em]° emi etc. 15 aurfeis].

5

j69v

7. Octobris, Iovis.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto; absolvitur hora fere 24. Interfuerunt card. de Monte (card. S. Crucis propter dolorem stomachi abfuit), card. Geennensis, 3 oratores Galli, 7 archiepiscopi, 35 episcopi, 3 abbates, 4 generales, Sott[us]. Loquuti sunt abbas, generales Minorum et Conventualium. Vide quae notavi.

Fui ad card. de Monte eadem ex causa, ut excusarem card. S. Crucis pro hodierna iō congregatione.

Fui mane supra montem arcis buschb. In congregatione in die, postea in platfea].

8. Octobris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis, quae absolvitur hora circiter 24., super eodem decreto. Loquuti sunt tres: procurator card. Augfustensis, procurator Treverensis et generalis Heremitarum. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. 15 Geennensis, tertius orator Gallus, 8 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales. Vide quae ibi notavi.

Mane hesterna vota summavi.

Ras[um] pro vest[ibus] emi siricfumj etc. Post congregationem fui cum Bell[armin]o spatiatum et vestem exp[ertus].

20

9. Octobris, Sabbato.

Hora 21. c fit congregatio generalis super eodem decreto, quae absolvitur hora 24. Loquuti sunt generalis Servorum et doctor Sottus. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 8 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 3 generales: Minorum, Heremitarum, Servorum; Sottus. Vide per me notata.

25

RTM DD. legati fecerunt fidem de breve decimarum archiepiscopo Spalatrensi, episcopo Placentino et Pisauriensi in forma, qua expedita fuit illa pro episcopo Fesulano.

Fui supra montem arcis ad busch[um]. Emi spec[ulum] rotundum, chriot[hecas] et post congregationem fui cum Bellar[min]o et P[etro] Fr[ancisco] Nas. d spatiatum].

10. Octobris, Dominica.

Rm DD. legati scripserunt Romam de gestis in congregationibus suprascriptis.

30

Fui pransum cum R^{DD} archiepiscopo Materano una cum episcopo Motulano, m[agistr]o cerem[oniarum], Pet[r]o Fr[ancisco]. Indui primum vestem cum ras[o?] et sotfanam?].

Rm DD. legati fuerunt insimul propter dictam expeditionem.

Fui cum Lor[enzin]o ad prata et Athesim hora 23.

35

II. Octobris, Lunae.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto, et absolvitur hora circiter 24. Loquuti sunt R^{ms} D. card. Geennensis, archiepiscopi Spalatensis et Armacanus, et episcopi Placentinus et Milonensis. Vocantur in crastinum eadem hora. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 9 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales.

40

Absolvuntur feriae Tridentinae.

a vel vestes? b sic, nescio quomodo sit suffiendum; sed cf. l. 28 huius fag.
c cod. praeterea add. p. a. d vel D. Fr. Noc. vel Nuc. vel Has.

Fui supra montem arcis hora 15., et cum Lor[enzi]no ad prata hora 24. cum Cin[o] spfatiatum].

Applicuit Tridentum episcopus Patavinus¹ et Tervisanus².

12. Octobris, Martis.

i 8or a

Hora 20. fit congregatio generalis super eodem [decreto] de iustificatione, et loquuti sunt Castellimaris, Aquinfas], qui ambo alias etiam loquuti fuerant. Item Patavinus et Tervisanus. Deinde decretum est, ut ii duo articuli de certitudine gratiae et de duabus iustitiis discutiantur et examinentur primum per theologos extra concilium, deinde praelatos. Et intimatur missa pro die crastina, quae est anniversarius creationis pontificis. Absolvitur fere 24. hora. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, 10 card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 8 archiepiscopi, 38 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales. Vide per me notata.

Venerunt Tridentum episcopi Tiburtinus³, Emoniensis⁴, Terracinensis⁵.

Fui mane supra montem arcis, et [apud] card. de Monte propter decretum.

13. Octobris, Mercurii.

Fit missa sollemnis in cathedrali propter creationem pontificis, quam celebravit 15 episcopus Asculanus. Interfuerunt card. S. Crucis legatus (Rms de Monte abfuit propter indispositionem), card. Tridentinus et Geennensis, 8 archiepiscopi, 39 episcopi, 3 abbates, 4 generales ceterique consueti.

Fui ad dictam missam, et post prandium ad episcopum Fanensem, ut nomine Rm legatorum ab eo peterem suam sententiam super decreto, id quod facturum [se] 20 promisit.

Reversus est Tridentum IHms D. Don Didacus a Mendocia orator Caesareus⁶.

Fiunt heri et hodie ignes in sero ante palatium Rm legatorum propter festum coronationis pontificis.

T4. Octobris, Iovis.

Mane fui ad IHm D. Didacum a Mendocia oratorem Caesareum, ut eum nomine 25 Rm legatorum visitarem. Erat autem apud card. Tridentinum, propterea in sero ad eum reversus gratulatus sum de eius adventu etc. Gratias egit Rms DD. legatis, solitas caeremonias peragens, deinde se cras venturum ad Dns S. Rm Bretulit, sicque venia bona abii.

Fuique ad Rm D. card. Geennensem, ut eius censuram super decreto de iustificatione peterem, petique nomine Rm legatorum. Se omnia missurum respondit una 30 cum scripturis ex Urbe venientibus⁸.

Applicuit Tridentum episcopus----d9.

Emi quint[erniones] chart[ae] decem.

a post fol. 169 statim sequitur f. 180, sed est error Massarelli; nil desideratur.

b corr. pro coronationem.

c in marg. ad hunc diem scriptum erat sed postea deletum: Revertitur Tridentum ex Venetiis Illmus Don Didacus, quod iam die praecedenti factum erat.

d lacuna in codice.

1 Patavinus episcopus tunc temporis erat card. Franciscus Pisanus, creatus 1. Iulii 1517 {Ciacon. III, 412}, qui certe non venit; quare cogitandum est de eius vicario (inde ab a. 1528) ac fratris filio Aloysio Pisano, qui caeterum iam 16. Novembris (v. infra) discessit ex Tridento (et ipse factus est cardinalis 12. Martii 1565: Ciacon. III, 949).

2 Etiam Tarvisinae ecclesiae episcopus erat card. Pisanus, sed inter episcopos concilii, qui septimae sessioni interfuerunt, numeratur Georgius Cornelius (Cornaro) Venetus, episcopus Tarvisinus, qui re vera erat tantum electus.

3 Marcus Antonius Crucius (Cruci vel de Cruce), electus 16. Iunii 1528, interfuit soli septimae sessioni.

4 Alexander de Ursis, teste Ughello Venetus et episcopus Aemoniensis (seu Civitatis Novae), electus est a. 1532; sed apud Gams (Series p. 770) aliter episcopi numerantur, et M. Justinianus (in indice de concilio Tridentino, qui primum latine prodiiit Romae

1674, deinde additus est editioni Zaccarianae Pallavicini t. VI [Faenza 1797]) eum fuisse Bononiensem et episcopum [titularem] Thessaliae creatum 1. Septembris 1536, anteaque fuisse rectorem ecclesiae di S. Angelo di Suno Patavinae dioecesis.

5 Octavianus de Rovere, electus 26. Nov. 1545? mortuus 1562; sed iam 20. Novembris, postquam in voto suo pridie dicto »opera a iustificatione exclusit« (cf. infra ad 19. Nov.) eaque re multis displicuit, Tridentum reliquit.

6 Cf. supra ad 1. Octobris p. 577 »1° 1/2«

7 Immo creationis (cf. adn. b; coronatio celebratur 3. Novembris (cf. infra p. 583, 1. 21).

8 Quas tradiderat ei Massarellus 14. Augusti, cf. supra p. 567, 1. 28 s. et adn. 8.

9 Nescio an sit Pharensis sive Lesinensis, qui nominatur infra ad 20. Octobris; quod ideo credibile est, quia nomen episcopatus Massarello ignotum erat, quod de Lesina seu Pharo non mirum videtur.

15. Octobris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio theologorum super duobus articulis de iustitia imputata, et de certitudine gratiae. Absolvitur hora 24. Interfuerunt huic congregationi duo R^m legati, card. Geennensis et ultra 40 praelati, et totidem theologi. Vide quae ibi ego notavi.

Fui pransus cum episcopo Bellicastrensi. Fui supra montem arcis. 5

Accepi ad mea servitia ad scribendum Iacobum Veronensem, cui do duos aureos in auro^a quolibet mense, et ipse tenetur octo cartas qualibet die mihi scribere, et si non scripserit tot una die, suppleat alia, et si secus fecerit, ad nihil ego teneor. Quem durante Tridenti concilio apud me retenturum convenimus, etiam si decem tantum dies hic concilium esset.

180V

16. Octobris, Sabbati.

Hora 21. fit congregatio theologorum super iisdem duobus capitibus, et loquuti sunt tres, fr. Consilii ord. Minorum, fr. Hieronymus ab Oleastro ord. Praed. et presbyter Alphonsus reformatus¹ Hispanus. Vide per me notata. Absolvitur hora 24. Interfuerunt huic congregationi duo R^m D.D. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallus, ultra 46 praelati et 50 theologi. 15

Iacobus meus scriptor incepit scribere acta concilii².

Scripsi mane votum card. Poli de duabus iustitiis, et est in sententia card. Cont[arini]³. Fui in congregatione et in actis concilii scrip[si].

17. Octobris, Dominica.

R^mus j). carcj s Crucis ivit spatium mane supra montem arcis.

Fui visitatum R^{dm} D. archiepiscopum Materanum aegrotum nomine R^m D. card. 20 S. Crucis hora 22.

Habui votum de iustificatione a R^æ P. generali Minoritarum.

Fui cum Brig[ido] et Bellar[mino] ad missam in cathedrali et S. Maria Maiore, ubi concionatus est D. Alphonsus reformatus.

Venit Tridentum D. Iulius Salvi Senensis, et venit visitatum R^{um} I). card. S. Crucis. 25

18. Octobris, Lunae.

Hora 21. fit congregatio theologorum super his duobus articulis, et loquuti sunt quattuor, videlicet Miranda, doctor Serra et duo Conventuales. Dimittuntur hora 24. et vocantur in crastinum eadem hora. Interfuerunt huic congregationi duo R^m D.D. legati, ultra 44 praelati, et totidem theologi. Vide per me notata.

Venit cursor ex Urbe et expeditur ad curiam Caesaris⁴. 30

hui in dicta congregatione et extra port[am] castr[um] mane et etc.^a

^a em mandati Chrm^æ regis in personam oratorum suorum ad concilium pro R^o D. oratore Gallico D. praesidente de Ligneris.

19. Octobris, Martis.

Hora 21. fit congregatio theologorum super iisdem duobus articulis. Absolvitur hora 24. Loquuti sunt quinqueb. Interfuerunt duo R^m D.D. legati, card. 35 Geennensis, 42 praelati et totidem theologi. Vide per me notata.

Scripsi in sessionibus et laboravi plus quam satis pro notationibus super decreto de iustificatione cum cardinali usque ad horam 3. noctis.

a sic.

b cod. 5 vel 8.

¹ Alfonsus Salmeron, cf. supra p. 571, adn. 7.

² Non intellegendum hoc est de actis integris concilii, sed de actis sessionum, cf. supra ad (16. Iulii, p. 560 l. 40 cum adn. 7, et) ad 26. Sept., et infra ad 19. Octobris. Acta quae nos vocamus composita sunt tempore posteriore. Cf. Prolegomena.

³ Quam male audire iam supra (p. 88, l. 31 ss.) Severolus retulit. Cf. ibid. adn. 1.

⁴ Friedensburg, Nuntiaturber. IX, 285, n. 88 exhibet litteras a card. camerario 14. Oct. datas, quae per hunc cursorem videntur esse missae, et ibid. p. 288, adn. 1 litteras Maffei eodem die scriptas.

20. Octobris, Mercurii.

Hora 21. fit congregatio theologorum super hismet duobus articulis, et ab solvitur 24. Loquuti sunt quinque. Interfuerunt card. S. Crucis praesidens (de Monte abfuit ob indispositionem), card. Geennensis et ultra 40 praelati et totidem theologi.

Fui apud generalem s. Augustini pro decreto de iustificatione aptando, aptavimus-
5 que prohemium hora 15.

In die fui ad congregationem, vide notata.

Cattherin.] respfondit] m[ihi] am[orevolmente]a, et card. de Monte rogavit, ut diarii mei copiam ei facerem¹.

Fit fides decimarum pro episcopo Pharensi, alias Lesina², in forma [consueta].

21. Octobris 1546, [Iovis].

10 Hora 21. fit congregatio theologorum super eisdem duobus articulis, et loquuti sunt tres usque ad 24. horam, qua dimittuntur patres et vocantur in crastinum eadem hora 21. Interfuerunt huic congregationi duo RTM legati, 7 archiepiscopi, 31 episcopi et 42 theologi. Vide per me notata.

Fui mane ad generalem Heremitarum pro decreto aptando, ut supra, usque 17. a 14.

22. Octobris, Veneris.

15 Fui mane ad generalem Heremitarum eadem ex causa usque ad 17. horam.

Hora 21. fit congregatio theologorum super eisdem duobus articulis, et loquuti sunt tres usque ad 24., et vocantur in crastinum eadem hora. Interfuerunt huic congregationi 2 R^m legati, Ill^{ms} D. Didacus orator Caesareus, 7 archiepiscopi, 28 episcopi et ultra 40 theologi. Vide per me notata.

20 In decreto in sero scripsi et cum Lor[en]zi]no spfatiatum].

23. Octobris, Sabbati.

Hora 21. fit congregatio theologorum super eisdem duobus articulis, super quibus quatuor loquuti sunt usque ad 24., et vocati sunt ad diem lunae eadem hora. Interfuerunt huic congregationi duo R^m legati, 6 archiepiscopi, 31 episcopi et ultra 36 theologi. Vide quae ibi adnotavi.

25 Fui mane ad generalem Heremitarum eadem de causa usque ad 17.

24. Octobris, Dominica.

Mane fui ad generalem Heremitarum eadem de causa, et confectionem b decreti absolvimus.

R^{mus} £) card. S. Crucis equitavit spatium extra portam S. Laurfentii], quo tempore venit cursor ex Urbe, qui iter suum Germaniam versus secutus est ad card. Farnesium 3, antequam card. S. Crucis reverteretur domum, et a card. de Monte solo scriptum est ad Farnesium breviter.

Ninxit in montibus vicinis tota nocte.

a ? vel Catharina respondit meo amori ?

b M^s. confessionem.

¹ Ad hunc locum provocavit *D ruffel*, Theol. Litte-esse conicio. Eiusmodi totius concilii conspectus tanto utilior erat illo tempore, quo acta Massarelliana nondum extabant. (Revocanda sunt aliqua, quae scripsi *Histor. Jahrb.* [1895] P. 754*) Cf. *Prolegomena*.

² Est Hieronymus Argentini, Venetus, canonicus ecclesiae cathedralis Patavinae, episcopus Lesinensis electus 24. Aug. 1537, defunctus Patavii a. 1549: *Farlati* Illyr. sacr. IV, 268.

³ Litteras videtur detulisse Maffei 20. Septembris Romae datas (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 299, n. 91) et card. camerarii (cf. ibid. p. 300, adn. 1) aliasque epistulas ab eodem *Friedensburg* 1. c. p. 299, adn. 1 enumeratas; litterae ad legatos eodem die datae excerpuntur ibid. p. 300, adn. 5.

³ Litteras videtur detulisse Maffei 20. Septembris Romae datas (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 299, n. 91) et card. camerarii (cf. ibid. p. 300, adn. 1) aliasque epistulas ab eodem *Friedensburg* 1. c. p. 299, adn. 1 enumeratas; litterae ad legatos eodem die datae excerpuntur ibid. p. 300, adn. 5.

"25. **O c t o b r i s**, Lunae.

Fui mane ad generalem Heremitarum eadem ex causa, et canones incepimus.

Hora 21. fit congregatio theologorum super eisdem duobus articulis. Loquuti sunt duo usque ad 24. horam, et vocantur in crastinum eadem hora 21. Interfuerunt huic congregationi card. S. Crucis, praesidens, card. Geennensis, IH^{mns} Don Didacus orator Caesareus, 9 archiepiscopi, 28 episcopi et ultra 40 theologi. Vide per me notata. 5

26. **O c t o b r i s**, Martis.

Hora 21. fit congregatio theologorum super eisdem articulis, et hodie absoluitur ista disputatio, cum nemo amplius inveniretur, qui loqui vellet. Loquuti sunt hodie tres. Interfuerunt huic congregationi duo Rtm legati, 111tm Don Didacus orator Caesareus, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, 34 episcopi et ultra 40 theologi. 10

Fui mane ad generalem Heremitarum eadem ex causa.

181V

27. **O c t o b r i s**, Mercurii.

Scrpsi in diario pro Rmo card. de Monte mane hora a 12. usque ad 17. et a prima usque 3. [noctis]. Item censuras theologorum et praelatorum super decreto de iustificatione *.

W Venit Tridentum Priulus², qui dixit card. Polum habuisse licentiam a pontifice ob aversam valetudinem reverti Romam, quodque hodie esset discessurus e Patavio, quod iverat recuperandae sanitatis gratia. 15

Cum Lorfenzino]c usque ad pontfem] Athfesis] hora 23.

28. **O c t o b r i s**, Iovis.

Mane fui ad generalem Heremitarum eadem ex causa.

Ca[t.] op[time] s[e] g[essit] m[ecum] et c. et. p.; gfratias] igfitur] e[i] ag[o] imfmensas]. 20

Venit Tridentum D. Antonius Helius³, secretarius card. Farnesii, ex Germania proficiscens Romam versus per equos dispositos. Quare Rm D.D. legati fuerunt insimul per 6 horas diverso tempore.

Fui cum Cin[o] spatiatum Athesim versus hora 22.

29. **O c t o b r i s**, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua statuitur, quod ii duo articuli a theologis disputati examinentur a patribus una cum decreto per Rm legatos aptando. Absolvitur hora 23. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, Don Didacus orator Caesareus, 3 oratores Galli, 9 archiepiscopi, 41 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Sottus. Vide per me notata. 25

Fui mane ad generalem Heremitarum ex eadem causa. 30

Discessit D. Antonius Helius Romam versus.

Post congregationem solfus] supra montem arcis.

30. **O c t o b r i s**, Sabbato.

Surfrenxi] 2 hor[as an[te] d[iem] et in diario pro Rm card. de Monte scripsi, item in sero usque ad 3 horas. 35

Rm D.D. legati scripserunt Romam de gestis in hesterna congregatione.

Fui cum Bel[armin]o spatiatum hora 23. Deinde cum D. Francisco] Iustinopolitajno ■

a alius ductus manus;

c Ms. videtur potius habere Lur.

1 Videntur esse eae, quae leguntur Cone. t. 62, ff. 530—539 (Arch. Vat.).

2 Cf. p. 195, adn. 3. Polus discesserat Tridento 28. Iunii, v. supra p. 557, l. 5 et infra ad 1. Nov. p. 583, l. 16.

3 Antonio Helio traditum erat memoriale a card. Farnesio de rebus inter ipsum et imperatorem actis,

quod daret pontifici; praeterea hunc viva voce doceret de rebus Germanicis. Profectus est Helius e Germania 23. Octobris et Romam pervenit 3. Novembris: card. camerarii litterae hoc die datae ad card. Farnesium apud Friedensburg, Nuntiaturber. IX, 322, n. 98; cf. ibid. p. 305, adn. 1.

4 Qui videtur esse e familiaribus Helii.

31. **Octobris**, Dominica.

Fui ad generalem Heremitarum eadem ex causa, et decretum complevimus.

Fiunt vesperae pontificales, quia vigilia festivitatis omnium sanctorum, hora 20. Peregit sacra archiepiscopus Panormitanus. Interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 9 archiepiscopi (excepto Materano^a) et [episcopi] 36, abbates 3, generales 6.

5 Fui deinde cum credfentiario]bspatiatum apud Ordon[iezp, ubi balist[as] et archfibusia] vidimus], et in sero decretum novum scripsi.

1. **Novembris**, Lunae.

In festo omnium sanctorum fuit celebrata missa solemnis in cathedrali per archiepiscopum Panormitanum. Habuit orationem fr. Laurentius Fulgineus ord. Convent. Interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, oratores et praelati. Hora 20. fiunt 182f
10 vesperae et mattutinae pro defunctis, ad quas iverunt omnes praelati una cum Rm DD. legatis.

Dedi Rm D. cardinali de Monte nomina et cognomina praelatorum hic praesentium, et cum Rm D. cardinali S. Crucis decretum revidi.

15 ^a R mus D. Reginaldus card. Polus, cum aversa' valetudine per totam hanc aestatem detentus fuerit et Trivelle et Patavii², neque eam recuperare possit, consultu medicorum et licentia Sm D. N. Urbem versus iter arripuit his diebus <27. Octobris)d, ut aere Romano refocilletur. Igitur restant in concilio ad praesens duo tantum Rm legati, videlicet cardinales de Monte et S. Crucis. (Vide supra die 27. [Octobris.])d

2. **Novembris**, Martis, in commemoratione defunctorum.

Fit capella pontificalis, celebravit R^a D. episcopus Chironensis. Interfuerunt omnes 20 in hac civitate praesentes, de quibus supra.

3. **Novembris**, Mercurii, in coronatione pontificis.

Fit capella pontificalis propter diem annualem coronationis (Pauli papae III. maximi). Celebravit episcopus Senogalliensis; accesserunt ad eam Rm DD. legati cum omnibus praelatis.

Fiunt ignes per civitatem a Rm⁸ legatis et episcopis pontifici affectis.

25 Fui mane ad generalem Heremitarum eadem ex causa³.

Item cum card. de Monte et S. Crucis, Bituntino, Aliphitano' et Minoriensi ab hora 23. usque 2. noctis pro decreto aptando.

4. **Novembris**, Iovis.

R¹ DD. legati fuerunt insimul cum episcopis Bituntino et Minoriensi super decreto de iustificatione etc. ab hora 15. usque 18., item a 21. usque ad 4. noctis. Dictum 30 decretum aptatum scripsi] usque ad horam 6. noctis.

Fui hac de causa mane ad generalem Heremitarum, cui primum, secundum et tertium capita mutata ostendi.

Recepi litteras a D. Iofanne] Antonio Lucio, quod habuerit secretam fidem de nubenda Lucia sorore mea P[etr]o Sarr[acen]of. D[eo] gr[ati]as! Quod sit cum Dei 35 optimi maximi favore et auspicio!

5. **Novembris**, Veneris.

182v

Mane R mus card. de Monte cum Bituntino vacarunt decreto aptando.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua legi decretum de iustificatione noviter aptatum a Rm DD. legatis secundum censuras patrum et theologorum, quae

a *codex potius videtur habere Metunense.*
e *in marg.*

b *vel Cud . . . ?*
f *nescio num recte suppleverim.*

c *sic.* d *alio atramento add.*

Censeo intellegi Petrum Ordognes, clericum Legionensis dioecesis, cantorem concilii.

2 Quo profectus erat 28. Iunii, supra p. 557.

3 Cf. ad 31. Octobris 1. 1 huius pag.

adnotatae fuerant in alio decreto alias in congregatione die 23. Septembris (proposito) a Quo lecto dimittuntur patres et vocantur ad diem Martis, et unicuique datur facultas mittendi ad me pro copia decreti. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tres oratores Galli, 10 archiepiscopi et 40 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 6 generales.

5

Veniunt post congregationem aliqui, et datur copia decreti.

Fui cum Rmo card. S. Crucis usque ad 3. noctis super eadem re.

6. Novembris, Sabbati.

Per totam diem vacavi in dandis exemplaribus decreti de iustificatione R'ja DD. episcopis usque ad horam 3. noctis.

7. Novembris, Dominica.

Datur item copia decreti multis episcopis, quibus vacavi per totam fere diem.

10

Pertranseunt per Tridentum 300 equites gravis armaturae, qui proficiscuntur in Germaniam ad imperatorem e regno Neapolitano etc.

Fit fides brevis decimarum pro episcopo Pientino.

(Item die lunae datur copia decreti) b.

9. Novembris, Martis6

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinatur decretum de iusti- 15 ficatione die 5. propositum, et dixerunt usque ad Chironensem. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, Illms Don Didacus orator Caesareus, Danesius tertius orator Gallus, 10 archiepiscopi, 39 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 6 generales. Dimittuntur hora 24. et vocantur in crastinum eadem hora.

Post congregationem IU™B Don Didacus fuit cum Rmis legatis usque ad ho- 20 ram 2. noctis1.

10. Novembris, Mercurii.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua exquiruntur vota super eodem decreto, et loquuti sunt usque ad Veronensem; item Turritanus, Gadditanus, qui heri 15 is3 non sunt loquuti. Vocantur ad diem Veneris et dimittuntur hora 24. Interfuerunt j ipsi duo Rm legati, card. Geennensis, oratores duo Galli, Durfe et Danesius, 10 archiepiscopi, 25 40 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales, Minorum excepto.

11. Novembris, Iovis, in die s. Martini.

(Non fit congregatio propter festum s. Martini.) d

Excerpsi censuras super novo decreto datas a patribus, fuique ad Sottum, ut eius sententiam super eodem decreto intelligerem. Item ad Turritanum eadem ex causa. Quae omnia Rmo cardinali S. Crucis retuli.

30

Dedi heri cuidam compatriotae dei Mazulo Iulios 7 cum dimidio, cum ex Germania rediens S. S[everi]num proficisci non posset, cum nihil pecuniarum haberet.

12. Novembris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione, et loquuti sunt sex, a Castellimaris usque ad Vigorniensem. Absolvitur hora 24. Inter 35 fuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, Don Didacus orator Caesa-

a supra lin. add.

b postea add. in spatio vacuo.

c 9 corr. pro 8 et Martis pro lunae.

d in marg.

1 Legati 10. Novembris scribebant cardinali S. Florae camerario, quid Didacus Mendoza ipsis dixerit de mittendo ab imperatore Ioanne Mendoza ad pontificem, cui nuntiaret imperatorem non velle mutari locum concilii, sed non repugnare constitutioni decreti de iustificatione, dummodo quaedam universitates de eo con-

sultarentur. Cf. *Pallavicin.* 8, 15, 13; *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 348, adn. 2. Eidem de prioribus inter ipsos et imperiales actionibus referebant 30. et 31. Oct.; cf. *Friedensburg* l. c. p. 347, adn. 1; p. 348, adn. 1. Cum postea inconsultis universitatibus decretum publicatum esset, aegre id ferebat imperator: infra p. 603, adn. 2.

reus, Danesius orator Gallicus, 10 archiepiscopi, 37 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales, Minorum excepto. Vide quae ibi notavi.

Mane notavi congregationes praeteritas pro R^{mo} card. de Monte.

Post congregationem fui ad card. de Monte, a quo habui licentiam commodandi
5 ea, quae notaveram in hodierna congregatione episcopo Salpensi.

13. Novembris, Sabbati.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto. Loquuti sunt septem, a Bituntino usque ad Oscensem. Interfuerunt huic congregationi duo R^{mi} DD. legati, card. Geennensis, 11^{ti} 13 D. Don Didacus orator Caesareus, tres oratores Galli, 10 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales. Vide quae ibi notavi.
10 Vocantur ad diem Martis, quia cras expectatur card. Farnesius, et ob id non indicitur congregatio pro die lunae.

Emi archibjusumj 2 aur[eisj, ornat[um]a, ad quod cum Cino. Mane in diario pro card. de Monte et in sero notavi censuras super decreto 1.

14. Novembris, Dominica.

R^m cardinalis Farnesius applicuit Tridentum, revertens ex Germania ab exercitu
5 Caesareo, ubi legatus egerat. R^{mi} DD. legati iverunt ei obviam per tria milliaria. Hospitatus est apud card. Tridentinum. R^m DD. legati cenati sunt in dicto palatio una cum R^{mis} Parnesio et Tridentino et Geenensi, fueruntque ibidem usque ad 3. horam noctis.

Scripsi in diario meo Tridentino pro R^{mo} D. card. de Monte, et mane et in sero. Fui cum Ordogjnez] ad card. Farnesium.

15. Novembris, Lunae.

20 R^{mus} D. card. Farnesius pransus est cum R^{mis} DD. legatis, deinde post prandium fuerunt insimul una cum Don Didaco oratore Caesareo per 4 continuas horas, postea card. Farnesius reversus est ad palatium card. Tridentini.

Scripsi ad D. Ioannem Antonium Lucium, Franciscum Massarellum, Michelangelum
Massarellum in responsione suarum super nuptiis Luciae sororis, quas litteras dedi
25 D. Nic[ola]o cap[itane]o de Montealbotto reddendas D. Galasio Bruno in patriam revertenti. Commod[avi] D. Ant[onio] Lorfenzino aureos 10, et D. Sim[on]i Perusino 1.

16. Novembris, Martis.

R^{mus} Q. card. Farnesius, Don Didacus, card. Tridentinus et R^{mi} DD. legati pransi sunt simul in palatio R^m legatorum communi expensa ipsorum DD. legatorum; excipiunturque in prandio omnes, quotquot interesse voluerunt ex omnibus curiis etc.

30 Post prandium R^{mi} legati, card. Farnesius et Don Didacus fuerunt insimul usque ad horam fere primam noctis.

Deinde ipse R^{mus} D. card. Farnesius, Tridentinus et Don Didacus iverunt cenatum apud R^{mm} D. card. Geennensem, qui D. Geennensis venit hora eadem fere 1. noctis ad palatium R^{mm} legatorum, et ipsum card. Farnesium domum suam comitatus est etc.

35 Dum simul hodie fuerunt R^{mi} DD. legati, card. Farnesius et orator Caesareus, egerunt de suspensione concilii facienda, super qua decreverunt scribere ad pontificem et imperatorem 3.

<D. episcopus Patavinus discessit ex Tridento 4,) b5

a vel legendum archibusia duo, [unum] auro ornatum, cf. infra ad 25. Nov.

➤ scriptum in viargine.

1 In litteris 17. Novembris ad card. S. Florae datis
CFriedensburg Nuntiaturber. IX, 352, l. 1) legati re-
ttunt ad alias 13. Novembris missas, cf. Friedensburg
■ c. p. 352, adn. 1

farnesius 23. Octobris in audientia comeatum
acceperat ab imperatore, et mane 25. Octobris pro-
tectus erat, cf. Friedensburg l. c. p. 310, adn. 1. Iter
eius optime persequi possumus eis, quae notantur l. c.
cl l a n' 2' P' 34-6, adn. 3.

1^auid egerit cum oratore Caesareo et legatis et
Concilium Tridentinum. I.

card. Tridentino, eodem die Farnesius scripsit pontifici-
quae litterae (tenuia fin alii i 7) sunt apud Friedensburg
l. c. p. 346 ss., n. 105; simul scribebat Verallio, mit-
tens etiam exemplar illarum litterarum (ibid. p. 346
adn. 2); iam 30. et 31. Octobris legati varias pro-
positiones de suspendendo concilio fecerant pontifici
ibid. p. 347, adn. 1, cf. supra p. 584, adn. 1.

4 Advenerat 11. Octobris, cf. supra p. 579, l. 3.
5 j) e adventu episcopi Portuensis Lusitani cf. infra
ad 18. Novembris (p. 586, l. 20 et adn. 7).

17. Novembris, Mercurii.

Mane Rm DD. legati iverunt ad card. Farnesium in palatium Tridentini, ubi etiam orator Caesareus affuit *, loquutique sunt de eadem suspensione.

<D. episcopus Tervisanus discessit ex Tridento 2.) a

Hora autem 18. ipse RTM D. card. Farnesius recessit ex Tridento, sociatus a Rm DD. legatis extra portam Tridentinam ad medium milliare, et a card. Tridentino usque Benacum, et Illms D. orator Caesareus ivit cum S. D^{ne} Rm; qui proficiscitur Venetias.

Fui mane ad Illm D. oratorem Caesareum, cui dedi octavam synod[um] latin[e] translatam ab Anastasio Bibliot[hecari]o3 nomine RTM card. S. Crucis. Ipse autem reddidit indicem librorum graecorum bibliothecae Vaticanae4. Dixit qualiter posuerat in scriptis rationes, de quibus heri loquuti fuerant insimul, quas ad Caesarem mittat5 etc. cupereque eas Rm DD. legatis ostendere.

Fui in die apud Britonoriensem, una cum archiepiscopis Materano et Naxiensi6.

18. Novembris, Iovis.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione, loquutique sunt Senogalliensis, Fanensis et Salpensis, qui primi duo suo loco ob impedimentum loquuti non fuerant. Absolvitur hora 24. Cui congregationi interfuerunt duo Rm DD. legati, card. Tridentinus7 tres oratores Galli, 9 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales, Minorum excepto. Vide per me notata.

Scripsi in diario pro Rm card. de Monte. Fui cum Rm S. Crucis usque ad horam noctis; votum legit Salpensis.

R^{du} D. Baldassar Olympus de Portugallia, episcopus de Portu, sive Portugallensis, qui nudiustertius Tridentum applicuit7, missus a Sermo rege Portugalliae ad concilium, praesentavit se primum coram Rm et Illms legatis, quibus exhibuit litteras regias8.

19. Novembris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione, super quo loquuti sunt tres, videlicet Lancianensis, Calaguritanus et Terracinus. Dimittuntur patres hora fere 1. noctis. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 10 archiepiscopi, 38 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales. Vide quae ibi notavi, quoniam unus, Ter[acinensis], opera a iustificatione exclusit.

Dedi R^{do} D. episcopo Portugallensi summarium concilii Tridentini usque ad quintam sessionem 9.

Mane scripsi in diario pro card. de Monte 10.

a add. in margine.

1 Qui 18. Novembris copiose retulit imperatori, cf. *Maurenbrecher*, Karl V., p. 119, adn. 14; *G. de Leva*, *Storia doc. di Carlo V.*, voi. IV, p. 206, adn. 5; citatos apud *Friedensburg*, *Nuntiaturber.* IX, 346, l. 40 ss.

2 Advenerat 11. Octobris, cf. supra p. 579, l. 3.

3 De hac synodo eiusque actis cf. supra p. 195, adn. 4 et p. 229, adn. 6.

4 Illud *Memorial de los libros Griegos de mano de la libreria dei Sr Don Diego Hurtado de Mendoza*, quod ex Musei Britici *cod. Egerton 602* edidit *Ch. Graux*, *Essai sur les origines du fond Grec de l'Escorial* (Paris 1880) p. 359 ss., habet, (p. 314) n. 314 librum inscriptum *Index bibliothecae Vaticanae*, quod Graux asserit esse diversum ab alio codice bibliothecae Scorialensis 12 - I - 2, qui contineat catalogum codicum Graecorum bibliothecae Vaticanae. Qua de re inquire hic non est nostrum. De catalogis bibliothecae Vaticanae factis, antequam Cervinus bibliothecae praefectus est, v. *I. B. de Rossi*, *La biblioteca della sede apostolica ed i cataloghi dei suoi manoscritti*, in *ephemeride Studi e documenti di storia e diritto* V (Roma 1884, etiam separate editum), 355 s.; p. 357 commemoratur inventarium scriptum a. 1533 a Fausto Sabaeo et Nicolao de Maiorani (cf. supra p. 381, adn. 1), quod adhuc extet in cod. Vat. 3951. Cf. *P. Batiffol*, *La Vaticane de Paul III a Paul V* (Paris 1890, 120) p. 19 s.

5 Cf. adn. i huius pag.

6 Litteras hoc die a legatis ad card. S. Florae datas exhibet *Friedensburg* l. c. p. 351, n. 106; ibid. p. 353, adn. 1 commemoratur eorundem epistula ad Verallum missa.

7 Balthasar Limpus de Moura ord. Carm. episcopus electus 15. Nov. 1536, 23. Maii 1550 translatus Bracaram, ubi defunctus est 21. Martii 1558. Quod in diario II (supra p. 450, l. 22) dicitur advenisse eum 17. Nov., videtur error esse.

8 Has litteras non inveni. Episcopus videtur missus esse a rege, quia fratribus ab eo antea missis (cf. Severolum supra p. 9, l. 23) vox decisiva vel oratorum dignitas a concilio non tributa erat, quare Hieronymus ab Oleastro petierat ut revocaretur (cf. *Druffel*, *Mon. Trid.* p. 276, adn. 1), sed nihilominus remansit Tridenti, cf. ex. gr. supra ad 8. Aug. 1546, infra ad 28. Nov.

9 Quod summarium fortasse idem erat ac Massarelli diar. II vel illud summarium in codice Barberiniano (sed cf. p. 588, adn. 3). Iam 8. Augusti tale Massarellus dederat Hieronymo ab Oleastro; nescio an quaestum hac ex re fecerit, ut a. 1562 (secundum Nuccii relationem) ex oratione missi Bavarici, cf. *Rom. Quartalschrift* XI (1897), 378.

10 Scripserunt legati ad card. S. Florae; *Friedensburg* l. c. p. 353, n. 107.

20. Novembris, Sabbati.

Fit congregatio generalis hora 21. super eodem decreto iustificationis, super quo loquuntur quattuor, videlicet Mylensis, Canariensis, Aliphanus et Minoriensis; di mittuntur hora 24. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 9 archiepiscopi, 37 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 5 generales. Vocantur ad diem lunae eadem hora.

{Episcopus Terracinensis recessit ex Tridento 1.) a

Scripsi in diario pro Rmo card. de Monte.

Emi collarium] pro camisia] 9 lui., quare fui ad fer[ias] cum Sylv[est]ro.

21. Novembris, Dominica.

Mane Rms D. card. S. Crucis celebravit privatim in aula sua, deinde ivit spatium 10 supra montem arcis etc.

Scripserunt [legati] ad Rm D. card. Mantuanum pro licentia extrahendi* 3 milia sarcin[arum] frumenti ex dominio Mantuano pro usu et commoditate concilii, sub data tamen 19. huius; quas litteras habuit episcopus Bellicastrensis, commissarius apostolicus.

Fit fides brevis decimarum pro Don Luciano abbate Pontidae Bergomensis 2 sub 15 data 18. huius.

Signatur mandatum 5 ducatorum pro Iacobo scriptore sub dat. 1. huius.

Ostendi Rmo domino meo S. Crucis scripta per dictum Iacobum.

22. Novembris, Lunae.

184 V

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione et duobis illis articulis. Loquuntur quattuor, videlicet Minoriensis et tres qui loco suo non 20 dixerunt, videlicet Placentinus, Claramontanus et Britonoriensis. Cui congregationi inter fuerunt duo Rm DD. legati, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, 39 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Carmelitarum et Minorum absentibus.

Rm DD. legati scripserunt ad Iumm D. Ferrandum Gonzagam, gubernatorem Me diolani, pro tractu 150 sarcinarum frumenti et aliarum blad[arum] pro usu et com- 25 moditate sacri concilii.

Mane scripsi in diario pro cardinali de Monte et cum D. Const[antino] post con gregationem spat[ium].

Applicuerunt Tridentum Rd DD. episcopi Salutiarum, Archinctus³, et Parentinus, Campegius *i*.

23. Novembris, Martis.

30 Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto et articulis. Lo quuntur tres, videlicet D. Claudius Zaius, procurator Rm D. cardinalis Augustensis, fr. Ambrosius Pelargus, procurator Rd D. archiepiscopi Treverensis, et D. Lucianus abbas Pomposiae Bergomensis. Ultimus non laudatur⁵. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, 38 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 35 4 generales, Minorum et Carmelitarum absentibus.

Applicuerunt Tridentum Rd DD. episcopi Albiganensis Cicada⁶, auditor camerae apostolicae, et Famaugustanus⁷ ac Algarensis Sardus⁸.

a add. in margine.

b cod. extraendi.

c sic.

1 Advenerat 12. Octobris, supra p. 579, l. 12.

2 De liberandis religiosis a solutione decimarum promiserat Farnesius (in litteris 21. Ianuarii 1546 ad legatos datis, apud *D ruffel*, Mon. Trid. n. 306, p. 337) provisum iri.

3 De quo v. ad Severolum supra p. 108, adn. 3.

4 Ioannes Campeggius Bononiensis, a. 153° cano- nicus ecclesiae cathedralis suae patriae, a. 1534 doctor legum, postea archidiaconus, 18. Maii 1537 Laurentio Campeggio cardinale avunculo renuntians factus est episcopus Parentinus; a. 1549—1554 gubernator Urbis Veteris et provinciae patrimonii, a. 1553 ecclesiae Bononiensi praeficitur. A Pio IV praesidens Mareae An- conitanæ factus et postea nuntius missus est ad Floren- tinorum ducem, ad Philippum Hispaniarum regem et ad Lusitanorum, quos ad continuandum concilium Tri-

dentinum invitaret. Obiit 7. Sept. 1563. De quo v. *Giov. Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi III (Bologna 1783» 4°) > 4^a s* Ibidem eius vota in concilio prolata enumerantur.

5 Cf. iudicia supra p. 206, adn. 8 citata.

6 De quo v. supra p. 108, adn. 4. Natus Genuae VI. Kal. Iunii 1510 ? a- 1544—1548 Albiganensi ec- clesiae praefuit, deinde a. 1551 Iulius III cardinalium numero eum adscripsit cum titulo S. Clementis. Pluri- mum valebat apud Pium IV, praesertim in rebus con- cilii. Mortuus est episcopus Sabinensis a. 157°

(*Ciacon*, III, 779)

7 Philippus Bonus Venetus secundum Iustiniani in- dicem II factus est episcopus Famaugustanus 29. Oct. 1543; ibidem nominatur «scrivano e famigliare dei papa.»

8 Cf. ad 25. huius mensis; *Gams* (Series p. 832)

Mane scripsi in diario pro Rm card. de Monte.

Rd's D. episcopus Pientinus discessit ex Tridento, Venetias versus, ut dicebat.

24. Novembris, Mercurii.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinatur idem decretum; loquuntur tres generales: Praedicatorum, Minorum et Conventualium. Sed Conventualium non perfecit votum suum. Dimittuntur hora 24. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, 42 episcopi, 2 procuratores, 5 generales, Carmelitarum absente.

Reperi quod furtim] subtracti mihi sunt decem et septem] aureosa in auro 1.

25. Novembris, Iovis, s. Catharinae.

Fui ad D. episcopum Bituntinum et censuras super decreto vidimus.

Emi arch[ibusium] et illud inauratum] 2 dedi Brixien[sis].

Scripsi in diario pro Rm card. de Monte.

Collegi et in unum redegi suo ordine omnes notationes super decreto de iustificatione lecto 5- huius in congregatione generali.

Applicuit Tridentum episcopus Algarensis <23. huius)\

Incepi summarium concilii in 43.

26. Novembris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione. Loquuntur duo tantum, generalis Conventualium, qui heri4 votum suum perficere non potuit, et generalis s. Augustini, qui etiam ob temporis angustiam hodie suum votum absolvere nequivit; ideo remisit se ad crastinam congregationem. Interfuerunt autem huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallicus, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales.

Mane scripsi in summario concilii. Post congregationem fui cum Cin[o] ad arch[ibusium] aspiciendum] ° et hora 18. ad Bituntinum, cui vota per me collecta ostendi. Quae vota dedi Rm D. de S. Cruce5.

27. Novembris, Sabbato.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto et duobus articulis, super quibus hodie loquitur generalis s. Augustini, qui heri perficere ob temporis angustiam suum votum non potuit, et generalis Servorum. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallus, 9 archiepiscopi, 44 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 5 generales, Minorum absente.

Mutantur sedilia, et accenditur hodie primum ignis in aula, ubi congregationes fiunt.

Mane scripsi in summario concilii etc.

Post congregationem cum D. Britonoriensi in aula D. Loren[zini].

In sero scripsi etiam in summario concilii.

28. Novembris, Dominica.

Dominica prima adventus fit capella; celebravit missam episcopus Caputaquensis, habuit orationem fr. Hieronymus ab Oleastro Portugallensis (ordinis Praedicatorum)4. Interfuerunt Rm DD. legati et conciliares omnes.

" sic. ¶ videtur postea add. Ergo non statim notata sunt, quae evenertmt.
c vel esperiendum P a in marg.

nominat eum Petrum Vagnier seu Vaquer, et promotum a. 1541, mortuum a. 1566 esse ait.

1 Cf. infra ad 18. Dec. p. 594, l. 9 et adn. 1.

2 Cf. supra ad 13. Nov.

3 Facillime fieri potest, ut hoc sit ipsum exemplar Barberin. XVI, 23 saepe a nobis citatum.

4 Immo 24. Nov., cf. l. 4 huius pag.

0 Venit hoc die Tridentum Franciscus de Toletor orator Caesareus (Mendozæ successor), qui 13. Novembris e castris imperatoris discesserat, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 398, adn. 2. Caeterum Franciscus et ipse brevi proficiscebatur Romam (ante sessionem VI).

Scripsi in summario concilii. Fui ad generalem s. Augustini pro locis Bernar[di] loquent[is] de certitudine¹ sermone super Cantic. 68 et 69. Deinde cum Rm D. card. S. Crucis usque ad 3. horam cum dimidia noctis².

29. Novembris, Lunae.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto et duobus articulis. Loquuntur duo, generalis Carmelitarum et episcopus de Portu Portugallensis, qui quoniam noviter venit ad concilium, suo loco non dixit. Interfuerunt huic congregationi duo Rm DD. legati, card. Geennensis, 9 archiepiscopi, 44 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Servorum et Minorum absentibus.

(Episcopus Placentinus recessit ex Tridento.)*³

k.b.dpcxt qsp.n.k.tkr qsq. xkhk oabk.tdxukt.

Fui ad generales Heremitarum et Servorum pro notationibus decreti, et in summario concilii scripsi.

30. Novembris, Martis.

Propter festum s. Andreae non fit congregatio.

Rm DD. legati vocarunt mane hora 17. ad se deputatos super decreto, quibus dederunt decretum de iustificatione die 5. lectum et notationes super eo a patribus factas, ut eas seligant, ut quae commode mutari possunt' mutantur, caeterae legantur in congregatione et omnibus dentur considerandae, ut per verbum *placet* vel *non placet* ad eas respondeant.

Perfeci summarium concilii⁴.

Fui cum episcopo Milensi³, de rebus Turcicis loquuti, et archiepiscopus Aquensis oravit de voto suo in crastina congregatione dicendo.

1. Decembris, Mercurii, 1546.

Hora 21. fit congregatio generalis super eodem decreto de iustificatione et articulis. Loquuntur sex, videlicet archiepiscopus Aquensis et archiepiscopus Armacanus, qui suo loco nihil dixerant, de iustitia imputativa et certitudine gratiae. Item episcopi Parentinus, Salutarum, Albinghanensis et Famaugustanus, qui noviter ad concilium venerunt. Et ita absolvitur examinatio huius decreti et horum duorum articulorum. Cui congregationi interfuerunt duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallus, 9 archiepiscopi (Corcirensi absente), 44 episcopi, procurator Augustani, 3 abbates, 4 generales, Minorum et Carmelitarum absentibus.

Mane incepti scribfer[e] concilium denuo a me compilatum.

Fui ad Rm D. Monte pro archiepiscopo Aquensi, utd votum suum perficeret, prout impetr[avi]e.

Item post congregationem pro fid[e]⁶ episcoporum Patav[ini] et Tervisan[i].

Mane fit congregatio quattuor deputatorum super decreto de iustificatione, qui collegerunt censuras patrum a me eis exhibitas et illas in tres partes diviserunt, in leves, graves et gravissimas. Vide per me ibi notata⁷.

2. Decembris, Iovis.

Fit congregatio deputatorum super decreto, qui examinarunt illas notationes, de quibus heri egerunt, et conclusum est, ut graviores mittantur ad patres et in congregatione examinentur, caeterae aptentur per Rm legatos et ipsos DD. deputatos.

Fui ad IUTM D. Didacum de Mendocia hora 2. noctis eum visitatum nomine Rm D. card. S. Crucis, cum cras sit discessurus ex Tridento etc.

a m marg.

b vel uP

c sic.

d Ms. et.

e non sine dubio ita legi.

* sc. gratiae.

Recipiebant legati litteras Veralli 19. Novembris datas, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 358, adn. 2.

Quem supra ad 21. Iunii retulit discessisse; interim videtur reversus esse, sed oblitus est Massarellus id adnotare.

* Qf supra ad 25. Novembris; quod sine dubio postea continuavit,

5 Hic sine dubio intellegitur Castagnola.

6 Supplendum videtur esse: decimarum,

7 Litterae a Cervino hoc die ad Maffeu[m] datae apud *Friedensburg* 1. c. p. 370, n. 113.

Aptantur illae graviores considerationes super decreto, ut cras legantur in congregatione, a Rm̄s D.D. legatis.

atf qpsup cpoftbnfouf fugku gkpkt.

3. Decembris, Veneris.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua leguntur 9 capita vel dubia extracta ex* censuris patrum super decreto de iustificatione, quae proponuntur patribus diffinienda 5 per verbum *placet* vel *non placet*, cum haec graviora sint, mittiturque earum exemplar ad omnes patres. In qua congregatione Rm̄s card. de Monte monuit patres, ut in sentiis dicendis neminem laedant et modeste loquantur i. | Cui congregationi interfuerunt duo Rm̄i legati, card. Geennensis, D. Franciscus orator Caesareus, et tertius orator Gallus, 9 archiepiscopi, 44 episcopi, procurator Augustensis, 3 abbates, 5 generales, Minorum absente. 10 W Discessit ex Tridento Illm̄s D. Didacus a Mendocia orator Caesareus, qui proficiscitur Romam, ut ibi apud pontificem Caesareum oratorem etiam agat². Ab hac igitur die Tridenti in concilio non remanet nisi unus orator Caesareus, videlicet Illm̄ D. Franciscus a Tolet³.

Veni in novam domum, id est palatium Ghiroldi⁴, habitatum].

15

4. Decembris, Sabbati.

Transmittuntur ad omnes patres copiae dubiorum novem heri in congregatione lectorum. Item 6. caput feformatum, et hoc separatim, cum in eo aliqua immutata fuerint, ts» Rm̄i legati scripserunt ad regem Portugalliae in responsionem suae, quam tulit episcopus de Portu⁵, commendantes S. M̄tis pietatem etc., et episcopum laudantes.

^ Similes litterae scribuntur reginae Portugalliae.

20

Quando legati scribunt litteras, eas subscribunt ambo, card. de Monte primum, quia episcopus, deinde card. S. Crucis, quia presbyter, et sigillantur uno tantum sigillo cardinalis de Monte, praesidentiae principe⁰.

5. Decembris, 2. Dominica adventus.

Fit missa pontificalis, quam celebravit episcopus Lancianensis. Oravit P. ----d Conventualium. Interfuerunt Rm̄i D.D. legati, card. Tridentinus et Geennensis caeterique 25 conciliares.

Fui mane spatium cum Constantino] Cin[o] et in sero cum Lorenz[in]o.

Rm̄i D.D. legati fuerunt insimul cum deputatis super decreto de iustificatione, quibus dedi censuras omnes patrum.

Item dedi Rm̄ D. archiepiscopo Turritano votum suum, quod dixit die 1. Octo- 30 bris 1546 super decreto iustificationis, et illius copiam feci, Rm̄B legatis mandantibus.

1871

Lunae, 6. Decembris.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur novem illa dubia ad patres transmissa, et sententiae omnium audiuntur usque ad horam 2. noctis. Cui congregationi interfuerunt duo Rm̄i legati, primus et tertius oratores Galli, 9 archiepiscopi, 44 episcopi, procurator Augustensis, 2 abbates, 4 generales, s. Augustini et Minorum 35 absentibus.

Emi panfnum] pro cam[isia] 4° pez.

Tota die fui occupatus pro novem illis dubiis et sententiis colligendis.

a ante hoc verbum deletum est aliud.

b Ms. videtur potius habere et.

c sic.

d lacuna in cod.

e corr. ex 3, vel 3 corr. ex 4 P

1 Nescio an haec ad archiepiscopum Armacanum spectaverint, qui acris in congregatione 1. Decembris sententiam suam videtur dixisse (Theiner, Acta I, 304 b) et in diario I ad 8. Augusti 1545 (supra p. 234, l. 40) describitur ut ambitiosus, arrogans, vanus, rixosus.

2 Ioannes de Vega, qui antea Caesaris apud pontificem fuerat orator, Siciliae vicerex designatus erat loco

Ferrantis Gonzagae, qui successerat marchioni de Vasto defuncto gubernator Mediolani; cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 398, adn. 2.

3 Cf. p. 588, adn. 5.

4 Cf. supra p. 158, adn. 3.

5 Cf. supra ad 18. Novembris p. 586, l. 20 ss. et adn. 8.

Martis, 7. Decembris.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua (proponitur decretum noviter a Rmis DD. legatis et deputatis reformatum secundum censuras patrum) a, dicunturque sententiae a patribus super censuris prohemii et quinque capitum, et ita prohemium et illa quinque capita absolventur et approbantur ab omnibus, et eis extrema manus imponitur. Cui
5 congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, procurator card. Augustensis, 3 abbates, 4 generales, s. Augustini et Minorum absentibus. Perficitur hora 24. et vocantur ad diem Iovis propter festum conceptionis. Vide per me notata.

Collegi vota hesternae et dedi Rm legatis et deputatis, qui mane decretum aptarunt.

8. Decembris, Mercurii.

10 Quia festum conceptionis, non fit congregatio, sed vacatur reformationi decreti, ideo DD. quattuor deputati convenerunt ante Rm legatos etc.

Fui in sero ad episcopum Bituntinum, ut referrem ei acta a deputatis, cum ipse unus ex deputatis aegrotaret. Deinde ivi ad Fanensem, cui ostendi sextum caput decreti reformatum, et post multas disputationes convenimus in quibusdam verbis aptandis.

Iovis, 9. Decembris.

187V

15 Hora 21. fit congregatio generalis, in qua concluduntur illa tria dubia, quae in ultima congregatione remanserant indecisa, videlicet 1) circa illud verbum *renascentia*, 2) circa illud verbum *per illuminationem* in 5. capite; 3) in eodem 5. capite de verbis illis addendis *coram illo*, et conclusum, quod stet decretum, ut iacet. Deinde dicitur patribus, ut mittant pro exemplo sexti et septimi capitum reformatum, ut in crastina
20 congregatione expediri possint, et sic dimittuntur patres hora 24. Cui congregationi interfuerunt duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallus, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Carmelitarum et Minorum absentibus.

Scripsi ad D. Cervinum *, ut certiore redderem de infirmitate D. Bucc[aurat]i.

Episcopus Britonoriensis scripsit ad D. Bernardinum de Cruce³, ut prior[at]um
25 impetraret a pontifice, nomine legatorum, id est, ut illum in pec[tor]e reser[ve]t.

Veneris, 10. Decembris.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur sextum et septimum capita, quae fuerunt ad patres heri transmissa. Deinde a Rm D. card. de Monte dicitur patribus, ut censurae super his duobus capitibus collectae sunt, quae examina
30 buntur a DD. deputatis et ipsis Rm legatis, accersitis episcopis iis, qui theologiam profitentur, et secundum eorum iudicium aptabuntur. Sed interim mittant patres pro octavo capite etiam reformatum, quod in crastina congregatione examinabitur. Et ita dimittuntur patres hora circiter 2. noctis. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 10 archiepiscopi, 44 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Minorum et Carmelitarum absentibus.

35 Mane autem fit congregatio deputatorum coram Rm legatis et illud octavum caput reformatum.

Mittunt praelati post congregationem pro copia octavi capituli decreti de iustificatione.

a in marg. b in marg. Barb. addit: Eadem die. Rm DD. quattuor deputati convenerunt coram Rmis legatis, qui aptarunt sextum caput decreti secundum censuras patrum alias consideratas.

c corr. pro exfaminentur]: volebat scribere ut . . . examinentur.

1 Ioannem Baptistam, cf. supra p. 220, adn. 4; P^o 537 » adn. 2.

Non Severinum (cf. supra p. 151, adn. 3) sed Hieronymum Buccauratum (p. 191, adn. 2) credo intellegi; nam Hieronymus eodem tempore videtur esse mortuus (cf. acta consistorii, citata p. 191, adn. 2), et post eius resignationem (infra ad 29. Decembris) prioratus Cruciferorum Septempedanorum videtur collatus esse Ioanni Francisco fratris filio (Io. Carolus Gentili, De eccl. Septemped. II [Maceratae 1837], 183; si Gentilio

credere licet), post quem eodem Gentilio referente et ad documentum archivi capitularis Septempedani provocante secutus est Severinus Buccauratus, cuius mortem nuntiat Massarelli in diario IV ad 4. Iunii 1548.

3 Cf. infra ad 11. et 29. Decembris. Bernardinus della Croce 7. Iunii 1546 electus erat episcopus Casertensis, qua de ecclesia 27. Aprilis 1547 translatus est Astim. Massarelli summopere studebat illi prioratu (cf. diar. IV ad 4. Iunii 1548; 25. 31. Oct. 1549), quem tandem se adeptum esse narrat ad 13. Nov. 1550 (diar. VI).

i88r

11. Decembris, Sabbati.

Mane hora 16. fit congregatio deputatorum coram Rmis DD. legatis et nonum et decimum caput reformatur. Mittitur ad patres copia octavi capitis decreti de reformatione, de quo supra.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinatur octavum caput decreti de iustificatione noviter reformatum, et omnes dixerunt super eo sententias suas. 5 Deinde dicitur patribus, ut mittant pro copia 10., 11., 12. et 13. capitum reformatum, quae examinabuntur die lunae, nonum autem, quia loquitur de certitudine gratiae, reservabitur ultimo loco examinandum, ut decretum est. Et ita dimittuntur patres hora 1. noctis cum dimidia. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 10 archiepiscopi, 44 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Carmelitarum et 10 Minorum absentibus.

Notandum est, quod duo illi procuratores, RTM card. Augustensis et Rd D. archiepiscopi Treverensis, licet sint praesentes in his congregationibus, nihil tamen loquuntur in praesentiarum, cum his capitibus examinandis respondeatur per verbum *placet* vel *non placet*, et ipsi habeant tantum vocem consultivam. Alias tamen semper suam sententiam protulerunt. 15

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium pro prioratu S. Severini in pectore pontificis reservando] ad mei instantiam, et Armacanus scripsit eadem ex causa summo pontifici, et Britonoriensis episcopo Casalensi Ber[nard]ino de Cruce 1.

Datur copia 10., 11., 12. et 13. capitum, ut supra, praelatis.

20

12. Decembris, Dominica 3. adventus.

Fit missa pontificalis, quam celebravit episcopus Oscensis, habuit orationem fr. Gregorius Perfectus Patavinus, ord. s. Augustini. Interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, caeterique conciliares omnes.

Hora 21. DD. deputati super decreto congregantur coram RmB legatis et aptant capita 14. et 15.; fuerunt insimul usque ad 24. horam. 25

Fui cum Belar[mino] et Man[ello] spatiatum hora 23. In sero capita aptata scripsi. Datur copia 10., 11., 12. et 13. capitum reformatum DD. praelatis.

i88v

13. Decembris, s. Luciaae, Lunae.

Mane fit hora 16. congregatio theologorum praelatorum et generalium numero 19 coram Rmis DD. legatis super quibusdam difficultatibus ortis in generali congregatione super sexto capite decreti de iustificatione, videlicet in illis verbis: *eriguntur* 30 *in spem* etc., an videlicet timor deberet praecedere spem, et conclusum quod sic; et an detestatio peccatorum in dispositione ad iustificationem praecedat spem, et conclusum quod, licet aliqualis detestatio praecedat spem, tamen illa, quae disponit ad iustificationem, quoniam non potest fieri sine spe et dilectione, consequitur. Absolvitur hora 19.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur 10., 11., 12. 35 et 13. capita decreti de iustificatione et dicuntur sententiae ab omnibus patribus qui dimittuntur hora 24. et vocantur in crastinum eadem hora. Cui congregationi interfuerunt duo Rm DD. legati, card. Geennensis, tertius orator Gallus, Danesius, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, ut supra. In qua congregatione dicitur a Rmo praesidente, ut patres mittant pro copia et exemplo 14., 15. et 16. capi- 40 tum decreti reformatum.

Hora igitur 1. et 2. noctis et tertia datur copia dictorum trium capitum DD. praelatis. Vide tu, quid tota die egerim.

14. Decembris, Martis.

Hora 16. fit congregatio theologorum deputatorum, et examinantur quaedam difficultates super sexto capite decreti a patribus in generali congregatione

" noviter reformati add. Barb.

b in marg., sed rursus deletum: et dicitur ut mittant pro copia 14., 15. et 16. capitum quae restant.

1 Cf. supra ad 9. Decembris p. 591, l. 24 et adn. 3.

motae, praesertim, an timor spem praecedere debeat, et concluditur, quod sic. Qui DD. deputati sunt archiepiscopi Aquensis, Turritanus, Armacanus, et episcopi Aciensis, Chironensis, Portugallensis, Motulanus, Castellimaris, Fanensis, Veronensis, Lancianensis, Bituntinus, Britonoriensis, Bellicastrensis, Bossanensis, Canariensis, <Salpensis>a, Minorienensis et generales omnes, sed quattuor tantum intersunt, videlicet generalis Praedicatorum, Costacciarus, s. Augustini, Servorum. Absolvitur congregatio hora 20.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur tria capita decreti, videlicet 14., 15., 16., et omnia absolvuntur | et difficultates quae moventur notantur, et a Rm DD. praesidentibus dicitur, quod in congregatione theologorum resolutur, {et dicitur, quod mittant patres pro copia canonum}a. Interfuerunt huic congregationi duo Rm legati, card. Geennensis, primus orator Gallus, Durfe, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, ut supra.

15. Decembris, Mercurii.

Hora 16. fit congregatio theologorum e concilio super difficultatibus motis in generali congregatione super capite sexto de iustificatione, quod caput perficitur. Interfuerunt qui supra; absolvitur 20. hora.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur canones reformati, qui leguntur a D. Bituntino. Reformati autem sunt a Rm DD. deputatis et legatis, et super illis dicuntur sententiae patrum usque ad Motulanum. Absolvitur hora 1. noctis. Interfuerunt qui supra, excepto oratore Gallo.

Datur copia illorum canonum reformatorum omnibus praelatis, prout heri sero factum est¹.

16. Decembris, Iovis.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur canones a Motulano usque ad generalem Servorum, et sic perficitur examinatio huius decreti de iustificatione noviter reformati et die 7. huius a DD. legatis et deputatis in generali congregatione exhibiti, et dicitur a card. de Monte praesidente, quod censurae a patribus datae examina buntur in congregatione theologorum, et uniuscuiusque ratio habebitur. Absolvitur hora 1. noctis. Cui interfuerunt qui supra, addito Danesio oratore Gallo.

Emi 4 alfios] panfnos] pro br.b camis[iis].

Fui ad episcopum Bituntinum pro sexto capite iterum aptando, ut in crastina congregatione legi posset, et cum card. S. Crucis eadem ex causa usque ad 3. horam noctis².

17. Decembris, Veneris.

Hora 16. fit congregatio theologorum praelatorum, qui disputarunt de ratione reddenda, quare Paulus dicat: *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus*² etc., et omnes diffuse locuti sunt. Sed quia varii fuerunt, nihil conclusum, sed remiserunt se ad crastinam congregationem.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua interrogantur patres, an expediat in presentiarum una cum decreto de iustificatione decidere quaestionem de certitudine gratiae, et tandem conclusum, quod pro nunc in hoc decreto de iustificatione damnetur tantum assertio Lutheranorum quoad hanc certitudinem gratiae, et de quaestione principali, de qua etiam inter catholicos dissentio est, nihil pro nunc decidatur. In quam sententiam devenere 33 patres, 16 fuerunt in sententia, quod nunc decideretur, 6 erant dubii, quid nunc agendum esset. Et ita dimittuntur patres hora 1. noctis. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 10 archiepiscopi, 40 episcopi, 3 abbates, 4 generales.

a m marg.

b vel or.

c in fine iterum ponitur eadem ex causa.

Epistulae legatorum his temporibus scriptae continent querelas, quod imperator non respondeat de eis, quae ipsi cum eius ministris egerint in causa suspensionis concilii; hoc ipso die Cervinus scribebat Maffeo, reversum esse 11. Decembris nuntium a Didaco Mendoza ad imperatorem missum, sed nihilominus nil audiri de voluntate imperatoris; et 19. Decembris legati nun-

Concilium Tridentinum. I.

tiabant Mendozam misisse (ex Venetorum urbe) responsum imperatoris [de decretis iustificationis et residentiae et de suspensione concilii], quod quale esset nondum scirent (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 398, adn. 4); 20. Decembris card. Tridentinus et Geennensis id eis exponebant, cf. p. 594, adn. 3.

² Rom. 3, 28.

18. Decembris, Sabbati.

Hora 16. fit congregatio theologorum praelatorum, qui diu disputarunt in inveniendis perpetuo consensu ecclesiae in interpretandis illis verbis Pauli: *Arbitramur hominem iustificari per fidem*, et conclusum quod inveniuntur verba, quae ponantur in decreto in septimo capite, quae ad omnem iustificationem referri possint, scilicet primam, id est dispositionem, ipsam iustificationem, et incrementum ipsius, quod propositum fuit 5
a Rmo D. card. S. Crucis et ab omnibus approbatum est. Et ita dimittuntur patres hora 20. Cardinalis de Monte non interfuit ob indispositionem.

Hodie non fit congregatio generalis, quoniam vacatur aptando decreto.

Loquutus sum cum episcopo Veronensi de re Iacobi] Fum[ani]

Cum card. S. Crucis usque ad 3. noctis horam, et fui ad Bituntinum pro sep- 10
timo capite.

i9or

19. Decembris, 4. Dominica adventus.

Fit missa sollemnis in cathedrali more solito, quam celebravit episcopus S. Marci, oravit quidam frater (Ludovicus Senensis)a, Carmelitanus. Interfuerunt omnes conciliares.

Fui apud D. Bituntinum propter interpretationem verborum Pauli, quod *per fidem iustijicevmr*, et placuerunt sibi verba adiuncta a Rmo card. S. Crucis, cum quo illa 15
forma[vimu]s.

Fui ad fr[atrem] Franc[iscum] Panormit[anum] 2 eadem ex causa etc.

20. Decembris, Lunae.

Fui mane ad episcopum Fanensem, cui ostendi verba interpretationis verborum Pauli, et ei placuerunt, ostendique fr[atrem] Fr[ancisco] Panormitano, cui etiam placuerunt.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua per Rmos DD. praesidentes proponitur patribus, ut in futura congregatione veniant parati ad respondendum de die certo pro sessione futura statuendo, et de residentia praelatorum, videlicet de pena temporali non residentibus apponenda, vel quae super quibus duobus dicturi sunt suas sententias. 20

Oritur altercatio quaedam inter card. Geennensem et episcopum Albinganensem, auditorem camerae, ob verba quae ipse episcopus dixerat in ultima congregatione, cum ageretur de quaestione de certitudine gratiae decidenda, cum episcopus ipse (ut card. Geennensis aiebat) dixisset: »Qui cupiunt illam decidi, habent spiritum malignum«, et cardinalis ipse fuisset unus ex his, qui volebant eam decidi. Et tandem res prudentia legatorum sopita est. Corciresisque archiepiscopus, cum rogaretur de sua sententia 3°
a Rmis praesidentibus, dixit haec verba: »Quia nos sumus delusi, nihil volo dicere«. Quae verba graviter tulerunt Rmi DD. legati eumque reprehenderunt, et nisi tota synodus pro eo orasset, aliquid non leve contra eum actum fuisset3.

Fui cum D. Ant[onio] Radic[i]o et episcopo Veronensi pro re Iacobi] Fum[ani] Veronensis4. 35

21. Decembris, Martis.

In die s. Thomae Rms D. card. de Monte consecravit episcopos Minoriensem et Alyphanum 5.

Ivi pransum cum episcopo Feltrensi et Parentino et Car[occi]o°.

Hora 21. fit congregatio theologorum praelatorum, quibus proponuntur verba declarantia verba Pauli dicentis, per fidem sine operibus hominem iustificari: 40

a in marg.

b sic.

c coniec ex jo. Dec.

1 Haec res videtur cohaerere cum alia supra p. 588, 1. 8 et p. 595, 1. 16, cf. ad 5. Ian. 1547.

2 Franciscus de Pactis (*Patti*) ord. Minor. Convent.

3 De hac congregatione et de altercatione (et de responso dato ab imperatore in causa suspensionis concilii) legati eo ipso die referebant Farnesio, quae litterae sunt apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 398,

n. 121. In ipsis remittunt se ad alias, quas *scrivemmo hiersera* (cf. p. 593, adn. 1). Praeterea Cervinus 20. Decembris scribebat Maffeo privatim (*Friedensburg* 1. c. p. 399, adn. 1; p. 401, adn. 2) et Fanensis episcopus Farnesio (ibid. p. 401, adn. 1).

4 Cf. supra ad 18. Decembris 1. 9 huius pag.

5 De quibus v. supra p. 572> 1* 32 s*

Per fidem autem ideo iustificari dicimur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum ac radix omnis iustificationis, nam sine fide impossibile est placere Deo et ad filiorum Dei consortium pervenire.

Quae verba fuerunt examinata et tandem ab omnibus approbata, et ita dimittuntur
5 patres hora 24. et vocantur in crastinum hora 16. Card. de Monte non interfuit, quia occupatus in suprascripta consecratione.

Fui post congregationem cum Rmo D. card. S. Crucis usque ad 3. horam noctis pro aptando octavo capite decreti de iustificatione.

22. Decembris, Mercurii.

Hora 16. fit congregatio praelatorum deputatorum theologorum, et
10 expeditur septimum caput decreti de iustificatione, et maxime disputarunt patres de interpretatione verborum Pauli, cum dicit, gratis sine operibus hominem iustificari, et concordarunt in illis, quia nihil eorum, quae praecedunt iustificationem, vel fides, vel opera, ipsam gratiam iustificationis merentur. Dimittuntur autem hora 20. Vide quae ibi notavi.

Misi cursorem ad omnes praelatos, oratores, cardinales et ceteros conciliares omnes,
15 ut nemini, qui ex mea parte pecunias peteret, etiam cum scheda quasi mea manu scripta esset, [quicquam darent], cum fraudem timerem.

Fui ad Rmm card. de Monte pro congregatione praedicta et cum S. Crucis super censuris octavi capitis etc.

Fui ad episcopum Bituntinum, cui ostendi octavum caput novissime a Rmo D. card.
20 S. Crucis aptatum secundum censuras patrum, quod ei placuit. Igitur fui apud Rmum D. card. S. Crucis usque ad 3. horam noctis eadem ex causa.

23. Decembris, Iovis.

Hora 16. fit congregatio theologorum praelatorum super octavo capite decreti, quod erit septimum in ordine, super causa finali iustificationis, et conclusum est, quod esset gloria Dei et Christi ac vita aeterna. Item de quoa loco dando fidei in
25 ipsis causis, et conclusum, quod nullus, cum dicatur satis in decreto, quod sit initium, fundamentum et radix omnis iustificationis. His peractis dimittuntur patres hora iam 20.

Fui cum Rmo card. S. Crucis usque ad 3. horam noctis, super septimo, octavo et nono capitibus aptandis in decreto de iustificatione.

24. Decembris, Veneris.

In vigilia nativitatis Domini fiunt vesperae in ecclesia cathedrali, quibus inter-
30 fuerunt Rmi DD. legati et conciliares omnes. Peregit sacra Rms D. card. de Monte primus praesidens et legatus. Fiunt hora 21.

Mane [fui] apud S. Bern[ardinum] et guar[diano] peccata [conf]essus sum. Deo laus.

Hora autem 3. noctis dicuntur mattutinae in aula magna palatii Rmorum lega-
torum, ubi congregationes haberi solent. Quae decantantur a cantoribus concilii. Quibus
35 interfuerunt Rmi DD. legati et episcopi Salpensis et Minorienensis una cum curialibus; quae perficiuntur hora 5. noctis.

Datur str[en]a a Rmo D. card. S. Crucis omnibus familiaribus i aurjeus].

Ego dedi dispensatori] 24 carjantanos], paraffrenario] 40, coqfu] 32, sca[lo] 12,
pet. ti.b 12, sott[omaest]ro 12, gu.º 12, lo[annij] scr[iptori] 12, ciab[attaio] 4, pu.a 4,
40 sant[ese] 16, gi.e 16, Nic[ola]f 16, Pa[olo]g 16, credfentiario] 16.

(Hora vero 6. noctis Rms card. S. Crucis celebravit primam missam in aula sua secreta.) h

25. Decembris, Sabbati.

In die nativitatis D. N. Iesu Christi hora 15. RTM D. card. S. Crucis celebravit alias duas missas, secundam et tertiam, communicavitque omnes suos familiares.

a sic. > nescio an supplendum tinelli. * guardarobba P Guglielmo P d pulitori P
e giardinere P Giovanni P Giacomo P f cod. nic. * cod. pa.
h haec signo in margine posito cum die sequente coniunguntur.

1 Cf. supra ad 18. Decembris (p. 594, l. 9) et 20. Decembris (p. 594, l. 34), et infra ad 5. Ianuarii 1547.

Hora autem 16. Rms D. card. de Monte primus praesidens et legatus celebravit missam solemnem in ecclesia cathedrali, cui interfuerunt alter legatus, Rms D. card. S. Crucis et Rm DD. cardd. Tridentinus et Geennensis ac tres oratores Galli, 10 archiepiscopi, 41 episcopi caeterique conciliares omnes.

Hora vero 21. Rms D. card. S. Crucis iuit spatium ad prata Athesim versus; 5 demde hora 22. reversus visitatur a multis praelatis, praesertim Hispanis, qui hac die ita in consuetudine habent, ut bonum pascha (maxime superioribus suis) dicant et authument.

*9IV

26. Decembris, Dominica, die s. Stephani.

In die s. Stephani fit missa solemnis in cathedrali, quam celebravit episcopus, Iacensis, oravitque (fr. Petrus Paulus Caporella ord. Minor. Convent., Neapolitanus) 3. Interfuerunt Rm DD. legati ceterique conciliares omnes. 10

Rms j-j carcj g Crucis post prandium hora 21. fuit spatium ad prata Athesis, deinde fuerunt plurimi episcopi ad Dnem S. Rm

Ego autem usque ad horam 3. noctis fui cum Rm card. S. Crucis in decreto aptando etc. Intimatur congregatio theologorum praelatorum pro die crastina hora 212.

27. Decembris, Lunae.

In die s. Ioannis fit missa solemnis, quam celebravit Fesulanus, habuitque oratio- 15
"t?1 D°n A1Phonsus Salmeron Hispanus, presbyter reformatus. Cui missae interfuerunt
^ DD. legati et cardd. Geennensis et Tridentinus, oratores, ceterique conciliares omnes.

Fui cum card. S. Crucis usque ad 3. horam noctis. Aptatur septimum caput decreti de iustificatione secundum censuras patrum.

28. Decembris, Martis.

Hora 16. fit congregatio theologorum praelatorum, quibus proponitur 20
septimum caput decreti de iustificatione novissime reformatum, disputaruntque diffuse circa locum dandum fidei in causis iustificationis, et conclusum concorditer, quod in nulla causa sit ponenda fides, sed satis ei sit tributum in verbis decreti in pluribus locis.

Rm 3 D. card. S. Crucis hora 21. iuit spatium ad prata Athesis cum Britonoriensi.

Fui cum D S. R pro aptando septimo capite decreti. Collegi censuras super 25
canonibus decreti ultimo loco examinatis.

29. Decembris, Mercurii.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua a Rm DD. legatis proponitur
dies pro futura sessione ad octavam epiphaniae, quae erit dies Iovis 13. Ianuarii 1547,
qui dies a maiore parte approbatur: nam omnes patres erant numero 59, ex quibus 16
r9sr non censebant | diem certum esse statuendum, donec omnia essent expedita, reliquis vero, 30
it est 43, placuit dies illa proposita a Rms DD. legatis, et ita conclusum, quod dies illa
publicetur. Absolvitur congregatio circa horam primam noctis. Cui interfuerunt duo
R DD. legati, card. Geennensis, 3 oratores Galli, 8 archiepiscopi, episcopi 44, duo pro
curatores, 3 abbates, 5 generales, Carmelitarum absente. Vide per me notata. Proponitur
etiam in ipsa congregatione articulus residentiae, sed ob brevitatem temporis patres super 35
eo non potuerunt dicere suas sententias3.

Fui mane hora 16. cum Rm card. S. Crucis et Bertinoriensi spatium ad prata Athesis

Hab[u]imus responsum a D. Ber[nardino] de Cruce4, quod Buccfauratuls resi^ nalt5
beneficia sua. 1 J

» «* marg. Antea (et ipsum partim in margine) erat scriptum: fr. Franciscus Navarra (vel Herrerar')
doctor Hispanus.

1 »P. P. Caporella da Potenza . . . , dipoi vescovo di Cotrone ai 26 di Settembre 1552, eccellente dottore e scrittore. Mori nel 1556« (Iustinianus in indice I).

2 Cum neque in diario ad diem sequentem quidquam referatur de hac congregatione, neque eius acta legantur apud Theiner, iure dubitari potest de hoc nuntio.

3 De hac congregatione eodem die legati referebant Farnesio, quas litteras excerpit *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 403, adn. 2.

4 Ad quem scriptum erat 9. Decembris, v. supra p. 591, l. 24 et adn. 3.

0 Suppleri potest etiam *resignavit* vel *resignabit*, cf. p. 591, adn. 2.

30. Decembris, Iovis.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae super residentia praelatorum, videlicet, an nova pena sit imponenda non residentibus (et quae pena)a, et quis eius poenae executor esse debeat. Loquuti sunt hodie 21, videlicet a R^m D. card. Geennensi usque ad episcopum Portuensem, et cum hora esset iam secunda noctis, caeteri
5 patres audiri non potuerunt, sed remissi ad futuram congregationem. Interfuerunt duo R^m D. D. legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 8 archiepiscopi, 44 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, Carmelitarum et Minorum absentibus.

Habui b S. E. x f s p o f o t k t d x u b e x p e f d k n q s p k b d p c p x f s p o f p t k .

Rdu» p Thomas Campegius, episcopus Feltrensis, auctoritate pontificia sibi concessa
10 a Leone papa X, et imperiali concessa sibi a Maximiliano imperatore, legitimavit et reduxit ad legitimam successionem Mutium filium D. Raphaelis Davanzatis, civis Florentini, ad instantiam mei Angeli Massarelli, dicti D. Raphaelis procuratoris, de quo rogatur D. Ioannes Railard¹ Gallus, praesentibus D. D. Ioanne Maria Caroccio Tudertino et Hieronymo Bellarminiob Montepolitiano.

31. Decembris, Veneris.

192V

15 Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponuntur decimum et undecimum cap[ita] decreti de iustificatione et censurae super eis in generali congregatione datae, quae examinantur, videlicet an in decimo *revocantur* bene maneat, et conclusum, quod sic. Item an auctoritas Iacobi »*Videtur quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum*.² loquatur de secunda iustificatione, hoc est de operibus
20 quae fiunt post iustificationem, et conclusum, quod sic. Item an consilia essent expremenda inter bona opera, quibus iustificatio augetur, et conclusum, quod non. Et ita absolvuntur et concluduntur haec duo capita decimum et undecimum. Absolvitur congregatio hora 19 3.

Quia hodie est vigilia circumcisionis Domini, fiunt vesperae in cathedrali, quibus
25 interfuerunt duo R^m D. D. legati, card. Geennensis caeterique conciliares omnes. Peregit sacra R^m D. card. S. Crucis, legatus etc.

1547.

I. Ianuarii, Sabbato, 1547, Tridenti.

Mane fit missa sollemnis in cathedrali propter festum circumcisionis, quam celebravit R^m D. card. S. Crucis secundus praesidens, oravitque D. (Petrus) d Mirtius³ Utinensis. Interfuerunt omnes oratores Galli caeterique omnes conciliares etc.

30 Nunciatur Tridenti, quod Ulmensis civitas Germaniae fecerit deditionem Caesari. Quae civitas praecipua est ex Lutheranis civitatibus, igitur magni momenti res existimatur⁴. Quare intimatur missa sollemnis pro crastina die in ecclesia b. Mariae Maioris omnibus praelatis, ut Deo gratiae reddantur pro tanto beneficio.

Eadem die. Hora autem 21. fit congregatio praelatorum theologorum. ^{*93r}
35 Licet enim hodie sit festum circumcisionis et fuerit hoc mane celebrata missa sollemnis, ut dictum est, quia tamen dies indictae sessionis instat, nullis diebus parcitur. Igitur hodie proponuntur theologis quattuor capita decreti de iustificatione, videlicet 12., 13., 14. et 15., super quibus censurae generalis congregationis examinantur (maxime illa, an sit generaliter verum, quod per infidelitatem amittitur fides, et conclusum, quod sic)\

a in marg. b sic. c post haec duae fere lineae deletae, quae non amplius legi possunt; incipiebant voce Item. d alio atramento insertum in lacuna. e corr. ex Mirtus.

1 Alias Roillardy cf. supra p. 561, l. 18 et adn. 1. lac. 2, 23.

3 Litteras eodem die a legatis ad Farnesium de hac congregatione datas excerpsit *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 403, adn. 2.

4 Verallus 25. Decembris ex civitate Heilbronn nuntiabat card. Farnesio (et sine dubio simul legatis) venisse legatos Ulmensis civitatis, qui magna cum humilitate veniam ab imperatore petissent; *Friedensburg* l. c. IX, 407.

Et ita haec quattuor capita, quia pauca discutienda erant, concluduntur et firmanur. Absolvitur congregatio hora 24.

Eadem die. Publicatur dies futurae sessionis pro 13. huius mensis Ianuarii, quae erit octava epiphaniae, per affixionem cedulae ad valvas ecclesiae cathedralis et palatii residentiae R morum legatorum per infrascripta verba, videlicet:

Legati apostolici sacro Tridentino concilio praesidentes. Sit omnibus notum et manifestum, quod die 13. praesentis mensis Ianuarii, quae erit octava epiphaniae, ad Dei omnipotentis laudem et gloriam et prosperum ecclesiae statum celebrabitur sexta sessio de more in loco consueto. Dat. Tridenti in aedibus nostrae residentiae die 29. Decembris 1547.

*Angelus Massarellus, sacri concilii
secretarius de mandato.*

Et sic non fuit subscripta suprascripta cedula, nisi a me.

2. Ianuarii, Dominica.

Fit missa sollemnis ob novum, quod heri fuit huc allatum ex Germania, quod Ulmensis civitas inter Lutheranas prima dederit se in potestatem Caesaris, qui ad praesens contra haereticos pugnat. Quam missam celebravit episcopus Castellimaris, et ita gratiae Deo aguntur etc. Cui missae interfuerunt Rm DD. legati caeterique conciliares omnes etc.

193v **Eadem die.** Hora 21. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponuntur censurae, quae fuerunt consideratae in generali congregatione super 16. capite eiusdem decreti de iustificatione, videlicet circa illa verba *quominus plene quod ad illa opera* etc.; secundo circa illa *una enim est iustitia Dei, Christi et nostra* etc. Quae censurae, maxime prima, licet fuerint examinatae, non fuerunt finaliter conclusae, sed earum decisio remissa ad futuram congregationem, et ita dimittuntur patres hora 24. Vide per me notata.

Fui post congregationem ad Rm card. de Monte (qui congregationi non interfuerat), cui acta in congregatione retuli.

3. Ianuarii, Lunae.

Hora 21. fit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae ab illis patribus, qui in alia congregatione ob temporis angustiam loqui non potuerunt, super residentia praelatorum, hodieque loquuntur 14, videlicet a D. Vasionensi usque ad Lancianensem, et Panormitanus et de Nobilibus, qui suo loco in praeterita congregatione votum suum non dixerant. Vocanturque patres in crastinum, ut omnium sententiae in hoc articulo absolvantur, dimittunturque patres hora 24. cum dimidia. Cui congregationi interfuerunt duo Rm DD. legati, card. Geennensis, duo oratores Galli, secundus et tertius, 10 archiepiscopi, 43 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales.

Emi panfnum] pro sagulfo] et calicem] et bustfam] a Ciurleta 294 juliiis].

Fui ad generalem s. Augustini hora 16. pro 16. capite aptando ibi: *quominus* etc., et post congregationem fui cum Rm card. S. Crucis usque ad 3. horam noctis in apertandis canonibus.

T94r

4. Ianuarii, Martis.

Licet fuisset intimata pro hoc mane congregatio theologorum praelatorum, tamen ad instantiam Rm D. card. Tridentini non fit, cum Dio S. Rm hoc mane celebrari curaverit missam solemnem pro felici successu Caesareo ob deditionem civitatis Ulmensis. Quam missam celebravit episcopus Caputaquensis in ecclesia b. Mariae Maioris, ad quam

a corr. ex futuri.

b corr. pro domo.

0 sic.

1 Non videtur usurpari calculus, qui a nativitate Domini annum incipit, sed, ut verba *praesentis mensis* docent, cedula ut ipso Ianuario scripta apparere debebat, et oblitus est Massarellus pro 29. Decembris corrigere 1. Ianuarii.

2 Mercator Tridentinus, non semel commemoratus a Massarello (cf. ex. gr. p. 294, l. 29, ubi liber originalis videtur habuisse *Ciurla* = Ciurleta) et in scripturis episcopi Cavensis; cf. C. Giuliani, Trento nel tempo dei concilio, ed. separata (Trento 1883) p. 17-

vocati sunt nomine ipsius Rm D. card. Tridentini omnes praelati, quos etiam in prandio habere voluit.

^ Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua absolvitur examinatio articulorum de residentia, diciturque a Rm DD. praesidentibus, quod colliguntur vota 5 patrum, secundum quae decretum conficietur et patribus ostendetur. Et quoniam patres diffuse loquuti sunt, protrahitur hodierna congregatio usque ad horam secundam noctis. Cui interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 9 archiepiscopi, 41 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales, ut supra.

Fit publica laetitia per totam civitatem ob supradictam causam Ulmensis deditionis.

5. Ianuarii, Mercurii.

10 Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui satis diffuse examinerunt illas duas clausulas controversas in 16. capite, quod omnino absolvitur et concluditur. Item examinantur censurae canonum <eiusdem decreti de iustificatione consideratae a patribus in generali congregatione>b; quorum canonum 10 firmantur et approbantur. Absolvitur congregatio hora 20.

15 Hora 21. fiunt vespere ob vigiliam epiphaniae. Peregit sacra Rm D. card. Geennensis. Interfuerunt R^m legati caeterique omnes conciliares.

Extraxi e carc[eribus] presbyterum lac[obum] Veronfensem¹ *, et Rm D. card. S. Crucis dixit, quod mihi redderentur IO aurei, quos pro eo prom[iser]am.

6. Ianuarii, Iovis, in die epiphaniae.

Mane celebratur missa sollemnis in ecclesia cathedrali per Rm D. card. Geennensem. (Habuit orationem frater Stephanus de Aretio ordinis Servorum.)² Cui interfuerunt Rm DD. legati, card. Tridentinus, oratores conciliaresque omnes.

W Hora 21. fit congregatio praelatorum theologorum, qui examinerunt censuras canonum consideratorum in generali congregatione super canonibus, ex quibus absolvuntur 15, videlicet a 10. usque ad 26. exclusive, qui cum haberet multas censuras, 25 expediri non potuit. Dimittuntur patres hora 2. noctis.

7. Ianuarii 1547, Veneris.

194V

^ Hora 16. fit congregatio theologorum praelatorum, qui examinerunt censuras canonum a 26. usque ad 33., et ita cum Dei laude absolvitur examinatio omnium canonum. Absolvitur congregatio hora 19.

W Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte 30 primus praesidens proposuit patribus decretum de residentia, opera et labore ipsorum Rm DD. legatorum confectum; quod decretum ipse legit, diciturque patribus, quod hoc sero omnes mittant pro eius copia, ut in crastina congregatione examinetur. Deinde dimittitur congregatio hora 22.

W Datur ab hora 23. usque ad 3. noctis copia eiusdem decreti de residentia omnibus patribus. 35

8. Ianuarii, Sabbati.

W Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus proponitur examinandum 9. caput et 14. canon decreti de iustificatione, in quibus agitur de certitudine gratiae. Qua in re quoniam patres sunt diversae opinionis, concordare non potuerunt, sed remiserunt se ad aliam congregationem. Proponitur etiam 26. canon, 40 ubi agitur de spe, quam iustus habere debet in bonis operibus in Deo factis, et conclusum, quod formetur canon secundum censuram Parisiensem²; et ita dimittuntur hora 20.

M. s. diffusae. b in marg. Ante item *deletum*: Item firmantur X canones inclusive secundum censuras. 0 in marg., alio atramento scriptum.

¹ Cf. supra ad 18. 20. 22. Dec. 1546.

² Nescio an dicantur illi XXV «Articuli a facultate s. theologiae Parisiensis determinati super materiis fidei nostrae hodie controversis», qui a. 1542 10. Martii

prodierant, deinde a Calvino »cum antidoto« iterum eodem anno edebantur (*Polenz*, Geschichte des franzos. Calvin. I [Gotha 1857], 295; *Reusch*, Der Index I, 164; *D ruffel*, Mon. Trid. p. 212, adn. 1).

ts» Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua patres inceperunt dicere sententias super decreto de residentia, et loquuti sunt usque ad Portuensem, quoniam, cum hora esset iam secunda noctis, dimittuntur patres et vocantur in diem crastinum eadem hora.

9. Ianuarii, Dominica.

^ Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, qui examinerunt 9. caput et 14. canonem] decreti de iustificatione, et post longam disputationem con-
i95r venerunt omnes, tam qui sunt contra certitudinem, quam qui pro certitudine, quod nemo potest | esse certus certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, de gratia Dei. Quod magno gaudio cum Dei laude factum est; approbaturque canon 26. secundum censuram Parisiensem, et ita omnes laeti discesserunt hora 19. a

W Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinatur decretum de residentia, super quo loquuti sunt 34, videlicet a Portuensi usque ad Alyphanum, qui cum rogasset ob brevitatem temporis (erat enim hora secunda noctis) audiri in futura congregatione, dimittuntur patres et vocantur in diem crastinum. Diciturque patribus, ut mittant pro censuris aptatis in congregatione praelatorum theologorum super decreto de iustificatione, quod cras examinabitur etc. Cui congregationi interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, secundus et tertius oratores Galli, 9 archiepiscopi, 42 episcopi, 2 procuratores, 3 abbates, 4 generales etc., prout in praecedenti congregatione etc.

^ Datur copia praedictarum censurarum patribus usque ad horam 6. noctis.

10. Ianuarii, Lunae.

Mane datur etiam copia praefatarum censurarum omnibus Rds DD. praelatis.

^ Hora 20. cum dimidia fit congregatio generalis, in qua perficitur examinatio decreti de residentia. Deinde D. Bituntinus nomine totius congregationis praelatorum theologorum reddidit rationem patribus de his, quae in decreto de iustificatione in congregationibus ipsorum DD. deputatorum immutata sunt secundum eas notationes, quarum copia patribus hodie facta est. Postremo Rms D. card. de Monte dixit, qualiter decretum de residentia omnino publicandum est cum decreto de iustificatione; proposuit tamen patribus, an placeret quod pro nunc statuatur tantum residentia in hac instanti sessione, et deinde suo loco paulatim de annexis agatur. Et ita dimittuntur patres hora 2. noctis; cui congregationi interfuerunt supradicti, exceptis oratoribus Gallicis. Vide quae notavi.

11. Ianuarii, Martis.

^ Hora 16. fit congregatio praelatorum canonistarum coram R^o D. card. de Monte primo praesidente super decreto residentiae, una cum Rmo D. card. Geennensi. Super quo decreto laboraverunt usque ad horam 20.

Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur censurae super decreto de iustificatione ultimo loco ad patres transmissae. Et ita cum Dei laude approbatur decretum de iustificatione ab omnibus, et patres dimittuntur hora 2. noctis.

Venit cursor ex Urbe cum bulla reformationis¹ etc.

<Heri venit>b et D. Matthias de Sancto Cass[ia]no magister postarum ab exercitu Caesareo Germanico 2.

a *deletum*: cum dimidia.

b *videtur postea add. (in eadem cum praecedentibus linea).*

1 Cf. supra p. 113, adn. 1. Bullae substantia erat *concile* praeparatam esse, cum ipse Farnesius [cf. supra p. 489, adn. 1] a. 1546 testetur *gia sono parecchi anni*, quod optime convenit cum eis quae p. 113, l. 25 ss. dicit episcopus Lancianensis). Ultima forma bullae edita est per *H. N. Clausen*, Hauniae 1829, in 40; a papa nunquam est promulgata.

2 Verallus 4. Ian. 1547 (*Friedensburg* 1. c. p. 4x4> n. 125) ait Matthiam ad ipsum pervenisse 29. Decembris, qui ipso 4. Ianuarii videtur profectus esse (cf. *Friedensburg* 1. c. p. 418, l. 25 et adn.), quia perferebat illas Veralli litteras »ricevuta a 15 in Velletri per Mr Mattia« (1. c. p. 414, l. 6).

Druffel-Brandi, Mon. Trid. p. 411; *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 350. 403; *G. de Leva*, Storia di Carlo V, vol. IV, p. 123 (qui fallitur secundam et tertiam formam bullae confundendo); *L. Maynier* Etude historique sur le concile de Trente (Paris 1874) p. 286 ss. (quae errat dicendo bullam *des les premiers jours du*

12. Ianuarii, Mercurii.

Congregationes theologorum praelatorum et generalis. Praeparatur sessio.

^ Hora 16. fit congregatio praelatorum theologorum, quibus ad instantiam archiepiscopi Armacani (qui adhuc in sua opinione persistebat) proponitur, an bene maneat in 6. capite decreti de iustificatione timor ante spem. Et post allegationes multarum auctoritatum et rationum per ipsum D. Armacanum, et postquam eis auctoritatibus et rationibus a patribus responsum est et maxima quidem cum disceptatione, disputatione et discussione, placuit omnibus concorditer, quod verba decreti bene maneant, quod timor in praeparatione ad iustificationem debeat spem praecedere utiliter; ipseque Armacanus etiam consensit et quievit. Et ita dimittuntur patres concordantes hora 19.

^ Hora autem 20. cum dimidia fit congregatio generalis, in qua RTM D. primus praesidens legit decretum de residentia ultimo loco reformatum, reddens rationem eorum, quae in eo immutata erant, et rogans patres, ut unanimiter illud reciperent, quoniam etsi omnia in decreto hoc, quae ad residentiam pertinent, propter angustiam temporis comprehendere non potuerunt, in aliis subsequentibus sessionibus Deo duce absolventur. Super quo decreto perquisitis sententiis varii dixerunt, adeo quod et ob varietatem et ob discordiam vix aliquid certi elici poterat. Quare iterum rogantur patres a R^{ms} praesidentibus, ut unanimes essent. Cum autem concordari non possent, R^{mi} D^{D.} praesidentes rogarunt monueruntque iterum patres, quod ad minus in crastina sessione in reddendis votis suis super hoc decreto id quod dicere voluerint scripto perferant et scrutatori votorum suas cedulas exhibeant, ut et ipsi sibi ipsis satisfaciant et obvietur scandalis laicorum, qui sessioni praesentes erunt, ne ex discordia patrum malum, (inquit,) de nobis animum concipiant et, quod peius est, ne existiment, ut quemadmodum discordes estis in hoc decreto de residentia, sitis idem in decreto de iustificatione: quod gravissimum scandalum toti orbi praebere posset.

Quae admonitio omnibus placuit, et ita se facturos promiserunt. In decreto autem de iustificatione omnes uno ore se unanimes futuros acclamarunt.

Deinde proponitur, an accusanda sit contumacia absentium in crastina sessione; et ab omnibus responsum est: *placet*. Deinde D. promotor concilii petiit constitui iudices, coram quibus de hac re agatur etc. Super quo exquisitis sententiis omnes patres remiserunt nominationem iudicum in arbitrium R^{morum} praesidentium.

Deinde interrogantur patres, an dies pro futura sessione debeat statui certus, vel incertus relinqui; et votis rogatis placuit omnibus diem certum statui. Rogatique de quo die, omnibus placuit, quod indicetur dies pro futura sessione post crastinam ad diem Iovis feria quinta post primam dominicam in quadragesima. Et ita cum Dei benedictione dimittuntur patres hora 3. d. noctis.

13. Ianuarii, Iovis 1547, hora 16.

Sessio sexta.

In Dei nomine celebratur sexta publica sessio sacrosancti oecumenici et generalis concilii Tridentini in ecclesia cathedrali et loco eminentiori ipsius ecclesiae ad concilium celebrandum et sessiones habendas deputato, mane hora 16. Convenientibus igitur in dicta ecclesia, R^{dM} archiepiscopus Spalatrensis celebravit missam de spiritu sancto. Qua completa et publicata indulgentia auctoritate sedis apostolicae per diaconum, R^{dls} episcopus Salpensis, indutus pluviali et mitra, habuit orationem. Qua completa acceptis pluvialibus et mitris [a] praelatis omnibus, R^{ms} D. card. de Monte solitas ceremonias peregit et consuetas legit orationes, cantantur laetaniae et evangelium *Vos estis sal terrae* etc. Et antequam inciperetur hymnus *Veni creator spiritus*, ipse R^{ms} D. card. de Monte habuit unam orationem ad patres, eos hortans ut bono essent animo, quia venit dies laetus in ecclesia, quae merito hoc tempore canit *Surge illumina Hierusalem, quia venit lux tua* etc., cum lux orta sit in ipsa ecclesia ex declaratione tantae doctrinae de iustificatione et fugatae haereses et tenebrae etc. Deinde ipse R^{ms} card. intonavit hymnum *Veni creator*.

a corr. pro reformationem.

b sic.

c add. supra lineam.

d corr. ex 2.

1 Cf. supra p. 590, adn. I.

Matth. 5, 13.

3 Is. 60, 1.

Concilium Tridentinum. I.

Peractis ceremoniis ipse archiepiscopus Spalatrensis indutus pluviali et mitra ascendit ambonem et legit decretum de iustificatione, quod incipit: *Cum hoc tempore* etc. Quod ab omnibus approbatum est magno applausu, unanimi consensu, fere omnes haec verba proferentes: *Placet, et ita magna cum reverentia et veneratione suscipio, amplector et veneror hanc sanctam catholicam et salutarem de iustificatione doctrinam, et anathematizo omnes, qui eam non receperint.* Quibus votis collectis R^{ms} D. card. de Monte dixit: Gratias agimus Deo omnipotenti, decretum hoc de iustificatione approbatur ab omnibus unanimi consensu.

Deinde ipse archiepiscopus Spalatrensis legit aliud decretum, de residentia episcoporum. Super quo perquisitis votis variae fuerunt sententiae patrum. Aliquibus enim non placebat apponi nova poena contra non residentes; aliqui cupiebant servari in hoc ius commune; aliquibus placebat in totum; aliquibus contra displicebat in totum; aliquibus displicebat tempus, quod dabatur absentiae; aliquibus displicebat titulus, cupientibus addi *universalem ecclesiam repraesentans*; aliqui volebant exprimi in decreto cardinales, qui tenerentur ad residendum. Et ideo a R^{mo} D. card. de Monte dictum est patribus: Quia vota super residentia sunt multum varia et diversa, omnia considerabuntur et aptabuntur.

(Deinde R^{ms} D. card. de Monte dixit alta voce: R^{mi} ac R^{'i} patres, placetne vobis celebrari proximam futuram sessionem die Iovis post primam dominicam subsequentis quadragesimae, quae erit 3. mensis Martii? Et ab omnibus responsum est *placet.*) b

Deinde D. promotor concilii petiit accusari contumaciam absentium praelatorum et decerni processus ac declarari eos incurrisse poenas contentas in bullis S^{mi} D. N. papae, constituique iudices, coram quibus de hac re agatur. Tunc R^{ms} D. card. de Monte respondit: Placet accusari contumaciam contra absentes qui non sunt detenti legitimo impedimento, et decerni processus (ad valvas ecclesiae cathedralis Tridentinae) et declarari eos incurrisse poenas etc., nominans iudices R^{dm} D. archiepiscopum Aquensem et episcopos Astoricensem et Albinganensem. Cumque super his vota perquirerentur, maiori parti patrum placuit accusari contumaciam, exceptis Germanis et legitime impeditis, et ab omnibus approbata est nominatio praefatorum iudicum. Deinde dixit R^{mm} D. card. de Monte: Placet accusari contumaciam, exceptis legitime impeditis, sed non admitti aliqua impedimenta nisi legitime probentur et adducantur.

Postea idem D. promotor petiit magna cum instantia praecipi et statui, quod praesentes praelati non recedant ex Tridento sine licentia usque ad futuram indictam sessionem sub penis excommunicationis et amissionis privationisque omnium officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum <(eo ipso incurrendis)> Tunc respondit ipse D. card. de Monte dicens: Placet, et ita mandamus et monemus omnes, quos monitos esse volumus et declaramus trina monitione. Tunc ab omnibus una voce et uno ore, uno tempore alta voce responsum est: *Placet, placet.*

(Postremo idem promotor rogavit prothonotarios et notarios praesentes, ut de praemis missis omnibus et singulis conficerent unum vel plura instrumentum vel instrumenta.) b Deinde cantores incipiunt hymnum *Te Deum laudamus*, quo perfecto ipse card. de Monte benedixit synodum signo crucis. Tunc omnes deposuerunt paramenta et discesserunt.

Cui sessioni interfuerant R^{mi} et 11^{ti} DD. legati, D. Ioannes Maria episcopus Praenestinus de Monte et Marcellus, tit. S. Crucis presbyter S. R. E. cardinales, necnon R^{mi} DD. Christophorus card. Madrutius Tridentinus, et Petrus Paceccus card. Geennensis Hispanus, ac decem archiepiscopi, videlicet Spalatrensis, Aquensis, Turritanus, Antibarenis, Corcyrensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Panormitanus, Armacanus; et episcopi 47, videlicet Senogalliensis, Asculanus, Feltrensis, Aciensis Nobilibus, Militensis, Iserniensis, Gadditanus, Torcellanus, Sabinicensis, Claramontanus, Chironensis, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Vasionensis, Bossanensis, Emontensis, Motulanus, Castellimar, Fanensis, Parentinus, Pisauriensis, Portuensis Lusitanus, Veronensis coadiutor, Salutarum, Mylensis Ferrettus, Mirapicensis (qui erat Agathensis)bx, Lancianensis, Sira-

a sic.

b add. in marg.

c add. in marg. inferiore.

1 Cf. supra p. 230, adn. 4. Hinc et ex actis consistorialibus (nam 7- tan- 154-7 iam successor eius nominabatur: cod. Barb. XXXVI, 14, f. 7 v) apparet error illorum, qui 7. vel. 17. Augusti Claudium de la

Guiche ad episcopatum Mirapicensem translatus esse aiunt (quorum in numero non est Pallavicin. 9, i7j ut contendit G. Calenzio, Saggio di storia dei concilio gen. di Trento [Roma 1869] p. 436, adn. 1).

cusanus, Vigorniensis, Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Brito noriensis, Aquinatensis, Oscensis, Famaugustanus, Albinganensis, Salpensis, Calaguritanus, Mylensis Castagnola l Canariensis, Alyphanus, Minoriensis. Item duo procuratores, videlicet D. Claudius Zaius procurator R^m D. card. Augustensis, et fr. Ambrosius Pelargus, 5 procurator R^a D. archiepiscopi Treverensis. Item duo abbates, videlicet Lucianus Ferrariensis abbas Pomposiae, et Chrysostomus abbas S. Trinitatis de Cayeta*2. Item quinque o-enerales, videlicet Praedicatorum, Conventualium, s. Augustini, Carmelitarum, Servorum. Item officiales concilii: Boncompagnus, promotor, secretarius etc., et 52 theologi.

14. Ianuarii, Veneris.

*97v

Mittitur ad imperatorem copia decreti de iustificatione authenticata per subscriptio-
nem meam et D. Claudii della Casa, concilii notarii; mittitur a card. Geennensi3.
Datur copia decreti omnibus praelatis.

15. Ianuarii, Sabbati.

^a Hora 20. fit congregatio generalis, in qua R^m D. card. de Monte legit vota collecta in sessione super residentia episcoporum, de quibus supra, dicens quem admodum maxime laetandum est de tam concordii consensu patrum in publicatione de-
creti de iustificatione, ita dolendum de hac tam magna discordia circa decretum de
residentia. Modo patres cogitent, quid super eo agendum sit, cum non sit publicandum
cum tanta varietate votorum. Cumque super hoc diversa dicerentur, tandem conclusum
est, quod fiat deputatio DD. praelatorum canonistarum, qui congregentur coram R^mis legatis
et considerent omnia vota patrum inveniantque modum eos concordandi, deinde in
generali congregatione referantur omnia. Qui DD. deputati poterunt etiam prosequi
materiam reformationis circa residentiam. (Remissaque est potestas faciendi huiusmodi
deputationem in ipsos R^mos et Ill^{ms} DD. praesidentes.)^b

Deinde proponitur pro dogmate futurae sessionis materia sacramentorum dicitur-
que, quod in his sacramentis examinandis servabitur ordo hactenus in aliis dogmatibus
observatus, ut ante omnia proponantur materiae theologis extra concilium, deinde patribus
in congregatione, postea per DD. praelatos theologos examinabuntur difficultates, si
quae orientur, ut factum est in articulo de iustificatione. Qui modus omnibus placuit.

Sed R^m DD. legati dixerunt patribus, quod ante omnia sunt decidendae aliquae
difficultates, quae in qualibet sessione hactenus celebrata ortae sunt, videlicet quod ad-
datur in titulo *universalem ecclesiam repraesentans*, in qua opinione cum sint pauci,
nempe quattuor aut quinque, illi deberent se conformare maiori parti synodi.

R^mus j) card. de Monte comprobavit multis auctoritatibus et rationibus, quod
illa verba non sunt apponenda, licet in rei veritate concilium hoc Tridentinum univer-
salem ecclesiam repraesentet, sed non expedit apponi, praesertim cum sint verba con-
cilii Basileensis et Constantiensis, quae concilia non sunt sequenda, cum ipsa usa sint
his verbis contra auctoritatem pontificisⁱ.

Tunc episcopus **Pacensis** Hispanus, qui unus est ex iis, qui dicta verba addi
cupiunt, respondit: se id non quaerere extra auctoritatem pontificis, cum ipse teneat,
quod pontifex Romanus, praesertim iste modernus, sit verus vicarius Christi, caput ecclesiae
et conciliorum, et super omnia concilia sit sua auctoritas. Qui | episcopus commendatus i9r
est a R^m9 legatis.

Tandem R^m D. card. de Monte, cum diceretur ab aliquibus, quod illa verba

a sic.

b add. in marg.

1 Episcopi Milenses (*Milos* seu *Melos* est insula in Aegaeo mari sita) erant Ioannes Petrus Ferrettus et Gregorius Castagnola, ille senior vocatus, qui videtur titulum resignasse, hic iunior. (*Ughellus* Ferrettum et Castagnolam enumerans inter episcopos Miletenses confuderat Milon cum Mileto Calabriae, quem errorem ipse revocavit, cf. *Calenzio*, Saggio di storia dei concilio gen. di Trento [Roma 1869] p. 440, adn. I.)

2 De tertio cf. infra p. 613, l. I et adn. I.

3 Imperialibus non admodum placebat decretum, cf. Farnesii litteras 22. Ianuarii datas (apud *Friedens burg*, Nuntiaturber. IX, 423, l. 37, cf. ibid. p. 224, adn.) et alias eiusdem litteras 5. Februarii datas (ibid. p. 455, l. 7 ss.). Imperator universitates quasdam consultari voluerat; cf. supra p. 584, adn. 1.

4 Cf. hac de re disputationes 13. Ian. 1546 habitas apud Severolum p. 18 ss. et in Massarelli diario I, supra p. 374 ss.

debent apponi, quia illa negantur a Lutheranis, dixit quod est contentus, quod suo loco et tempore fiat canon, in quo damnetur illa Lutherana assertio his verbis:

Si quis dixerit concilium generale legitime congregatum non repraesentare universalem ecclesiam, anathema sit.

Quod omnibus placuit, et ita imponitur finis huic quaestioni et dimittuntur hora prima noctis.

16. Ianuarii, Dominica.

W Compilantur errores orti circa sacramenta in genere, circa baptismum et circa confirmationem, ut in crastina congregatione proponantur.

17. Ianuarii, Lunae.

Hora 20. fit congregatio generalis, in qua Rms D. card. S. Crucis legit errores collectos circa sacramenta in genere, circa baptismum et circa confirmationem, diciturque patribus, quod haec ante omnia expedientur et proponentur imprimis in congregatione theologorum extra concilium, deinde patribus in generali congregatione, denique, si aliquid grave et difficile occurrit, examinabitur in congregatione deutorum theologorum concilii, ut hactenus factum est in aliis. Qui modus procedendi ab omnibus approbatus est.

Deinde Rms D. card. de Monte legit summarium impedimentorum <circa residentiam episcoporum>¶ exhibitum ipsis DD. legatis a patribus concilii mense Iunio praeterito 15462, dictumque est, quod illa paulatim examinabuntur a DD. deputatis canonistis in congregatione coram Rm card. de Monte, prout theologi examinabunt sacramenta coram Rm card. S. Crucis, deinde omnia referentur in congregatione generali. Quod etiam ab omnibus approbatum est. Dictumque est patribus, ut qui voluerint mittant pro copia tum articulorum circa sacramenta, tum impedimentorum circa residentiam, ut maturius omnia considerari possint, et ita dimittuntur patres hora 23.

18. Ianuarii, Martis.

ts» Datur copia omnibus praelatis et theologis extra concilium dictorum articulorum et impedimentorum, vocanturque theologi ad diem Iovis responsuri super sibi propositis etc. In quo tota die incumbit.

igsv

19. Ianuarii, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt ad summum pontificem in favorem religionis Servorum in causa aedificandi novam ecclesiam Perusii et vendendi dimidietatem bonorum suae ecclesiae.

Item ad card. Farnesium in favorem D. Herculis Severoli pro aliquo officio in Romana curia sibi providendo3.

Datur supradicta copia omnibus habere volentibus.

20. Ianuarii, Iovis.

^ Hora 21. fit congregatio theologorum (minorum)Q qui rogantur super articulis eis exhibitis circa sacramenta in genere, qui sunt 14, errores super baptismo, qui sunt 17, super confirmatione, qui sunt 4. Qui theologi hoc modo respondebant: 1. an assertiones sibi propositae essent haereticae et erroneae ac propterea a sacra synodo damnandae, 2. quae fuerit aut conciliorum aut sanctorum patrum de eis sententia, 3. si quid aliud occurreret circa proposita erroneum, quod in notis sibi exhibitis non fuerit expressum.

a add. zn marg.

b sic.

c corr. pro extra concilium.

1 Articuli haereticorum leguntur apud Raynaldum ad a. 1547 n. 25 ss.; *Le Piat* III, 502; *Theiner*, Acta I, 383 ss.; cf. Severolum supra p. 129 ss. et ac'n' 5-

Exemplar quo usus est hoc die primus praesidens extat in tabulario Vat. *Concil.* 6, f. 287, Massarelli manu scriptum. Cf. supra p. 85, 1. 3 ss. et adn. 3.

8 Petitionem 1. Febr. 1548 (cf. diarium IV a. h. d.) pro Severolo a legatis factam inveni in tabui. Vat. *Carte Fam es.* I, in qua dicitur *d'una spettativa concessa da N. Sre.* iam antea (cf. infra ad 3. Octobris 1547) scripserant iterum legati Farnesio in commendationem D. Here. Sev. pro officio advocati consistorii. Nescio an illa expectativa ei data sit post has litteras.

Loquuti sunt hodie tres: fr. Ricardus Cenomanus Gallus ord. Min. de observ., fr. Ludovicus Vitriarius de Verona ord. eiusdem, fr. Sebastianus <de Castello>³ ord. Minor. Convent. Cumque hora esset iam 24., dimittitur congregatio, cui interfuerunt ipsi duo Rm legati, 7 archiepiscopi, 27 episcopi et ultra 50 theologi. Qui vocantur in crastinum
5 eadem hora.

Rm DD. legati deputarunt praelatos canonistas, qui materiam residentiae et reformationis tractare habeant. Qui deputati sunt (Rm D. card. Geennensis)^a, archiepiscopus Aquensis, archiepiscopus Materanus, et episcopi Feltrensis, Soranus, Vasio-nensis, Parentinus, Pisauriensis, Ferrettus Mylensis, Pacensis, Astoricensis, Salutiarum,
10 Albinganensis, Calaguritanus, Alyphanus et D. Hugo Boncompagnus, abbreviator concilii. Qui congregandi sunt coram Rm D. primo praesidente, ut et decretum de residentia aptent et modum concordandi inveniant. Deinde sequantur residuum residentiae et reformationis secundum impedimenta praefata.

21. Ianuarii, Veneris.

^a Mane hora 16. fit congregatio praelatorum canonistarum coram Rm D. card. de Monte, qui egerunt de decreto residentiae reformando et de capitibus impedi-
15 mentorum ad eos hesternae die transmissorum etc. In dicta autem congregatione patres deputati concordarunt, quod quoad electionem idoneorum praelatorum faciendam in posterum, quod sint ponenda aliqua verba in prohemio, in quo concilium id faciat quod facere potest, rogando pontificem, ut bonos et idoneos eligat. Quoad pluralitatem bene-
20 ficiorum et ecclesiarum, quod et concilium faciat id, quod potest sine laesione auctori tatis supremae pontificis. Quoad poenam non residentibus remiserunt se generali con-gregationi. Dimittuntur deinde hora 18.

^a Hora autem 20. fit congregatio theologorum extra concilium, qui dis-
25 putarunt propositiones, de quibus supra. Loquuntur hodie quattuor, videlicet fr. Bartholomaeus Miranda Hispanus ord. Praed., fr. Gregorius a S. Iacobo Portugallensis, et fr. Gaspar a Regibus, etiam Portugallensis, eiusdem ord. Praed. Qui duo ultimi missi sunt a rege Portugalliae ad concilium. Item Donnus Alphonsus Salmeron Hispanus, societatis Iesu. Cumque hora esset iam 24., dimittitur congregatio.

W Hora circiter 19. obiit Tridenti Rm pater fr. Ioannes Calvus Corsicus, gene-
30 ralis ord. Min. de observ., qui ut vir probus, doctissimus et sanctimonia vitae conspicuus omnibusque gratissimus erat, maximum de se desiderium reliquit. Cuius anima quiescat in pace.

Discessit episcopus Salpensis Venetias versus cum licentia Rm legatorum.

22. Ianuarii, Sabbati.

^a Hora 20. fit congregatio eorundem theologorum super eisdem articulis,
35 loquunturque hodie quinque, videlicet D. Iacobus Laynes Hispanus, societatis Iesu, <fr. Petrus Paulus de Potentia ord. Convent., fr. Aurelius Philipputius de Roccacontrata ord. s. Augustini, et fr. Ambrosius de Verona eiusdem ordinis, et fr. Hieronymus ab Oleastro>^d, Portugallensis ord. Praed. Cumque hora esset tarda, nempe 24., dimittuntur et vocantur ad diem lunae eadem hora. Interfuerunt multi praelati, et Rm D. card.
40 S. Crucis praefuit solus.

Rm DD. legati scripserunt Romam de his quae gesta sunt in his congregationibus, et ad pontificem in favorem fr. Francisci Pactis pro episcopatu Aciensi¹; et de licentia imprimendi decret²] 2 — ad Farnesium die dominico hoc.

Accepi ad mea servitia Paulum Regianum scriptorem.

a in marg.

b sic.

c cod. sanctimoniae.

d nomina alio atramento sunt inserta.

¹ De fr. Francisco de Pactis cf. supra p. 594, l. 17 et adn. 2. Episcopatus Acciensis vacabat per obitum Hieronymi Buccaurati (supra p. 591, adn. 2 et p. 596, l. 38 et adn. 4). At non ille fr. Franciscus illi ecclesiae praeficiebatur, sed Petrus de Affatatis, decanus ecclesiae Cassanensis (cf. acta consistorialia in cod. Barber.

XXXVI, 14, f. 13v), qui a. 1553 translatus est Minonm (*Ughelli* IV, 910).

² Cum epistolae eo tempore scriptae non sint editae, nescio utrum de editione decretorum an de imprimendis singulis decretis concilii sit cogitandum. Editio decreto-
rum curabatur durante concilio Bononiensi.

199v

23. Ianuarii, Dominica.

Rm D.D. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras D. Veralli ex Germania¹ per staffettam hora 20.

Fui cenatum cum Illmo D. oratore Gallico D. de Ligneris", praefecto tertiae decuriae Parisiensis, qui excepit me humanissime liberalissimeque.

ts» Datur copia reliquorum impedimentorum circa residentiam omnibus episcopis, quae 5
impedimenta cum illis, quae 18. huius data sunt, sunt integra illa, quae a R^{mo} D. cardinali de Monte lecta fuerunt in generali congregatione 17. huius. Cui negotio tota die vacavi.

24. Ianuarii, Lunae.

^A Mane hora 16. fit congregatio canonistarum praelatorum super dictis capitibus impedimentorum, egeruntque super eisdem capitibus reformationis, diuque 10 tractarunt in inveniendi modo, quo provideatur contra pluralitatem ecclesiarum cathedralium et beneficiorum curatorum non solum in futurum ne concedantur, sed et in praeteritum provideatur, ut eas habentes relinquere cogantur. Qua in re cum concordare non possent, aliis alia remedia afferentibus, remiserunt se ad sequentem congregationem die crastina habendam, et ita dimittitur congregatio hora 19. cum dimidia. Interfuit 15 card. Geennensis, praefuit de Monte.

Hora autem 20. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacra mentis; super quibus hodie loquuntur quattuor, videlicet fr. Gregorius Perfectus Patavinus ord. s. Augustini, fr. Nicolaus Trecensis Gallus ord. Carmelitarum, D. Franciscus Herrera Hispanus clericus secularis, fr. Ioannes Consilii Gallus ord. Minor, de observantia, et 20 adveniente nocte solvitur congregatio. Praefuit card. S. Crucis cum multis praelatisb.

Fui ad R^{mum} card. de Monte referens quae acta fuerant in congregatione theologorum, et cum card. S. Crucis usque ad 2. noctis.

25. Ianuarii, Martis, die conversionis s. Pauli.

Hora 15. fit congregatio canonistarum praelatorum super eadem materia residentiae et reformationis, diuque disputarunt etiam hodie super articulo pluralitatis 2500r beneficiorum et incompatibilitatis, Hispanis praelatis maxime | instantibus, ut non solum provideatur in futuro, sed etiam in praeterito, et quod detur terminus iis, qui plures cathedrales vel incompatibilia obtinent, infra quem dictas ecclesias et beneficia relinquunt. Item inveniatur modus, per quem examinentur qui parrochias et curam animarum habent, et qui inveniuntur indigni et non idonei, deponantur. Tandem, cum concordare non 30 possent, dictum est, ut concipiatur canon super hoc et patribus ostendatur, ut tandem via idonea et apta inveniri possit, et cum hac conclusione dimittitur congregatio hora fere 20. Cui congregationi praefuit card. de Monte et interfuerunt deputati omnes, etiam card. Geennensis.

ts* Hora autem 20. fit congregatio theologorum non praelatorum super eisdem 35 articulis de sacramentis, quattuorque tantum loquuntur, videlicet fr. Vincentius Leoninus Siculus ord. Carmelit., fr. Sigismundus Phedrius de Diruta ord. Convent. s. Francisci, D. Melchior de Bosmediano Hispanus, fr. Andreas Vega Hispanus ord. Min. de observ. Cumque hora 24. esset iam pulsata, dimittuntur et vocantur in crastinum.

26. Ianuarii, Mercurii.

W Mane non fit congregatio canonistarum, sed vacatur confectioni canonis de 40 pluralitate beneficiorum, ut supra dictum est.

Hora vero 20. fit congregatio eorundem theologorum super eisdem articulis de sacramentis. Loquunturque quattuor, videlicet D. Andreas Navarra doctor Hispanus, fr. Ioannes Baptista Moncalvius ord. Convent., Italus, D. Petrus Sarra, doctor Hispanus, et

a cod. Lignis.

b sic.

1 Farnesius 5. Febr. scripsit Verallio se recepisse sunt (ibid. p. 419, adn. 3); num etiam aliae ad legatos huius epistulas 11., 12., 13., 17. Ianuarii datas (*Friedens-* datae — nam semper fere Verallius legatis et Farnesio *burg*, Nuntiaturber. IX, 452 l. 1). Quae omnes de- simul scribebat — interierint nescio.

D. Antonius Solisius, doctor Hispanus, qui cum hora esset iam 24. pulsata et votum suum perficere nequiret, datur ei locus in crastina congregatione, ut suam sententiam perficeret. Interfuerunt qui supra.

Hora 2. noctis applicuit Tridentum D. Matthiolus cum pecunia ad solvendum milites pontificis in Germania i.

Rm DD. legati scripserunt ad D. Verallum, nuntium apostolicum apud imperatorem, de his quae hic geruntur².

27. Ianuarii, Iovis.

200V

W Hora 16. fit congregatio canonistarum praelatorum, in qua circa pluralitatem beneficiorum concluditur, quod provideatur in futurum, et in praeteritum pro nunc nihil statuatur, sed unusquisque cogitet, quod remedium adhibendum sit, et in proxima futura sessione publicabitur, et ita dimittuntur patres hora 20.

'cs' Hora autem ipsa 20. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacramentis. Hodie loquuntur quattuor, videlicet fr. <Xudovicus> a Carvaial ord. Min. de observ., D. doctor Solisius, fr. Franciscus Vita Carmelita, et fr. Ioannes Antonius Delphinus ord. Conventual. Dimittiturque hora 24.

Rm DD. legati scripserunt Romam de rebus gestis in congregationibus praefatis, et in favorem episcopi Britonoriensis pro episcopatu Melfitano³, et Cl[audii] de la Casa de M[ont]e

28. Ianuarii, Veneris.

^ Hora 15. fit congregatio praelatorum canonistarum, qui egerunt de annexionibus ecclesiarum et beneficiorum, super qua re ita conclusum est, ut scribatur ad pontificem nomine concilii, ut S. St[an]islaus dignetur providere in futurum, ne fiant huius modi annexiones, et pro praeterito illae submoveantur, quae nullam legitimam causam habuerunt et in scandalum aliquod sunt factae. Deinde agitur de ordinationibus clericorum, et omnibus probatur, a nemine, nisi a suo episcopo [quemquam] ordinari, vel de eius licentia, nuncios non conferre dispensationes de promovendo a quocunque, et titulares nullis privilegiis ordinari possint invitis propriis episcopis etc. Et ita dimittitur congregatio hora 20.

Hora autem eadem 20. fit congregatio theologorum praefatorum^b super eisdem articulis, loquunturque quinque, videlicet fr. Laurentius Mazochius ord. Servorum, fr. <Ioannes Baptista Urbevetanus>' eiusdem ordinis, fr. (Angelus Senensis)' ord. Carmelitarum, fr. Franciscus Vismadini ord. Convent., fr. Hieronymus Lombardellus ord. Min. de observ., horaque adveniente 24. dimittitur congregatio.

29. Ianuarii, Sabbati.

^ Hora 15. fit congregatio canonistarum praelatorum, qui diu disputarunt super exemptionibus perpetuis capitulis cathedralibus, collegiis, universitatibus et similibus concessis, super qua re cum variae essent opiniones concordarique non possent, electi sunt tres praelati, qui fuerunt archiepiscopus Materanus et episcopi Astoricensis et Alyphanus, qui dictarum exemptionum diversitates et genera colligerent ac abusus ex eis provenientes invenirent eisque abusibus remedia condigna adhiberent et patribus exhiberent. Quae deputatio cum ab omnibus probata esset, dimittitur congregatio hora 19. cum dimidia.

ts* Hora autem 20. fit congregatio theologorum praefatorum super eisdem articulis, loquunturque hodie tres, videlicet D. Gentianus Hervetus Gallus, doctor Pari-

a in marg.

b sic, non praelatorum.

c alio atramento lacunae insertum.

¹ Matthiolus praeterea deferebat breve pontificis, quo revocabantur milites ad adiuvandum imperatorem in Germaniam missi. Advenit Ulmam 31. Ian., ut scribit Verallus 1. Febr. ad Parnesium: «Hierī sera venne Mathiolo, il quale fu il Messia per questi poveri fanti»: *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 443-

² Quae litterae sine dubio Matthiolo tradebantur.

³ Haec ecclesia vacabat mortuo Roberto Puccio cardinali mense Ianuario 1547. Eodem tempore (in

litteris adn. i citatis, *Friedensburg* l. c. p. 451) Verallus rogabat Parnesium ut episcopatum ipsi compararet. Sed si credimus *Garnsio* (qui hic non recte episcopos enumerat), 7* Febr. episcopus nominatus est Marinus Ruffinus (translatus Sarno), neglectis Verallo et Britonoriensi. Verallus a. 1549 electus est cardinalis et a. 1551 Rossanensem ecclesiam resignavit.

⁴ Subintellegendum videtur: card. de Monte scripsit in favorem Claudii de la Casa

siensis, fr. Laurentius Fulgineus ord. Convent., fr. Franciscus Salazar ord. Min. de observ. Cumque nemo alius loqui vellet, imponitur finis his congregationibus et dimittuntur theologi, laudati et commendati a Rmo D. card. S. Crucis, qui semper dictis congregationibus praefuit una cum praesentia multorum praelatorum.

W Datur copia articulorum praefatorum de sacramentis praefatis secundum iudicium et sententias theologorum in dictis congregationibus. Quod iudicium et sententiae in quattuor capita divisae sunt: primo excerpti sunt ii articuli, qui simpliciter ab omnibus damnati iudicati sunt; secundo selecti sunt ii articuli, quos aliqui theologi non censuerunt esse damnandos sine aliqua declaratione; tertio selecti sunt ii, quos nullo modo damnandos arbitrabantur; quarto notati sunt ii articuli, quos theologi quidam ultra propositos damnandos cuperent, et ita divisi articuli praefati dantur DD. praelatis, ut super eis die lunae respondere queant.

201V

30. Ianuarii, Dominica.

R^{mo} DD. legati scripserunt ad Urbem, quod congregationes theologorum perfectae sint, et quod in illis canonistarum sequantur residentiam.

Rms £) carcj s. Crucis fuit spatium supra montem arcis et hora 22. fui cum Lorenz[in]o et Regiano¹ supra eundem montem.

31. Ianuarii, Lunae.

W Hora 20. fit congregatio generalis, in qua Rms D. card. de Monte retulit patribus id quod actum est usque in hodiernam diem in congregationibus canonistarum super residentia, accipientes* decretum de residentia, quod in ultima sessione comprobatum non est, et illud in multis capitibus reformarunt; dixitque patribus, quod pro exemplo dictorum capitum mittant.

Deinde Rms D. card. S. Crucis retulit ea, quae in congregationibus theologorum acta sunt super articulis de sacramentis etc., ut supra notatum est, dixitque, quod in futurum, quoniam multi theologi recessuri sunt ad praedicandum², dum a congregationibus generalibus examinabuntur articuli de residentia, theologis proponentur articuli circa sacram eucharistiam, non ut eodem tempore a praelatis de iam propositis et de istis agatur, sed ut isto interim, quo de reformatione agitur et theologos habemus, hoc tempus lucremus. Itaque mittant patres etiam pro exemplo dictorum articulorum de eucharistia. Et cum hac conclusione dimittitur congregatio hora 22., cui interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, caeterique conciliares, videlicet 8 archiepiscopi, 34 episcopi, 5 generales. Datur copia articulorum de sacramento eucharistiae omnibus praelatis; divisi [sunt] in 10 capita.

Fui iusfum] Druza

1. Februarii, 1547°, [Martis].

W Datur copia canonum reformatum in congregatione canonistarum super decreto residentiae omnibus patribus³.

Datur item copia decem articulorum de sacramento eucharistiae⁴.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium pro pecunia episcoporum, et in favorem episcopi de Nobilibus pro aliqua ecclesia⁵ etc. Item de perfectis congregationibus particularibus et de eo, quod actum est in hesterni generali congregatione⁶.

a sic- b Ms. congne. 0 initio huius diei duae lineae sunt deletae; referebatur de missa pro regina Anna defuncta, de qua vide infra ad 8. Februarii. Quod cum uni diei Martis pro alio Massarellus adscripserit, satis ostendit non statim res litteris mandatas esse in hac parte diarii.

¹ Videtur intellegi scriptor novus, de quo cf. ad 22. Ian.

² Mittebantur ad varias ecclesias, ut sermones quagesimales haberent.

³ Theiner, Act. I, 407.

⁴ Theiner l. c. p. 406; Raynaldus ad a. 1547, n. 28; Le Piat III, 505.

⁵ Benedictus de Nobilibus, postquam Acciensem

ecclesiam resignaverat, reservata sibi denominatione episcopi Acciensis (cf. supra p. 180, adn. 6), nullum episcopatum amplius videtur habuisse. Num impetraverit quae petebat per legatos nescio. Acciensis ecclesia paulo ante novum episcopum nacta erat, cf. p. 605, adn. I.

⁶ Alia quae scribebantur Farnesio et quae Tridenti hoc die nuntiabantur referuntur ad diem crastinum, infra p. 609, l. 14 ss.

2. Februarii, Mercuria, in die purificationis.

Mane fit missa sollemnis in ecclesia cathedrali, quam celebravit episcopus Syracusanus. Dantur candelae cerae albae hoc ordine: primo eas benedixit Rm D. card. de Monte indutus pluviali violaceo et mitra, quo tempore alii cardinales et praelati omnes pluvialia et mitras induerunt. Quibus candelis benedictis primus card. de Monte prae-
 5 fatus accepit candelam unam e manu Rm D. card. S. Crucis, secundi legati. Deinde ipse card. S. Crucis accepit unam candelam e manu cardinalis de Monte, quod et fecerunt alii duo Rm cardinales Tridentinus et Geennensis; deinde tres oratores Galli suo ordine, deinde archiepiscopi, episcopi, abbates, generales ordinum, officiales concilii, canonici ecclesiae Tridentinae, nobiles et barones, denique populus omnis. Distributis candelis
 10 card. de Monte accepit pluviale rubeum et facta est processio circumeundo ecclesiam. Postea episcopus Syracusanus celebravit cum paramentis albis. Dum evangelium decantatur, corpus Domini elevatur, candelae omnes accenduntur et quilibet suam manu gestat, etiam legati, oratores et alii. Missa absoluta quilibet ad propria reversus est.

Heri nunciatum est Tridenti (quod et Rm DD. legati scripserunt Romam in litteris,
 15 de quibus supra¹), qualiter die 21. mensis praeteriti Ianuarii civitas Augustana dedisset se in gratiam et discretionem^b Caesaris, et quod eam Caesar in suum arbitrium receperit. Civitas haec est una ex illis, quae plurimum infensa fuit^c imperatori, dum hactenus bellum inter ipsum Caesarem et lantgravium gestum est, et una magis haeretica et Lutherana omnibus civitatibus Germaniae. Deo igitur gratias agamus².

3. Februarii, Iovis.

20 ^ Hora 15. fit congregatio theologorum non praelatorum super sacramento eucharistiae, loquunturque tres, videlicet fr. (Stephanus Consortes Brixiensis ord. S. Augustini)⁴, (Hieronymus ab Oleastro)⁵ Lusitanus, fr. Bartholomaeus Miranda eiusdem 3 ordinis (Praedicatorum)^f. Dimittitur congregatio hora 18. Qui articuli dividuntur in 10 capita, quae exhibita fuerunt patribus heri et nudius tertius, ut supra dictum est.
 25 Interfuerunt card. S. Crucis, multi praelati et ultra 40 theologi.

^ Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua primum patres incepterunt examinare decretum de residentia secundum canones eis exhibitos heri et nudius tertius, ut supra notatum est. Loquuntur hodie a Rm D. card. Geennensi usque ad episcopum Portuensem numero 18, deinde dimittuntur hora 24. et vocantur in crastinum eadem
 30 hora 20. cum dimidia. Cui congregationi interfuerunt duo Rm legati, card. Geennensis, 3 oratores Galli, 6 archiepiscopi, 40 episcopi, 2 abbates, 3 generales.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes duos fasciculos litterarum receptarum a Rm D. Verallio hoc mane hora 16., qua hora mittuntur ad Urbem per stafifettam⁴.

4. Februarii, Veneris.

35 Hora 16. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquunturque tres, videlicet fr. Ricardus Cenomanus Gallus ord. Min. [de observ.], fr. Marianus Feltrinus ord. s. Aug., et Dons Alphonsus Salmeron Hispanus, societatis Iesu, qui cum non potuerit ob brevitatem temporis suum votum perficere, datur ei locus in crastinum. Dimittitur itaque congregatio hora 18. Praefuit card.
 40 S. Crucis, interfuerunt qui supra.

^ Hora autem 20. fit congregatio generalis super eisdem canonibus residentiae loquunturque a D. Portuensi usque ad Agathensem⁵, deinde dimittitur congregatio hora 24. Interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, 7 archiepiscopi, 36 episcopi.

Ninxit primum Tridenti in civitate.

a M s. Iovis.

b M s. discretionem.

c sic.

d alio atramento insertum in lacuna; pro ord. s. Aug. antea scriptum erat ord. Praed.

e alio atramento insertum in lacuna. f add. supra lineam. g corr. ex fr.

1 Ad 1. Febr., supra p. 608, 1. 39.

2 Verallus de deditione Augustae scribebat Farnesio (et sine dubio simul legatis) 26. et 27. Ian. ex urbe Ulma: *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 426.

3 sc. ac Hieronymus ab Oleastro, cf. adn. d.

4 In his fasciculis erat epistula adn. 2 citata et Concilium Tridentinum. I.

fortasse aliae, quas periisse ait *Friedensburg* 1. c. p. 419, adn. 3.

5 i. e. qui fuerat Agathensis, sed 17. Dec. 1546 translatus erat Mirapicum, cf. supra p. 230, adn. 4; p. 602, adn. 1; nam eius successor in episcopatu Agathensi, Aegidius Bohier, nunquam interfuit concilio.

5. Februarii, Sabbati.

Hora 15. fit congregatio theologorum non praelatorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, super quibus loquuntur D. Alphonsus Salmeron, qui votum suum perfecit, et fr. Petrus Paulus de Potentia ord. Convent., qui etiam votum suum perficere nequivit. Solvitur [hora] 18.

203' Hora autem 20. fit congregatio generalis, examinanturque praefati canones 5 de residentia, loquunturque ab Agathensi usque ad Milensem. Deinde dijmittuntur patres hora 24. Cui congregationi interfuerunt Rm legati, 6 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 abbates, 2 generales, s. Augustini [et] Servorum.

6. Februarii, Dominica.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium, mittentes copiam canonum de residentia praelatorum et censuras 10, quae ab Hispanis super illis datae sunt in eorum examinatione, super quibus S. Stis iudicium petitur.

Item in commendationem episcoporum Famaugustani et Chironensis. Ninxit tota die.

7. Februarii, Lunae.

^ Hora 15. fit congregatio theologorum non praelatorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquunturque tres, videlicet fr. Petrus Paulus de 15 Potentia Neapolitanus ord. Convent., fr. Vincentius Leoninus Siculus ord. Carmelitarum, fr. Ioannes Baptista Moncalvius ord. Convent. Deinde solvitur congregatio hora 18., et vocantur ad diem Mercurii ob exequias Sermae reginae Romanorum, quae crastina die fient.

Hora 20. fit congregatio generalis, in qua loquuntur quattuor super eisdem canonibus residentiae, videlicet Milensis, Canariensis, Alyphanus et Minoriensis, et sic 20 perficitur examinatio dictorum canonum. Rm D. card. de Monte dixit, quod hac examinatione expedita considerabuntur censurae et secundum illas, quae honestae videbuntur, canones reformabuntur et etiam, si videbitur, novi fient. Interim examinabuntur articuli de sacramentis primo loco propositi theologis minoribus et ab eis examinati; ad quod patres crastina die parati responsuri veniant, nosque nostrum animum circa 25 dictos canones residentiae aperiemus. Deinde rogavit patres, ut adesse velint die crastina exequiis, quae fient in memoriam reginae Hungariae etc. Et ita dimittuntur patres hora 24. Interfuerunt qui supra.

Rm DD. legati scripserunt ad D. archiepiscopum Rossanensem nuncium apostolicum apud Caesarem, significantes quid actum sit in concilio post sessionem in examinandis 30 articulis de sacramentis et de residentia.

203V

8. Februarii, Martis.

Exequiae pro Anna regina Romanorum. Congregatio generalis: Card. de Monte de reformatione faciendi et de pontificis auctoritate servanda; card. S. Crucis refert de eis quae in congregationibus theologorum acta sint.

Mane fiunt exequiae pro Sermae regina, uxore Ferdinandi Romanorum regis <quae obiit 27. praeteriti mensis Ianuarii>. Celebravit missam solemnem in ecclesia cathedrali Rm D. archiepiscopus Ponormitanus. Interfuerunt Rm DD. legati, cardd. Tridentinus et Geennensis, oratores Chrm regis et omnes praelati conciliares, nobilesque 35 et barones huius diocesis, tam mares quam feminae. Fiunt maxima cum pompa et ceremoniis. Concionatus est quidam presbyter lingua Germanica ob multitudinem Germanorum, qui aderant.

W Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte reprehendit quosdam patres, qui in examinatione canonum de residentia minus reverenter 4° loquuti sunt, cum quidam (qui fuit episcopus Caputaquensis)2 dixerit, quod canones

a *add. in marg.*

1 Legatorum ad Verallum epistolae tunc non adeo crebrae videntur fuisse, cum post sessionem sextam 13. Ianuarii habitam binas tantum litteras illi miserint.

Tanto crebrius Verallus legatis de novitatibus in Germania referebat, cf. ex. gr. p. 606, adn. 1.

2 Cf. infra ad 10. Febr. p. 612, 1. 11 ss.

illi erant sophistici, alter (qui fuit episcopus Castellimaris) dixisset, quod fieret lex de collatione beneficiorum, cui tenerent obedire omnes, etiam papa, etiam cardinales. Monuitque omnes, ut in futurum, cum de S. Ste et de sede apostolica loquuntur, cum ea qua deceret reverentia loquantur, alias ipsi suo officio tamquam legatus non deerit.

5 Et quoniam etiam nonnulli conquesti sunt in votis suis reddendis de malignitate temporum et quod praesentanea indigemus reformatione, contra* quam longo sermone perorati sunt, ut episcopus Senogalliensis, Fesulanus, Caputaquensis, Bosanensis, Portuensis, Castellimaris, Siracusanus, Pacensis, Astoricensis, Aquinas, Oscensis, Calaguritanus, Canariensis, ipse Rms D. cardinalis confessus est, ecclesiam Dei indigere reformatione,

10 et quod nemo magis eam cupiat quam pontifex et ipsi Rm DD. legati. Verum ea statuenda sunt, quae executioni demandari possunt, ne cum reformare volumus, orbem Christianum in scandalum ponamus dum praesertim praeterito et praesenti providere intendimus, in quo multorum iura offenduntur. Sed id imprimis attendendum est, quod, licet aliqui dixerint, quod concilium non potest facere reformationem (qui fuerunt episcopi

15 Feltrensis, de Nobilibus et Chironensis), hoc verum non esse, quia concilium hoc legitime congregatum omnia potest in his, quae sibi a S. Ste demandata sunt, in aliis autem nihif potest. Si igitur concilium procedere voluerit in his, quae in bullis Smi D. N. continentur, procedat, quia habebit ipsos legatos promptissimos, salva tamen semper auctoritate et praeminentia sedis apostolicae, ut alia concilia semper fecerunt, allegando exempla

20 Niceni concilii in multis canonibus et nonnullorum aliorum conciliorum. In his autem, quae concilium non potest et proprie spectata ad pontificem, offerunt se paratissimos legatos futuros mediatores, ut S. S⁴⁹ ea concedat, | quae a concilio honesta petentur. 204r Quoad canones de residentia, quod considerabuntur censurae a patribus datae et secundum eas, quae honestae videbuntur, reformabuntur, et etiam alii novi canones fient et iterum

25 patribus ostendentur. Hoc interim examinabunt patres articulos de sacramentis iam discussos a theologis. Super quibus sententias rogavit.

Verum cum ab aliquibus patribus diceretur, quonam ordine essent examinandi, Rms p) **carci. S. Crucis** declaravit ea, quae in congregationibus theologorum circa ipsos articulos acta sunt, secundum quae patres poterunt etiam illos examinare, videlicet,

30 quod quattuor in partes seu ordines divisa materia sit: in primo ponuntur articuli, qui simpliciter damnandi iudicati sunt a theologis, super quibus patres dicant, an iudicium theologorum sit sanum; in secundo ponuntur ii articuli, qui iudicati sunt damnandi, sed cum aliqua declaratione; in tertio ponuntur ii, quos nollent aliquo modo damnari; in quarto notati sunt ii, quos ultra propositos theologi damnandos censent. Patres igitur

35 dicant, an theologi perperam an bene senserint. Itaque super dictis articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione rogantur sententiae patrum.

Rms p) **carci. Geennensis** excusavit se, quod non esset paratus. Loquuti sunt tres archiepiscopi, videlicet Turritanus, Materanus et Naxiensis. Deinde dimittitur congregatio hora 24.

9. Februarii, Mercurii.

40 W Hora 15. fit congregatio theologorum non praelatorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquunturque tres: fr. Franciscus Visdomini ord. Convent., D. Petrus Sarra doctor Hispanus, fr. Franciscus Salazar Hispanus ord. Min. de observ. Deinde solvitur congregatio hora 17. cum dimidia. Praefuit Rms D. card. S. Crucis.

45 ^ Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua patres dixerunt sententias super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque quinque, videlicet archiepiscopus Upsalensis, et episcopi Senogalliensis, Asculanus, Feltrensis et de Nobilibus. Deinde hora 24. solvitur congregatio et vocatur in crastinum eadem hora 20.

10. Februarii, Iovis.

50 ^ Mane hora 15. fit congregatio (theologorum)' super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, super quibus hodie loquuntur quattuor, videlicet fr. Laurentius

a *sic*.b *Ms.* discussis.c *corr. pro* generalis.

Mazzochius ord. Serv., fr. Ambrosius de Verona ord. s. Augustini, fr. Aurelius de Roca-contrata ord. S. Aug., fr. Sebastianus de Castello ord. Convent., qui cum votum suum perficere non potuerit ob temporis angustiam, datur ei locus in diem crastinum. Itaque solvitur congregatio hora 17. Praefuit card. S. Crucis.

M4v [^] Hora autem 20. fit congregatio generalis super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque hodie decem 1, videlicet archiepiscopus Panormitanus, Iserniensis, <Militensis 2,) b Tiburtinus, Sebinicensis, Chironensis, Fesulanus, S. Marci, Caputaquensis, Soranus, Portuensis, qui votum suum perficere non potuit ob temporis angustiam, ideo datur ei locus in futura congregatione, quae vocatur ad diem crastinum¹. 10

Episcopus **Caputaquensis** excusavit se, quod in examinatione canonum de residentia dixerit illos esse sophisticos, de quo (nudius tertius) 6 reprehensus fuit a Rm card. de Monte, dicens, quod ipse intellexit quod canones illi essent dubii, non autem de ceptores, et quod neminem voluit offendere, petens veniam, si aliquis scandalizatus est. Cui episcopo respondit **card. S. Crucis**, cum paulo ante discessi[sse]t e congregatione card. de Monte/ dicens, quod, licet unicuique liberum esse debet, prout est, dicendi sententias in concilio, illae tamen dici debent citra alicuius iniuriam. Nam decreta cum proponuntur patribus, non proponuntur ut perfecta et firmata, sed examinanda et discutienda, ideo quilibet secundum conscientiam super eis loqui debet, sed ea verba proferre, quae neminem laedant. Quo autem ad ipsum Caputaquensem, quod boni consulunt ipsi Rm legati, quae ab eo dicta sunt, praesertim cum ipse se ipsum iam declaraverit; sed in futurum advertat, ut talia loquatur, quae suae satisfaciant conscientiae et neminem iniuria afficiant. Haec verba dicta sunt, dum votum suum dicere vellet Caputaquensis. Solvitur autem congregatio hora 24. 15 20

<Rm D. card. de Monte per litteras card. Farnesii 5. huius Romae datas habuit licentiam discedendi ex Tridento post sessionem futuram, expectando tamen hic suum successorem. Et hoc factum est, quia ipse card. de Monte iam diu multoties instat apud S. Stm pro huiusmodi licentia obtinenda 3.) 6 25

11. Februarii, Veneris.

Hora 15. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae. Loquuntur duo: fr. Sebastianus de Castello, qui heri suum 30 votum perficere non potuit, et fr. Hieronymus Lombardellus ord. Min. de observ. Hora autem 17. solvitur congregatio, cui praefuit Rm D. card. S. Crucis. Interfuerunt 26 praelati et ultra 40 theologi.

Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione. Super quibus loquuntur 35 tres, videlicet Portuensis, qui heri ob temporis angustiam non perfecit suam sententiam, et Bossanensis et Motulanus. Deinde dimittitur congregatio hora 24. Cui interfuerunt

a *post hunc deletum* Feltrensis. b *in marg. pro deleto* Gadditanus. ° *M.s.* eis. d *deletum*
Solvitur igitur congregatio hora 24. e *corr. pro heri.* f *abhinc alius ductus manus.* g *add. in marg.*

¹ Portuensis, cuius votum non perficiebatur, non videtur numerari.

² Quintius de Rusticis Romanus, episcopus Mileti Calabriae, qui 17. Iulii 1523 ab Hadriano VI huic ecclesiae praefectus erat, cui deinde a. 1541 renuntiaverat (*Ughelli* Italia sacra I; 959); ergo nominandus erat ante Iserniensem, cf. adn. b. Massarellus eius adventum in diario non refert; at legati in litteris 11. Maii 1546 datis scripserant Farnesio: »Gli ultimi vescovi, che sono t'ui, e il vescovo di Rustici et quel di Calaurra, venuto, tre di sono, di Spagna, dell' ordine de Predicatori» (*Druffel-Brandi*, Mon. Trid. p. 521, adn. a); quae relatio rursus deleta est, et in eorundem litteris 19. Maii ad eundem scriptis legitur: »Gli ultimi vescovi, che sono comparsi, sono il vescovo di Rustici et un frate di s. Domenico, vescovo di Bosa in Sardegna» (1. c. p. 53°)* Haec differentia hoc modo videtur esse solvenda: ambo episcopi, Miletensis et

Bosanensis, advenerant ante 11. Maii (cf. Massarelli diar. III ad 9. Maii, supra p. 546, 1. 9); sed legati eorumque officiales de hoc dubitabant, essetne Calagurritanus an alius, quare illam relationem debebant et correctam litteris 19. Maii datis addebant. Bosanensem eum fuisse et non Calagurritanum (cuius adventum refert Massarellus ad 28. Maii, supra p. 551, 1. 8, et nuntiant legati Farnesio eodem die: *Druffel-Brandi* 1. c. p. 541, n. 439) inde elucet, quod legati dicunt eum esse »dell' ordine de Predicatori«, cuius non fuit Calagurritanus, sed fuit Bosanensis. — Ergo Miletensis ante 11. Maii 1546 advenit; inde a sessione quinta (17. Iulii 1546) inter praesentes numeratur.

³ Uterque legatus, et card. de Monte et S. Crucis, iterum atque iterum veniam abunde petierant, ut variae epistulae apud *Druffel-Brandi* ostendunt; sed notum est eos usque ad translationem et ultra concilio prae sedisse.

Rm DD. legati, 6 archiepiscopi, 36 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates (tertius enim abbas Don Isidorus factus est noviter episcopus Fulginatensis 1 a Smo D. N.), 5 generales etc.

Rm DD. legati scripserunt ad D. Verallum dupp[licatu]m litterarum 7. huius scripta rum, missum per Cherubinum cursorem 2.

12. Februarii, Sabbati.

5 ^ Hora 15. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquiturque primus fr. Nic[olau]s Trecensis Gallus ord. Carmelit., [deinde] D. Gentianus Hervetus doctor Gallus, fr. Angelus <de Papis>a Senensis ord. Carmel. Deinde solvitur congregatio hora 17. Cui praefuit Rm D. card. S. Crucis.

10 ^ Hora autem 21. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione. Loquunturque sex 3, videlicet (Rm D. card. Geennensis, qui suo loco non dixerat,) b Castellimaris, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, <Salutiarum,)° Agathensis. Deinde hora 24. solvitur congregatio, cui interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 38 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 3 generales.

15 Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium reddentes rationes capituli decreti de residentia, ubi de delendis exemptionibus capitulorum cathedralium fit mentio, quod videlicet ideo factum sit, ne decreti de iustificatione publicatio retardaretur praetextu illius de residentia etc.

Scribitur in favorem episcopi Asculani pro sua abbatia] Helvetica]B.

20 Mittuntur cum his litterae sub data 10., quae die Iovis scriptae fuerunt.

13. Februarii, Dominica.

Rm DD. cardd. de Monte et S. Crucis celebrarunt privatim in aula.

Fui ad Rm D. card. de Monte pro sententia cap[itu]li Veronensis 6 etc., et cum D. Manel[lo] et Ordogn[ez] sp[ati]atum] a por[ta] S. Crucis usque ad illam Aquil[ae].

14. Februarii, Lunae.

25 Hora 15. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquunturque duo, videlicet D. Andreas Navarra, doctor Hispanus, et fr. Vincentius de Casale ord. Praed. Deinde solvitur congregatio hora 17. cum dimidia, cui praefuit Rm D. card. S. Crucis.

30 ^ Hora autem 20. fit congregatio generalis super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, hodieque loquuntur quinque, videlicet Lancianensis, Syracusanus, Ferettus Milensis, Vigorniensis et Bituntinus, cumque hora esset iam 24., solvitur congregatio et vocatur in crastinum eadem horad. Interfuerunt huic congregationi Rm DD. legati, card. Geennensis, archiepiscopi Turritanus, Materanus, Upsalensis, Panormitanus, 37 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 3 generales, Conventualium, s. Augustinii, Ser[vorum].

35 Rm DD. legati receperunt litteras a Rm card. Augustano 10. huius Ulmae datas, in quibus rogat S. Dns Rm ut vacent unioni conciliandae inter S. S'm et Caesarem, cum in praesentiarum parum inter se consentiant 7.

a *alio atramento insertum in lacuna.*

heri inceptum . . . (*reliqua legi non iam possunt*). *Advertendum, ad dignoscendam fidem huius diarii, quod statim actis rebus semper scriptum esse negandum est.*

b *in marg. pro deleto:*

Portuensis, qui perfecit votum suum Nuntiaturber. IX, 451 ss., n. 133).

0 *add. supra lineam.*

d *M.s. die.*

1 Acta consistor, (cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 8 v) ad 24. Ian. 1547: Referente Smo D. N. providit ecclesiae Fulginatensi per cessionem Rdi P. D. Blossii Palladii electi Fulginatensis, secretarii et praelati domestici Stls S., in manibus eiusdem Stls S. sponte factam et per eandem Stem S. admissam vacanti de persona religiosi viri Isidori Clari de Brixia, monachi ordinis s. Benedicti congregationis S. Iustinae, ordinem ipsum expresse professi . . . reservata ipsi D. Blossio cedenti denominatione episcopi Fulginatensis. Cf. supra p. 207, adn. 1 (ubi pro 26. Ian. corrigendum est 24.).

2 Qui 5. Februarii cum litteris Farnesii Roma ad Verallum missus erat (litterae apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 451 ss., n. 133).

8 Episcopum Salutiarum non numeravit hic Massarellus, cum postea demum eius meminisset (cf. adn. c).

4 Cf. ad 13. Ianuarii (supra p. 602, l. 52 et adn. 1) et ad 4. Februarii (p. 609, l. 42 et adn. 4).

5 Cf. ad 15. Iulii 1546, supra p. 560, l. 31.

6 Cf. ad 18. Iunii 1546, supra p. 555, l. 1.

7 Similes fuisse has litteras coniciendum est eis quas eodem (?) tempore idem scripsit Farnesio et quas

205V

15. Februarii, Martis.

Congregationes theologorum minorum et generalis. Massarellus apud card. Tridentinum.

^a Hora 15. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquunturque duo, videlicet fr. Andreas Vega Hispanus ord. Min. de observ., et fr. Gaspar a Regibus Lusitanus ord. Praed., horaque adveniente fere 18. solvitur congregatio.

'ss' Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, super quibus IO dixerunt suas sententias, videlicet archiepiscopus Aquensis, qui suo loco nihil dixerat, Famaugustanus, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Aquinas, Oscensis, Calaguritanus, (Cor-sulanus, Albinganensis)a Deinde hora 24. solvitur congregatio, quae vocatur in diem crastinum. Cui congregationi interfuerunt Rm legati, card. Geennensis, 5 archiepiscopi, 38 b episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 3 generales, Conventualium, Augustinianorum], Servorum.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium de discessu oratorum Gallicorum, qui — videlicet Ium^m D. Durfe, qui discessit 8. huius die Martis, et D. de Ligni^o secundus in ordine, qui discessit die dominica 13. huius —■[iverunt] Venetias versus, ut illam civitatem viderent, prout dicebant, licet dubitetur, quod non sint amplius reversuri¹. Item quod episcopi Astoricensis et Calagurritanus dixerint in hodierna con-gregatione generali, quod necessarium est, quod damnentur Lutherani et nominentur eorum principales personae, ut Martinus Lutherus, Melancthon et sequaces, quod recte potest fieri in damnatione horum articulorum de sacramentis; nam articuli damnari non possunt, nisi eorum authores damnentur.

Fui ad Rmum D. card. Tridentinum, cui dedi litteras D. Hieronymi Rorarii, eas commendavi nomine R^{mi} card. S. Crucis. Qui respondit se omnia facturum, quae recta ratione fieri poterunt. Deinde ostendit litteras ex Germania, in quibus continebatur, quod rex Angliae obierat die, qua obierat regina Romanorum, 27. scilicet Ianuarii prae-teriti, et rex in suo testamento reliquit tutorem filii imperatorem, qui brevi illuc missurus erat unum ex suis² etc. Deinde petii licentiam pro Iofanne] M[ari]a cap[itane]o 8 et quattuor sociis, ut Tridentum intrare possent, quam dedit. Extat enim prohibitio ne milites, qui ex Germania redeunt, civitatem intrent. Dixitque ipse Rm^{us}, quod haberet aliunde litteras, quod Caesar habet iam totam Germaniam pacatam in suam devotionem, cum omnes civitates se dederint in suam potestatem, demptis Constantia et Argentin[a], quarum ora-tores in dies expectabantur, ut et ipsae se darent⁴.

206*

16. Februarii, Mercurii, hora 15.

W Fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacra-mento eucharistiae, loquunturque duo, videlicet fr. Ludovicus Carvaial Hispanus ord. Min. de observ., et D. (Gregorius de Bosmediano)d doctor Hispanus. Deinde solvitur congregatio hora 17., cui praefuit R^{mi} B D. card. S. Crucis, interfuerunt multi praelati et theologi.

Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque hodie 5, vide-

a add. in marg.

b vel 35 P

c sic.

d alio atramento insertum in lacuna.

excerpsit *Friedensburg*, Nuntiatgeber. IX, 449, adn. 1. Cf. infra ad 18. Februarii p. 615, l. 28 ss. et adn. 2.

1 Nihilominus reversi sunt, quamquam non inter Farnesium datas (*Friedensburg* l. c. p. 654, l. 14 ss.; et infra p. 626, adn. 2): »Gli ambasciatori Francesi non vennero in sessione [11. Martii], come neanche in la precedente, ma son venuti hoggi a visitarci et ci han detto non poter senz' altra commissione venir per hora a Bologna, ma che usciranno subito di Trento et forse alcun di loro andara fino in Francia«. Cf. infra diar. IV ad 24. Martii 1547.

2 Similia (sed nil de tutela reguli ab imperatore gerenda) referebant litterae Veralli 11. Februarii ad Farnesium datae, quas excerpsit *Friedensburg* l. c. p. (473) adn. 1;) 476, adn. 2.

3 Sabellus, de quo ad 17. Februarii, infra p. 615,

L 17^a.

4 Serristorus, Florentinorum ducis apud impera-torem orator, 10. Februarii scribebat: »Per questa banda non resta briga alcuna, poiche Lyndo e venuta duoi di sono all' obedientia, et Argentina sara qui domane insieme con Constantia« (*Friedensburg* l. c. p. 473, adn. 2; cf. ibidem alias litteras et relationem nuntii Veralli 10. Februarii datam p. 473, l. 5).

licet Claramontanus, Mylensis, Alyphanus, Britonoriensis, Minoriensis. Deinde solvitur congregatio hora 24., cui interfuerunt Rm legati, card. Geennensis, 2 procuratores, 2 abbates, 4 generales, Conventualium, Praedicatorum, Aug[ustinianorum], Servorum.

17. [Februarii,] Iovis.

ts» Hora 15. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquiturque D. Franciscus Herrera, doctor Hispanus, et Iacobus Laynes Hispanus, societatis Iesua. Deinde hora 17. solvitur congregatio, cui praefuit Rmus £) card. S. Crucis, et interfuerunt 29 praelati et 44 theologi.

Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque [sex], videlicet <archiepiscopus Corcirensis et episcopus Corsulanus>b, D. Claudius Zaius, procurator Rmi D. card. Augustensis, fr. Ambrosius Pelargus ord. Praed. Germanus, procurator archiepiscopi Trevirensis, D. Lucianus abbas congregationis s. Benedicti, et fr. Bonaventura Pius Costacciarus, generalis Conventualium. Deinde dimittuntur patres hora 24. Cui congregationi interfuerunt Rm DD. legati, card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 39 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 4 generales, Carmelitarum absente.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de congregationibus et quid in eis actum sit; quod nudius tertius applicuerit Tridentum 111^m 18 D. Ioannes Baptista Sabellus, heri Gallettus, hodie Illms D. Alexander Vitellus, qui in villa Lavisio hospitatus est nec Tridentum intrare voluit, ob maiorem sui quietem, ut aiebat¹.

18. Februarii, Veneris.

206v

20 ts» Hora 15. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquiturque solus fr. Ioannes Consilii Gallus, ord. Min. de observ., usque ad horam 17., qua dimittitur congregatio.

^A Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, super quibus hodie loquuntur duo, videlicet generalis Conventualium, qui heri votum suum ob temporis angustiam perficere non potuit, et generalis Praedicatorum, qui heri loco suo nihil dixerat. Deinde hora 24. solvitur congregatio, in qua interfuerunt qui supra proxime numerantur.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Augustensem in responsionem suarum Ulmae 10. datarum 2, de mala satisfactione, quam scribebat habere Caesarem de pontifice, quod mirabantur, cum nullam scirent S. Stm dedisse causam, immo ex multis signis totum oppositum credendum.

Scripserunt item ad D. Verallum, nuntium apostolicum apud Caesarem, in responsionem suarum 6. Ulmae datarum et significantes, quid in congregationibus agatur, et de transitu baronum, de quibus supra. Quas litteras portavit D. Alexander Palanterius³.

19. Februarii, Sabbati.

W Hora 15. fit congregatio (theologorum)" super eisdem articulis de sacramento eucharistiae, loquiturque primus fr. Georgius a S. Iacobo Lusitanus ord. Praed., et fr. Hieronymus Guilhelmi eiusdem ordinis, cumque nemo alius loqui vellet, imponitur finis examinationi dictorum articulorum de sacramento eucharistiae, commendanturque ipsi DD. theologi a Rmo D. card. S. Crucis, qui omnibus his congregationibus praefuit,

a nomina ponuntur in cod. ordine inverso, sed ita collocanda esse indicitur b et a superscriptis. Aliud nomen antea primo loco scriptum ita deletum est ut amplius legi non possit.

b add. in marg. c corr. pro generalis.

¹ Litterarum epitomen dat *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 478, adn. 2, secundum quam Sabellus ad venerat 16. Februarii mane. Qui de colloquio inter ipsum et card. Madrucium habito scripsit relationem, quam exhibet *Friedensburg* 1. c. p. 481, adn. 1.

² Quas acceperant 14. Februarii, cf. supra p. 613, 1. 35 ss. et adn. 7.

³ A. P., iuris utriusque doctor, mittebatur »nuncius per Stm S. ad Caesarem M[†] Germaniam versus

necnon reginam Mariam versus pro negociis et interesse camere apostolice, libertatem aluminum et alia concernentibus; qui post 5. Februarii (*Friedensburg* 1. c. p. 461, 1. 25) Roma profectus 25. Februarii Ulmae erat, 28. Februarii ab imperatore audiebatur, 1. Martii Farnesio referebat: *Friedensburg* 1. c. p. 490, n. 140, cf. p. 488, 1. 1 et adn. 1. De reliqua eius vita et exitu miserrimo cf. *Pallavicin*. 14, 15, 17; *Garampi*, Saggi ... sui valore delle monete pont. app. p. 293 12.

monenturque, ut alia sacramenta, quae restant, diligenter examinent, ut parati sint re sponsuri super eis, quae successive proponuntur. Et ita solvitur congregatio hora 17. cum dimidia. Interfuerunt his congregationibus semper magnus numerus praelatorum et theologorum tam saecularium quam regularium, adeo quod aliquando adfuerint ultra 60 theologi et 40 patres.

207* ^ Hora autem 20. fit congregatio generalis, in qua examinantur eidem articuli de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque hodie duo, videlicet episcopus Canariensis et generalis s. Augustini Seripandusa. Deinde licet re staret tantum generalis Servorum, quia tamen hora erat iam 24., solvitur congregatio, quae vocatur ad diem lunae, diciturque a R^{mo} D. card. de Monte primo praesidente, quod audito ipso generali proponuntur patribus canones reformati et noviter additi usque ad numerum 20, super articulo residentiae, ut a patribus examinentur et concludantur. Solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt ipsi Rm DD. legati, card. Geennensis, 6 archiepiscopi, 39 episcopi, 2 procuratores, 2 abbates, 4 generales, Carmelitarum absente. Rm DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium nuntiantes ei, quod con gregationes theologorum absolutae fuerint, et quo in statu generales se habeant, et quod canones de residentia die lunae proponuntur.

20. Februarii, Dominica carnisprivii.

Rmus -p card. S. Crucis celebravit privatim in cubiculo, deinde fuerunt pransi cum D^{ne} S. Rma archiepiscopus Materanus et episcopi Militensis, Corsulanus, Tiburtinus et Mylensis.

Fui ad fratrem Ambrosium Pelargum, procuratorem archiepiscopi Trevirensis, pro decreto sacramentorum, una cum D. Pra[ncisco] Bent[i]o¹, cum quo extra menia et ad S. Bernardinum etc.

Rmus card. S. Crucis fuit ad Rm^m D. card. de Monte, egeruntque de canonibus residentiae, quos mihi dedit, ut in crastinum copia daretur patribus etc.

Qua de causa fui cum Rm^o D. card. S. Crucis usque ad horam 3. noctis.

207V

21. Februarii, Lunae.

Congregatio generalis.

Hora 20. fit congregatio generalis, in qua generalis Servorum dixit votum suum super eisdem articulis de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione. Quo absoluto ego Angelus Massarellus, sacri concilii secretarius, legi votum generalis Carmelitarum, qui ad praesens aegrotat. Et sic cum Dei laude absolvitur examinatio praedictorum articulorum, diciturque a Rm^o D. card. de Monte primo praesidente, qualiter sunt aliquot canones reformati et aliqui additi de novo super articulo residentiae et eorum annexis usque ad numerum 202, quorum copiam patres a secretario accipere poterunt, ut deinde in proxima congregatione examinari possint; quam congregationem vocavit ad diem Iovis, et ita dimittuntur patres hora 24.

Fui ad generalem s. Augustini pro aptando decreto de sacramentis.

22. Februarii, Martis carnisprivii.

Rmus j) card. S. Crucis ivit ad audiendam missam in ecclesiam Trinitatis.

M Datur copia praefatorum canonum 20 de residentia omnibus patribus. In quo fere totum diem consumpsi.

Reversus est Tridentum ex Urbe D. archiepiscopus Armacanus, qui fuit cum Rm^o D. card. S. Crucis a 22. usque ad 24. horam.

Nunciatum est Tridenti de obitu Illmⁱ D. Aliprandi Madrutii, fratris germani Rmⁱ D. Christophori card. Tridentini³. Qua de causa Rm DD. legati miserunt me ad S. D^{nam}

a M s. Seripanda.

b sic.

1 De quo v. diar. I supra p. 188, l. 18 et adn. ii.

2 Sunt apud *Theiner*, Acta I, 448 ss.

3 Obierat Ulmae 18. Februarii et fuerat capitaneus

equitum imperialis, et paulo antea obierat Ioannes Baptista de Toffia (cf. supra p. 249, adn. 7), v. Veralli litteras 19. Februarii ad Farnesium datas (*Friedensburg*,

Rm^m ut eorum nomine cum ea condolerem etc., quod feci cum episcopo Fanensi, cum loqui non potuissem (et nemo loqui hodie potuit) cum Rm^m D. cardinali, qui adeo fratrem praefatum suum diligebat, ut vitam nunc sibi omnino acerbam semper futuram putet, retulique dicto episcopo, qualiter Rm^m DD. legati ire vellent personaliter visitatum ipsum
5 Rm^m D. card. Tridentinum.

Ob praefati Illm^m D. Aliprandi et Ser^m reginae Romanorum obitum gravi edicto prohibentur et personatus et choreae et saltationes ac festivitates in tota civitate.

23. Februarii, Mercurii, prima quadragesimae 1547.

208r

Fit cappella sollemnis in ecclesia cathedrali, ubi Rm^m D. card. de Monte primus praesidens benedixit cinerem, quam imposuit capitibus omnium suo ordine, cum tamen
10 prius ipse illam accepisset a Rm^m D. card. S. Crucis secundo praesidente. Celebravit R^m D. episcopus Aquinas, habuit orationem fr. Andreas Vega Hispanus ord. Minorum de observantia, sacrae theologiae magister. Interfuerunt Rm^m legati, card. Geennensis, 8 archiepiscopi, 40 episcopi, 2 procuratores: cardinalis Augustensis et archiepiscopi Tre-
15 verensis, duo abbates, Lucianus et Chrysostomus, 4 generales, Praedicatorum, Conventua-
lium, s. Augustini et Servorum, officiales concilii et multi nobiles et theologi. In qua missa publicantur indulgentiae, quas Sm^m D. N. concedit omnibus visitantibus in forma ecclesiae consueta ecclesiam monasterii monialium S. Trinitatis Tridentinae omnibus
20 diebus quadragesimae usque ad dominicam in albis inclusive, eas scilicet stationes et indulgentias, quas consequerentur, si visitarent ecclesias omnes Urbis et extra Urbem
pro stationibus deputatas. Quare absoluta missa ipsi Rm^m DD. legati caeterique praelati omnes iverunt simul ad dictam ecclesiam Trinitatis, ubi decantatus est hymnus *Veni creator spiritus*, et oratio consueta: *Deus qui corda fidelium* etc., et omnes indulgentias
25 perceperunt etc. Quae indulgentiae conceduntur per breve apostolicum obsignatum annulo piscatoris et manu D. Blosii effecti] Fulginatensis 2, secretarii S. S^{is} sub dat. Romae apud S. Petrum die 17. Februarii anno Domini 1547, pontificatus sui anno XIII.

24. Februarii, Iovis.

Congregatio generalis de canonibus residentiae. Oritur quaestio de validitate decreti in sessione publicati. Dicuntur sententiae de canonibus. Faesulani votum litem movet, quae sedatur.

Hora 20. fit congregatio generalis, in qua rogantur sententiae patrum super
20 canonibus decreti de residentia noviter die 22. patribus transmissis. Verum cum Rm^m Y card. Geennensis (qui primus dicit votum in congregationibus) dixisset, quod votum suum super his canonibus dicere nollet, antequam Rm^m DD. praesidentes declararent,
30 an decretum de residentia publicatum in praeterita sessione die 13. Ianuarii debeat haberi pro approbato vel non, quia si habetur ut approbatum, non opus est discutere de novo canones illos, qui in ipso decreto iam publicati sunt (propositio enim horum canonum 20 praesupponit decretum iam publicatum non valere, cum multi canones hic repetuntur,
35 qui in alio decreto comprehendebantur): a R^m DD. praesidentibus responsum est, non
curare an habeatur pro approbato vel non, sed patres videant, quia sententiae tunc in sessione fuerunt adeo variae, ut certi aliquid statui non potuerit, praesertim cum tot
cedulae allatae fuerint, adeo quod esset magnum dedecus concilii illud decretum cum his
caudulis et sententiis diversis publicare. Remittunt se tamen patribus. Res tamen in
40 hunc modum firmata est, ut videantur vota collecta in sessione super ipso decreto et
secundum maiorem partem statuatur³. Quod omnibus placuit.

208v

Hac de causa interim rogantur sententiae patrum super novis canonibus additis, qui incipiunt ab octavo, ut si decretum publicatum in sessione habendum erit pro

a sic.

Nuntiatuber. IX, 482, 1. 9 ss.): «Questa mattina è stato interrato il Sr Aliprando Madrutio, il quale è morto in 4 giorni, et quattro di sono che facessimo mterrare il Toffia, il quale non si è mancato di cosa che si potesse desiderare per la sanita et salute sua. Requiescant in pace et cento anni senza noi.» Locum Aliprandi obtinebat Nicolaus frater: *Friedensburg* 1. c. adn. 3.

1 Qui quasi familiaris card. Madrucii in castello habitabat, unde hic magnam ei benevolentiam monstrabat, cf. supra p. 540, 1. 6 ss. et adn. 2; p. 566, 1. 4 et adn. 3.

2 Cf. supra p. 613, 1. 2 et adn. 1.

3 Postero die in affirmativam partem decisa est, i. e. decretum pro valido esse habendum,

approbato, non erit opus illos canones in eo contentos examinare, sed de novis fiet novum decretum. Itaque ipse Rm̄s D. card. Geennensis dixit votum suum super novis canonibus, quod idem fecerunt fere omnes patres usque ad generales exceptis aliquibus, qui se imparatos esse dixerunt et petierunt audiri in futura congregatione.

Dum vero episcopus Fesulanus diceret votum suum in scriptis, protulit quaedam 5 verba, videlicet quod episcopi in suis diocesibus non delegatorum a sede apostolica, sed iure proprio uti debent contra exemptos et privilegiatos etc., cum suam potestatem habeant a Deo etc. Quae verba cum essent contra auctoritatem sedis apostolicae, fuit acclamatum a multis patribus, videlicet Alyphano, Albinganensi et quibusdam aliis, quod verba illa erant haeretica iuxta determinationem c. [1] *Omnes* 22. Dist., et quod haec verba 10 dici non debeant, et episcopus Fesulanus veniebat puniendus etc. Quod etiam a Rm̄s DD. legatis dictum est, adeo ut Dñs S. Rm̄e imposuerint silentium ipsi Fesulano 1, a quo habere voluerunt, licet eo renitente, scripturam quam legebat. Factaque est maxima confusio inter patres et maximus tumultus et clamor, adeo ut multi immodesta verba ad invicem proferrent, alii Fesulanum accusantes, alii eum defendere conantes, quorum 15 praecipui erant praelati Hispani. Tandem prudentia Rm̄orum legatorum res sedata est et | quies in congregatione facta est, et ideo patres post Fesulanum qui sequebantur quiete dixerunt et ipsi vota <sua super dictis canonibus residentiae>a.

Deinde votis perfectis Rm̄s D. card. de Monte primum, postea Rm̄s D. card. S. Crucis monuit patres multis verbis piis, ut in futurum ab his tumultibus cessare velint, 20 sed imprimis ipsum Fesulanum reprehendentes, cum praesertim toties ipse Fesulanus in idem inciderit, minantes etiam ei, quod contra eum post verba ad facta venient, eumque fraterne iterum hortantes una cum omnibus patribus, ut quieti et paci omnes studeant et unus alium charitate prosequatur et modestiam prae se ferant, alter alterum non laedens, sed fraterne, si errare contigerit, admonens, meminerintque decreti secundae 25 sessionis huius sacrae synodi, quod immodestiam in sententiis dicendis punit, et receduntur loci, in quo sunt, qui sunt et quales esse eos deceat et debeant.

Tandem hortatu Rm̄orum legatorum ipse episcopus Fesulanus amplectitur et deosculatur Alyphanum et Albinganensem, qui praecipue iniuriis simul affecti videbantur, et aliis patres, qui ea in re se immiscuerunt, adeo ut magna omnium concordia congregatio 30 solveretur, reddita cedula ipsi Fesulano a Rm̄a legatis et ei parcito, omnes laeti hoc felici exitu ex non parvo incendio discedentes hora 1. noctis.

Rm̄i DD. legati scripserunt ad Rm̄um D. card. Farnesium in responsionem suarum 17. Romae datarum, et quid actum sit in congregationibus post ultimas nostras.

25. Februarii, Veneris.

^ Hora 20. fit congregatio generalis, in qua dixerunt sententias super canonibus 35 residentiae ab 8. usque ad 20. illi patres, qui heri non fuerunt loquuti, videlicet Turritanus, Corcyrensis, Castellimaris, Soranus, Oscensis, Alyphanus, Minoriensis. Deinde lecta sunt vota collecta in sexta sessione super decreto residentiae 13. Ianuarii praeteriti, quae cum invenirentur pro approbatione decreti 37, qui illud simpliciter approbarunt, et 25 qui, licet illud simpliciter non approbaverint, in aliquibus tamen particularibus capitulis dis- 40 cordant, <et 4 remittunt se Rm̄s DD. legatis>Q, declaratum est a Rm̄s DD. praesidentibus et legatis cum consensu totius sacrae congregationis: illud decretum de residentia in sexta praeterita sessione publicatum validum esse et approbatum ac pro approbato haberi et 209V publicari debere et possed, ipsique Rm̄i DD. legati rogarunt me Angelum Massarellum

a add. in marg.

b sic.

c in marg.

d ut advertatur haec notitia, ipse Massarellus in margine scripsit: »approbatio decreti de residentia«.

1 Non omiserunt imperiales postea provocare hunc casum. Confessarius enim imperatoris 19. Aprilis 1547 dixit Verallo nuntio apostolico (cf. huius litteras 21. Aprilis ad card. Farnesium datas apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 545, n. 154, l. 20 ss.): »che la citta di Bologna non e per conto alcuno buona per il concilio; et tra altre ragioni mi allego a questo: che standosi nelle congregationi, quando il concilio era in Trento, Monsr Rmo di S. Croce parlava molte

advolte in colera et sopra mano alii prelati che vole vano toccare sopra l' autorita dei papa, trattandoli di heretici etc., et che in Bologna non sara chi possa pariare; immo che per impaurire li prelati si mando in Trento l' auditor della camera [episcopus Albinganensis], il quale, come alcun prelato voleva pariare un poco liberamente, selli minacciava di processarlo di heresie et cose simili. Et in questo paria libera mente, che per niente il concilio sta bene in Bologna.«

ut concilii secretarium et prothonotarium apostolicum, quod de his omnibus notam facerem auctenticam in actis sacri concilii etc., et idem D. Claudio della Casa \ notario concilii, referrem.

Deinde <Rms D. card. de Monte legit litteras Rm D. card. Farnesii 19. Romae 5 datas, in quibus significat nomine Sm D. N., qualiter die Veneris praecedenti in sacro consistorio S. Stæcum approbatione patrum statuerat, quod Rm DD. cardinales non possint tenere nisi unam ecclesiam cathedralem, et qui plures habet, teneatur illas dimittere infra sex menses, si ecclesiae sunt ad collationem pontificis immediate, et de illis, quae sunt ad nominationem principum, infra annum; et quod omnes Rm cardinales teneantur residere 10 in Romana curia, alias" qui ecclesias habent teneantur ire ad residendum in illis2.

Quod decretum fuit commendatum ab omnibus patribus huius congregationis, cum multa laude et honore S. Stis

Postea)" rogantur sententiae super aliis canonibus ipsius residentiae, qui noviter additi sunt, habendo veteres, qui in alio decreto publicati erant et modo repetebantur, 15 pro approbatis, ut dictum est. Super quibus canonibus, excepto septimo, ab omnibus sententiae dictae sunt et paucis exceptis approbati. Postea ego legi votum R4 D. epi scopi Portuensis super dictis canonibus, cum ipse ob malam valetudinem absit a con gregatione. Denique cum hora esset iam 24., dimittitur congregatio.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium de approbatione supradicti 20 decreti de residentia et de lectione capituli litterarum suarum in hodierna congregatione', de quo supra.

26. Februarii, Sabbati.

^ Hora 20. cum dimidia fit congregatio generalis, in qua examinantur ii canones residentiae, qui heri examinari non potuerunt, et tandem perficitur examinatio omnium praefatorum canonum, ex quibus partim approbantur, ut primus, tertius et 25 quartus etc., alii censurantur; secundum quas censuras dicitur a Rmis legatis, quod denuo aptabuntur. Interim significatur patribus, quod mittant pro copia decreti de sacramentis, quod die lunae examinabitur. Deinde dimittitur congregatio hora 1. noctis, cui con gregationi interfuerunt ipsi Rm legati, Rms D. card. Geennensis, 8 archiepiscopi, 42 epi scopi, 2 procuratores, 2 abbates, 4 generales, absente Carmelitano.

30 Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium, quod vacatur conclusioni decretorum, et mittuntur litterae Rdl D. Veralli3.

Item scripserunt ad Rmm D. card. Augustensem de receptione suarum 20. huius Ulmae4 datarum et condolentes de obitu Illm D. Aliprandi Madrutii etc.

Item ad D. Verallum de receptione suarum 19. Ulmae datarum, et quod vacatur 35 decretis concludendis.

Fui cum D. Fanensi pro canonibus sacramentorum digerendis hora 1. noctis.

27. Februarii, Dominica 1. quadragesimae.

210r

Celebratur missa solemnis in ecclesia cathedrali, interfuerunt Rm DD. legati, Rms D. card. Geennensis caeterique patres concilii omnes. Peregit sacra episcopus Bossa- nensis, habuitque orationem fr. Georgius a S. Iacobo, Lusitanus, ord. Praed.

40 (Datur copia decreti de sacramentis patribus.)b

28. Februarii, Lunae.

^ Mane hora 15. fuit congregatio generalis (et haec est prima congregatio quae hoc anno fit de mane), in qua examinantur aliquot capita decreti de residentia,

a sic; Massarellus ipse videtur confudisse aliqua, cf. integram conclusionem infra ad 2. Martii.

b add. in marg. 0 Ms. lectione. 4 corr. vel ex Ulmae: Tilinghae, vel vice versa; cf. adn. 4.

1 Is ergo abfuit; nam notarii solis sessionibus sol lemnibus intererant.

2 Accuratiorem relationem v. infra ad 2. Martii p. 620, l. 33 ss. et maxime adn. 3.

3 Haec epistula Veralli ad Farnesium data est apud

Friedensburg, Nuntiatgeber. IX, 478 ss., n. 137; ibidem p. 482, adn. 1. 2. aliae eiusdem litterae commemorantur.

4 Card. Augustanus tunc Ulmae apud imperatorem videtur fuisse, cf. supra ad 14. et 18. Februarii, p. 613, l. 35 ss. et p. 615, l. 32 ss.

videlicet *Locorum ordinarii* etc., *Praesentati* etc., item 19.: *In civilibus causis*, item 20. de hospitalibus etc.

Deinde R^{mus} D. card. S. Crucis retulit, quare in conficiendo decreto de sacra mentis non sit servatus modus et forma concilii Constantiensis prout prius propositum fuerat, et quare etiam aliqui articuli omisi fuerint ex his, qui patribus exhibiti fuerunt etc.: 5 ut scilicet tantum capita principaliora haereticorum positionum damnentur, caetera dam nanda cum libris eorum etc. Absolvitur congregatio hora 19.

1. Martii 1547. Martis hora 15^a.

W Fit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae patrum super canonibus de sacramentis in genere, de baptismo et de confirmatione, loquunturque a R^{mo} D. card. Geennensi usque ad episcopum Syracusanum, cumque hora esset iam 19., dimittuntur 10 patres et vocantur ad horam 21. huiusmet diei.

^ Hora itaque 21. fit iterum congregatio generalis ob imminentem diem sessionis, in qua congregatione perficitur examinatio supradicti decreti de sacramentis, diciturque a R^{no} S. D. D. legatis, quod censurae considerabuntur et decretum aptabitur.

20V

2. Martii, Mercuriih

^ Hora 15. fit congregatio theologorum praelatorum coram R^{mo} D. car- 15 dinali S. Crucis, qui examinarunt censuras collectas hesternae die in congregatione gene rali super decreto de sacramentis. Quae examinatio cum perfici nequirit, dimittuntur patres hora 19. et vocantur ad horam 20. huiusmet diei.

^ Eadem hora 15. fit congregatio canonistarum praelatorum coram R^{mo} D. card. de Monte super decreto reformationis. 20

Hora autem 20. iterum congregantur theologi patres coram R^{mo} D. card. S. Crucis, sed in aula maiore, ubi generales congregationes fieri consueverunt. Qui D. D. theologi prosecuti sunt examinationem censurarum praefatarum decreti de sacramentis. Verum cum hac eadem die esset vocata congregatio generalis, dum theologi censuras ipsas examinabant, congregabantur patres omnes, adeo quod omnibus praelatis prae- 25 sentibus fiebat examinatio illa. Plena autem facta congregatione quae examinabantur a theologis, concludebantur votis omnium patrum, ita quod proponeretur a R^{mo} D. praesidente censura aliqua, super qua primum loquebantur praelati theologi, deinde exquirebantur vota omnium patrum, praesertim quando theologi in aliquo puncto non concordabant.

Absoluta examinatione dictarum censurarum et ex consequenti concluso decreto 30 de sacramentis R^{mus} D. card. de Monte legit decretum¹ factum in sacro con sistorio Romae in arce S. Angeli die Veneris 18. Februarii huius anni 1547, in quo S^{ms} D. N. statuit, quod R^{mo} D. D. cardinales non possint habere nisi unam ecclesiam cathedralem seu metropolitanam, et qui plures habent (exceptis titulis cardinalium), infra sex menses, si est ad dispositionem sedis apostolicae, si ad nominationem principum, 35 infra annum illas dimittere teneantur, alias ipso iure vacent; item quod omnes cardinales teneantur residere in Romana curia apud S. St^{em}, veld in ecclesiis cathedralibus suis residentiam facere teneantur; alias non gaudeant ullis privilegiis cardinalatus, donec eorum absentia duraverit³.

a *Praecedebat hanc relationem aha cum eodtm titulo, sed pa correctum ex 2, quae quoad substantiam repe titur ad 2. Martii. Quam ut Massarelli referendi modus dilucidetur et quo tempore relationes singulae scriptae sint dignoscatur, et ipsam adhingimus, quamquam Massarellus eam delevit:* Fit congregatio praelatorum theolo gorum coram R^{mo} D. card. S. Crucis super decreto de sacramentis, et primo proponitur prohemium, quod incipit «Ad consumptionem», quod approbatum est. Deinde proponuntur censurae collectae in generali con gregatione super eodem decreto. Quarum examinatio perfici non potuit, sed dimittuntur patres hora 19. et vocantur ad horam 20. huiusmet diei.

Hac eadem hora fit congregatio canonistarum coram R^{mo} D. card. de Monte super decreto reformationis et annexis residentiae.

Hora autem 20. iterum congregantur theologi praelati coram R^{mo} D. (*nil amplius*).

b *cf. adnotationem praecedentem.* 5post haec deletum: reformationis, quod heri . . . praelati cano- nistae . . . (*reliqua legi non iam possunt*). d *corr. ex alias.*

1 can. 7. Theiner, Acta I, 449b.

2 can. 16. Theiner I. c. p. 450a.

3 Decretum ipsum legitur in codice Barberiniano XXXVI, 14, f. 14 s. et est tale:

Deinde ipse R^ms D. cardinalis legit decretum de reformatione aptatum hoc mane in congregatione canonistarum. Super quo votis perquisitis omnibus, paucis exceptis, placuit.

Postremo decernitur dies pro futura sessione ad diem Iovis post dominicam sequentem in albis, et solvitur congregatio hora circiter 3. noctis.

3. Martis, Iovis 1547 hora 15. Tridentib.

211 r

VII. sessio Tridentina.

5 In Dei nomine celebratur septima publica sessio huius sacrosancti concilii Tridentini, in qua celebravit missam de spiritu sancto R^m D. archiepiscopus Corcyrensis. Oratio non est habita^a, quia episcopus S. Marci, qui eam habere debebat, raucedine vocis praepeditus fuit. (Cantatur evangelium *Erat homo ex Phariseis Nicodemus nomine*, Io. 3-) c Publicantur duo decreta (quae legit episcopus Salpensis) d, primum super sacramentis in genere, baptismo et confirmatione, secundum super reformatione et materia annexa residentiae. Primum approbatum est ab omnibus, nemine discrepante, his verbis: *Placet, et omnia recipimus et amplectivur.* (Votisque collectis et R^ms DD. praesidentibus relatis, R^ms D. card. de Monte dixit alta voce: Decretum placet omnibus, nemine penitus discrepante. Pro quo agimus Deo omnipotenti gratias et Christo filio

10 suo Domino nostro, ipsorum sacramentorum auctori et institutori.

Deinde legitur secundum decretum, super reformatione, quod) fuit approbatum etiam ab omnibus, exceptis 13 ex 70 votis, quae aderant. Quibus nihilominus decretum placebat, sed cupiebant in eo quasdam paucas modificationes in aliquibus capitibus, ut erat: in proemio aliqui cupiebant addi *universalem ecclesiam repraesentans;*

a corr. pro residentia. b hic incipit novus quaternio, qui plicaturae vestigia habet; ergo Massarellum itinerarium ex Tridento Bononiam in ipso itinere scripsisse coniciemus. c add. in marg. pro secundum.

Romae die Veneris 18. Februarii 1547 in a^oce S. Angeli fuit consistorium et in eo haec acta: Fuerunt lectae quaedam litterae significantes obitum regis Angliae.

Et insuper Stas S., quae iam pluribus mensibus elapsis intra se proposuit et decrevit cathedralibus et metropolitanis pro tempore vacantibus, de personis cardinalium, qui alteri cathedrali seu metropolitanae ecclesiae tunc praessent aut illam in administrationem seu alias quomodolibet obtinerent, non providere, nec illas eis in administrationem aut alias quovis modo concedere vel committere, et propositum et decretum suum huiusmodi ab inde citra firmiter observavit, et nominationes S^m S. per habentes ius nominandi factas reliciendo et admittere denegando, volens in praemissis etiam circa praeterita plenius providere, eadem Ste S. proponente, de fratrum consilio statuit, decrevit et ordinavit:

quod omnes et singuli cardinales, tam in Romana curia praesentes, quam extra eam ubivis locorum etiam de licentia aut mandato Stis S. existentes, unica metropolitana aut alia cathedrali ecclesia, cui ut archiepiscopi seu episcopi praesint vel quam in administrationem aut commendam seu alias quomodolibet obtineant, contenti sint et esse debeant, et qui ex eis pluribus metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis, sex quae pro titulo cardinalatus concedi consueverunt duntaxat exceptis, praesunt, aut eas in administrationem vel alias obtinent, omnes easdem ecclesias, praeter unam quam maluerint, in Stis S. aut Romani pontificis pro tempore existentis manibus, infra sex menses, si ad liberam dispositionem eiusdem Stis S. pertinuerint; si vero de iure patronatus fuerint, aut ad eas nominandi ius alicui competat, infra annum realiter et cum effectu dimittere ac earum regimine cedere et administratione teneantur et debeant, alioquin sex mensibus et anno praedictis elapsis omnes ecclesiae per singulos cardinales obtentae, ea cuius regimen et administrationem ultimo

assecuti fuerint duntaxat excepta, eo ipso vacent et vacare censeantur, possitque eisdem sic vacantibus ecclesiis per Stem S. et sedem apostolicam de persona idonea libere provideri. Ac tempus ad praemissa ad implendum praesentibus ex nunc, absentibus vero, si citra montes, mensis, si vero ultra montes fuerint, duorum mensium terminum, ut verisimiliter ignorantiam praetendere non valeant, similiter statuit et praefixit.

Praeterea cum ad cardines praecipue spectet S. et Romano pontifici pro tempore esistenti in regimine universalis ecclesiae assistere, Stas S. ea proponente de fratrum consilio statuit, ordinavit atque decrevit quod omnes et singuli moderni, et pro tempore existentes sanctae Romanae ecclesiae cardinales, in Romana curia et apud sedem apostolicam residere omnino debeant et teneantur, quod si non fecerint, nisi de expressa licentia Stis S. aut successorum suorum apud ecclesiam metropolitanam seu cathedralem, cui pro tempore praefuerint, seu quam in administrationem aut alias obtinuerint, residerint, omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus et induitis, quibus alii sanctae Romanae ecclesiae cardinales gaudere possunt et debent, durante eorum absentia ipso facto privati sint et esse censeantur, ac etiam aliis per Stem S. et successores praefatos arbitrandis poenis etc. subiaceant, nec non omnes et singulas licentias permanendi ubi cumque voluerint, quibuscumque ex eisdem cardinalibus et ex quacumque causa a Ste S. vel Romanis pontificibus praedecessoribus suis hactenus habitas et concessas revocavit, cassavit et annullavit, ac pro tempore concedendas nemini suffragari voluit, nisi quoad hoc, ut apud ecclesiam metropolitanam seu cathedralem, cui praefuerint vel quam in administrationem obtinuerint, ut praefertur, residere valeant, sique in praemissis sublata etc. iudicari etc. ac absentibus citra montes trium mensium, ultra montes vero existentibus sex mensium spatium assignavit.

1 Nec typis videtur exscripta esse,

aliqui voluissent nominari cardinales in primo capite, cum de prohibitione habentium plures cathedrales fit mentio, et similia parvi momenti. Nam **Senogalliensis** dixit: Placet sine praeiudicio iurium episcoporum, et dummodo non sint contra sanctos antiquos canones. **Claramontanus** dixit: Placet, prout in cedula, quam dedi in praeterita sessione. **Fesulanus** dixit: Placet decretum, sed ubi ait de legatione, non placet, et salvis protestationibus alias per eum factis. **Castellimaris** dixit: Placent canones. **Ferrettus** dixit: Postquam omnibus placet, mihi quoque placet.

Deinde **Rms D. card. de Monte** dixit alta voce: Decretum placet omnibus, exceptis 13 ex 70 patribus, qui sunt praesentes. Qui 13 cuperent in eo aliquas modificationes. Ideo illud pronunciamus esse approbatum et obtentum.

(Deinde indicitur dies Iovis pro futura sessione feria quinta post sequentem dominicam in albis. Quod ab omnibus probatur excepto **Castellimaris**, qui dixit: Non placet indici diem certam.)⁰

Postea petitur a D. promotore, ut omnes prothonotarii apostolici et notarii praesentes de omnibus unum vel plura conficerent instrumentum vel instrumenta etc.^d

Postremo a **Rmo D. primo praesidente** incipitur hymnus *Te Deum laudamus*, cantoresque illum prosequuti sunt. Quo finito solvitur sessio hora 19.

Cui quidem sessioni interfuerunt **Rmi DD. card. de Monte** et **card. S. Crucis**, praesidentes et legati; **Rms D. card. Geennensis**, 9 archiepiscopi, videlicet **Spalatensis**, **Turritanus**, **Antibarensis**, **Corcyrensis**, **Materanus**, **Naxiensis**, **Upsalensis**, **Panormitanus**, **Armakanus**, et 511 episcopi, videlicet **Senogalliensis**, **Asculanus**, **Feltrensis**, **de Nobilibus**, **Melitensis**, **Iserniensis**, **Placentinus**, **Torcellanus**, **Gadditanus**, **Tiburtinus**, **Sibincensis**, **Claramontanus**, **Chironensis**, **Fesulanus**, **Albensis**, **Soranus**, **Vasionensis**, **Vercellensis**, **Emoniensis**, **Motulanus**, **Bossanensis**, **Castellimaris**, **Tervisanus**, **Fanensis**, **Parenthinus**, **Pisauriensis**, **Portuensis** vel **de Portu Portugallensis**, **Veronensis** coadiutor episcopus **Modonensis**, **Salutiarum**, **Mylensis** **Ferrettus**, **Mirapicensis**, **Lancianensis**, **Syracusanus**, **Caprulanus**, **Vigorniensis**, **Bituntinus**, **Corsulanus**, **Bellicastrensis**, **Pacensis**, **Astoricensis**, **Britonoriensis**, **Aquinatensis**, **Oscensis**, **Famaugustensis**, **Albinganensis**, **Salpensis**, **Calaguritanus**, **Mylensis Graecus**, **Canariensis**, **Narniensis**, **Alyphanus**, **Minoriensis**. Item **Don Lucianus abbas (Pomposiae Ferrariensis)**, et **Chrisostomus abbas S. Trinitatis de Caieta congregationis Montis Cassinensis**. Item generales Praedicatorum, s. **Francisci Conventualium**, **Heremitarum s. Augustini**, **Carmelitarum**, **Servorum**. Item **D. Hugo Boncompagnus abbreviator**, **D. Hercules Severolus promotor**, **D. Claudius della Casa notarius**, et ego **Angelus Massarellus de Sancto Severino Camerinensis**, sacri concilii secretarius et votorum scrutator. Item **D. [Petrus Foscherius] f2 praetor Tridentinus**, **D. Didacus** et **D. Petrus Paccechi Hispanus**, **D. Thomas Tabarella**, eques auratus.

4. Martii, Veneris.

^a Datur copia omnibus praelatis articulorum de eucharistiae sacramento. **Rmi DD. legati** scripserunt ad **Rmum D. card. Farnesium** de gestis in sessione. Item in commendationem episcopi **Mylensis**. Et ad **Rmum D. card. Ardinghellum** in eiusdem episcopi commendationem. Item ad archiepiscopum **Beneventanum**, legatum **Venetiarum**, de gestis in sessione.

5. Martii, Sabbati.

Rmi DD. legati scripserunt ad **Rmum D. card. Farnesium** de morbo, quodammodo in hac civitate viget, quod vocatur *deapetechie* et quid faciendum, si perseveret.

Item in commendationem episcopi **Motulani** et episcopi **Sorani**.

^a sic. ^b quae sequuntur, inferius scripta sunt, sed signo hic ea inserenda esse indicatur, et principium illius de indictione futurae sessionis relationis iteratur ibi, ubi nos eam damus.

^c haec in cod. leguntur ante illam particulam Deinde **Rmus** (1. 8 ss.), sed cf. adnot. b.

^d deletum et solvitur sessio a **Rmo**. ^e alio atramento add. in lacuna.

^f lacuna in codice. & f. 211 bis numeratur.

¹ Re vera numerantur 52, et totidem leguntur in indice qui est apud **G. Calenzio**, Saggio di Storia del concilio generale di Trento sotto Paolo III (Roma 1869) p. 384 ss. ² Cuius apud **Friedensburg**, Nuntiaturber. IX, 655? n. 33 * extant litterae ad ducem **Ferrariensem** 12. Martii de translatione concilii datae («la mera verita e questa, che in Trento sono morte solam entedoe persone di questo male»).

6. Martii, Dominica.

Obiit hora 24. Tridenti episcopus Caputaquensis, D. Henricus Loffredus Neapolitanus¹.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium, mittentes litteras Veralli².

Datur copia patribus articulo³rum 10 de eucharistia secundum iudicium theologorum.

Qui articuli dividuntur in tres partes, in prima ponuntur octo, qui iudicati sunt a theologis
5 damnandi simpliciter, in secunda ponuntur duo, qui, licet iudicentur damnandi, nollent
tamen aliqui theologi illos damnari sine aliqua declaratione; in tertia ponitur unus
articulus, qui ultra proposita iudicatur a theologis quibusdam damnandus.

7. Martii, Lunae.

^A Hora 14. fit congregatio generalis, in qua per Rm D. cardinalem S. Crucis
(absente Rm D. cardinali de Monte ob adversam valetudinem) dictum est patribus, quod
10 peracta sessione cogitandum est, quid agendum in futura. Sed ante omnia patribus
proposuit, quod quidam procurator capitulorum Salsburgensis et Brixinensis diebus
elapsis venerat Tridentum, ut audiretur a sacra synodo de quibusdam querelis quoad
decretum publicatum in sexta sessione in ea parte, quae tangit exemptionem capitulorum
a iurisdictione episcoporum. Sed propter occupationes graves, quibus synodus detinebatur
15 in decretis conficiendis, non est visum tempus commodum eum audiendi; modo audiri
potest, si placet. Tunc ab omnibus responsum est: Placet. Deinde iussit, ut ego legerem
supplicationem quandam, quam ipse procurator faciebat synodo. Quam supplicationem
legi. Deinde dictum est | patribus, ut cogitent quid sit respondendum.

Deinde rogavit patres, ut vellent honorare corpus episcopi Caputaquensis et cele-
20 brare saltim b semel unusquisque privatim pro eius anima.

Postea proponuntur patribus pro materiis tractandis in futura sessione prosequenda
caetera sacramenta quae restant, et primo de sacramento eucharistiae, quod iam exami-
natum est a theologis minoribus; deinde examinabuntur quattuor sacramenta, quae restant, a
theologis, deinde a patribus, ut consuetum est fieri; quibus sacramentis absolutis tracta-
25 bitur de sacrificio missae et de abusibus ipsorum sacramentorum. Super quo <(modo pro
cedendi) c sententiae rogatae sunt, et ab omnibus fuit approbatus, et ita dimissa est con-
gregatio hora 17. et vocata in crastinum, ut super articulis propositis de sacramento
eucharistiae sententiae proferantur.

^A Hora 21. fiunt exequiae pro episcopo Caputaquensi. Omnes episcopi sociati sunt
30 eius corpus ad ecclesiam cathedralem una cum magna nobilium Tridentinorum et populi
utriusque sexus multitudine.

8. Martii, Martis.

& Hora 14. fit congregatio [generalis], in qua dicuntur sententiae patrum super
10 articulis de sacramento eucharistiae secundum iudicium theologorum, et loquuntur
usque ad Portuensem; decretumque, quod respondeatur procuratori Saltzburgensis et
35 Brixinensis capitulorum, quod res iam peracta est in sessione, de qua ipsi conqueruntur;
modo si aliquid capitula illa vel ipse petere vult a sacra synodo, compareat legitime et
ostendat procuracionem, et a sancta synodo id agetur, quod expediens et honestum sibi
videbitur. Deinde solvitur congregatio hora 17., et vocatur in diem crastinum eadem hora.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium de obitu episcopi Caput-
40 aquensis, et de cursore expedito ad imperatorem per card. Tridentinum pro illa ecclesia
et beneficiis 3.

Concipiuntur articuli super quattuor sacramentis quae restant, ut dentur theologis
minoribus.

a cod. propositus.

b sic.

c in marg.

De quo cf. supra p. 199, l. 48 et adn. 3; p. 353, l. 12 et adn. 2. »Morse di petecchie con alienatione di mente et pessimi accidente« scribebant legati Veralli 11. Martii, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 652, aⁿ.

Friedensburg 1. c. p. 487, n. 139 exhibet litteras Veralli 28. Februarii Ulmae datas, ibid. adn. 2 loquitur e epistulis eiusdem 27. Februarii et 2. Martii datis, c. ibid. p. 491, adn. 1. 2; simul missas esse censeo

litteras Palenterii 1. Martii datas, ibid. p. 490, n. 140, cf. supra p. 615, adn. 3.

3 Episcopatum Caputaquensem iam 23. (non 27.) Martii accepit card. Sfondratus, qui Amalphitanam ecclesiam dimittebat (Acta consistor. cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 17 v), sed iam a. 1549 translatus est Cremonam. Nescio num Madrucius in huius favorem scripserit; sed optime id fieri potuit, quoniam Sfondratus tunc imperialibus erat gratissimus.

22"

9. Martii, Mercurii hora 15. Tridenti 1547.

^A Fuit congregatio generalis, in qua post celebratam missam de spiritu sancto et lectam solitam orationem de spiritu sancto per Rmum D. card. de Monte primum praesidentem rogantur sententiae super eisdem decem articulis de sacramento eucharistiae, primusque loquitur R^{mus} D. episcopus Bossanensis, loquiturque sunt usque ad R^{dm} D. Britonoriensem inclusive.

Deinde ipse Rtm et Illm^s D. card. de Monte dixit patribus, qualiter post celebratam proximam praeteritam sessionem, diem scilicet 3. Martii, multi ex praelatis discesserunt usque ad numerum 12, quibus, licet ipsi R^{mi} D^D. legati non dederint licentiam abeundi, persuaderi tamen non potuit, ne abirent, allegantes* quod in hac civitate sit morbus lenticularum sive ponticularum, et quod quotidie multi moriuntur, et quod valde timendum sit de peste, quare discedere voluerunt antequam eis aditus praecluderetur, ne reiiciantur ab omnibus, ad quos eos declinare contigerit. Qua de causa multi etiam quotidie petunt licentiam discedendi, protestantes etiam, quod hic secure sine evidenti vitae periculo permanere diutius non possunt. Ex quo ipsi R^{mi} legati manifeste vident futuram dissolutionem concilii, quoniam, si praelati abire volunt nec retineri possunt, ipsi R^{mi} legati nolunt hic cum paucis remanere; sunt tamen parati subire omne periculum vitae et nihil omnino timere, si patres omnes remanere cum eis Tridenti volunt, quos rogant, et de quo solemniter protestantur. Videant tamen (inquierunt) patres, quid eis agendum videtur. Nos super hac re nihil dicere volumus, omnia ad eorum liberum arbitrium remittentes. Habeant igitur patres prae oculis eorum conscientias, et secundum quod eis spiritus sanctus suggesserit, dicant sententias. Nos tamen pro maiori informatione veritatis vocavimus ad nos heri sero medicos, videlicet D. Hieronymum Fracastorium, medicum sacri concilii, et D. Balduinum de Balduinis, medicum nostrum familiarem, quos consulimus, quid eis de huiusmodi morbo videretur, quodque bene cogitarent ponerentque in scriptis eorum iudicium, quod et fecerunt.

Deinde ipse R^{mus} D. card. de Monte legit dictum iudicium medicorum <(qui asserebant morbum hunc esse contagiosum et timendum etiam de peste)>bl. Postea iterum monuit patres, ut dicerent super huiusmodi re, quid agendum. Votisque exquisitis et collectis maiori parti videbatur concilium non debere amplius Tridenti permanere, sed vel suspendendum vel transferendum vel immorandum, donec S. Stas et Caesarea M^{ta} consulatur, quid agendum. Quo tempore daretur licentia patribus abeundi ex Tridento ad tres dietas ad plus, expectantes, quid S. S^a visum fuerint¹. Cumque sententiae essent variae, nihil certi statuitur, sed differtur conclusio ad diem | crastinum, sicque dimittuntur patres hora 20.

212 V

10. Martii, Iovis.

^A Hora 15. fit congregatio generalis, in qua post celebratam missam de spiritu sancto et lectam solitam eiusdem sancti spiritus orationem Rtm D. card. de Monte primus praesidens proposuit patribus idem, quod in praecedenti congregatione proposuerat, petiitque a patribus, quid eis videretur agendum. Et quoniam in praeterita congregatione ipsi R^{mi} D^D. legati non aperuerunt mentem suam circa id quod agi deberet, hodie eorum consilium patribus significarunt dicentes, quod auditis patribus in hesternae congregatione et varietate sententiarum intellecta nihil aliud magis efflagitant, quam ut concilium non dissolvatur, sed conservetur; quare nullo modo assentiri possunt iis, qui vellent suspensionem, cum ex ea quasi dissolutio sequeretur, saltem quoad homines, neque illis, qui volebant licentiam dari abeundi usque ad tres dietas, quoniam nunquam reverterentur; sed videri minus malum transferre concilium, donec morbus iste lenticularum cesset et reipublicae christianae expediens visum fuerit. Videturque eis nullus locus magis commodus, quam Bononia, qui locus est saluberrimus² et secure nos recipiet, quod

a sic.

D add. m marg.

¹ Iudicium hoc ipsorum Fracastori et Balduini maxime p. 498 ss.; proprium ea de re libellum — nibus subscriptum extat in tabulario Vat. *Concil.* t. 132, f. 73. At notum est medicis Tridentinis contrarium visum esse eorum, quae iudicabant illi. — De translatione concilii plurima scripta sunt. E recentioribus libris nominandus est L. Maynier, *Etude historique sur le concile de Trente* (Paris 1874) p. 450 ss.,

sed eum non satis integro iudicio scriptum — edidit Vermeulen, Regensburg 1892.

² Sed etiam ibi morbus lenticularum tunc erat; nam in Iacobi Rainerii diario (cod. 615 bibliothecae universitatis Bonon. f. 138r, cf. infra ad diarium V, initio) legimus mortuum esse ibi 15. Martii 1547

de aliis ita certe promittere nobis non possumus. Ubi concilium permanere posset ad libitum S. Stis, quae communicato consilio cum principibus christianis deliberare poterit, quid postea agendum etc.

Super qua re vota patrum rogata sunt, quibus collectis ex 58 patribus circiter 5 probata est a 40 translatio concilii Bononiam, ut proposuerunt Rm DD. legati, Hispanis tamen reclamantibus et paucis aliis, protestantibusque etc., ne id fieret. Tandem conclusum, ut die crastina eatur ad ecclesiam cathedralem, ubi celebrabitur missa de spiritu sancto et legentur orationes legi consuetae in sessionibus, rogabiturque Deus, ut inspiret patres ad id quod expedit magis christianae religioni, quod agatur, et ita solvitur con-
io gregatio hora 19.

II. Martii, Veneris, Tridenti.

VIII. sessio. Translatio concilii.

^ Hora 14. iverunt Rm DD. legati et omnes patres ad ecclesiam cathedralem, ubi celebrata est missa per Rdm D. episcopum Britonoriensem. Deinde Rms D. card. de Monte peregit solitas caeremonias, quae in sessionibus publicis peragi consueverant, patresque omnes acceperant pluvialia, mitras et alia paramenta | consueta. Reverendissi-
15 musque D. card. de Monte iterum repetiit, quae in duabus congregationibus patribus proposuerat, legens ea ex scripto.

Postea D. promotor concilii retulit diligentiam, quam fecerat in examinandis testibus super huiusmodi morbo, quorum testium, novem numero, depositiones publicae a notario concilii lectae fuerunt. Qui omnes probabant hanc infirmitatem lenticularum vigere Tri-
20 denti, et quod multi iam obierunt et quotidie magis moriuntur, et quod sit timor de peste 1. Deinde legitur iudicium medicorum, qui asserunt huiusmodi morbum provenire ex aeris infectione, et quod cum aestas advenerit, est multum timendum de peste.

Deinde leguntur per ipsum Rmum D. card. de Monte duo decreta, super quibus patrum sententiae rogantur. In quibus decretis interrogabantur patres, an placeret con-
25 cilium transferri Bononiam, et ibi celebrari sessionem iam indictam ad diem 21. mensis Aprilis, et ibi permanere concilium ad libitum S. Stis, quae communicato consilio cum Caesare, Chrm rege aliisque regibus et principibus christianis poterit deliberare, quid magis reipublicae christianae expediat, vel concilium Bononiae remanere, vel reverti Tridentum, vel alio migrare.

30 Votisque collectis 39 placuerunt simpliciter decreta, 14 displicuerunt simpliciter, aliqui fuerant neutrales, aliqui dixerant sibi placere, si Sm D. N. placeret. Unus, id est episcopus Agathensis², dixit: Mihi non liquet. Quae vota fuerunt numerata et per-
35 pensa ab ipsis Rms legatis, et a me Angelo Massarello sacri concilii secretario, qui dicta vota ut etiam scrutator votorum concilii exquisiveram, alta voce patribus et omnibus adstantibus audientibus lecta fuerunt, et a patribus probata fuerunt.

Postea a Rmo D. card. de Monte dictum est alta voce, qualiter dicta vota se haberent, videlicet quod 14 displicebat in totum (et ii sunt Hispani³ et pauci ex regno Neapolitano et Sicilia), 39 placet simpliciter et quibus placet cum aliqua modificatione. Deinde idem R^{mo} D. cardinalis dixit, quod omnes sciunt, quanta et quali modestia
40 ipsi [Rm DD. legati semper sint usi in omnibus eorum actionibus, nuncque patres omnes viderant, quod in huiusmodi translatione nullam eorum auctoritatem interponere voluerunt, licet possent non solum cum consensu partis maioris patrum, sed etiam soli, concilium

Ioannebatista Cardoino da Toddo, oditore dei civile, dei malle de le pettecchie, e fu sepolto in Santo Piero Celestino.»

1 Articuli a Severolo promotore constituti (supra p. 142, l. 16 ss.) ipsius Severoli manu scripti extant in tab. Vat. *Concil.* t. 132, f. 75 et f. 78 ss. depositiones testium, quorum unus, Claudius Iacobus Ianuensis de Ciamberiaco (?), »super quinto [articulo] dixit cognoscere coquum Rdl D. episcopi Salutiarum, qui ex morbo lenticularum evasit stolidus et mente captus, et quod vidit eum una dierum proicere nummos per domum« (quod illi certissimum debilitatae mentis in dicio videtur fuisse).

Concilium Tridentinum. I.

2 Immo Mirapicensis, cf. legatorum litteras adn. 2 p. 626 citandas *Friedensburg*, Nuntiatgeber. IX, 654, l. 17 ss.): »il vescovo già d'Adda, qual solo di prelati radi Francia s'è trovato alla sessione (essendosi già due giorni partito Monsr di Claramonte con licentia dei re suo, come diceva per tornarsene a casa, et l'arcivescovo Aquense trovandosi ammalato di podagra), non ha voluto« . . . De oratoribus Gallis cf. supra p. 614, adn. 1.

3 Oratore Caesareo (cf. diar. IV ad 1. Aprilis 1547) et card. Madrucio absentibus card. Paceccus maxime legatis sese opponebat, cf. Severoli commentarium supra p. 142 ss.

transferre. Iusseruntque, ut ego legerem bullam, per quam S^{ms} D. N. dat eis licentiam transferendi concilium quotiescunque eis visum fuerit. Quae bulla est sub dat. a. 1544^a!, eo tempore, quo legati ad concilium designati fuerunt.

Qua bulla lecta ipse R^{ms} D. card. de Monte dixit, quod ipsi R^{mf} legati, postquam vident maiori parti placere dictam translationem, non possunt non adhaerere maiori parti. Quare et ut episcopi et ut cardinales et ut legati, etiam vigore dictae bullae, dictum concilium pronunciant transferendum esse et ex nunc transferri Bononiam, ibique celebrandam esse sessionem ad diem indictam 21. Aprilis, ad quam ex nunc monent omnes patres, ut illuc eo tempore conveniant, sub poenis in bullis S. S^{mi} contentis, nemoque Tridenti amplius remanere debeat etc.

Quo facto petitur a D. promotore, ut omnes prothonotarii et notarii praesentes instrumenta de omnibus iis conficerent. Postremo canitur *Te Deum*, et solvitur sessio hora 21. Cui interfuerunt infrascripti, videlicet².

a sic. b nomina desunt. Reliqua pars paginae vacat.

¹ De calculo adhibito cf. ad diar. II supra p. 423, adn. 1. Exemplum originale huius bullae, dat. a. 1544 8. Kal. Martii, pontificatus a. XI, extat in Archiv. Vat. *Concil.* t. 90, n. 5 (ant. num. 37). Tres bullas translationem concernentes novit L. Maynier, *Etude historique sur le concile de Trente* (Paris 1874) p. 509, adn. 1.

² Nomina v. in fine diarii II, p. 466, l. 30 ss. — Eodem die legati de sessione referebant Farnesio (*Friedensburg*, *Nuntiaturber.* IX, 651, n. 32*, quas

litteras expediebant 12. Martii additis his: »Tenuta alii 12. Questa mattina son comparse 1' alligate di Monsr Verallo [probabiliter quae extant ibid. p. 503, n. 144, 7. Martii Norlingae datae]. In questo ponto, che sono le 13 hore, con la gratia di Dio ci mettiamo in camino«) et Verallo (ibid. p. 652, adn. 1—3; p. 654, adn. 1). Anonymi (ex card. Tridentini amicis?) acerrimam de translatione relationem latino sermone ad anonymum scriptam v. ibid. p. 656 ss., n. 34*. Alias relationes ibid. p. 518, adn. 2.

V.

Angeli Massarelli

Diarium quartum:

De concilio Bononiensi.

(a 12. Martii 1547 usque ad 10. Novembris 1549.)

Angeli Massarelli

Diarium de concilio Bononiensi

a 12. Martii 1547 usque ad 10. Novembris 1549a

(Iter Romanorum legatorum.)¹

Arch.
Vat.
Cone,
t. 91
p. 24^{A*}

12. Martii, Sabbati.

^A Mane hora 13. Rm et Illm DD. Ioannes Maria episcopus Praenestinus de Monte et Marcellus Cervinus, tituli S. Crucis in Hierusalem, S. R. E. cardinales et apostolicae sedis de latere legati ac sacri Tridentini concilii praesidentes, audita missa in ecclesia gmæ Trinitatis, discesserunt ex Tridento Bononiam versus ad proseguendum ipsum concilium etc. Comitati sunt Dñs S. Rm̄s quamplures episcopi usque ad duo milliaria extra civitatem. Quorum archiepiscopus Materanus episcopique Vasionensis, Britonoriensis, Alyphanus et Minoriensis sequuti sunt iter suum cum S. Dñs Rm̄s Pransi sunt **Rovereti**, 12 milliariibus a Tridento, in monasterio Carmelitarum, ubi excepti sunt gratissimo animo a Rñ D. Nicolao Audeto*, generali illius ordinis. In nocte autem hospitati sunt in villa **Borghetti**, 12 milliariibus a Rovereto.

13. Martii, Dominica.

Discedentes ex Borghetto non longe a dicta villa pertransivimus confinia ditionis regis Romanorum, id est comitatus Tyrolis, cum dominio Venetorum, iterque nostrum inter asperros montes facientes prope flumen Athesis, locum quendam angustissimum invenimus, quem vulgo *La Chiusa* appellant, sub ditione ipsorum Venetorum, pransique sunt Rm̄ DD. legati in villa **Volarnia** 12 milliariibus a Borghetto.

Hora autem 21. intrarunt **Veronam**, excepti maximo cum honore a magnificis praetore et capitaneo illius civitatis, magnaue caterva nobilium. IHm̄s enim D. Ludovicus comes a Nogarola², cum 10 nobilibus recepit Dñs S. Rñs primum apud pontem (Athesis)Q, 4 milliariibus a Verona; praetor autem cum multis aliis nobilibus obviam venit illis ad duo milliaria (extra civitatem)d, capitaneus vero expectavit Dñs S. Rñs prope portam S. Maximi intra civitatem (mos est enim, imo lex, ne uno et eodem tempore praetor et capitaneus exeant civitatem); qui omnes comitati sunt Rñs legatos usque ad monasterium S. Mariae in Organo ordinis Montis Oliveti, ubi Dñs S. Rm̄e (hospiti sunt)Q.

14. Martii, Lunae.

214 V

^A Quoniam in discessu nostro ex Tridento ob angustiam temporis necessum fuit transportare res nostras omnes per flumen Athesis in zattis quas vocant, in quibus magna

a hic titulus deest in codice, ubi immediate pergitur, cf. supra p. 407, adn. a.

b add. alio atramento, etiam in sequentibus paginis. c alio atramento insertum in lacuna.

d add. supra lineam. e corr. pro descenderunt ex equis. f sic.

¹ Inter prae? ntes sessioni VII numeratur (supra ad 3. Martii p. 622, l. 32), sed non amplius in translatione concilii; videtur praeisse legatis in illo monasterio eos excepturus.

² De quo cf. diar. I ad 26. Decembris 1545, supra p. 360, l. 20 ss. et adn. I. De eius gente vide aliqua apud G. Voigt, Die Wiederbelebung des klass. Altertums 3 I (Berlin 1893), 441 s.

etiam pars familiarum vehebatur, et zatta ipsa adhuc Veronam non applicuerat, Rm D.D. legati hac die non recesserunt ex Verona, sed ibi familiares et res suas omnes expectarunt.

15. Martii, Martis.

^A Mane hora 12. recessimus ex Verona, fueruntque Rm D.D. legati similiter sociati a praetore et capitaneo civitatis pluribusque nobilibus usque ad duo milliarum extra civitatem. Pransi fuimus in villa *Insulae* "della Scala" vulgariter dicta, a Verona 12 milliaribus, et in sero applicuimus **Roncam Novam**, villam monachorum Montis Oliveti, a Verona 24 milliaribus, ibique hilari vultu excepti fuimus.

Eadem die D. Hieronymus Baius, secretarius magistratus 40 Bononiensis, missus ad recipiendos Rm legatos nomine illius civitatis et quasdam offerendas conditiones circa locationem domorum etc., applicuit Roncam Novam in equis dispositis. Qui D. Hieronymus tulit litteras Rd D. episcopi Satryani, gubernatoris Bononiensis, et magistratus 40 illius civitatis, responsivas Rm D.D. legatis¹ etc.

16. Martii, Mercurii].

Rm D.D. legati responderunt suprascriptis litteris et D. Antonio Pighetto², remittentes se in omnibus ad adventum eorum Bononiam.

Item scripserunt ad Rm D. card. Farnesium de eorum itinere et receptione in civitate Veronensi, et excusantes, quod non mittant processum translationis concilii³, quia adhuc res, quae ferebantur per zattam, non comparuerunt.

Qua de causa die 16. Martii Rm D.D. legati non recesserunt ex Ronca Nova.

17. Martii, Iovis.

¹o* Hora 12. mane Rm D.D. legati discesserunt ex Ronca Nova, pertranseuntesque flumen Tartari applicuerunt **Ostiam** 4, oppidum <in ripa fluminis Padi sub ditione> b Ulm ducis Mantuae, a quo una cum Rm cardinali eius patruo 5 honorifice {tum litteris et nunciis, tum omnibus ad victum necessariis} 0 excepti sunt, ibique tota die perstiterunt, (scripseruntque ad ipsum Illm ducem et ducissam ac cardinalem praefatum, gratias agentes etc.), a Ronca Nova 12 milliaribus.

18. Martii, Veneris.

^A Ex Ostia recedentes navim a Rm D. card. Mantuano nobis paratam conscendimus secundoque Pado flumine navigavimus. Terram applicuimus prope Stellatae villam, ab Ostia 24 milliaribus, ubi pransi fuimus. Deinde iter nostrum sequentes **Ferrariam**, <(a Stellata 15 milliaribus.)> 11 hora 22. applicuimus, descendimusque apud S. Georgium, monasterium monachorum Montis Oliveti, ubi in nocte quievimus. Ibi Illm D. dux Ferrariarum Rm legatos visitavit muneribusque consuetis victualium donavit etc.

a videtur corr. ex Isola.

b add. in marg. laterali.

0 add. in marg. inferiore.

d cod. concedimus.

1 Legati 11. Martii scripserunt Farnesio (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 655, 1. 10) rogantes, »che V. Sra Rma et IUmascriva al governatore et al regimento [di Bologna], che faccino buona provvisione, a quali ancora noi scriveremo questa sera, dandoli nuova di questa translatione et dell andata dei commissario.« In codice tabularii publici Bononiensis inscripto *Partiti dei quaranta* t. 19 (1543 Apr. 13.— 1548 Dec. 29.) ante fol. I (in folio non numerato) legitur: »1547. Per litteras Rm legatorum concilii, videlicet card. S. Crucis et card. de Monte, ad 5. Idus Martii 1547 Tridentum Bononiam translatus iri, seque postridie huc iter facturos.« Etiam diarium Iacobi Rainerii Bononiensis, quod (quamquam non integrum, sed tantum tempus a 20. Sept. 1535 usque ad 25. Dec. 1549 amplexens) est in bibliotheca universitatis Bononiensis

venne la nova, come si era ordinato de fare consilio a Bologna, el quale si era comenzato a Trento, et la caxone che se partirno da Trento fu, che venne el mallo de le petecchie.

2 Qui (»il Bergamo«) ut commissarius concilii iam antea Bononiam missus erat (cf. adn. 1).

3 In litteris 11. Martii saepe citatis scribebant legati Farnesio (*Friedensburg* 1. c. p. 655, 1. 14 ss.): »Li atti et processo di questa translatione si son fatti iuridicamente et con l'avvertentie et cautele necessarie; de quali si mandara copia, come prima haveran tempo li notari di poterla fare.« Processus ille edetur cum aliis actis concilii.

4 Videtur esse oppidum hodie vocatum *Ostiglia*, cf. *Duffel*, Mon. Trid. I, 16, adn. a.

5 De quo cf. supra p. 155, 1. 18 ss. et adn. 3.

Illinc Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium, mittentes ei processum et acta in translatione concilii ex Tridento Bononiam¹ etc.

19. Martii, Sabbati.

^A Ex Ferrara mane hora 12. recessimus Padumque iterum intravimus, quo adverso ad iactum lapidis navigavimus, deinde partem aliam ipsius fluminis intrantes eo secundo ad 3^a miliaria usque ad Turrem de la Fossa (ut vocant) vecti fuimus. Ibi pransi fuimus. Postea priori nave et Pado relictis aliam navim et aquam canali quodam manu facto coactam transcendimus, per quam ivimus per 4 miliaria. Deinde stagnum quoddam intravimus, per quod ducti fuimus usque ad villam, quae vulgo dicitur **Mai'Albergo**, (qui est primus locus dictionis Bononiensis)\ a Ferrara 20 miliaribus, ubi a duobus ex magistratu 40 virorum (regiminis civitatis)c Bononiensis nomine totius civitatis excepti fuimus, ibique nocte quievimus.

(Expediuntur litterae ad Urbem per staffettam; mittitur processus translationis.)d

20. Martii, Dominica.

Ingressus legatorum concilii Bononiam.

ts» In villa Mali Hospitii praefata (stagnum relinquentes)b flumen Rheni intravimus, per quem navigavimus usque **Cortisellam** quam vocant, cum prius pransi fuissemus apud Molinum Novum. Apud Cortisellam navi exivimus, ibique a R^o D. episcopo Satryani& gubernatore civitatis (Bononiensis)f, et episcopis Maioricensi, Bellicastrensi et multis nobilibus Bononiensibus (magno honore)® excepti fuimus ac comitati usque ad **S. Michaellem in Bosco**, monasterium monachorum Montis Oliveti prope Bononiam ad dimidium miliaris, ubi Rm DD. legati descenderunt, civitatem ipsam minime intrantes 2. A Malo Hospitio 18 miliaribus.

21. Martii, Lunae.

^A Quoniam hac die vacatum est hospitii inveniendis aptandisque, ipsi Rm DD. legati ex dicto monasterio non recesserunt.

22. Martii, Martis, (Bononia)b.

W Rm et Illms D. card. S. Crucis Bononiam intravit mane hora 12. in vestibus quotidianis cum rochetto sine ulla pompa publica, sed tamen comitatus ab episcopis, qui iter cum S. D^o R^os fecerant, videlicet archiepiscopis Materano et Naxiensi, et episcopis Vasionensi, Bellicastrensi, Britonoriensi, Alyphano et Minoriensi, necnon gubernatore civitatis | [et] Maioricensi³, qui Bononiae morabatur, ac nobilibus quampluribus

a corr. ex 4 (vel legendum 4 corr. ex 3?). in marg. 0 alio atramento add. supra lineam.

d add. in marg. alio atramento iuxta primas de hoc die lineas. Exemplar tom. 77 hoc non habet. Unde cum colligi non possit, id post factam illam copiam additum esse (nam facile haec nota fugit scriptorem), tamen, quia nec alia additamenta eodem ac illud atramento facta in tom. 77 sunt transumpta (cf. infra adn. f et g), omnia huiusmodi postea correctae esse credemus. e sic.

f alio atramento add. supra lin. (om. tom. 77)- s alio atramento add. in marg. (om. tom. 77).

¹ Cf. ad 16. Martii (p. 630, l. 16 ss.), et ad 19. in fine (l. 12 huius pag.).

² Codex tabularii publici Bononiensis inscriptus *Partiti dei quaranta* t. 19 (ante fol. 1, cf. supra p. 630, adn. 1) pergit: »Qui (legati) cum ad XIII. kal. Aprilis ad moenia urbis pervenissent, ad aedem divi Michaelis nemorensis diverterunt. Atque ad XI. kal. Aprilis mane Rm' card. S. Crucis per portam S. Mam[mol]ae absque solenni pompa recta ad hospitium sibi assignatum deductus est. Rm vero card. de Monte podagrae dolore implicitus non prius quam ad VII. kal. Aprilis ad hospitium urbanum se contulit. Ad XI. vero kal. Maii in aede divi Petronii prima sessio habita est. {Secunda vero ad IIII. Non. Iunii in eadem aede

habita est,« *alio atramento add.*]. Iacobus Rainerius (cf. p. 630, adn. 1) vero f. 138T narrat: »A di 20 Marzo ditto in domenicha vene dui cardinali dei consiglio [*sic*], zoe Ioanne Maria de Monte, Marcelo Cervino, e venero per la porta de Ghaliera, e quando arivorno a la porta, se voltorno per de fuora verso la porta de la Mascarella, e ando per fino a la porta destra castione e andorno a S. Michelo in boscho aloxare e li frati aveno una bella festa, perche era la vigilia de s. Benedetto e assai gente li ando per vedere li cardinali, perche la maxore parte de le persone li aspetaveno a la porta de S. Mamole, ed era in [*sic*] bel tempo.

³ De gubernatore Bonon. v. p. 630, l. 12; de episcopo Maioricensi p. 178 -.

civitatis. Descendit apud aedes magnifici D. Bartholomei equitis a Volta, nobilis Bononiensis¹ etc.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium ea, quae videntur respondenda objectionibus, quas scribit D. Verallus sibi factas esse a ministris Caesareae Maiestatis. Videndum in litteris etc.

5

Eadem die Rm DD. legati receperunt litteras D. Veralli suprascriptas².

Scripserunt item ad summum pontificem, reddentes rationes causarum translationis³ etc.

23. Martii, Mercurii.

Rb DD. legati scripserunt ad card. Farnesium super eadem materia, et hac die mittuntur omnes suprascriptae litterae 21. et 22. datae cum his hodiernis per staffettam.

Eadem die receperunt litteras card. Farnesii primas post translationem die 19. datas. 10

W Receperunt Rm legati litteras D. Veralli 17. et 16. datas de mente imperatoris circa translationem, id est quod aegre ferat, quod concilium discesserit a Tridento, et quod praeceperit, quod praelati suorum regnorum non discedant ex Tridento etc., et quod roget pontificem, ut concilium illuc reducatur^{*}

24. Martii, Iovis.

Rm DD. legati scripserunt ad Illm ducem Florentiae cum inclusa ad oratorem Galliae, qui fuerat in concilio Tridenti⁶. 15

Item ad Illm D. ducem Placentiae de successu translationis, mittentes copiam litterarum scriptarum D. Verallo etc. super eadem materia.

25. Martii, Veneris.

In die b. virginis annunciationis. Rm DD. legati decreverunt scribere ad card. Farnesium; sed cum Rm D. card. de Monte vellet cras intrare Bononiam, expectatur eius adventus. Nam his diebus oportuit semper me ire ad monasterium S. Michaelis in Bosco, ter et quater in die, pro dictis litteris scribendis. 20

[^] {Datur copia 14 articulorum hereticorum super sacramento poenitentiae⁶ discutien-
dorum in congregatione theologorum minorum omnibus theologis Bononiae commoranti-
bus per D. Maturinum cursorem.) b⁷

25

a summarium Barberin. (cf. supra p. 425, adn. g) habet articulos, et deinde statim transit ad primam congregationem (infra 29. Martii). b add. in marg. inferiore.

¹ Iacobus Rainerius l. c. f. 139r: »A di [22] de Marzo venne el card. S. Croxe, zoe Mr Marcello Cer-
vino, in Bologna, e ando a loxare in caxa de Mr Bar-
tolomeo de la Volta, e venia da S. Michel in boscho.«
Cf. p. 631, adn. 2.

² Cum mihi non praesto sint litterae legatorum, nescio quae objectiones dicantur. At vix aliae intel-
leguntur, quam objectiones contra translationem con-
cilio, de qua 15. Martii (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 518, l. 9) certior factus erat Verallus per litteras legatorum 11. Martii datas. Quare hic easdem epistulas dici credo, quae ad diem crastinum adnotantur (quod de epistula 17. data expresse probatur verbis legatorum in litteris 25. Februarii ad Farnesium datis apud *Friedensburg* l. c. p. 527, adn. 5; cf. adn. 4 huius pag.). Nam Veralli epistulae 11. et 12. (*Friedensburg* l. c. p. 510 ss., n. 146. 147) et 13. vel 15. Martii (ibid. p. 517, adn. 1) ad Farnesium datae nondum de translatione agere poterant (nisi litterae propriae 15. legatis mittebantur statim post acceptum nuntium).

³ Has litteras excerpsit *Friedensburg* l. c. p. 521, adn. 3.

⁴ Verallus legatis per eosdem cursores ac Farnesio epistulas mittere solebat, quarum tenor non multum diversus erat. De litteris 16. Martii ad Farnesium datis refert *Friedensburg* l. c. p. 517, adn. 1; p. 518,

adn. 2, litteras ad eundem 17. missas exhibet ibid. n. 148. Sed relatio Massarelli de die, quo advenerint hae epistulae, diserte refellitur verbis ipsis legatorum, qui 25. Martii scribebant Farnesio mittentes Veralli epistulam 16. datam, quam modo acceperunt, *con una a noi di 16, scritta inanzi ali' altra sua [Veralli] de ij, quale ricevemmo alii 22 et si inando con le nostre di 23.* — Imperator 17. Martii Norlinga ad F. Vargam, Quintanam et Velasum Tridentum scribebat iubens eos praelatis regni sui dicere: »que pour le moment et jusqu' a ce que l'on sache ce que S. S.¹⁰ repondra, et la resolution qu' elle embrassera, il faut qu' iis restent et demeurent tous a Trente, sans rien faire, ni en commun, ni en particulier, qui implique contravention a ce qu' iis ont decide«: *Maynier*, Etude historique sur le concile de Trente (Paris 1874) p. 515, adn. 1. In eodem consilio imperator permanebat: cf. eiusdem litteras ad Farnesium de Toletto 11. Aprilis 1547 datas, partim ibidem, partim apud W. Maurenbrecher, Karl V. p. 104* ss. Cf. *Druffel*, Die Sendung des Card. Sfondrato (Abh. d. hist. Cl. d. k. b. Akad. d. Wissensch. XX [München 1893]), 318 s.

⁵ Cf. p. 614, adn. 4.

⁶ Edentur inter acta.

⁷ Hoc die legati scribebant Farnesio mittentes litteras Veralli 16. Martii datas, cf. adn. 4 huius pag.

26. Martis, Sabbati.

kj Rms D. card. de Monte recedens e monasterio S. Michaelis in Bosco hora 20. in travit Bononiam, vectus in lectica sine ulla pompa publica, sed tamen comitatus a multis praelatis et nobilibus etc. Descendit in aedibus CampegianisJ.

His diebus Rm D. card. ipse de Monte praepeditus podagra coactus fuit remanere S in dicto monasterio, ideo non intravit una cum Rmo D. cardinali S. Crucis.

27. Martii, Dominica.

216r

Ex Urbe nuntiatur translationem placere pontifici. Missa sollemnis.

Rm DD. legati receperunt litteras privatas ex Urbe 23. datas ab agentibus suis, in quibus scribebant, quod eadem die 23. fuerat consistorium, in quo S^ms D. N. loquutus fuerat de hac translatione, et quod S^mls D. mirum in modum laudaverat dictam translationem, et quod idem fecerunt omnes cardinales exceptis tribus, videlicet Burgensi, Coria et Sadoletto, qui dixerunt quod erat consulendus prius Caesar, quam aliquid fieret etc. Quibus respondit S. B^a etiam vultu turbato et voce aliquantulum audace, quod imo res optime processerat et quod nihil expectandum erat amplius Tridenti, cum Germani per duos annos fuerunt expectati et quod non venerunt; et cum a cardinale Coria replica retur, respondit pontifex expedire homines illius sacri ordinis liberos esse omni affectu humano2 etc. Et tandem maxima omnium patrum laetitia concistorium dimissum fuerat.

Frater Rm D. cardinalis de Monte3 scribit in his litteris in cifra, quod die ante quam applicuisset Romam novitas translationis, fuerat congregatio cardinalium deputatorum, in qua decretum fuerat, quod scriberetur ad Rf^o3 legatos concilii, quod transferrent concilium Bononiam propter causas scriptas ab ipsis Rms legatis. Postquam autem novitas iam factae translationis intelligeretur a pontifice, S^ms S. mandavit, quod de de liberatione, quae in praecedenti die facta fuerat, nullum verbum fieret4.

^ ^Rmua legatus card. S. Crucis (podagra laborante Monte))a iveruntb ad audiendum sacrum in ecclesia S. Petronii, sociatus a gubernatore civitatis episcopo Satriano, et archiepiscopo Materano, Armacano ac episcopis Maioricensi, Vasionensi, Britonoriensi, suffraganeo Materani, D. episcopo Venusino, Aquinatensi, Vigorniensis, Alyphano, Minoriensi et Bellicastrensi, una cum dominis seu antianis et officialibus (ac magistratu)0 virorum 40 (civitatis)0 Bononiensis magna cum honore et corona nobilium, (et in introitu ecclesiae factus est magnus strepitus bombardarum)1. Celebravit archiepiscopus Naxiensis; incensum et pax data fuit hoc ordine: primum Rmo legato card. S. Crucis, deinde gubernatori, (postea)6 archiepiscopis et episcopis, (deinde vexillifero seu)f confalonero et antianis (et successive)0 auditoribus Rotae et caeteris officialibus et iudicibus, postremo viris quadraginta. In itinere autem hoc ordine incedebatur, ut primo irent viri 40, secundo iudices Rotae et officiales, tertio antiani, ultimo praetor et confalonarius, deinde sequebatur | ipse Rms legatus praecedente cruce; post quem ibant 26V praelati et officiales concilii, et eodem ordine reversi sunt domum, comitantibus omnibus usque domum ipsius Rm D. legati etc.

28. Martii, Lunae.

Rm DD. legati scripserunt ad episcopos qui sunt Venetiis, Patavii et locis adiacentibus, ut Bononiam ad concilium veniant.

» supra Un. et in marg. corr. pro R^m DD. legati. * sic (cf. adn. a). « alio atramento supra Im. add. d a Massarello unci inclusa. e corr. pro deinde. f corr. pro postea.

1 Cf. P- 631, adn. 2. Iacobus Rainerius 1. c. t. 139r: »A di 26 ditto [Marzo] venne el card. Sipontino [sic; card. de Monte fuerat episcopus Sipontinus, quam ecclesiam 1544 resignaverat], zoe Mr lo. Maria de Monte in Bologna, e and6 aloxare in chaxa deli Canpegi [szcj in Santo Mamole.« — Aula palatii olim Campeggiorum, in qua habebantur congregationes, etiam nunc monstratur et usque ad medium saeculum XIX porta, per quam ingressi et egressi erant Concilium Tridentinum. I.

conciliares, clausa tenebatur ob reverentiam »portae conciliaris.«

2 Quod optime did poterat etiam cardinalibus alterius partis et alicui alii.

» Ergo frater cardinalis procurator *haeentei* huius in curia erat.

4 Alias de rerum in curia condicione relationes v apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 528, adn. 1 et Maffei litteras ibid. p. 527, n. 150.

29. Martii, Martis, 1547.

Legati scribunt Farnesio et Verallo. — Prima congregatio theologorum minorum.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm card. Farnesium de eo quod eis videatur respondere D. imperatori super translatione concilii, quod videlicet Stas. referat se ad concilium, quod cogere non debet neque vult, stantibus maxime illis verbis in decreto translationis: »et ad ulteriora procedendum, donec Smo D. N. et sacro concilio aliter expedire visum fuerit« etc.

5

Scripserunt item ad D. Verallum in responsionem trium suarum, videlicet 16., 17. et 18. datarum, quod responderunt objectionibus factis ipsi D. Verallo a ministris Caesareae M^{is} super dicta translatione.

Cum litteris ad card. Farnesium mittuntur vota patrum super translatione etc. Item copia litterarum Verallo scriptarum.

10

W Hac die in nomine D. N. Iesu Christi datur principium congregationibus theologorum minorum sive non praelatorum, quibus proponuntur 14 articuli super sacramento poenitentiae examinandi et disputandi, quorum copia prius eis exhibita fuerat. Congregatio fit in aula magna palatii de Campeggiis, ubi hospitatur Rm D. card. de Monte primus praesidens. Fit hora 20., solvitur 23. Cui interfuerunt Rm D. card. S. Crucis secundus praesidens, et archiepiscopi Materanus, Naxiensis et Armacanus, ac episcopi Maioricensis, Vasionensis, Vigorniensis, Bellicastrensis, (Venusinus)^b, Britonoriensis, Aquina tensis, Alyphanus et Minoriensis, necnon generales Praedicatorum et s. Augustini, et ultra 50 theologi, quorum 6 tantum loquuti sunt. Deinde vocantur ad diem Iovis.

15

30. Martii, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium, mittentes litteras seu plicum D. Veralli, quod e Venetiis a magistro cursorum missum fuerat, et latori 3 ducati dati sunt.

20

Item ad Rm D. Verallum, significantes receptionem dictarum litterarum sub dat. 22^a huius.

Item ad Rm D. nuncium apud Venetos, mittentes litteras pro episcopo Portuensi etc.

25

Fui auditum lectionem Excellm D. Mariani Sozini Senensis¹, qui legit ordinarie de sero.

27^a

Ultima Martii, Iovis.

ts* Hora 20. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de poenitentia, loquunturque 4; deinde hora 24. dimittuntur et vocantur ad diem sabbati. Cui congregationi interfuerunt 13 episcopi, videlicet archiepiscopi Materanus, Naxiensis et Armacanus, et episcopi Aciensis de Nobilibus, Maioricensis, Vasionensis, Vigorniensis, Bellicastrensis, Britonoriensis, Venusinus, Aquinatensis, Aliphanus, Minoricensis, et generales Predicatorum et s. Augustini, et ultra 50 theologi et multi doctores saeculares et magna copia scholarium ad numerum fere quingentorum.

30

Rm DD. legati scripserunt ad suos agentes, non autem litteras publicas.

35

a *Summarium Barber. ad hunc diem post prooemium solemne pergit fol. j^r:* Quibus theologis propositi sunt examinandi et discutiendi articuli suprascripti (cf. p. 632, adn. a) de sacramento poenitentiae. [j^rv] Discutiuntur autem et examinantur suprascr. art. ab ipsis theologis minoribus a dicta die 29. Martii usque ad diem Iovis 28. mensis Aprilis subsequentis. *Deinde epistulae ad praelatos, qui Tridenti remanserunt, 12. Aprilis datae sequuntur.* b *add. in marg.* c *sic, vel 12; corrigendum videtur 29.*

¹ Quem nescio an Massarellus iam Senis audierit. Nam natus Senis a. 1482 Marianus Bononiae in studia incubuerat, et 21 annos natus laurea doctoris insignitus ac deinde successive Senis, Pisae, deinde iterum Senis, Patavii professor fuerat; denique Bononiae Alciato illi successerat, qua in urbe a. 1556 mortuus est. Inter eius discipulos eminebant Antonius Augustinus et Pancirolus. Nomen eius celebre factum est cautela illa

Socini quam vocant, quae tamen falso ei attribuitur (cf. ex. gr. *Windscheid*, *Lehrbuch des Pandektenrechts* § 5^a2) > gentis nomen notissimum fiebat per Mariani filios Laelium et Faustum, qui haeresum de trinitate auctores evaserunt. Cf. F. C. v. *Savigny*, *Geschichte des rom. Rechts im M.-A. t. VI 1* (Heidelberg 1831), p. 307 (2p. 354). Hic M. S. est diversus ab illo, de quo loquitur *Schulte*, *Gesch. d. Quell. u. Litt. d. can. R. II*, 319*

I. Aprilis, Veneris 1547, Bononiae.

Ulmus Franciscus a Toletio pertransiuit Bononiam per equos dispositos. Misit quendam virum ad Rms legatos excusans se quod non veniret visitatum eos, cum celeri cursu proficiscatur, et dicit se ire Tridentum 1 etc.

Rms D. card. S. Crucis scripsit ad episcopum Bituntinum Patavium in responsionem 5 suarum 26. datarum.

R mi DD. legati scripserunt ad episcopos Salutarum, Parentinum et Asculanum, ut veniant Bononiam ad concilium.

Rms £) carc 5 Crucis fuit mane ad S. Michaellem in Bosco auditum sacra.

2. Aprilis, Sabbato.

10 ^ Hora 20. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento poenitentiae, loquunturque hodie tres, deinde dimittuntur hora 24. Cui congregationi interfuerunt praelati qui sunt supra in prima congregatione, et ultra illos episcopi Aciensis et Thermularum. Praefuit Rms D. card. S. Crucis (laborante podagra Rm D. cardinali de Monte). Interfuerunt multi theologi et doctores saeculares una cum maximo numero scholarium, ultra 300. Vocantur deinde ad diem lunae.

15 R mi DD. legati scripserunt ad card. Ardinghellum in commendationem causae, quam habent fratres S. Salva[toris] Bononiensis cum suo generali, ad preces magnifici magi stratus 40 etc.

Ulmus p car(j ^ Monte iuit ad S. Michaellem in Boscho quietis causa, cum podagra laboret.

3. Aprilis, Dominica palmarum.

20 ^ Celebratur missa sollemnis in ecclesia S. Petronii, cui interfuit Rms D. card. S. Crucis (laborante podagra Rm D. cardinali de Monte) et Rd DD. Materanus, Naxiensis et Armacanus archiepiscopi, ac episcopi Aciensis de Nobilibus, Maioricensis, Vasionensis, Milensis Ferrettus, Vigorniensis, Thermularum, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Alyphanus, Minoricensis et episcopus Satryanus, gubernator civitatis, una 25 cum dominis sive antianis Bononiensibus. Item duo generales Praedicatorum et Servorum, et nos officiales concilii, videlicet abbreviator Boncompagnus, promotor Severolus, commissarius Pighettus et ego Angelus Massarellus secretarius, et denique auditores Rotae caeterique iudices, j necnon magistratus 40 virorum Bononiensis. Cantavit missam episcopus Britonoriensis; benedixit palmas Rms D. card. S. Crucis, quas distribuit hoc ordine: primo D° S. Rma accepit unam palmam e manu gubernatoris (qui omnibus praelatis praecedit); deinde ipse Rms cardinalis dedit palmam ipsi gubernatori, postea archiepiscopo Materano caeterisque praelatis usque ad generales, deinde DD. antianis, postea nobis officialibus concilii, deinde auditoribus Rotae caeterisque iudicibus ac tribunis plebis, deinde magi 35 stratu 40 virorum, postea canonicis, denique cuique ad eum accedenti. Palmis distributis fit processio more solito. RmM cardinalis et omnes praelati ferebant pluvialia et mitras (quas acceperant cum palmas benedixerat cardinalis). Processione absoluta exuerunt omnes pluvialia et mitras et incepta est missa. Qua perfecta ipse episcopus celebrans benedixit solemniter astantes, deinde diaconus publicavit indulgentiam 7 annorum et totidem quadragenarum auctoritate apostolica omnibus interessentibus etc. (quae indulgentia semper publicata est in qualibet missa sollemni, cui interfuerunt ipsi R mi DD. legati). 40 Omnibus absolutis, gubernator civitatis, omnes praelati ac ipsi DD. antiani ac magistratus omnes comitati sunt Rmum D. legatum usque ad domum suam; quod fecerunt etiam in eundo ad ipsam ecclesiam.

45 Fui ad S. Michaellem in Bosco visitatum Rlum D. card. de Monte, qui dixit de exploratore Tridentum mittendo; quod cum referrem Rmo cardinali S. Crucis, ei non placuit.

4. Aprilis, Lunae sancta.

W Hora 20. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento poenitentiae, loquunturque hodie 3. Solvitur congregatio hora 23. Cui prae-

1 Franciscus de Toletio ianv^mense Februario in- D ruffel, Die Sendung des Card. Sfondrato [Abhandl. der eunte Romae fuerat, 5. Februarii primum a pontifice kgl. bay. Akad. der Wissensch. III. Kl. Bd. XX, Abt. 2, auditus erat: Maurenbrecher, Karl V, p. 131, adn. 12; Mtinchen 1892] p. 308, adn. 1; infra p. 641, adn. 6.

fuit R^{mus} D. card. S. Crucis et interfuerunt praelati qui supra nominantur, item multi theologi et ultra 400 scholares et nobiles quamplurimi civitatis. Et quoniam sumus in hebdomada sancta (hic enim dies esta lunae hebdomadae sanctae), R^m D. card. S. Crucis pronuntiavit congregationes huiusmodi amplius non haberi usque post festa paschalia etc.

Fui ad S. Michaellem in Bosco mane ad R^{um} card. de Monte, cui ostendidib⁵ litteras episcopi Iovii etc. 29. dat. ad card. S. Crucis. Ipse autem card. de Monte ostendit litteras a fratre suo², in quibus significat pontificem et totam curiam plurimum laetari de hac translatione³ etc.

Fui ad visitandum D. Cl[audium] de la Cas[a] cum Bergfamo], et ad S. Franciscum.

<Salvus conductus pro civitate Bononiensi datus a Paulo sub dat. 29. Martii.)⁴ 40

5. Aprilis, Martis sancta.

^A RTM DD. legati receperunt hora 2. noctis praecedentis litteras R^m D. card. Farnesii 31. praeteriti datas, qui scribit nomine S^m D. N., quod S. Stas probat translationem concilii, cum credat causas in actis allegatas esse veras. Item quod omnino velit celebrari sessionem indictam ad diem 21. Aprilis praesentis, sed quod nihil fiat de dogmatibus, cum pauci praelati adfuturi sint eo tempore, praesertim ex ipsis qui erant Tridenti, 15 qui expectandi sunt, sed procedi posse contra absentes et repeti acta in ipsa translatione, ut magis stabiliatur et validetur translatio, et quod in modo procedendi idem modus et ordo servetur, qui hactenus servatus est in concilio Tridentino in omnibus, tam | in decretis promulgandis de dogmatibus et reformatione, quam in omnibus aliis, et deinceps in subsequenti sessione maturius procedendum⁵. 20

RTM DD. legati scripserunt ad R^{um} D. card. Farnesium in praedictarum litterarum responsionem, laudando deliberationem S^m D. N. et probando omnia quae scripta sunt, addendo, quod omnino videtur post praesentem sessionem diem certam pro futura indicendam esse, neque longo intervallo temporis, ne videatur concilium dissolvi, et ne praelati invito animo hic maneant⁶. 25

R^{mus} D. card. de Monte hora 22. reversus est Bononiam e S. Michaelle in Bosco, quo⁷ ego fuib^{ter}, mane cum R^m S. Crucis, qui ivit visitatum R^m de Monte, et bis pro litteris expediendis.

6. Aprilis, Mercurii sancta.

^A Hora 20. R^ms D. card. S. Crucis una cum omnibus praelatis ivit ad ecclesiam S. Petronii, ubi decantatae sunt mattutinae tenebrosae more solito Romano. Primae 30 tres lectiones decantatae sunt a cantoribus capellae concilii, aliae vero sex a canonicis ecclesiae, orationem autem dixit R^{mus} D. cardinalis. Interfuerunt etiam DD. antiani civitatis et gubernator etc.

R^{mus} j-j carcj jg]V[onte non interfuit propter podagram etc.

R^m DD. legati scripserunt ad gubernatorem seu praesidentem Roman- 35 diolae ob habendam licentiam transportandi ex ea provincia frumentum pro usu R^d D. episcopi Britonoriensis etc., qui hoc mane discessit ex Bononia, ut iret ad faciendum festa paschalia in episcopatu suo.

Confessus] sum apud S. Franciscum coram patre Lucio de Placentia theologo lectori\ 40

7. Aprilis, Iovis sancta.

Marfe R^{mm} D. card. S. Crucis celebravit privatim in aula sua, communicavitque omnes suos familiares, cum prius eos hortatus fuisset monuissetque, ut vitia fugere et virtutes amplecti vellent, multis piis humanisque verbis etc.

^A Hora autem 13. ivit una cum coetu conciliari ad ecclesiam S. Petronii, ubi celebravit missam solemnem R^{ds} D. episcopus Maioricensis. Qua absoluta ipse R^m D. card. 45 S. Crucis accipiens sacram eucharistiam, eam detulit usque ad locum paratum pro custodia,

a cod. et. b sic. c in marg. add.

1 De Iovio cf. diar. I ad

2 Cf. supra ad 27. Martii (p. 633, l. 16 ss. et adn. 3).

3 Dubitari potest num hae litterae fuerint eadem ac quae commemorantur p. 633, l. 16 ss.

* Cf. infra ad 8. Aprilis p. 637, l. 24 ss.

5 Cf. Raynaldum ad a. 1547, n. 60.

6 Scripserunt legati praeterea ad Verallum, quas litteras iterum mittebant 8. Apr., cf. p. 637, l. 18.

ut moris est, sociantibus omnibus praelatis, DD. antianis et aliis officialibus consuetis. Praelatis autem et officialibus concilii dati sunt cerei ex cera alba expensis concilii, alii vero quisque ex se suum deferebat. Deposito corpore sacratissimo Domini in loco prae-
 5 DD. antiani comitati sunt D^{nm} S. R^{mm} usque ad portam ecclesiae, deinde reversi sunt in chorum, ubi D. gubernator episcopus Satryensis lavit pedes 12 pauperum, qui donati fuerant omnibus vestimentis e panno albo a republica Bononiensi etc.

^A Hora vero 20. iverunt ad audiendum mattutinum, quia decantatur ut hesternae die factum fuerat et supra notatur.

10 R^{ms} D. card. de Monte permanet adhuc in monasterio S. Michaelis in Bosco, laborans etiam podagra; quem hodie hora 18. visitavi nomine R^m domini mei etc. Deinde fui cum D. Ludovico¹ ad audiendum mattutinum apud S. Iacobum cum D. Alexandro Poggio^b, qui duxit nos ad domum suam etc.

8. Aprilis, Veneris sancta.

^A Mane R^{ms} D. card. S. Crucis una cum praelatis ivit ad ecclesiam S. Petronii, ubi
 15 sacra audivit. Celebravit R^{ds} D. episcopus de Nobilibus. R^{ms} D. card. detulit ad altare sacramentum e loco, ubi repositum fuerat etc.

W Hora autem 20. ivit ad audiendum mattutinum in eandem ecclesiam, ut moris est etc. R^m DD. legati scripserunt ad R^{um} D. Verallum 2, mittentes duplum suarum ad eundem 5. huius datarum, et quod scribebant ad praelatos, qui Tridenti remanserunt,
 20 ut veniant ad sessionem indictam 21. huius, quae omnino celebrabitur, et quod imperator debeat eis permittere, ut illinc discederent. Mandavit enim M⁴⁸ S. illis praelatis, ne ex Tridento discederent etc.

Receperunt litteras a R^{mo} D. card. Farnesio 5. huius datas una cum brevibus, in quibus pontifex concedit salvum conductum omnibus ad hanc civitatem
 25 Bononiensem ad concilium venientibus, et una cum copia eorum, quae scribit ad D. Verallum 8 in responsionem eorum, quae imperator a pontifice petierat de reducendo concilio Tridentum etc., per cursorem expressum ad ipsum Verallum.

R^m legati hora 21. scripserunt ad card. Farnesium 4 in responsionem suarum hoc mane hora 11. receptorum per dictum cursorem, de quibus supra, mittentes exemplar
 30 illarum, quas hoc mane scripserant ad Rtm D. Verallum 3, et quod scribebant ad praelatos Tridentum.

Quibus litteris expediendis tota die occupatus fui, cum R^{ms} D. card. de Monte detineatur adversa valetudine podagrae apud S. Michaellem in Bosco, quo ter ivi.

9. Aprilis, Sabbato sancto.

W Mane hora 13. R^{ms} D. card. S. Crucis (laborante adhuc podagra R^{mo} D. cardinali
 35 de Monte) ivit cum conciliaribus omnibus ad dictam ecclesiam S. Petronii, ubi sacra audivit. Celebravit R^{as} D. episcopus Tliermulanus, decantarunt prophetias cantores capellae concilii primum, deinde sequentes canonici ecclesiae, caetera ut moris est. Et quia DD. antiani non interfuerunt, D. gubernator resedit in latere R^m D. legati, prope eum, supra omnes alios praelatos.

40 Hora 19. fui ad S. Michaellem in Bosco ad visendum card. de Monte et scribendas litteras ad episcopos Tridenti commorantes, quas scripsi praesente episcopo Minorienti. Deinde eas ostendi R^{mo} D. cardinali S. Crucis et episcopo Alyphano etc.

Magistratus 40 virorum Bononiensis dono dedit R^{ms} DD. legatis 12 saccos ordeï, 12 cereos maiores, 12 panes zacchani, 2 vitulos, unam formam casei Placentini maiorem
 45 multosque salcicciones quos vocant, singulo R^{mo} legato totidem.

a sic. b vel Poggiolo; utrumque nomen est gentis Bononiensis.

¹ Credo intellegi familiarem cardinalis de Monte, de quo saepe, cf. ex. gr. supra p. 337 » 1* 3\$, et qui Ludovicus Mingotius infra p. 639, l. 18 nominatur.

Litterae integrae apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 673, n. 39*.

³ Farnesii ad Verallum litterae 5. Aprilis datae extant apud *Friedensburg* l. c. p. 530 ss., n. 152.

■ Quas litteras vidit *Friedensburg* (cf. Nuntiaturber. IX, 535, l. 30) in tabulario Vat. *Carte Farn.* l.

⁵ Cf. adn. 2.

219*

10. Aprilis, in die paschatis 1547.

Mane celebravit missam solemnem Rm D. card. S. Crucis in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt 16 praelati, videlicet gubernator civitatis Bononiensis episcopus Satryanus, archiepiscopi Materanus, Naxiensis et Armacanus, ac episcopi Aciensis [de] Nobilibus, Sibinicensis, Maioricensis, Vasionensis, Thermulanus, Vigorniensis, Bellicastrensis, Venu sinus, Aquinatensis, Mylensis Ferrettus, Alyphanus, Minoriensis, DD. antiani, magistratus 5 40 virorum caeterique officiales civitatis.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. episcopo Mirapicensi sive Agatensi, 9. huius Ferrariae datas, quibus significabat Franciscum I, regem Gallorum, obiisse prima huius mensis1.

j>mae g scripserunt ad ipsum Mirapicensem, condolentes de obitu illius regis 10 (est enim Gallus episcopus ille) et gratulantes de novo rege, in cuius pietate multum fidunt.

Scripserunt item ad D. Dandinum, nuncium apud regem praefatum, in Galliam, rogantes eum, ut eorum nomine cum novo rege condoletura de obitu patris et cum ipso gratuletur de assumptione sua etc., in cuius religione et bonitate multum fidunt, 15 et quod M'm S. roget, ut praelatos sui regni, qui in concilio Tridenti fuerunt, Bononiam veniant2. Item de rebus concilii, videlicet quod imperator post translationem petierit magna cum instantia a pontifice, ut reduceret concilium Tridentum, et quod pontifex responderit, quod cum semper reliquerit concilium in sua libertate, et ipsum concilium causam translationis veram et legitimam indicaverit eamque approbaverit, nunc S'æ S. non 20 vult neque debet ipsum concilium cogia, ac propterea ante omnia concilium congregetur Bononiae, quo translatus est, et ibi postea cogitari poterit de capienda ea deliberatione, quae expedire videbitur honori Dei, religioni et reipublicae christianae. Quare Rm ipsi legati concilium hic prosequuntur et sessionem indictam 21. Aprilis omnino celebrabunt3.

Scripserunt item ad Rmm D. card. Farnesium, nunciantes ei obitum praefatum 25 regis Chrm etc.

Qua de causa fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte podagra laborantem tota fere die, cum quo etiam de litteris scribendis Tridentum egi; sed quia Rm S. Mon(e cupiebat scribi ad illos episcopos communiter, ut una epistola omnibus dirigeretur, et cardinalis S. Crucis, quod singulis sua separatim mitteretur, ideo nihil hodie 30 actum fuit circa has litteras.

11. Aprilis, Lunae, 2. die paschatis.

DD. legati mane hora 12. miserunt hesternas litteras ad card. Farnesium, cum heri sero expediri nequiverint, commorante Rm de Monte extra civitatem.

Rm DD. legati conceperunt litteras scribendas praelatis Tridentinis. Qua de causa fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte a 12. usque 24. horam, cum eo pransus. 35

Rms D. card. S. Crucis ivit in ecclesiam S. Petronii, ubi celebravit Rds D. episcopus Vasionensis. Interfuerunt praelati qui supra.

219V

Martis, 12. Aprilis, 3. die paschatis.

Rm DD. legati direxerunt litteras ad DD. praelatos, qui remanserunt Tridenti post translationem concilii, videlicet: archiepiscopis Turritano et Panormitano, item episcopis Fesulano, S. Marci, Bossanensi, Castellimaris, Lancianensi, Siracusano, Pacensi, 4° Astoricensi, Oscensi, Calaguritano et Canariensi, ac Rm D. card. Geennensi hoc ordine, ut erant tantum quattuor exemplaria: unum Rm Geennensi solo; secundum archiepiscopo Panormitano, Fesulano, S. Marci et Siracusano singulis de per se eiusdem tenoris; tertium archiepiscopo Turritano, Bossanensi, Castellimaris, Lancianensi et Oscensi, singulis tenoris

1 Mortuus erat iam 31. Martii.

2 Dandinus 29. Martii scribebat Farnesio, quae esset Gallorum mens de concilio, et maxime nuntiabat praelatos Gallos non esse venturos ad sessionem, si ea 21. Aprilis esset habenda: *Friedensburg*, Nuntiatur

ber. IX, 670. Cf. infra p. 639, l. 28 s. et adn. 7 de adventu litterarum. De Dandino v. infra ad 22. Apr.

3 Similiter 5. Aprilis Farnesius scribebat Verallio: *Friedensburg* l. c. p. 530 ss. — Litterarum ad Dandinum epitome ap. *Raynaldum* ad a. 1547> n° 6**

eiusdem; quartum episcopis Pacensi, Astoricensi, Calaguritano et Canariensi, etiam singulis eiusdem tenoris, (omnes datas 11. praesentis mensis)³. In quibus litteris, paucis mutatis, ipsi Rm DD. legati significabant illis praelatis adventum eorum Bononiam, et quod recepti fuerant magno honore a magistratibus et omnium ordinum civibus, qui publico consensu civitatem totam commodis concilii exhibuerint, cum omni securitate et libertate, quam etiam ipsi Rm DD. legati virtute harum litterarum tam privato eorum quam legationis nomine ipsis praelatis pollicebantur, significantes etiam, quod die 21. mensis praesentis Aprilis celebrabitur sessio iam indicta, ad quam ipsos praelatos invitabant. Quae litterae fuerunt per me exhibitae ipsis RTM3 legatis, qui constituerunt suum et apostolicae sedis nuncium specialem et cursorem D. Ioannem Baptistam Parmerium¹ de Spoleto ad dictas litteras suprascriptis praelatis praesentandas et suae commissionis relationem ipsis Rm legatis faciendam. Qui praefatus D. Ioannes Baptista onus sibi de mandatum acceptavit, promisit etc. ac iuravit in manibus ipsorum R^{morum} legatorum, se fideliter omnia sibi commissa executurum. Deinde ipsae litterae fuerunt per me de verbo ad verbum collationatae cum originalibus, quae apud me remanserunt², et successive per me clausae et sigillatae, ac deinde in manibus ipsius D. Ioannis Baptistae consignatae, praesentibus omnibus et singulis praemissis R^{TD} D. Dionysio de Rubertis³, clerico Burgi Sancti Sepulchri, et D. Ludovico Mingotio layco Britonoriensi, specialiter ad haec omnia vocatis etc. Ac ego Angelus Massarellus, sacri concilii secretarius, ut prothonotarius apostolicus rogatus fui de omnibus etc. Acta sunt haec Bononiae in domo solitae residentiae ipsorum R^{morum} DD. legatorum sacro concilio praesidentium die 12. Aprilis 1547.

W Postea ipse D. Io. Baptista recessit ex Bononia Tridentum versus hora 20. per equos dispositos^{b5}.

(Qui etiam detulit scripturas meas⁶ D. episcopo Pacensi.)⁰

Fit capella in S. Petronio, celebravit episcopus . . . d

Eadem die 12. Aprilis. Rm legati scripserunt ad R^{ram} card. Farnesium de 220' expeditione suprascriptarum litterarum etc., mittentes litteras D. Dandini nuncii apud Gallos, quas hodie receperunt ex Mantua⁷ etc.

RTM D. card. de Monte reversus est Bononiam ex monasterio S. Michaelis in Bosco.

13. Aprilis, Mercurii.

Rm DD. [legati] receperunt litteras ex Urbe 9. datas a suis agentibus, sed non publicas, nisi quod Rms D. card. S. Crucis recepit litteras a D. Ber[nardi]no Maffeo⁸, secretario Rm card. Farnesii, quibus scribit:

regem Galliae proposuisse S. S^a suspensionem concilii tanquam necessariam rebus praesentibus, cui propositioni⁰ tota ecclesia Gallicana consensura sit etc.;

a add. in marg.

b *Summarium Barberin. f ss. exhibet illas epistulas, deinde f. Sv pergit:* Fides praesentationis supra scriptarum litterarum. Die autem 20. eiusdem mensis Aprilis (cf. infra h. d.) praefatus D. Ioa. Baptista Palmerius, rediens ex Tridento, retulit et fidem fecit Rm et Illm DD. praesidentibus et legatis se praesentasse suprascriptas litteras in propriis manibus ipsorum Rm D. cardinalis Geennensis et praelatorum suprascriptorum die 23. dicti mensis Aprilis in ea civitate Tridentina, praesentibus Caesare Dolcino Bononiensi et Bernardino Charetta dicto della Sega, Tridenti commorantibus.

e haec a reliquis separavit Massarellus linea ducta, ne scriba transumeret. d deest nom en; Mylensis
l erretus, quod scripserat, rursus delevit (cf. ad 16. Aprilis p. 640, l. 40[4]). e Ms. congni.

¹ Alias vocatur *Palmerius* et familiaris cardinalis de Monte (diar. I, supra p. 152, l. 15 s. et adn. 6) et a Massarello amicus dilectissimus (infra ad 16. Oct. 1549); cf. Manelli librum pecuniarum f. XXIV.

Extant adhuc in tabulario Vat. *Concil.* t. 10, f. 84—91. Transumptae a *Raynaldo* ad a. 1547, n. 61.

³ Videtur idem esse ac ille capellanus Dionysius, supra p. 540, l. 25.

⁴ Non amplius dubito, quin hic sit ille Ludovicus, qui supra p. 337, l. 38 s. vocatur maestro di casa di Monte (cf. p. 353, l. 7), maxime quia mense Februario 155^o Iulius III elegit eum camerae apostolicae praefectum (diarium VI, fol. 341Y).

⁵ De eius reditu v. infra ad 20. Aprilis (et adn. b huius pag.).

⁶ Quae scripturae intellegantur nescio; sed fieri potest ut et Pacensis episcopus *summarium* concilii et aliarum quarundam scripturarum exempla Massarellum facere iusserit, cf. supra p. 586, l. 28 et adn. 9.

⁷ Non possunt intellegi litterae supra p. 638, adn. 2 allegatae, quoniam quae in illis continebantur iam 9. Aprilis (cf. ad diem sequentem) a Maffeo referuntur Cervino.

⁸ Harum litterarum exemplar originale vidit *Friedensburg* (cf. *Nuntiaturber.* IX, 529, l. 31 ss.) in tabulario publico Florentino *Carte Cervin.* 20, f. 119 sq.

et quod rex novus ordinaverit, quod oratores et praelati illius regni, qui hactenus iuerunt Tridenti in concilio, morentur Ferrariae et in locis propinquis expectando, quid imperator circa concilium facere voluerit¹ etc.;

et quod Bohemi rebellarunt regi Ferdinando petantque in regem Maximilianum, filium ipsius Ferdinandi;

et quod dux Bavariae requisitus ab imperatore per medium cardinalis Augustensis, ut intraret foedus cum eo, negaverit hoc praetextu, quod imperator parvi pendat foederatos² etc.

Quas litteras ego ostendi Rmo cardinali de Monte etc., qui gratum habuit sus pensionem fieri; cuius contrarium censuit Rms card. S. Crucis³, quod scilicet aliquo modo iō non fieret suspensio, cui futurus esset contrarius pro posse suo etc.

14. Aprilis, Iovis.

Rms et Illms D. Raynucius' Farnesius, S. Angeli diaconus cardinalis, summus poenitentiarius, archiepiscopus Neapolitanus, filius Illm D. Petri Aloysii Farnesii, ducis primi Placentiae et Parmae, filii naturalis pontificis Pauli III, frater Rm D. Alexandri S. Laurentii in Damaso diaconi cardinalis Farnesii vicecancellarii, applicuit Bononiam, 15
veniens ex sua legatione Marchiae Anconitanae, et proficiscens Placentiam ad patrem suum*. Rm⁸ D. card. S. Crucis ivit ei obviam cum multis praelatis et magna nobilium corona usque ad monasterium cruciferorum extra portam, qua itur Imolam, eumque sociatus⁴ est (habens eum manu dextra) usque ad domum D. Alexandri Manzoli⁵ prope ecclesiam cathedralem, ubi ipse cardinalis hospitatus est. Deinde ipse Rms card. S. Crucis 20
reversus est domum suam, comitantibus eisdem praelatis et nobilibus etc. Rm⁸ D. card. S. Crucis habebat rochetum et habitum brevem ad equitandum, cum mula ornata brevi bus ornamentis e panno rosaceo, episcopi autem cum rochetis et mantelletis etc. Ivimus hora 20., reversi hora 23.

15. Aprilis, Veneris.

Hora 20. fuit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacra- 25
mento poenitentiae, de quibus supra, loquutique sunt hodie tres, videlicet frater Vincentius de Bononia ordinis S. Dominici, et frater Ioannes Consilii Gallus, et Don Hercules Mantuanus, *(canonicus regularis Lateranensis)°. Deinde solvitur congregatio hora 23., cui praefuit Rms D. card. S. Crucis (laborante podagra Rmo D. cardinali de Monte), interfuerunt 14 episcopi et multi sacrae theologiae magistri. 30

Fit fides a Rms legatis, quod Victor Superantius episcopus Bergomensis fuerit per aliquot menses in concilio Tridenti⁶, sub dat. Bononiae 15. Aprilis 1547.

Fui mane hora 12. d sociatum Rmm D. card. Sancti Angeli una cum Rm domino meo etc. 220V
riqm et junius card. Sancti Angeli mane hora 12. recessit ex Bononia versus Placentiam ad IHm ducem, patrem suum. Rms D. card. S. Crucis una cum 35
praelatis omnibus comitatus est eum usque extra portam S. Felicis ad ictum lapidis, deinde reversus est domum etc.

Fui ad Rmm D. card. de Monte, cum quo pransus fui, deinde litteras scripsi ad cardinalem et D. Mignanellum etc., et recepimus litteras a D. episcopo Bituntino

16. Aprilis, Sabbato in albis.

W Fit missa solemnis, ut moris est, quam celebravit in ecclesia S. Petronii Rd⁴ 4°
D. episcopus Mylensis Ferrettus, cui interfuit Rms D. card. S. Crucis una cum praelatis omnibus etc., ac DD. antianis.

¹ cod. Raynuncius. b cod. socitus. e in marg. corr. pro: ord. Sⁱ Salvatoris vel Sⁱi Petri ad vincula.
d hic cod. repetit fui.

¹ Haec scripta erant a Dandino in litteris 29. Martii datis, apud *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 670 (cf. supra p. 638, adn. 2).

² Verallum ea 29. Martii nuntiasset Maffeus ipse testatur, cf. *Friedensburg* l. c. p. 529, l. 32 et p. 639, adn. 7.

³ Cf. *Raynaldum* ad a. 1547 n. 60.

* Rainerii diarium (cf. supra p. 630, adn. 1) f. 144r ad 13. Aprilis: »Venne la nova, como era morto el Src Pietro Alovixo ducha de Parma e de

Piascenza, e non fu verro, ed era amalato«; et ad 14. Aprilis refertur advenisse cardinalem, ut patrem aegrotum viseret.

⁵ De quo v. supra p. 181, l. 3 et adn. 4; p. 357, adn. 3. Scriptores Bononienses illius cognominis v. apud G. Fantuzzi, *Notizie degli scrittori Bolognesi* V (Bologna 1586, 40), 216 ss., ubi (p. 217) gens appellatur *nobile e senatoria*.

⁶ Cf. diarium III, supra p. 537, l. 31 et adn. 6.

Rmus p (Franciscus)3 Sfondratus, tituli S. [Anastasiae]b1 presbyter cardinalis, patria Cremonensis, veniens ex Urbe, destinatus legatus ad imperatorem ob tractandam pacem (christianitatis)02 etc., ingressus est Bononiam hora 22., cui ivit obviam Rmus £) carcj g. Crucis una cum praelatis concilii et multis nobilibus civitatis.

Rmus j-j carc_ 3 Crucis erat in habitu quotidiano cum rocchetto et mantelletto, ut vocant, quem habitum deferebant etiam episcopi, Rma autem Sfondratus erat in habitu equitandi, ferebat tamen ante se crucem, ivitque manu dextra Rm D. cardinalis S. Crucis, et ita ingressi sunt civitatem, descenditque apud palatium publicum, ubi sibi hospitia parata erant. Rma vero card. S. Crucis, ex equo minime descendens, reversus est domum suam cum praelatis etc.

Rm DD. legati miserunt me prius in equis dispositis ad ipsum Rmm Sfondratum eorum nomine salutandum recipiendumque, quod et feci, a Bononia 6 milliaribus etc.

Rm DD. legati scripserunt Rm D. card. Farnesio de adventu duorum suprascriptorum cardinalium.

17. Aprilis, Dominica.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium, mittentes litteras D. Veralli una cum copia litterarum D. Ioannis Baptistae Palmerii ad me scriptarum ex Tridento, significantium id quod ibi gesserat de litteris praelatis illis presentatis3 etc.

18. Aprilis, Lunae.

Hora 12. Rtm D. card. Sfondratus venit visitatum Rma legatos, loquuti de sua legatione et de agendis ab hac sacra synodo etc.

W Hora autem 20. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de sacramento poenitentiae, loquunturque hodie tres, videlicet Hieronymus4 de Bononia ord. Praed., frater Stephanus de Sestino ord. (s. Augustini)a, Ioannes de Corregio regens Bononiensis, ordinis Conventualium. Deinde solvitur congregatio hora 23. W Rm DD. legati receperunt litteras5 a Rm D. cardinali Farnesio, Romae 16. datas, per cursorem expressum, quibus significabat Sm D. N. non videri, quod in hac sessione aliquod decretum substantiale publicetur neque confirmetur translatio ex Tridento, sed tantum prorogetur sessio usque ad penthecostem; quod factum est id petente maxima cum instantia 11100 D. Don Didaco a Mendocia, oratore Caesareo6 apud pontificem7. Quas litteras ego hora 3. noctis ostendi Rm D. card. Sfondrato.

19. Aprilis, Martis, Bononiae.

22r

W Hora 20. in Dei nomine fit prima congregatio generalis sacrosancti generalis et oecumenici concilii Bononiensis in aedibus Campegianis, ubi habitat Rmus D. card. de Monte, primus praesidens. Cui congregationi interfuerunt ipsi duo Rm legati et prae-

a alio atra?7iento insertum in lacuna.

b lacuna in Ms.

c corr. pro inter S. Mtem et regem Gallorum.

d corr. pro Praed.

1 Franciscus Sfondratus cardinalis creatus erat a- *544 (19- Dec.) cum titulo SS. Nerei et Achillei (alias Fasciolae), postea ad titulum S. Anastasiae transierat. Cf. *Ciacon*. III, 700; supra p. 421, adn. 5.

2 »Romae apud S. Petrum die Veneris 25. Februarii 1547 consistorium . . . Fuerunt deputati tres legati de latere, videlicet Rmus Amalphitanus ad Seruum imperatorem, et Rmus S. Georgii ad regem Chrmum, alius vero ad regem Angliae fuit reservatus ad nominationem S. Stls. Qui tres legati fuerunt deputati pro tractandis rebus Angliae« (Acta consist. in cod. Barber. XXXVI, 14, f. 15v). Cf. A. v. *Druffel*, Die Sendung des Card. Sfondrato an den Hof Karls V. 1547—1548. Erster Teil (Abhandl. der hist. Classe der k. bayer. Akad. der Wissensch. XX [München 1893], 291—362. Qui p. 324 errat de tempore quo profectus sit Roma Sfondratus; nam hic 6. Aprilis abibat (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 541, adn. 1; p. 549, adn. 2), Capite-Concilium Tridentinum. I.

ferreus 5. Aprilis (ibid. adn. 2; cf. *Druffel* 1. c. p. 323, adn. 1). Tertius legatus designatus erat card. Polus, qui rebus melius perspectis non mittebatur, cf. *Druffel* 1. c. p. 312—314. De legatione Germanica et Gallica v. A. *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiatoren (Freiburg 1894) p. 130 s. et libros ibi laudatos.

3 Cf. supra ad 12. Aprilis p. 639, l. 23 s.

4 Muzzarellus, cf. Acta a nobis edenda.

5 Advenerunt vespere, cf. infra p. 642, l. 21/22.

6 Huc usque v. hanc relationem apud *Raynaldum* ad a. 1547, n. 62; cf. *G. de Leva*, Storia IV, 320.

7 Cf. diar. III ad 3. Dec. 1546, supra p. 590, l. 11 ss. cum adn. 2; diar. IV ad 1. Aprilis, p. 635, l. 1 ss. et adn. 1. *Druffel*, Die Sendung des Card. Sfondrato p. 308, adn. 1, ait non ante 11. Aprilis 1547 Mendozam venisse Romam, cum iam mense Februario ibi expectatus esset. Ibidem de Mendozae et Francisci Toletani itineribus pro imperatore factis plura invenies.

sidentes, cardinales de Monte et S. Crucis, ac quinque archiepiscopi, videlicet Spalatenensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis, Armacanus, et episcopi 26, videlicet Aciensis [de] Nobilibus, Militensis, Iserniensis, Placentinus, Sibinicensis, Chironensis, Sebastensis, suffraganeus Bononiensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Veronensis, Salutarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Vigorniensis, Vasionensis, Thervisinus, Bituntinus, 5 Corsulanus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinas, Famaugustensis, Satryanus, gubernator Bononiensis, Alyphanus, Minoriensis, Chrisostomus abbas S. Trinitatis de Caieta, generales ordinum Praedicatorum, Conventualium s. Francisci, s. Augustini et Servorum.

Proponitur a Rmo cardinali de Monte, quod gratiae sunt agenda Deo, quod huc incolumem hanc sanctam synodum reduxerit, gratiasque egit praelatis, quod in hanc 10 civitatem venerunt nullo habito respectu humanae affectionis. Dixit deinde, quod haec translatio concilii grata fuit Sm D. N. et omnibus principibus christianis, excepto Caesare. Tamen nunc mittitur ad S. Mtem Rms D. card. Sfondratus, legatus apostolicus, qui procurabit ut S. Mtis translationi assentiat et praelatos suorum regnorum huc accedere permittat². Interim videtur opportunum, ut sessio in proxima die Iovis indicta 15 celebretur, sed in ea nihil substantiale agatur, neque aliquid decretum promulgetur vel de fide vel de reformatione, sed tantum ipsa sessio prorogetur ad diem Iovis infra octavam pentecostes, quo tempore haberi poterit mens Caesaris, et materiae, quae propter absentiam praelatorum et festa paschalia tractari et examinari non potuerunt, absolventur etc. Super quo rogantur sententiae, et ab omnibus probatum est. Deinde solvitur 20 congregatio hora 22.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium, quod heri sero comparuerit cursor ab eo expeditus cum litteris 16. datis, et quod exequentur id, quod in eis mandatur.

Scripserunt item ad Rm D. card. Sancti Angeli Placentiam, dirigentes litteras 25 Mignanell(i)a.

Receperunt item litteras a Rm D. nuncio Venetiarum, D. archiepiscopo Beneventano, 16. huius datas, cum quibusdam novitatibus Turearum etc.

Quas litteras ostendi Rm Sfondrato hora 24., referens ei, quae in congregatione hodierna acta fuerunt etc. 3°

20. Aprilis, Mercurii.

W Hora 20. fit congregatio generalis, in qua legitur decretum compilatum a Rmis pp> legatis, quod incipit *Haec sacrosancta oecumenica* etc., *considerans quod die 11.* etc. Quod decretum ab omnibus approbatum fuit. Deinde eligitur ecclesia S. Petronii pro loco ad celebrandas sessiones uno omnium consensu, de quo rogatur etiam D. Nicolaus³, notarius concilii. Cui congregationi interfuerunt qui supra. Solvitur 35 autem hora 22.

22iv W (Rediit ex Tridento D. Ioannes Baptista Palmerius.)b4

R. DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium de gestis in hodierna congregatione, et quod' cras in sessione agatur, et quod mittant praelatos ex Urbe etc., alias isti, qui hic sunt, discedent etc. 4°

21. Aprilis, Iovis, hora 13. cum dimidia, 1547.

Sessio nona concilii, prima Bononiae.

ts* In nomine Domini celebratur Bononiae nona sessio sacrosancti concilii, quae est prima sessio Bononiensis post translationem ex Tridento. In qua quidem sessione (quae habita est in ecclesia S. Petronii) celebravit missam de spiritu sancto Rms D. archiepiscopus Naxiensis, deinde Rm D. episcopus Minoriensis habuit orationem B. postea

a finis est avulsus.

b add. in marg. inferiori alio atraviento.

c sic.

¹ Abhinc usque ad verba *probatum est* (l. 20) v. apud Raynaldum ad a. 1547 n° 62.

² Notum est munus hoc cardinali Sfondrato iniunctum minus prospere cessisse neque imperatorem unquam consensisse, ut praelati suorum regnorum Bononiam irent.

³ Driel.

⁴ Cf. supra ad 12. Aprilis, p. 639, l. 23.

⁵ Extat apud *Le Piat* I, 143—151* De quo sermone Verallus 15. Maii scribit Farnesio: »Da Bologna si scrive . . . che 'l vescovo Catharino ha havuta l' oratione, nella quale ha essaggerato contra li prelati

omnes pluvialia et mitras de more sumpserunt et R-» D. card. de Monte primus praesidens solitas ceremonias peregit, benedicendo ter synodum etc. Decantantur laetae et evangelium secundum Iohannem cap. 15. *Ego sum vitis et vos palmite* etc. Quibus ceremoniis peractis RmD. card. S. Crucis ivit ad altare maius et consedit in faldistorio una cum Rmo cardinali de Monte, versi ad synodum. Tunc RdM D. archiepiscopus **Naxiensis** conscendit ambonem et legit alta voce decretum huius sessionis, quod incipit. *Haec sacrosancta oecumenica et generalis synodus, quae dudum in civitate Indenti, et nunc Bononiae in spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus etc., considerans quod die widedcima* etc. In quo decreto statuitur, quod propter absentiam praelatorum, cum materiae de sacramentis et reformatione, de quibus synodus tractandum proposuerat, non potuerunt cum ea frequentia praelatorum examinari et discuti, visum est expediens et opportunum sessionem, quae in hac die in hac civitate Bononiae celebrari debebat ex decreto translationis concilii, quod ex civitate Tridenti ex legitimis tunc et instantibus causis translatum die 11. Martii praesentis anni fuit ad hanc civitatem Bononiae, transferendam esse quoad ipsas materias expediendas et prorogandam ad diem Iovis infra octavam pentecostes proxime futuram, hoc tamen adiuncto, ut terminus ipse ab ipsa synodo pro libito etiam in privata congregatione restringi et imminui possit.

Super quo decreto rogantur sententiae, quas ego Angelus Massarellus, ipsius sacri concilii secretarius et votorum scrutator, collegi, deinde eas RmD. DD. legatis retuli. Quo facto RmD. card. **de Monte** dixit alta voce: Decretum approbatum est ab omnibus, nemine penitus discrepante; gratiae agenda sunt Deo.

Postea ego legi vota duorum patrum, qui sunt hic Bononiae, sed detenti in lecto ob adversam valetudinem, videlicet Rd D. Camilli episcopi **Satriensis**, gubernatoris huius civitatis, ob dolorem laterum, et Rd D. Philippi Archinti, episcopi **Salutiarum**, vicarii Sm D. N. in Urbe, ob dolorem podagrae. Qui duo decretum (quod eis antea ego ostenderam) approbarunt.

His actis D. **promotor** concilii petiit a prothonotariis et notariis praesentibus, ut de praemissis unum vel plura conficerent instrumentum et instrumenta. Postremo RmD. card. de Monte manu elevata benedixit synodum, et patres omnes deposuerunt paramenta et discesserunt hora 16. | Cui quidem sessioni interfuerunt ipsi duo RmD. D. praesidentes et legati, videlicet Iohannes Maria episcopus Praenestinus de Monte et Marcellus tituli S. Crucis in Hierusalem presbyter S. R. E. cardinales, nec non praelati infra scripti, videlicet archiepiscopi Spalatensis, Antibarensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis et Armacanus, ac episcopi Asculanus, Aciensis de Nobilibus, Militensis, Iserniensis, Placentinus, Sibinicensis, Chironensis, Grossetanus, <Aquensis Vorstius>a, Soranus, Vasio-nensis, (Sebastensis, suffraganeus Bononiensis), Maioricensis, Thervisanus, Veronensis, Thermularum b, Mylensis Ferrettus, Corsulanus, Vigorniensis, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinas, Famagustensis, Alyphanus, Minoriensis, Bituntinus c, Caprulanus. Duo autem praelati, qui erant praesentes Bononiae, sed non sessioni ob adversam valetudinem, miserunt cedulas suas, rogantes synodum, ut dignaretur eos praesentes reputare ob necessariam absentiam, significantes eidem synodo, eis placere decretum. Qui episcopi fuerunt RmD. Camillus Mentuatus episcopus Satriensis, gubernator Bononiensis, ob dolorem laterum, et D. Philippus Archintus, episcopus Salutiarum, vicarius Urbis, ob podagram, de quibus supra. Interfuerunt item D. Chrisostomus abbas S. Trinitatis de Caieta ordinis s. Benedicti. Item generales quattuor, videlicet {frater Romeus}d Praedicatorum, Costacciarus s. Francisci Convent., Seripandus s. Augustini, Bonucius Servorum. Item D. Ugo Boncompagnus, abbreviator, et D. Hercules Severolus, promotor concilii. Item antiani sive consules civitatis Bononiensis, videlicet - - -e.

a alio atramento in lacuna insertum et Vostris scriptum.

b post hoc nomen est signum quoddam, quo aliud nomen hic inserendum videtur significari, sed nihil inveni quod notae corresponderet, sed cf. adn. c.

c videtur hoc nomen (quod ex signo apposito, non tamen claro, colligitur) collocandum esse ante Bellicastrensem, cui Bituntinus ut prior in episcopatu praecedebat.

d alio atramento insertum in lacuna.

e nomina omittuntur (v. ea in actis).

che sono restati in Trento, il che non ha contentato molto de qua.» Et addit praeterea scriptum esse, «che 'l Rmo di Monte ha pariato ancora nella medesima sustantia, che si sia prorogata la sessione per la sopradetta causa [perche si tratte di fare contenta S.

M** ch' habbia per buona la translatione], il che quanto a me sarebbe piaciuto piu, che si fusse piu tosto fatto che detto.» *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 559, l. 26 ss. Caeterum card. de Monte videtur hoc dixisse in congregatione 19. Aprilis, cf. p. 642, l. 11 ss.

^ aRmusjj card g Georgii, Capiteferreus, legatus destinatus ad regem Galliae tum pro tractanda pace cum imperatore, tum pro aliis occurrentiis sedis apostolicae, tum etiam, ut nomine Sm̄ D. N. condoleat de obitu defuncti regis¹, applicuit Bononiam hora 20., cui ivit obviam Rm̄sD. card. S. Crucis eo habitu, quo ivit ad recipiendum Sfondratum, de quo supra.

22. Aprilis, Veneris.

^ Rmus carcj g Georgii recessit ex Bononia hora 14. Galliam versus.
^ K"m̄ autem card. Sfondratus recessit ex Bononia hora 17. Germaniam versus².
Rm̄sD. card. S. Crucis sociatus est utrumque extra portam ad medium milliare.
R"" D D - cardinales S. Crucis et de Monte iverunt prius visitatum dictos duos cardinales.
R"" D D - legati scripserunt ad card. Farnesium de discessu dictorum cardinalium³
Item ad R d̄ D. episcopum Imolensem, nuncium apud regem Galliae⁴, de celebratione hesternae sessionis, et quod materiae, quae in ea publicari debebant, prorogatae sint usque ad diem Iovis pentecostes.

Discessit ex Bononia archiepiscopus Antibarensis Vincentiam versus, ubi est suffraganeus⁵.

Scripserunt [legati] item ad pontificem pro generali crucif[erorum].

23. Aprilis, Sabbati.

^ Hora 20. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis 14 de sacramento poenitentiae, de quibus supra, loquutique sunt quinque, videlicet Petrus Camsius societatis Iesu, Germanus, frater Ioannes Antonius Delphinus, regens Paduae frater Augustinus de Montealcino ordinis s. Augustini, frater Paduanus Barletanus ordinis iratrum Conventuahum, Don Iacobus Laynes societatis Iesu, qui cum hora esset iam 23. cum dimidia, non potuit perficere votum suum, sed solvitur congregatio, daturque ei locus in futura congregatione. Cui congregationi praefuit Rmus D. card. S. Crucis inter fuerunt 26 praelati et multi doctores et magistri.

24. Aprilis, Dominica.

Rmus D card_g Q ucis ivit jadj g Michaellem in Bosco visitatum Rmm D. cardinalem de Monte, cum quo loquutus de agendis in futurum in synodo etc hora 12

Hora autem 20. ego ivi ad Rmm D. ipsum card. de Monte, cum quo egi de Generali crastina¹ Videllcet congregatione theologorum, et die Martis congregatione

25. Aprilis, Lunae.

^ Hora 20. fuit congregatio theologorum super eisdem articulis sacramenti poenitentiae, loquunturque tres, videlicet Don Iacobus Laynes, qui votum suum in praeter-

a praemissus est titulus in cod.: 21. Aprilis, Iovis, eadem die.

¹ Hieronymus de Capiteferreo Romanus, natus a. 1502 vel 1504, iam admodum iuvenis Alexandri card. rarnesen senioris (qui postea fuit Paulus III) servitus se dederat: primum a. 1536 ad Lusitanorum, demde a. 1541 ad Gallorum regem nuntius missus erat. Postea thesaurarius apostolicus factus et variis muneribus functus 19. Dec. 1544 cardinalium collegio a scriptus est. Tertium in Galliam missus est a Iulio III, a Marcello II Romandiolae legatus electus diem clausit extremum in comitiis in quibus postea creatus est rPirarf vtt rf?et [v T °f:t0Jns].ISS9, (cf. Massarfi! 71J el; Lud°™ci Firmam diarium [fol. 212 J ad illum diem). Praeter adn. 2 (supra p. 180-2) S "b" laudatos cf. Ctacon. III, 706; A. Pieper, Die papstl. Legaten u. Nuntien I (Münster 1897), varus locis. Iacobus Ramenus (cf. p. 630, adn. 1 j t. 144[^] ait venisse cardinalem Chappo de Ferro Romano, e loxo in palazzo, eique obviam ivisse 14 episcopos.
Itinerarium utriusque legati cf. apud Friedensburg,

Nuntiaturber. IX, 541, adn. 1 et 2; p. C49 adn. 2. Rainerius l. c. (cf. p. 630, adn. 1) f. 144[^] hoc die Sfondratum advenisse vult.

³ Has litteras Friedensburg l. c. p. 541, l. 42 ss. extare ait in tabui. Vat. Carte Fam es I

⁴ Hieronymus Dandinus Caesenatensis (cf. ad 10. Aprilis, supra p. 638, l. 13 ss.), qui 14. Nov. 1(44 in locum Veralli ecclesiae Casertanae praefectus (Acta consist. cod. Barber. XXXVI, 13, f. 298r) IC. Maii 1546 ad ecclesiam Fori Cornelii ('Imola') translatus erat, a die 16. Iunii 1546 usque ad mensem Septembris 1547 nuntius apud Gallorum regem degebat (successor Guidiccioni, episcopi Adiacensis; Dandino succedebat Michael della Torre episcopus Cenetensis, cf. infra ad x. i. Sept. et 25. Oct. 1547) s. i. Cf. r. Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der stand. Nuntiaturen (Freiburg 1894) p. 103.

⁵ Ludovicus Chieriegatus ord. Minor, observ. natu erat Vincentinus, caeterum cf. supra p. 161, l. 24 ss. et adn. 5. r r

ita congregatione perficere non potuit, fr. Georgius a Sancto Iacobo Portugallensis ord. Praed., D. Gentianus Hervetus Gallus, doctor Parisiensis. Deinde hora 23. solvitur congregatio, cui praefuit Rms D. card. S. Crucis, interfuerunt 24 praelati, doctoresque et magistri quam plures.

S Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod expectent a Smo D. N., quid agere debeant etc., et quod prosequantur congregationes theologorum etc.

Item ad episcopum Feltrensem in responsionem suarum Feltri datarum, quod habeant eum excusatum pro praeterita sessione, sed veniat ad futuram.

Fui ad Rmum D. cardinalem de Monte ad S. Michaellem in Bosco pro dictis litteris expediendis, et de agenfdis] in congregatione generali crastina die celebranda etc.

26. Aprilis, Martis.

y. Hora 12' fuit congregatio generalis, in qua Rm DD. legati proposuerunt: sibi videri post celebratam sessionem ad materias in futurum pertractandas devenire, et quoniam expedita iam est examinatio duorum sacramentorum, eucharistiae scilicet et poenitentiae, restat ut alia tria sacramenta, quae supersunt, a theologis discutiantur, videlicet de extrema unctione, ordine sacro et matrimonio, ut postea a DD. praelatis etiam examinari possint, ut hactenus Tridenti observatum est.

Deinde proposuerunt, sibi videri expediens et opportunum [¶] omni via quaerere et investigare, ut praelati absentes ad concilium veniant, quare placeret eis, ut fieret deputatio aliquorum praelatorum, qui eam curam susciperent, videlicet ut inquirerent et cogitarent, qua via et quibus modis cogendi suntb absentes ut veniant Bononiam, et praesentes sine legitima causa non recedant. Quae omnia conferre habeant cum ipsis Rms legatis; deinde referre in generali congregatione, ut in ea decernatur postea, quid agendum. Nominavitque Rms D. card. de Monte primus praesidens Rms DD. archiepiscopum Materanum et episcopos Vasionensem, Veronensem coadiutorem, Bituntinum et Alyphanum pro deputatione ipsa.

Super quibus omnibus vota patrum rogavit, licetque aliquantulum variae fuissent sententiae circa modum procedendi, tamen maiori parti, et fere omnibus placuit modus propositus ab ipsis Rms legatis. Itemque electio deputatorum nominatorum ab ipso Rmo cardinali de Monte ab omnibus probata est.

Deinde ego legi articulos Lutheranorum circa tria illa sacramenta, quae examinanda sunt, scilicet duo super extrema unctione, quattuor super ordine sacro et sex de matrimonio¹. Postea solvitur congregatio hora 14. cum dimidia. Praefuerunt huic congregationi Rm DD. cardinales de Monte et S. Crucis, et interfuerunt 29 praelati, videlicet quinque archiepiscopi Spalatrensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis et Armacanus, et 24 2 episcopi, videlicet Asculanus, Aciensis de Nobilibus, Militensis, Iserniensis, Sibiniensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis, suffraganeus Bononiensis, Soranus, Vasionensis, Veronensis, Thermulanus, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Famaugustensis, Alyphanus, Minoricensis, ac Don Chrisostomus, abbas ordinis s. Benedicti, nec non 4 generales ordinum, videlicet Praedicatorum, s. Francisci Conventualium² s. Augustini et Servorum etc.

Expediuntur duae litterae patentes de fide brevis decimarum pro Rmo D. Baptista Campeggio episcopo Maioricensi pro dicto suo episcopatu et aliorum beneficiorum datae Bononiae 26. Aprilis 1547.

45 Datur exemplum articulorum haereticorum super sacramentis extremae unctionis ordinis et matrimonii omnibus theologis minoribus et praelatis.

D. Ioannes Imolensis suscepit insignia doctoratus in gymnasio hoc Bononiensi in 223.

n Et [¶]ne[¶]lcIn@J10 11 2°-' quibus ceremoniis interfui etc., ac cum eo cenatus in domo U. red[enci] Ferrjeil.

a cod. oportuna.

⁂ sic.

⁂ videtur corr. pro 29.

anurf ed6n1Ur °Um aCtiS⁹ interim Vide 608
Cde ordine et T. malnmōmō). a' 47' D' * n l' 624

2 Re vera enumerat 25 episcopos. Error in huiusmodi sibus semper inde ortus est, quod Massarelli nomina falso numerabat non quod takō

27. Aprilis, Mercurii.

W Hora 19. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacramento poenitentiae, loquunturque 4, videlicet Alexander de Lupo ordinis s. Francisci Conventualium, et frater Clemens de Florentia eiusdem ordinis, et frater Gabriel de Anchona, ordinis s. Augustini, ac frater Ricardus Cenomanus Gallus, doctor Parisiensis, ordinis s. Francisci Minorum. Deinde solvitur congregatio hora 22. cum dimidia. Cui congregati 5
prae fuit Rm^{us} D. card. S. Crucis et interfuerunt 23 praelati multique theologi etc.

Fui hora 17. ad Rmum D. card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco, loquutusque de scribendis litteris ad card. Farnesium etc., ut infra.

Rm^{us} DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium de 500 aureis, qui remittebantur Venet[ias] pro subventionem praelatorum, quod postquam inde sublatis sunt, remittantur Bononiam et de 500 qui restant solvendi de mille etc.

Item ad Smum D. N. in commendationem fratrum S. Salvatoris Bononiae.

Item ad card. Triultium eadem ex causa.

Item ad episcopum Senogallensem, ut veniat ad concilium in futura sessione. 15

Item similis [epistula] scribitur D. episcopo Pisauriensi.

Item ad episcopum Narniensem, ut et ipse ad sessionem veniat.

28. Aprilis, Iovis.

W Hora 19. fit congregatio theologorum super eisdem articulis de sacramento poenitentiae, super quo loquuntur {septem, videlicet Thomas de Samarino ordinis Seravorum, fr. Aurelius de Linario ord. s. Augustini, D. Alphonsus Salmeron societatis Iesu, 20
fr. Antonius de Pinarolo ord. Convent., fr. Bernard[inus] Costacciarus ord. Convent., Thomas de la Pergula ord. Convent., fr. Franciscus Visdominia ordinis Conventualium. Solvitur 23.) b; cui congregationi prae fuit Rm^{us} D. card. S. Crucis, et interfuerunt 25 praelati ac multi doctores et magistri. Et cum nemo alius loqui vellet, absoluitur examinatio dictorum articulorum sacramenti poenitentiae, et dicitur a Rm^o D. cardinali S. Crucis, 25
quod cras incipietur examinatio aliorum trium articulorum, quae restant, videlicet de extrema unctione, de ordine sacro et de matrimonio, et ita dimittitur congregatio hora 23.

Rm^{us} j) carci. de Monte venit ex S. Michaelle in Bosco visitatum Rmum D. cardinalem S. Crucis, loquuti de scribendo Romam et mittendo decreto sessionis praeteritae.

29. Aprilis, Veneris.

Mane ivi ad Rmum D. cardinalem de Monte propter litteras Romam scribendas, fuique 30
ibi pransus, et lusi pil[a] cum cardinali, Pighino, Vasionensi etc. usque ad horam 18.

W Hora autem 19. fit congregatio theologorum, in qua incipitur examinatio 224r
trium sacramentorum, videlicet de extrema unctione, de ordine et de matrimonio, proponunturque super extrema unctione duo articuli, super ordine sacro quattuor, super matrimonio sex, qui asseruntur a Lutheranis¹. Super quibus hodie loquuntur quinque, 35
videlicet Don Hercules Mantuanus, canonicus regularis S. Salvatoris Bononiae, fr. Petrus Paulus de Aretio, doctor ord. Praed., fr. Ricardus Cenomanus Gallus, ordinis Minorum de observantia, fr. Ioannes Antonius Delphinus, regens Paduae, magister ordinis s. Francisci Conventualium, et fr. Augustinus de Montealcino Senensis, ordinis s. Augustini. Deinde solvitur congregatio hora 23., cui prae fuit Rm^{us} D. card. S. Crucis, interfuerunt 40
24 praelati et ultra 80 theologi et magistri.

30. Aprilis, Sabbati.

W Hora 19. huius fuit congregatio theologorum super eisdem articulis sacramentorum extremae unctionis, ordinis et matrimonii, super quibus loquuntur hodie sex,

a M. s. Bisdomini. b alio atramento insertum in lacuna. c in margine additur haec instructio pro scriptore: Ponatur in actis summarium disputationum sup[er]scriptarum. d sic.

1 Cf. supra ad 26. Aprilis, p. 645, l. 30 ss. et adn. 1.

videlicet fr. Hieronymus Bononiensis ordinis Servorum, Don Iacobus Laynes Hispanus societatis Iesu, fr. Paduanus Barletanus ord. s. (Francisci Convent.)a, frater Alexander de Bononia ord. s. Augustini, frater Ioannes de Corregio, regens Bononiae ord. Convent. s. Francisci, et Don Hercules Mantuanusb canonicus regularis S. Salvatoris Bononiae, qui heri loquutus est super extrema unctione, et hodie super ordine. Deinde hora 23. solvitur congregatio, cui praefuit Rms D. card. S. Crucis, interfuerunt 22 praelati, et theologi ultra 60 etc.

Rm DD. legati scripserunt ad R^mum D. card. Farnesium, mittentes copiam decreti nonae sessionis celebratae hic Bononiae 21. Aprilis praesentis, et copiam litterarum ex Tridento 22. datarum etc.

Rms £) Card. de Monte reversus est Bononiam e S. Michaeli in Bosco.

I. Maii, Dominica, 1547. Bononiae.

Rms jj) card. de Monte reversus est [ad] S. Michaeli in Bosco, quia Red. d.e propos[iti]s.

Animus meminisse horret.

----8 fit rector universitatis. Hoc anno fuit D. ---- e Hispanus.

Fui cenatum] cum Mag^o D. equite della Volt[a].

Discessit ex Bononia D. archiepiscopus Spalatensis Romam versus i.

2. Maii, Lunae.

Hora 19. fuit congregatio theologorum super examinatione eorumdem artium de sacramentis extremae unctionis, ordinis et matrimonii, loquunturque quinque, videlicet frater Georgius a S. Iacobo Portugallensis ord. Praed., fr. Ioannes Consilii Gallus, doctor Parisiensis ord. Min. de observ., fr. Augustinus de Montealcino ord. s. Augustini — qui die 29. praeteriti mensis loquutus fuit super sacramento extremae unctionis, hodieque loquutus est super ordine —, fr. Thomas de Sanmarino ord. Servorum, et frater Petrus Paulus de Potentia ordinis s. Francisci Convent. Deinde solvitur congregatio hora 22. cum dimidia, cui praefuit Rms D. card. de S. Cruce, interfueruntque 22 episcopi et multi doctores et theologi.

Rm DD. legati receperunt litteras a D. episcopo Lucerino, gubernatore Anconitano, 29. praeteriti mensis Anconae datas, in quibus significat Tuream hoc anno nihil esse facturum quoad bellum, neque navale neque terrestre², ut habuit e Ragusio.

Quibus litteris Rm legati responderunt gratias agentes etc., et quod in concilio procedatur ad examinationem materiarum expediendarum in futura sessione etc.

Fui hora 16. ad S. Michaeli in Bosco ad R^mum D. card. de Monte, ut superscriptas litteras obsignaret etc., retulique, in congregatione R^morum deputatorum cardinalium

a corr. ex s. Aug. b sequitur vox non clara: Do. vel Don vel Bon. c nescio quomodo supplendum sit.
d sequebantur verba quae ita deleta sunt, ut legi vix possint (B. N. J. Ti^o hora 3. noc[tis]?).
e lacuna in cod. f corr. pro Gaspar de Valentia regens Bon.

1 Rainerius 1. c. (cf. p. 630, adn. 1) f. 145r refert hoc die venisse nuntium, »come Mr Ludovigho, figliolo dei Mag^o Guaspare da le Arme lo menavano prexon a Venetia, el quale era prexon a Milano«, custoditum a plus trecentis equitibus et peditibus Venetis. Deinde ad 17. Maii narrat (f. 145v): »Vene la nova come la signoria di Venetia avea fatto taiare la testa a Mr Ludovigho da le Arme, e la tagliano al sabato che fu a. di 14 detto.« Denique ad 20. Maii (f. 146r): »Morse Mad^a Aurelia, consorte di Mr Guasparo da le Arme e madre de Mr Ludovigho, da qualle se disse che fu chausa de la morte sua quando la seppe chel figliolo fu prexon in Milano, ma non seppe de la morte dei figliolo, che arebe aputo cento volte piu gran dolore. E questa M^a Aurelia fu sorella dei card. da Campezo.« Cf. supra p. 214, 1. 18 ss. et adn. 8; p. 263, 1. 35 ss. et adn. 7.

2 Serristorius, Florentinorum ducis apud Caesarem orator, 17. Ian. 1547 scripserat provocans ad relatio-

nem 1. Nov. 1546 datam: Tuream post cladem ei illatam reversum esse Constantinopolim; quod litteris 26. Ian. datis confirmabat (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 437, adn. 2). Sed eodem fere tempore (2. Febr. 1547) Mortier, Gallorum regis orator in curia Romana, scribebat regi: »Lon tient par deca commun... que le Grant Seigneur arme en grant puissance par mer et par terre« (*Friedensburg* 1. c. p. 644, 1. 32 ss.). Quod repetebat Dandinus, nuntius degens apud eundem regem, 29. Martii: »ch>el Tureo verra ad ogni modo et che mettera l'imperatore in gran travaglio« (ibid. p. 672, 1. 20 s.). Denique Farnesius in litteris ad Poggium in Hispania apostolici nuncii munere fungentem 5. Aprilis datis ait periculum a Turea imminere, qui strenue terra marique bellum paret • secundum relationes e Venetis acceptas, »et par che accennino per terra contra la Ungaria et Viennae (ibid. p. 535, 1. 30 s., 40 ss.). Quae spes — neque Gallis neque Italis adeo ingrata — evanuit illo nuntio; cf. infra ad 7. Iunii.

Romae super rebus fidei conclusam esse, ut concilium hic Bononiae suum habeat progressum, et quod pontifex ea die, qua recessit ex Urbe praeteriti mensis versus Viterbium, [cum] denuo molestaretur ab Illm^e D. Didaco a Mendocia oratore Caesareo, ut concilium Tridentum reverteretur, id quod instantissime nomine Caesareo peteret neque rationibus S. Stls acquiescere vellet, pontificem respondisse, quod Caesar volebat concilium reverti 5 Tridentum, et ipse volebat quod permaneret Bononiae, ubi nunc est. Cumque iterum impeteretur pontifex ab ipso Illmo D. Didaco, S. Stm replicasse, quod Caesar debebat meminisse, quod non S. M⁴ Caesareae neque imperatori dictum fuerit a Christo: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam*¹, sed Petro et pontificibus successoribus. Quo dicto terga dedit et recessit a conspectu ipsius D. oratoris Caesarei². 10

225*

3. Maii, Martis.

In die s. crucis mane hora 10. pertransivit Bononiam Ambrosius³ cursor, qui re vertitur ex Germania a D. Verallo nuncio apostolico, cum litteris ad Rm^s legatos 23. datis, in quibus significat imperatorem adhuc esse firmi animi, ut concilium Tridentum revertatur, adducique non potest, <ut credat quod>b eo tempore, quo translatio concilii facta est, Tridenti fuisse* punctulas, propterea quod cum pontifice et Rm^s legatis magna 15 sit concitatus ira, minaturque in specie cardinalem S. Crucis, cui totum negotium translationis tribuiti etc.

Rmⁱ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes copiam litterarum D. Veralli, et respondentes ad tria capita ipsarum litterarum, quibus imperator dicit Tridenti non fuisse petechas, loci nominationem et assecurationem pertinere ad S. M^{tem}, tertio 20 quod legati practica usi sint in ipsa translatione. Quae omnia falsa esse ostenderunt Rmⁱ legati, ut patet in litteris.

Scripserunt item ad card. Sfondratum de transitu dicti cursoris per D. abbatem S^{ic} Salutis⁵.

Item ad card. Polum de transitu hinc ipsius abbatis, qui proficiscitur in Germaniam 25 ad Caesarem, missus ab ipso Rm^o card. Polo ex Urbe ob res Anglicas.

Rmⁱ DD. legati per eundem cursorem receperunt litteras D. Veralli 25. <Aprilis>d datas⁶, in quibus scribit, quod nocte diei illius praeterita dux Saxoniae rebellis imperatori captus fuerit in bello a S. Caesarea Mte una cum duce Bransvicensi et multis aliis, et exercitus suus profligatus et ex eo mortuos ultra 150^b homines, non longe a flumine 30 Albi prope villam Pausene⁷. Deo gratiae referendae sunt, cum ipse dux Saxo Lutheranorum caput sit, et mentem Caesaris inspiret, ut omnia ad fidei exaltationem vertat.

Scripserunt Rmⁱ DD. legati ad Rm^{im} card. S. Angeli Placentiam, mittentes copiam dictarum litterarum de captura ducis Saxonis.

Item ad D. Mignanellum episcopum Lucerinum, gubernatorem Marchiae, cum 35 simili copia.

Item ad archiepiscopum Beneventanum, legatum apud Venetos, cum eadem copia.

Qua de causa fui ad S. Michaelen in Bosco cum Rm^o de Monte tota die, et cum Rm^o S. Crucis usque ad 2. noctis.

4. Maii, Mercurii.

Hora 19. fuit congregatio theologorum super eisdem tribus sacramentis, 40 loquunturque hodie quinque, videlicet (frater Vincentius de Placentia)⁶ ord. Praed., fr. (Ithomas de la Pergula)⁶ ord. Convent., Don Alfonsus Salmeron Hispanus socie-

¹ sic. ^b in marg. add. ^c sic (S. Salvatoris? Salutiarum?) ^d add. supra lin.
^e nomina alio atramento in lacuna inserta sunt.

¹ Matth. 16, 18. ² Raynaldus ad a. 1547, n. 78.

³ Ambrosius Sartus, magister postarum Bononiensis, cf. infra ad 24. Iulii.

⁴ Cf. supra ad 12. Aug. 1546 (p. 567, l. 1 ss. et adn. 1). — Cf. Raynaldus ad a. 1547, n. 78.

⁵ In diario VI commemoratur Bartholomaeus abbas de Salutiis inter eos, qui creabantur camerarii et cubicularii a Iulio III.

⁶ Litterae, quas de eadem re Verallus scripsit ad

Farnesium, perierunt, cf. Friedensburg, Nuntiaturban. IX, 547, adn. 2. Sed et illae, quas ad legatos dedit, non videntur iam superesse; saltem v. cl. G. Buschbell, qui huius temporis epistularum praeparat collectionem, se eas invenisse negavit. — Aliae litterae Veralli ad legatos 23. Aprilis datae excerpuntur ibid. p. 546, adn. 1 et p. 547, adn. 1.

⁷ Quae villa intellegatur, litteris Veralli deperditis difficile est dictu.

tatis Iesu, fr. (Thomas de Foliano)^a, ord. Minorum de observ., fr. (Gaspar de Valentia regens Bononiae)³, ord. s. Augustini. Deinde solvitur congregatio hora 23., cui prae fuit Rm^lSD. card. S. Crucis, et interfuerunt 23 praelati et multi doctores et magistri etc.

Fui ad Rmm D. card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco pro litteris ad card. 5 Farnesium scribendis etc., mane hora 10. usque 13.

5. Maii, Iovis.

225v

Mane hora 10. fui ad Rm^l D. card. de Monte pro litteris ad card. Farnesium scribendis super excusatione, quod praelatas non fecerint in translatione, imo pars ad versa etc. Pransusque ibi fui cum S. Rma Dne et episcopo Britonoriensi.

ts* Hora autem 19. fuit congregatio theologorum super eisdem tribus sacra- 10 mentis, loquunturque sex, videlicet fr. Franciscus Salazar Hispanus ord. Minorum de observ., fr. Antonius de Pinarolo, ord. Convent. s. Francisci, fr. Hieronymus de Sala- manca ord. s. Augustini, fr. Franciscus Visdomini Ferrariensis ord. s. Francisci Convent., fr. Ioannes de Colle regens Perusii ordinis s. Francisci Convent., et D. Gentianus Her- 15 vetus Gallus, familiaris Rm^l cardinalis S. Crucis. Deinde hora 22. cum dimidia solvitur congregatio, cui praefuit Rm^ls D. cardinalis S. Crucis, interfuerunt 19 episcopi et patres et magistri quamplurimi.

Fui ad gubernatorem Bononiae, cui commendavi archiepiscopum Materanum pro exemptione portarum etc.

6. Maii, Veneris.

'ts' Hora 19. fit congregatio (theologorum)' super eisdem tribus sacramentis, 20 loquunturque hodie quinque, videlicet fr. Maurus de Ravenna, canonicus regularis S. Sal- vatoris, D. Claudius Zaius Sabaudiensis, alias Tridenti procurator Rm^l D. Otthonis car- dinalis Augustensis³, fr. Ioannes Baptista Moncalvius ord. s. Francisci Convent., fr. (Clemens de Florentia)⁶, eiusdem ordinis Conventualium et Don Petrus Canisius, Ger- 25 manus, societatis Iesu. Deinde solvitur hora 23., cui congregationi 18 episcopi inter- fuerunt multique theologi, praefuitque Rm^ls D. card. S. Crucis etc.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad Rmm D. card. de Monte pro scribendis litteris ad Urbem etc., sed nihil fieri potuit.

Prohibuit . . . f (Esto memor)^g.

7. Maii, Sabbati.

Hora 19. fit congregatio theologorum super eisdem tribus sacramentis, 30 loquunturque quattuor, videlicet fr. Philippus Brascus Faventinus, ord. Convent. s. Fran- cisci, fr. Nicolaus Gaudis, Gallus, doctor et lector Parisiensis (ordinis Minorum de ob- serv.)⁶, fr. (Christophorus Bagnocavallus)^h ord. Convent., et fr. (Cherubinus de Cassia)^{tt} doctor ord. s. Augustini. Deinde cum nemo alius loqui vellet, imponitur finis exami- nationi praedictorum sacramentorum', et ex consequentia pro nunc his congregationibus 35 theologorum, qui commendantur et laudantur a Rm^l D. cardinale S. Crucis praesidente, qui semper supradictis congregationibus praefuit.

Rm^l DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod sit perfecta exami- natio sacramentorum, ut supra, et quod incipient congregationes praelatorum, supra quibus 4° desiderant scire mentem S. St^s, proponentes tres modos procedendi, videlicet: progredi quantum fieri potest; nihil fieri; vel media incedere via ad promulgationem sacramenti eucharistiae, quik Tridenti a theologis et praelatis discussus est¹ etc.

8. Maii, Dominica.

226*

Fui mane ad Rmm D. card. de Monte pro congregatione die crastina habenda etc., ut canones sacramenti eucharistiae legantur et detur copia patribus etc.

Vacavi his formandis canonibus etc.

^a nomina alio atramento in lacuna inserta sunt. ^b sic? ^c corr. pro generalis.
hic iteium in cod. ponitur procurator. ^e alio atramento in lacuna insertum, idemque mihi videtur
de nominibus Mauri de Ravenna et Canisii. ^t prohibuit rursus deletum, et pariter deleta aliqua verba (dimi-
dium lineae) siglis conscripta, quae amplius legi non possunt. ^e add. in marg. ^h alio atramento add.
m lacuna. ^l in margine additur: Ponantur in actis summar[ia]. ^k sic.

¹ Litterarum Cervini ad Maffeam privatarum particula est apud G. de Leva, Storia IV, 324, adn. 6.

Concilium Tridentinum. I.

9. Maii, Lunae.

W Hora 12. fit congregatio generalis, in qua post celebratam missam de spiritu sancto et lectam solitam orationem per Rm'm D. card. de Monte ipse Rm's cardinalis proposuit patribus, qualiter absoluta examinatione omnium sacramentorum in congregationibus theologorum necessarium est, ut et patres ipsi super eis dicant sententias suas. Sed quoniam sacramentum eucharistiae fuit plene examinatum Tridenti a theologis et patribus, ante omnia videtur nobis sacramentum ipsum absolvendum esse. Itaque formati sunt super dicto sacramento eucharistiae quidam canones, qui statim legentur per D. secretarium, et dabitur eorum copia Vestris Dominationibus, ut postea super eis dicant suas sententias. Qui canones proponuntur non quasi sint omnibus numeris completi, sed ut patrum iudicio limentur et aptentur. Prohemium autem omittitur, cum apte formati non possit, nisi prius canones omnes, qui aedendi sunt in sessione, concipiantur. Examinatis his canonibus a Dom'ta V is, proponuntur alii canones super reformatione, ut omnes intelligant nos in utraque materia (ut hactenus Tridenti factum est) procedere velle. Deinde revertemur iterum ad sacramenta, quorum eam partem expediemus, quae pro temporis opportunitate licebit.

Postea ipse Rm's D. cardinalis iussit, ut ego legerem canones. Quos ego 4 egi; qui septem sunt super dicto sacramento, ut in actibus congregationum mearum a videre est.

Postremo Rm's D. card. S. Crucis reddidit rationem patribus, quare in his canonibus formandis omissus sit unus articulus, qui una cum propositis a theologis Tridenti examinatus fuerat, scilicet quod tantum sumatur sub una, quantum sub utraque specie. Qui articulus ideo omissus est, quia theologi in eo varii fuerunt, licet omnes quoad sacramentum concordaverint, quod videlicet tantum sacramenti sub una specie sumatur, quantum sub utraque, sed quoad gratiam non adeo concordarunt, cum aliqui voluerint plus gratiae sumi sub utraque quam sub una specie, aliqui vero contrarium senserunt; patres tamen perpendere poterunt, an expediat dictum articulum diffinire.

Deinde solvitur congregatio hora 13. cum dimidia, cui praefuerunt ipsi duo Rm legati, nec non interfuerunt 27 praelati, scilicet quattuor archiepiscopi: Corcirensis, Materanus, Naxiensis, Armacanus, et 23 episcopi, videlicet Asculanus, Feltrensis, Aciensis, Iserniensis, Militensis, Sibinicensis, Vasionensis, Grossetanus, Maioricensis, Veronensis, Vorstius, Salutarum, Vigorniensis, Thermularum, Caprulanus, Mylensis Ferrettus, Corsulanus, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, (Fam augustensis)', Alyphanus, et generales s. Francisci Conventualium et Servorum, ac abbas Chrysostomus, abbreviator, promotor.

Datur hodie copia supradictorum canonum de sacramento eucharistiae patribus etc., cui vacavi.

Rm DD. legati scripserunt Romam ad card. Farnesium de congregatione hodierna, quid in ea factum, et quod in primis S. S^{us} debet procurare, ut executioni demantentur decreta huius concilii, praesertim Romae, et mandare ut idem fiat a legatis provinciarum et Galliae et Germaniae.

226v

10. Maii, Martis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Sfondratum, legatum apud imperatorem, mittentes ei copiam litterarum, quas scripserant cardinali Farnesio super his, quae scribebantur a D. Verallo 23. Aprilis et addiderunt, quod practicae fierent a parte alia etc., et mittentes copiam decreti praeteritae sessionis.

Item ad D. Verallum archiepiscopum Rossanensem, nuncium apud imperatorem, mittentes ei copiam litterarum praefatarum, quas scripserant Romam 1 etc.

Datur copia dictorum canonum de sacramento eucharistiae praelatis etiam hodie etc.

11. Maii, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum in commendationem episcopi Chironensis pro pensione 50 aureorum, quam solvere tenetur episcopo Castellane[n]si.

a sic. b M s. postrea. c add. in marg. d deleta, ut aegre legi possint: B. imp[ie] [se] gess[it] i[n] ca[usa]/J S. extra pub. cum N. Nota, quia agitur de re etc. e sic. f iterum deleta est dimidia pars lineae; videntur scripta fuisse haec: Dignus omni laude, inde enim(P) gr[at]iae agenda sunt in perpetuum.

1 Sed cf. infra (p. 651, l. 22 s.) ad 12. huius mensis.

Receperant litteras a Rmo cardinali S. Angeli, gratias agentis" de litteris, quas scripserant de captura ducis Saxoniae etc.

Receperunt litteras ex Urbe 7- datas, sed non communes etc.

12. Maii, Iovis.

^ Hora ii. fuit congregatio generalis, in qua post lectam orationem de spiritu sancto per Rmum D. card. de S. Cruce (quia chiragra laborabat card. de Monte) et celebratam prius missam eiusdem sancti spiritus rogatae sunt sententiae super canonibus propositis de sacramento eucharistiae, de quibus in ultima congregatione praecedenti. Super quibus dixerunt sententias suas 12 praelati, videlicet 4 archiepiscopi: Corcirensis, Materanus, Naxiensis et Armacanus, et 8 episcopi, videlicet Asculanus, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Iserniensis, Sabinicensis, Grossetanus, Maioricensis. Deinde hora 14. solvitur congregatio, cui praefuerant duo Rmi legati et interfuerunt 29 praelati, videlicet 4 archiepiscopi nominati, et 25 episcopi, videlicet 8 praefati et Vasionensis, Vorstius, Salutarum, Veronensis, Thermularum, Vigorniensis, Mylensis Ferrettus, Sebastensis, Bellicastrensis, Bituntinus, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Famagustensis, Caprulanus, Alyphanus, Minoricensis et Don Chrisostomus abbas ac duo generales, Conventualium et Servorum.

Fui prans[um] cum Rm D. episcopo Feltrensi et Armacano apud D. heltrensem.

Rmi DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum, mittentes copiam litterarum Veralli 29. praeteriti mensis prope Vittembergam b ad 3 leucas damarum]1.

20 Item similes ad D. Mignanellum, vicelegatum Marchiae, cum simili copia litterarum.

Item ad vicelegatum Romandiola in commendationem D. promotoris concilii.

Item ad card. Sfondratum, legatum apud imperatorem, quae litterae fuerunt illae, de quibus supra die 10. sub ea dat[a], retentae usque ad dat[am] crastinam 13.

Idem [factum est] de litteris D. Veralli, cui diriguntur et illae Rmi Sfondrati etc.

25 Quae omnes litterae diriguntur D. Laurentio Bordonio magistro cursorum Tridenti?, cui scribunt Rm DD. legati commendantes has litteras.

Ego nomine Rmi card. de Monte subscripsi omnes suprascriptas litteras, cum ipse laboraret chiragra.

13. Maii, Veneris.

^ Hora 11. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de eucharistiae sacramento, super quibus loquuntur - - c, videlicet a Rm DD. Vorstio usque ad Venusinum. Cui congregationi praefuit Rm D. card. S. Crucis, laborante podagra et chiragra Rm D. cardinali de Monte, interfuerunt omnes ii, qui in hesternae congregatione nominantur, exceptis Militensi, Grossetano et Bituntino, ac abbas et generales praefati. Solvitur congregatio hora 14. etc.

35 Fui ad Rm DD. Chironensem et Bituntinum non bene valentes pro eorum sententia super canonibus.

14. Maii, Sabbati.

Hora 11. fit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones sacramenti eucharistiae, loquunturque sex, videlicet Bituntinus, Britonoriensis, Aquensis, Famagustanus, Alyphanus, Minoricensis. Deinde solvitur congregatio hora 14., cui praefuit Rm D. card. S. Crucis, et interfuerunt omnes suprascripti episcopi, exceptis Grossetano et Nobilibus.

40 Rm DD. legati scripserunt ad Rm card. Farnesium de congregationibus super examinatione canonum de eucharistia etc., et in commendationem Rm D. Ferretti, et quod hodie applicuerit episcopus Bononiensis huc. Subscripsi pro Rm de Monte 45 has litteras.

a sic.

h cod. Vittembergam.

c lacuna pro numero.

1 Epistulae hoc tempore a Verallo ad Farnesium missae desunt, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 547» adn. 2. Num etiam epistulae legatis datae desiderantur nescio.

2 Qui saepius occurrit in diario I, ex. gr. p. 209, 42; p. 268, 1. 19. Cf. *Jos. Rubsam*, Aus der Urzeit der Taxis'schen Posten, in calce libri »Johann Baptista von Taxis« (Freiburg 1889) p. 199.

15. Maii, Dominica.

"Post prandium fui ad DD. Claudium]1, Iac[obum] 2 et Alfonsum] 3 societatis Iesu, quibus ostendidib censuras super canonibus de eucharistia, quas censuras discussimus per 4 horas, id quod retuli Rmo domino meo.

16. Maii, Lunae.

ts» Hora II. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones sacra menti eucharistiae, loquunturque abbas Chrisostomus congregationis Cassinensis, et gene rales s. Francisci Conventualium Costacc[iariu]s, et Servorum D. A[ugustinus] Bonucius. Et ita perficitur examinatio dictorum canonum, solviturque congregatio hora 14. cum dimidia. Cui praefuit Rmus D. card. S. Crucis, interfueruntque iidem praelati, qui supra die 12. nominantur, exceptis Militensi, Grossetano, Sebastensi, et abb[as] et generales, et episcopus Bononiensis.

Post prandium fui ad S. Michaellem in Bosco ad Rmm D. card. de Monte, qui hoc mane illuc accesserat, loquutusque sum de modo discutiendi censuras datas de canonibus, videlicet quod fiat in congregationibus praelatorum theologorum, ut hactenus Tridenti factum est in aliis dogmatibus etc.

17. Maii, Martis.

W Hora 11. fit congregatio praelatorum deputatorum theologorum in domo Rm D. cardinalis S. Crucis, secundi sacri concilii praesidentis, pro discussione et aptatione censurarum consideratarum in generalibus congregationibus super canonibus eucharistiae. Oui deputati fuerunt | Rd DD. archiepiscopi Naxiensis et Armacanus, et Rd DD. episcopi Veronensis coadiutor, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Mi noriensis, D. Chrisostomus abbas congregationis Cassinensis et DD. generales ordinum, quorum nunc praesentes sunt Bononiae s. Francisci Conventualium frater Bonaventura Costacciarus, et frater Augustinus Bonuccius Servorum. Deputati autem sunt omnes generales, item episcopi Aciensis et Chironensis, qui paululum nunc aegrotant, propterea abfuerunt. His igitur proponuntur censurae super 1. et 2. canonibus, qui aptantur et reformantur, ut est videre in meis notationibus. Solvitur deinde congregatio hora 14.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium 4 mane hora 15., mittentes litteras D. Veralli, quas receperant ex Germania ab exercitu Caesareo 5. huius datas, quibus significabat Caesarem esse in obsidione Virtimbergae, ubi est filius capti ducis Saxoniae etc.

In sero autem scripserunt fusius ad dictum card. Farnesium in responsionem suarum 12. Romae datarum, heri sero receptarum, quibus ipse cardinalis nuntiabat mentem pontificis esse, ut hic in concilio celebraretur missa solemnis pro anima regis Franciae, et alia^a de spiritu sancto pro reddendis gratiis Deo pro victoria Caesarea de captura ducis Saxoniae etc. Quid autem Rm Domini respondeant, vide in minuta.

Rmus cardinalis S. Crucis fuit ad S. Michaellem in Bosco hora 17. ad card. de Monte propter dictas litteras expediendas etc.

18. Maii, Mercurii, vigilia ascensionis, Bononiae.

Hora 19. cum^a dimidia fiunt vesperae propter vigiliam ascensionis. Peregit sacra R D. episcopus Sabinicensis, interfuerunt Rm's D. card. S. Crucis (laborante chiragra et podagra Rm D. cardinali de Monte) et omnes praelati conciliares etc.

R"" DD. legati receperunt litteras a D. Dandino episcopo Imolensi, nuncio apostolico apud regem Galliae, 4. datas Parisiis, quibus significat quod rex novus adhuc firmi aliquod non decreverat de rebus concilii etc. Misit litteras cum his ad card.

a *deletum* Mane L . . . Cato, honeste se gessit.

b *sic*.

* Jaium. 2 Laynez. 3 Salmeron.

Quarum litterarum *Friedensburg* (Nuntiatgeber. IX, 552, adn. 1) ait extare exemplar originale in ta bulario Vat. *Carte Farnes*. I.

5 Litteras eodem die ad Farnesium datas v. apud *Friedensburg*. 547 ss., n. 155. Manelli liber pecun. f. X X II: »A Marco de Cesconia Genovese corriero scudo uno d'oro per riporto d'un plico di lettere di Monsr Verallo.«

Farnesium, quas R¹ DD. legati miserunt Romam cum una ex suis etc., quas pro utroque ego subscripsi.

ts» "Hora 21. post peractas vespas in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt omnes patres concilii, facta fuit congregatio generalis in loco solito, cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis, qui proposuit patribus, quod cum mos fuerit sacri concilii dum Tridenti essemus, quod in obitu alicuius magni principis, ut fuit Annae, uxoris Regis Romanorum ¹, et uxoris principis Hispaniarum ², imperatoris filii, celebrarentur publicae exequiae a patribus concilii, videlicet ut celebraretur una missa, in qua oraretur Deus pro eorum anima, et nunc acciderit obitus cla[rae] me[moriae] Francisci regis Gallorum, esset etiam nunc pro eius anima orandum et publica missa celebranda. Quae hactenus a nobis celebranda minime propositum est, cum adhuc intellexerimus exequias in regno illo ab ipsomet regis filio non fuisse celebratas, quas tandem ¹². huius celebrandas esse nobis significatum est. Quod cum allatum nobis fuerit, visum est decens et opportunum, ut etiam nunc a nobis dictae exequiae fiant. Igitur, si placet D^{ntus} Vestris, fieri poterunt die Veneris proxime futuri", in qua unus ex patribus missam pro defunctis celebrabit, et si placet, etiam quilibet privatim orare et celebrare posset.

Item quoniam idem mos fuit, dum Tridenti essemus, ut pro felicibus successibus Caesaris belli gratias Deo redderemus, cum Caesar ipse militet pro christiana nostra religione adversus Lutheranos haereticos, videretur etiam nobis necessarium et valde decens, ut etiam nunc gratias Deo ageremus pro foelicissimab victoria, quam Deus ipse dare dignatus est Caesareae S. Mu, ut profligaverit prostraveritque exercitum ducis Saxoniae, et ipsum ducem captivum fecerit, qui dux Lutheranorum haeresis maxima causa fuit et origo³, eosque continuo fovit et aluit. Qua de causa solum Deum hanc victoriam (quae ²⁵. mensis (Aprilis praeteriti)⁰ in Germania prope flumen Albis non longe a Wittembergad habita est) concessisse, ut qui causam suam non dereliquerit. Celebranda ergo esset missa de spiritu sancto, quod fieri possit die proximo dominicab ²². huius. Super quibus patrum sententias rogavit.

Ab omnibus unanimiter probatum est, quod dixit R^{ms} D. card. S. Crucis, et huius modi missae celebrentur. Deinde R^{mf} ipse cardinalis nominavit pro his missis celebrandis R^{ds} DD. episcopos Asculanum pro prima et Maioricensem pro secunda. Quae nominatio similiter ab omnibus probata est.

Solvitur postea congregatio hora 22. circiter, cui congregationi interfuerunt ipse R^{ms} card. S. Crucis praesidens, et archiepiscopi Corcirensis, Materanus, Naxiensis et Armacanus, ac episcopi Asculanus, Aciensis Nobilibus, Feltrensis, Militensis, Iserniensis, Sibinicensis, Chironensis, Bononiensis, Grossetanus, Veronensis, Aquensis Vorstius, Vasionensis, Vigorniensis, Caprulanus, Thermularum, Salutiarum, Maioricensis, Sebastensis, Bituntinus, Venusinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Famaugustanus, Alyphanus et Minoriensis, item Don Chrisostomus abbas congregationis Cass[inensis] Calaber, ac generales Conventualium et Servorum.

19. Maii, Iovis, in die ascensionis Domini.

228v

⁴ Fuit missa solemnis, quam celebravit R^{ds} D. episcopus Sibinicensis, habuitque orationem venerabilis sacrae theologiae magister Don Hercules⁰ Mantuanus, canonicus regularis S. (Ioannis Lateranensis)f. Interfuerunt R^{ms} D. card. S. Crucis et omnes qui heri in congregatione praesentes fuerunt, exceptis Bononiensi et Sebastensi, qui fuerunt in ecclesia cathedrali ad divina celebranda, cum unus sit episcopus civitatis huius, alter suffraganeus, et episcopo Grossetano propter podagra, addito episcopo Satrianensi, gubernatore huius civitatis. DD. antiani et magistratus omnes Bononienses venerunt comitatum R^{ms}

a hic iteratur titulus 18. Maii etc., ut supra, et incipit novus quinternio f. 21 hv incepta erat relatio de ig., quae repetitur infra. b sic. c corr. supra lineam, d cod. Wirtemberga. e illud fragmentum f. 22jv (cf. adn. a) addiderat in marg.: Gonzaga. corr. pro Salvatoris Bonon.

1 Cf. hoc diarium ad 8. Febr. 1547, supra p. 610, l. 32 ss.

2 In diario I ad 10. Aug. refertur eius mors, de exequiis pro ea habitis nil dicitur, sed ad 6., 7., 8., 9. Augusti describuntur festivitates ob natum filium principis Hispaniarum celebratae.

3 Non Ioannes Fridericus, qui inde ab a. 1532 dux elector fuit, haeresis Lutheranae causa et origo — si omnino principem Lutheri fautorem ita appellare licet — dici potest, sed eius patruus Fridericus cognomento Sapiens (*1486— 1525). Itali non ita bene personas vel nomina Germanorum distinguebant, cf. infra p. 656, l. 31,

DD. legatos usque ad domum Magd D. Bartolomei equitis de la Volta, ubi ad praesens, D^o S. Rma moratur, tam eundo ad ecclesiam quam redeundo, una cum gubernatore etc.

Fui pransum cum Rd D. archiepiscopo Materano, Trifjone], Cl[audio] de la Ca[sa], episcopo Aquinatensi etc., et cenat[um] cum D. Hieronimo Baio, secretario magistratus 40 Bononiensis, Trifone, Cl[audio] de la Ca[sa] etc.

5

20. Maii, Veneris.

^A Fiunt exequiae pro Chr^o Francisco rege Galliae. Igitur celebratur missa sollemnis pro defunctis a Rd D. episcopo Asculano in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rma D. card. S. Crucis et omnes fere patres concilii, et haec missa celebratur ex deputatione sacri concilii, ut superius die 18. descriptum est. Interfuerunt item DD. antiani et magistratus Bononiensis etc.

10

21. Maii, Sabbati.

W Hora 11. fit congregatio praelatorum theologorum super eisdem censuris aptandis in canonibus sacramenti eucharistiae, discutiunturque censurae super 3. et 4. canonibus, qui concluduntur et firmantur quoad ipsos theologos. Solvitur deinde congregatio hora 14., cui interfuerunt qui supra etc.

Rm DD. legati scripserunt ad R^{mo} D. card. Farnesium, quod missa heri 15 celebrata sit etc. pro rege Galliae, et cras pro victoria imperatoris, et quod expectamus, quod S^{ts} S. iubeat, quod fiat in proxima sessione etc. Quas litteras subscripsi pro R^o card. de Monte.

Fui ad S. Michaellem in Bosco pro litteris praefatis scribendis etc.

22. Maii, Dominica.

W Celebratur missa de spiritu sancto a Rd D. episcopo Maioricensi in ecclesia 20 S. Petronii pro victoria, quam Carolus V Caesar Augustus habuit contra ducem Saxoniae, adeo ut ipsum captivum ceperit et eius exercitum (prope flumen Albim)* profligaverit. Gratiae igitur redditae sunt Deo, qui tale beneficium christianis dedit, quod acerrimum hostem catholicae ecclesiae, nempe ipsum ducem Lutheranorum principem, e medio 229r substuleritb. Interfuerunt huic missae R^{mo} card. S. Crucis (laborante podagra R^{mo} j D. 25 cardinali de Monte) et omnes praelati conciliares et omnes magistratus Bononienses.

Post prandium fui ad S. Michaellem in Bosco ad R^{mo} card. de Monte pro litteris scribendis, de quibus infra, et pro ignibus faciendis hoc sero.

In sero fiunt ignes ante domum R^{mo} DD. legatorum et luminaria pro victoria Caesarea etc.

30

Rm DD. legati scripserunt ad R^{mo} D. card. Farnesium super exemptione praelatorum qui sunt in concilio a gabellis etc. Nam diebus elapsis D. gubernator huius civitatis Bononiensis edicto publico exemptos fecit omnes praelatos, qui sunt in concilio, a solutione qualiumcumque gabellarum etc., sed civitatis magistratus aliique (quorum interesse respiciebat) reclamarunt ad summum pontificem, qui mandavit revocari illud 35 edictum, ita ut episcopi ita solverent, ut ceteri cives et populares, idque mandatum est ipsi D. gubernatori per litteras Rm D. card. Moroni, huius civitatis legati, qui nunc Romae est. Quas litteras ipse gubernator ostendit ipsis Rm legatis. Grave nimis visum est Rm DD. legatis, quod praelati concilii ea lege astringantur in gabellis solvendis, qua caeteri quoque astringuntur, cum semper solitum est concilia omnia libera esse ab 40 omnibus solutionibus huiusmodi. Id quod tanto magis graviusb videtur, quanto, dum esset concilium Tridenti, liberi omnes episcopi fuerunt a quibuscumque cuiuscumque conditionis solutionibus et gabellis, imo multis aliis immunitatibus gavisi sunt¹, et tamen civitas illa in partibus externis sub externa iurisdictione est, et nunc in hac alma civitate Bononiae, quae sub dictione ecclesiae est, minus libere et angariis opprimantur episcopi 45 ipsi concilii, quod sine nota S. Stis fieri non potest. Quare ad card. Farnesium scripserunt, ut hanc rem significaret summo pontifici, qui de remedio opportuno provideret,

a add. in marg.

b sic.

¹ Utinam praelati hoc intellexissent, donec erant Tridenti! De contrario cf. diar. I ad 16. Iulii 1545, p. 218, l. 24 ss.

ne episcopi cum iniuria S. Bnis discederent hac arrepta occasione, et qui non venerunt remorentur, quasi Bononiam venire nolint, cum concilium hic liberum non sit¹, et nulla fruatur (ut iustitia expostulat et mos est) immunitate etc.

23. Maii, Lunae.

^{^i} Hora 11. fit congregatio theologorum praelatorum super eisdem censuris aptandis, et reformantur 5., 6. et 7. canones, et 8. fit novus, et sic perficitur examinatio dictarum censurarum, et dicti canones quoad ipsos theologos deputatos concluduntur atque firmantur, solviturque congregatio hora 15. Cui interfuerunt qui supra.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte super die crastina congregatione facienda, et non visum est fieri, sed quod praelati mittant pro exemplo canonum reformatorum, quod eis per cursorem significetur.

24. Maii, Martis.

229V

Datur copia praelatis canonum reformatum super sacramento eucharistiae, quod significatur eis per cursorem his verbis: Mittant Domini pro exemplo canonum reformatum secundum iudicium DD. theologorum, ut deinde concludi et terminari possint in congregatione generali etc.

15 Venit Bononiam episcopus Parentinus² etc.

25. Maii, Mercurii.

^A Mane hora 13. applicuit Bononiam R^{ms} D. Raynucius card. S. Angeli, nepos pontificis, veniens ex Placentia et proficiscens ad suam legationem Marchiae³. R^{mi} DD. legati concilii una cum omnibus praelatis iverunt ei obviam usque ad medium milliare extra portam S. Felicis etc.

20 ts» Hora 20. fit congregatio generalis, in qua proponuntur canones sacramenti eucharistiae reformati secundum censuras patrum a DD. theologis in eorum particularibus congregationibus, ut superius notatum est. R^{ms} D. episcopus Bituntinus reddidit rationem aliquarum censurarum, cur mutatae non fuerint, ne illi patres mirarentur, qui eas dederunt.

Deinde examinantur a patribus dicti canones, super quibus omnes dixerunt 25 sententias suas. Collectae sunt per me censurae et notationes, dictumque est a R^{mo} D. card. S. Crucis (qui solus huic congregationi praefuit), quod omnia considerabuntur in ipsis theologorum congregationibus, et si qua mutanda iudicabuntur, notabuntur, et omnia patribus referentur. Solviturque congregatio hora 22. cum dimidia, cui interfuerunt 29, videlicet archiepiscopi Corciensis, Materanus, Naxiensis, Armacanus et 30 episcopi Asculanus, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Bononiensis, Iserniensis, Sabinensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Vasionensis, Parentinus, Salutarum, Thermularum, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinas, Famagustensis, Alyphanus, Minoriensis, abbas Crisostomus, generalis s. Francisci Conventualium et Servorum.

35 R^{mi} DD. legati scripserunt ad R^{mm} D. card. Farnesium nunciantes adventum R^m D. card. S. Angeli, fratris sui, et quod actum hodie in congregatione.

26. Maii, Iovis.

Mane R^{ms} D. card. S. Angeli venit visitatum R^{ms} DD. legatos etc., et pransus in palatio civitatis etc.

Hora autem 20. R^{ms} D. card. S. Angeli recessit ex Bononia versus suam legationem 40 Marchiae; fuit sociatus a R^{mo} D. card. S. Crucis et omnibus praelatis concilii usque extra portam.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cui retuli, quoda hesterna congregatione acta fuerunt, quae hodie in comitando R^{mo} S. Angeli communi nomine, et quae cras agentur in congregatione privato theologorum.

230V

a sic.

¹ Qua libertate facillime omnium carere posset ² Ioannes Campeggius Bononiensis, cf. supra concilium, si alia libertas praebetur. Sed papa votis p. 587, l. 28 et adn. 4. praelatorum videtur respondisse: infra 16. Aug. 1547. » Cf. supra ad 14. Aprilis (p. 640, l. 12 ss.).

27. Maii, Veneris.

W Hora n. fuit congregatio particularis praelatorum theologorum super examinatione censurarum canonum sacramenti eucharistiae, quae censurae in ultima congregatione generali factae fuerunt. Et post longam disputationem canones iterum reformati sunt. Solvitur congregatio hora 15.; praefuit R^{mus} D. card. S. Crucis, et interfuerunt Naxiensis, Armacanus, Chironensis, Veronensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Brito- 5
noriensis, abbas Crisostomus, generalis Conventualium, generalis Servorum etc.
t;< Datur copia dictorum canonum reformatum DD. praelatis, ut in crastina congregatione generali concludi possint etc.

Hora 21. fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cui retuli quae hodie in congregatione particulari acta sunt, et quare crastina congregatio indicta sit. Lau- 10
davit omnia etc.

28. Maii, Sabbati, vigilia pentecostes.

Hora 11. fit congregatio generalis, in qua examinantur canones sacramenti eucharistiae novissime reformati in hesterna congregatione theologorum, et dixerunt omnes suas sententias, et omnes canones approbati sunt ab omnibus, excepto octavo, in quo haesitavit generalis Servorum solus, de fide praeeparante ad sumendam eucharistiam etc. 15
Ideo remissa est plena conclusio ad subsequentem congregationem. Praefuit R^{mus} D. card. S. Crucis, interfuerunt 25 episcopi, videlicet Antibarensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis, Armacanus archiepiscopi, et episcopi Tusculanus, Feltrensis, Aciensis, Militensis, Bononiensis, Sabinensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis, Vasionensis, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Salutarum, Thermularum, 20
Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Corsulanus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Famagustensis, Alyphanus, Maioricensis, abbas Crisostomus s. Benedicti, generales ordinum s. Francisci Conventualium et Servorum etc. Solvitur autem congregatio hora 15.

W Hora vero 19. fiunt vesperae propter vigiliam pentecostes; peregit sacra R^{mus} D. 25
card. S. Crucis, interfuerunt omnes praelati concilii. Celebrantur in ecclesia S. Petronii, ubi mos est, ut omnia divina a R^{mis} legatis et concilio peragantur.

230 V Eadem die. R^{mi} DD. legati scripserunt ad R^{mm} D. card. Farnesium 1, mittentes litteras D. nuncii apud Caesarem.

Receperunt litteras ex Germania a D. Verallo 15. in exercitu Caesareo 30
datas, quibus significat quod imperator dederit libertatem duci Ioanni Henrico a2 Saxoniae, his adiectis conditionibus: quod maneat in curia Caesarea vel principis Hispaniarum filii imperatoris; quod det omnia loca munita sui ducatus in potestatem Caesaris; quod reddat quod abstulit de bonis ecclesiarum et de aliis principibus; quod promittit se recepturum quoad religionem quod in concilio generali determinatum fuerit; quod cedit electoriam 35
imperii fratri³ suo Mauritio; quod de suis redditibus tantum quinquaginta millia florenorum habebit, caeteri regi Romanorum et fratri suo³; quod solvat ad praesens imperatori quingenta milia florenorum 4 etc.

29. Maii, Dominica, die pentecostes.

W Celebravit in ecclesia S. Petronii missam solemnem de spiritu sancto R^{mus} D. card. S. Crucis, secundus concilii praesidens, cui interfuerunt omnes praelati conciliares, 40
qui superius nominati sunt. Notandum est, quod episcopus Bononiensis praecedit omnes praelatos concilii, etiam archiepiscopos, licet ipse iure promotionis longe inferiori loco sedere deberet, et hoc factum est quia concilium celebratur in ecclesia sua, in qua episcopos omnes praecedit. Habuit sermonem R^{ds} s. theologiae magister fr. Franciscus Salazar Hispanus, ord. Minorum de obs. etc.

45

1 Harum litterarum exemplar originale existere ait *Friedensburg*, Nuntiatgeber. IX, 560, adn. 2, in tabulario Vat. *Carte Fam. es.* I.

2 Immo nomen est Ioannes Fridericus, cf. p. 653, adn. 3.

3 Immo sobrino suo.

4 Eadem fere Verallus eodem die scripsit Farnesio, quae litterae sunt apud *Friedensburg* I. c. p. 547> n. 155. De capitulatione quae dicitur Wittenbergica cf. *Wenck*, Hist. Zeitschrift XX (1868), 53—131.

Hora 19. fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cui retuli quae heri in hesterna congregatione acta fuerunt, et quod die crastina agitur de concione etc. Retulit³ novitatem ex Urbe et ex Germania de concordia Caesaris cum Saxone etc.

Fui pransum cum Bellicastrensi et secretario ducis Florentiae apud S. An[toniu]mb.

30. Maii, Lunae.

j Raus d Cornelius Mussus Placentinus, episcopus Bituntinus, habuit concionem in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rm^s D. card. S. Crucis, omnes praelati conciliares et DD. antiani et magistratus Bononiensis. Optime (ut solet) se gessit, loquutus de spiritu sancto et amore divino ¹.

Fui pransum cum R^o DD. archiepiscopo Corcirensi apud domum nobilem Bonfiliorum
10 in via S. Francisci.

2 Rm^o DD. legati receperunt litteras a Rm^o D. card. Farnesio per cursorem expressum
28. Romae datas, quibus significabat S. Stemesse voluntatis, ut haec proxima sessio³, pro
rogaretur usque ad mensem Augusti, non longe a festivitate b. Mariae virginis, id est
assumptione, hocque interim vacetur examinationibus et discussionibus materiarum tam
15 in dogmatibus, quam in reformatione, etiam quoad canones formandos⁴. (Item quod
imperialis orator Don Didacus a Mendocia petat a pontifice, ut si concilium non potest
redire | Tridentum, proponat S. S^o aliam civitatem Italiae, ut est Ferrara, Luca, Senae etc.
Item quod rex Gallorum agat de foedere inheundo³ cum pontifice et Venetis defensivo
pro tuenda Italia a quocumque⁵ etc. Quod ultimum scribit D. episcopus Masse-
20 tanus⁶ etc.

Qua de causa fui hora 21. ad S. Michaellem in Bosco et omnia contuli cum Rm^o
D. card. de Monte etc.)^o.

31. Maii, Martis.

^A Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua concluduntur et firmantur ca-
nones super sacramento eucharistiae propositi patribus 27. Maii ut stant. Cui con-
25 gregationi interfuerunt duo Rm^o legati cardinales de Monte et S. Crucis et 6 archi-
episcopi, videlicet Antibarensis, Corcirensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis et Arma-
canus, item 30 episcopi, videlicet Asculanus, Feltrensis, Aciensis de Nobilibus, Militensis,
Bononiensis, Iserniensis. Sibiricensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Aquensis
Vorstius, Sebastensis, Vasionensis, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Ieracensis, Salu-
30 tiarum, 7 hermularum, Caprulanus, Vigorniensis, Cavallicensis, Bituntinus, Corsulanus,
Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Famaugustanus, Alyphanus, Minoriensis, item
duo generales ordinum: Costacciarus ordinis s. Francisci Coventualium, et Bonucius
ordinis Servorum, item unus abbas, Don Chrisostomus Calaber, congregationis s. Bene-
dicti Cassinensis, item abbreviator, promotor etc. Solviturque hora 15. iam pulsata.

35 Venit Bononiam episcopus Mylensis iuvenis⁷ etc.

W Fit congregatio praelatorum iurisperitorum numero 9, videlicet Ma-
teranus, Feltrensis, Vasionensis, Parentinus, Pisauriensis, Vorstius, Salutiarum, Caprulanus,
Alyphanus, coram Rm^{is} DD. legatis, super sessione proxima futura celebranda, et con-
clusum quod prorogetur (quoad materias promulgandas)^d (ut per litteras significaverat
40 pontifex) ad 15. Septembris⁸, et quod omnia fierent in ecclesia solemniter servatis ser-
vandis. Fit congregatio hora 18., solvitur hora 21. etc.

a sic.

h sic? cod. An^o1.

c uncis includuntur in cod.

¶ in margine.

¹ Hic sermo non legitur in editione supra p. 234, adn. 2 allegata.

² Cf. *Raynaldum* ad a. 1547, n. 65; *Le Piat* III, 625 (paucis mutatis).

³ Quae 2. Iunii habenda erat, cf. infra p. 658, l. 30 ss.

⁴ Verallus 9. Maii scripserat Farnesio timendum esse, ne concilium nationale in Germania haberetur (*Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 555, l. 36 ss.), unde intellegitur Farnesii promptus ad cedendum animus.

Concilium Tridentinum. I.

⁵ Gallorum regis invitationibus respondere promptus erat pontifex occiso filio duce Placentino, cf. *G. de Le-va*, *Storia* IV, p. (319 s. 354.) 375 ss.

⁶ Bernardinus Maffeus, qui 12. Martii 1547 episcopus Massae maritimae factus erat; litterarum epitome apud *de Leva*, *Storia* IV, 319, adn. 4; 325, adn. 4.

⁷ Alias vocatur Graecus, Gregorius Castagliola, cf. supra p. 603, adn. I.

⁸ Litterae illae dixerant de mense Augusto, cf. ad 30. Maii l. 12/13 huius pag.

1. Iunii, Mercurii, 1547. Bononiae.

Congregatio generalis: Decernitur publicationem decretorum esse differendam.

23iv ^ Hora 10. fit congregatio generalis, in qua concluditur post longam disputationem, quod crastina sessio celebretur in ecclesia solemniter, ut moris est; in qua non publicatura aliquod decretum substantiale, videlicet vel sacramentorum vel reformationis, sed prorogetur haec expeditio ad futuram sessionem, quae indicatur ad diem Iovis post nativitatem b. Mariae virginis, quae erit 15. mensis Septembris proxime 5 futuri, cum potestate dictum terminum abbreviandi et prorogandi etiam in privata | congregatione ad beneplacitum sacrae synodi, et quod hoc interim non omittatur prosecutio discussionis et examinationis tam eorum quae ad dogmata quam ad reformationem pertinent. Quod idcirco factum est, ne ex hac necessaria prorogatione aliquod damnum reipublicae christianae inferatur. Quae prorogatio hac de causa facta est, ut habeatur 10 ratio imperatoris, qui adhuc perseverat in opinione, ut concilium Tridentum revertatur, et nullatenus consentire vult, ut suorum regnorum praelati Bononiam conveniunt, et ideo praelati Hispani et regni Neapolitani, qui Tridenti remanserunt post translationem, illinc discedere noluerunt et adhuc nolunt, ut Caesari satisfaciant etc. Facta etiam est prorogatio haec, quoniam materiae, quae publicandae erant ex decreto synodali in utraque 15 causa, tam dogmatum quam reformationis, adhuc digestae non erant, et licet esset paratum decretum super sacramento eucharistiae, non videbatur decens, ut super dogmate aederentur canones et super reformatione non, praesertim cum hactenus iste mos observatus semper fuerit Tridenti, et nunc Bononiae [in] civitate ecclesiae omittatur, quasi reformatio in terris ecclesiae negligatur. Accedit ad hoc, quod neque rex Gallorum 20 misit adhuc aliquem ex suis Bononiam, et brevi sperandum sit quod uterque princeps, imperator scilicet et rex Gallorum, concilio adhaereat, cum duo Rm D D. legati de latere ad quemlibet eorum missi fuerint x, quorum negotiatio adhuc incepta non est, et quorum opera sperandum est, ut concordia inter utrosque principes et concilium sequatur. Tandem approbato decreto, lecto per Rmum D. card. de Monte tenoris ut supra, solvitur congregatio hora circiter 15.

Rm D D. legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis in hodierna congregatione.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte ob quaedam verba decreti aptanda, prout feci etc.

232r

2. Iunii, Iovis, 1547. Bononiae.

Decima sessio concilii, sesunda Bononiae.

^ Mane hora 12. celebratur decima sessio, quae est secunda sacrae generalis 30 synodi Bononiensis, praesidentibus in ea eisdem S. R. E. cardinalibus et apostolicis de latere legatis, Rm s videlicet et Illms D D. D. Ioanne Maria episcopo Praenestino de Monte et Marcellus" tituli S. Crucis in Hierusalem presbytero. Convenientibus igitur in ecclesia S. Petronii in loco ad concilium celebrandum et sessiones" habendas deputato ipsis Rm s D D. praesidentibus et praelatis infrascriptis, R d s D. archiepiscopus Upsalensis celebravit 35 missam solemnem de spiritu sancto, qua absoluta Rm s D. card. de Monte primus praesidens peregit solitas ceremonias et legit consuetas orationes, decantanturque laetaniae et evangelium secundum Lucam cap. 11: *Petite et dabitur vobis, quaerite* etc. Quibus ceremoniis completis Rm s D. card. S. Crucis secundus praesidens accessit et ipse ad altare maius, ante quod sederunt simul in faldistoriis cum mitris, sandalibus et pluralibus, 40 ac caeteri praelati suas mitras et pluvialia acceperant. Deinde ipse R d s D. archiepiscopus **Upsalensis** ascendit ambonem et legit decretum infrascripti tenoris, videlicet:

Quamvis haec sacrosancta, oecumenica et generalis synodus sessionem, quae die 21. mensis Aprilis proxime praeteriti super sacramentorum et reformationis materiis in hac inclitya civitate Bononiae ex decreto in urbe Tridentina in publica sessione die 45 undecima mensis Martii promulgato celebranda erat, propter aliquas causas, ac praesertim propter absentiam nonnullorum patrum, quos brevi affuturos sperabat, ad hunc praesentem diem differendam et prorogandam esse censuerit: volens tamen cum iis,

a sic. b Ms. sessionem.

1 Huc usque *Raynaldus* ad a. 1547, n. 65 haec transumpsit.

qui non venerunt, etiam adhuc benigne agere, eadem sacrosancta synodus in spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus et apostolicae sedis legatis, statuit et decrevit sessionem ipsam, quam hac die secunda mensis Iunii praesentis anni millesimo² quingentesimo quadragesimo septimo celebrare decreverat, ad diem Iovis post festum nativitatis b. Mariae virginis, quae erit decimaquinta mensis Septembris proxime futuri, quo ad praedictas et alias materias expediendas differendam et prorogandam esse, quemadmodum differt et pro rogat, ita tamen, quod prosecutio discussionis et examinationis tam eorum, quae ad dogmata quam [quae] ad reformationem pertinent, interim non omittatur, et terminum ipsum ipsa sancta synodus pro eius libito et voluntate, etiam in privata congregatione abbreviare et prorogare libere possit et valeat¹.

Quo decreto lecto ipse R^{ms} D. archiepiscopus Upsalensis rogavit super dicto decreto sententias patrum per haec verba: R^{mi} et Ill^{mi} Domini, placentne haec omnia^{232V} vobis? Et statim per me Angelum Massarellum Sanctoseverinatem, sacri concilii secretarium, exquiritur singulariter votum cuiusque patris, praesentibus D. Claudio de la Casa et D. Nicolao Driel, concilii notariis. Quibus exquisitis decretum placuit omnibus, exceptis archiepiscopo **Armacano**, cui placuit decretum excepta clausula, quod possit pro rogari iterum haec sessio in privata congregatione, sed si daretur casus, quod expediret iterum eam prorogari post diem 15. Septembris, id fieret in ecclesia solemniter more solito, et D. episcopus **Aciensis** de Nobilibus cupiebat in hac sessione publicari decretum de sacramento eucharistiae, quod decretum iam paratum erat a synodo publicandum. Quo autem ad alias materias placebat ei, quod fieret prorogatio.

Quae omnia cum per me refererentur R^{ms} DD. praesidentibus, ipse R^{ms} et Ul^{ms} D. card. **de Monte** primus praesidens dixit alta voce: Decretum approbatum est ab omnibus, exceptis duobus patribus, quibus non placet simpliciter, sed cum quibusdam modificationibus. Iussitque legi eorum vota, quae lecta sunt, tenoris ut supra.

Quibus absolutis **ego** dixi haec verba. Sunt duo patres (in hac civitate) b, qui ob adversam valetudinem personaliter sessioni interesse non potuerunt, miserunt tamen vota sua in scriptis, quae ita se habent. Legique statim dicta duo vota infrascripti tenoris:

Cum ego Eliseus Theodinus episcopus **Soranus** propter adversam valetudinem sacrosanctae huic synodo interesse personaliter non possim, humiliter rogo R^{ms} D^{ns} V. et vos patres amplissimos, ut dignemini me habere excusatum et reputare me tanquam vere praesentem. Vidi ac legi decretum, quod mihi valde placet, illudque in omnibus probo. In cuius testimonium hanc cedulam mea propria manu subscripsi, Bononiae die secunda Iunii 1547. Ita est Heliseus qui supra, episcopus Soranus subscripsi².

Alia autem cedula ita habet:

Quia ego Ioannes Petrus Ferrettus episcopus **Mylenis** propter infirmitatem huic sacrosanctae synodo praesentialiter interesse non possum, rogo R^{ms} V. D^{ns} vosque amplissimos patres, ut dignemini habere me excusatum et reputare me tanquam vere praesentem. Vidi et perlegi decretum, quod mihi multum placet, et illud approbo in omnibus. In cuius fidem praesentem cedulam manu mea propria subscripsi. Bononiae 2. Iunii 1547. Ita est Ioannes Petrus qui supra, episcopus manu mea propria subscripsi³.

Quibus cedulis lectis ipsi R^{mi} DD. praesidentes et patres eas admiserunt.

Deinde D. Hercules **Severolus promotor** concilii petiit a prothonotariis et 45 notariis illic praesentibus, ut de omnibus ibi actis rogati essent et unum vel plura conficerent instrumentum et instrumenta.

Postremo R^{ms} D. card. de Monte praesidens praefatus benedixit iterum synodum signo crucis, et patres omnes deposuerunt paramenta et discesserunt hora circiter 16.

Cui quidem sessioni interfuerunt infrascripti, videlicet R^{mi} et Ill^{mi} DD. Ioannes 50 Maria episcopus Praenestinus de Monte et Marcellus tituli S. Crucis in Hierusalem presbyter S. R. E. cardinales et apostolici legati de latere, sacri concilii praesidentes, ac

a sic. b in marg.

¹ Decretum extat apud *Raynaldum* ad a. 1547> n. 66; *Le Piat* III, 626 ad editionem suam canonum remittit. Ambo pro hac sessione aliis fontibus (Arch. Vat. *Concil.* t. 17, alias cod. 3204 [non 3104]) utuntur.

² Excusatio Massarelli manu scripta extat in tabulario Vat. *Concil.* t. 7, f. 350; exemplar originale ab ipso episcopo subscriptum t. 63, f. 56r.

³ Excusatio invenitur ibidem t. 7>f. 35° 5 t. 63, f. 57>

Rd DD. archiepiscopi Antibarensis, Corcyrensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et episcopi Asculanus, Feltrensis, Aciensis de Nobilibus, Militensis, Iserniensis, Sibiricensis, Grossetanus, Chironensis et Milopotamensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius,¹ Motulanus, Pisauriensis, Cavallicensis, Bellicastrensis, Britonorienis, Aquinatensis, Bononiensis, Sebastensis, (Soranus)a, Vasionensis, Parentinus, Veronensis coadiutor episcopus - Motonensis, Ieracensis, Salutarum, Thermularum, (Ferrettus)a, Caprulanus, Vigorniensis, 3 Bituntinus, Corsulanus, Venusinus, Famagustensis, Mylensis Graecus, Lavellinus, Alyphanus, Minoriensis, abbas Chrisostomus congregationis s. Benedicti Cassinensis, generalis Conventualium et generalis Servorum, multique nobiles et sacrae theologiae magistri, de quibus videndum in meis actis. (

233r

3. Iunii, Veneris.

Venit Bononiam Matthiolus cursor cum novitate, quod Illma D. Victoria Farnesia, filia D. Petri Aloysii ducis Parmae et Placentiae, filii pontificis, nupta est 11^{mo} D. duci Urbini D. Guidobaldo¹ cum dote sexaginta millium aureorum in pecunia numerata (dico aureorum in auro) et viginti millium in gemmis et lapidibus preciosis, ut sit summa totius dotis octuaginta millia ducatorum aureorum in auro. Quod 15 matrimonium conclusum est die ultima Maii praeteriti cum conditionibus secretis, ut pontifex creet cardinalem Don Iulium, fratrem praedicti ducis Urbini², et ei det civitatem Fanensem]c sub perpetua ad vitam gubernatione, item archiepiscopatum Avenionensem, qui modo est Rm D. Alexandri card. Farnesii, fratris ipsius Illmae Victoriae. Quod matrimonium conclusum est per procuratores D. card. Salviatum et episcopum Fanensem. 20

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in commendationem archiepiscopi Armacani, qui vadit ad Urbem et cras discedet.

Hodie recessit ex Bononia archiepiscopus Naxiensis, qui proficiscitur Romam propter negocia particularia, et Rm DD. legati scripserunt in eius favorem ad card. Farnesium et summum pontificem sub dat. hesternae diei etc. 25

4. Iunii, Sabbati, in vigilia Trinitatis.

W Fiunt vesperae in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt Rms D. card. S. Crucis et praelati conciliares una cum DD. antianis et magistratibus Bononiensibus.

Concipiuntur canones super sacramento poenitentiae examinandi pro futura sessione, quos ostendi tribus presbyteris reformatis DD. Alphonso, Iacobo et Claudio³ et fratri Petro Paulo Aretino ord. Praed. 30

5. Iunii, Dominica, in festo Trinitatis.

Fit missa solemnis in ecclesia S. Petronii, quam celebravit RdM D. episcopus Caprulanus, habuitque sermonem venerabilis pater frater (Hieronimus de Bononia)d ordinis Servorum. Interfuerunt Rms D. card. S. Crucis, et omnes praelati conciliares, item DD. antiani et magistratus etc.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cui loquutus sum de congrega- 35 tione crastina habenda, et quid in ea faciendab. Et in sero fui cum Rmo card. S. Crucis pro canonibus poenitentiae aptandis, et mane cum archiepiscopo Materano pransus una cum DD. Triffone] et Cl[audio] de la Casja].

Venit Ioannes Bononiensis scriptor ad mea servitia pro 3 ducatis cum dimidio in auro pro quolibet mense⁴. 40

233v

6. Iunii, Lunae.

W Hora 11. fuit congregatio generalis, in qua post sessionem celebratam die Iovis proxime praeteriti proponitur pro materiis discutiendis usque ad futuram sessionem

alio atiamto supra lineam add. b sic. c noti Faven. d alio atramento insertum in lacuna.

1 De nuptiis Victoriae, quae aetatis iam superadultae primum regulo Gallo, deinde variis aliis destinata erat, cf. *D ruffel*, Die Sendung des Card. Sfondrato p. 300; *Friedensburg*, Nuntiaturb. IX, 287, adn. 4; p. 492, l. 12 ss. et adn. 3; *[I r. Affo]* Vita

di Pierluigi Farnese (Milano 1521) p. 144; *G. de Leva*, Storia docum. di Carlo V vol. IV, p. 319 s.

2 Cf. infra ad 31. Iulii 1547, p. 678, l. 3 ss.

3 Salmeroni, Laynez et Jaio S. J.

4 Cf. infra ad 4. Iulii 1547, p. 670, l. 4 ss.

quoad dogma sacramentum poenitentiae, super quo exhibentur 8 canones, et super reformatione fit deputatio octo patrum, qui segregare habeant materias easque colligere et simul separatim quamlibet reponere et deinde referant omnia in congregatione particulari canonistarum et iurisperitorum. Et quoad canones propositos placuit omnibus, 5 quod materia et forma simul examinetur. Patres autem electi pro reformatione fuerunt Rā DD. archiepiscopi Materanus et Upsalensis et episcopi Feltrensis, Salutarum, Alyphanus, Veronensis, Vorstius, Aquinatensis, qui nominati fuerunt a Rmo D. card. de Monte et approbati ab omnibus. Solvitur deinde congregatio hora 14.; cui interfuerunt duo Rm DD. legati, 2 archiepiscopi et 31 episcopi, abbas Chrisostomus, generales Con-
io ventualium et Servorum.

ts» Datur copia dictorum canonum patribus.

In ecclesia S. Dominici fidem professus est C.

7. Iunii, Martis.

Datur copia dictorum canonum de poenitentia praelatis etc.

Fui cum D. Gan[ymede] Pamp[hilo]1 emptum quaedam mittenda ad Sanctum Se-
15 verinum ad meas sorores.

Cum Rmo D. legato S. Crucis usque ad 2. horam noctis de variis loquutus.

Rm DD. legati receperunt litteras a nuncio apud Venetos 4. huius datas, quibus significat Tuream neque mari neque terra bellum hoc anno moliturum2 etc., et de con-
foederatione firmanda inter Tuream et regem Francorum3.

a

8. Iunii, Mercurii, in vigilia Corporis Christi.

20 kj Fiunt vesperae in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt Rmus D. card. S. Crucis et omnes praelati conciliares; item magistratus Bononienses etc. Peregit sacra D. archiepiscopus Corcirensis.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmum card. Farnesium de actis in congregatione die lunae, miserunt canones de sacramento eucharistiae et de deputatione canonicorum re-
25 gularium ad concilium, mittentes exemplum litterarum card. Mantuani; item de discessu praelatorum qui retineri nequeunt.

9. Iunii, [Iovis,] in festo Corporis Christi.

234r

W Fuit facta processio sollemnis. Mane igitur hora 10. cum dimidia convenerunt Rm et Illm DD. cardd. de Monte et S. Crucis, sacri concilii praesidentes et legati, una cum praelatis infrascriptis et DD. confalonerio et prioribus ac aliis magistratibus civitatis
30 Bononiensis in ecclesia divi Petronii, ubi celebravit missam solemnem Rds D. archiepiscopus Corcirensis. Qua finita, Rm DD. legati et omnes patres acceperunt pluvialia et mitras, deinde Rmus D. card. de Monte primus praesidens accepit tabernaculum, in quo erat sacra eucharistia, quam semper gestavit in processione, quae hoc ordine procedebat.

Ante omnes ibant societates saeculares, post quas clerus et religiones secundum
35 eorum ordines, post canonica S. Petri, quae est ecclesia cathedralis Bononiensis; fere batur crux Rmorum legatorum, ante quam praecedebant cantores concilii. Post crucem ibant doctores collegii Bononiensis, deinde officiales concilii, quorum hodie affuerunt ego Angelus Massarellus secretarius et D. Antonius Pighetus commissarius hospitiorum;

a corr. ex canonicos.

1 In Massarelli testamento (Arch. Vat. Concil.) quam facta; quamquam libros ab eo scriptos, quorum t. 23, f. 16 s., v. Prolegomena in vita Massarelli) et non semel in eius diariis commemoratur »Cinthius Pamphilus, ipsius D. testatoris nepos carissimus«, qui inter officiales concilii Tridentini tertium congregati fuit, idque notarius. Cuius Cynthii Ganymedem ex nostro loco coniecerim fuisse patrem eundemque maritum sororis Massarelli. Quae C. Gentili, De ecclesia Septempedana (Maceratae 1836 — 1838; I, 249 ss.; II, 282; III, 198), de Ganymede dicit, coniecturae potius videntur esse

2 Cf. supra ad 2. Maii, p. 647, l. 27 ss. et adn. 2.

3 Franciscus Gallorum rex, appellatus Christianissimus, semper fere cum Tureis contra Carolum V imperatorem confoederatus erat (cf. infra p. 679, adn. 1), in quo filius eum est secutus. At Turea imperatoris victoria deterritus tunc votis Galli non respondit.

deinde praelati concilii immediate. Post quos erat RmM D. card. S. Crucis secundus legatus, qui ibat medius inter episcopum Satrianum, gubernatorem civitatis Bononiensis, et confalonarium civitatis (qui est primus et dignior omnibus magistratibus Bononiensibus); deinde sequebatur immediate Rms D. card. de Monte, qui ferebat sacramentum in manibus sub umbraculo e tela aurea, quod gestabant nobiles secundum eorum gradus. Postea subsequebantur duo rectores studii una cum praetore, ita ut primum locum haberet rector legistarum, secundum rector artium, tertium praetor. Deinde sequebantur alii DD. antiani et priores civitatis, qui sunt 8a in numero, et post hos prior tribunorum, deinde iudex criminalium gubernatoris, deinde iudex civilis gubernatoris, deinde 4 auditores Rotae, deinde ipsi tribuni civitatis, qui sunt numero 15, post quos erat iudex civilis praetoris. Postea sequebatur magistratus quadraginta virorum Bononiensis, et deinde alii nobiles secundum eorum praecedentias et dignitates, et denique populus, mulieres etc.

Ex praelatis autem interfuerunt archiepiscopi Corcirensis, Materanus et Upsalensis, et episcopi Asculanus, Feltrensis, Aciensis, Bononiensis (qui ivit hic suo loco secundum ordinem suae promotionis, prout est mos sedendi in concilio, licet alias iverit ante omnes praelatos, quod iniustitia postea visum est, ideo suo loco post Aciensem incedebat), Iserniensis, Sibinicensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Vorstius Aquensis, Vasionensis, Sebastensis, Motulanus, Motonensis coadiutor Veronensis, Parentinus, Ieracensis, Thermulanus, Caprulanus, Vigorniensis, Corsulanus, Bituntinus, Belli castrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Famaugustensis, Salpensis, Mylensis, Alyphanus, Minoriensis, Ieracensis, qui sequitur post Veronensem, item abbas Chrisostomus congregationis Montis Cassinensis et generalis Conventualium.

Hac via incedebatur: ab ecclesia S. Petronii manu sinistra itum est per viam, qua ducitur ad portam S. Mammoli usque ad caput palatii Campegiolorum, ubi vertebatur versus ecclesiam S. Dominici, quam intravimus. Et ex alia parte exeuntes ivimus recta via usque ad viam quae dicitur <Le Clavature>¹, deinde manu sinistra tendimus per aliam viam rectam ad plateam civitatis, et intravimus denuo ecclesiam S. Petronii, ubi post quam sacramentum repositum fuit in altari maiori, Rm DD. legati et alii praelati deposuerunt paramenta et recesserunt omnes, comitantes Rms legatos usque ad eorum habitationem, quae ad praesens est Rm card. de Monte in palatio noviter exstructo DD. Campegiolorum, et Rm card. S. Crucis in palatio Magd equitis D. Bartholomei de la Volta, quae est e regione domus Campegianae; usque ad quas habitationes venerunt sociatos Rms legatos tam praelati ipsi quam magistratus omnes atque nobiles etc. Paratus erat totus iter pannis et ornamentis etc. tam supra quam in parietibus.

Dantur cerei⁶ (quas vocant) ex cera alba omnibus praelatis et officialibus concilii expensis ipsius concilii (id est sedis apostolicae, quae omnia exponit necessaria pro concilio, prout hactenus fecit in omnibus aliis necessariis ad concilium) ponderis---f librarum.

Fui pransum cum episcopo Vasionensi et cenatum cum Feltrensi extra portam S. Mammoli.

10. Iunii, Veneris.

^a Hora 10. fuit facta congregatio generalis, in qua incipiuntur examinari canonones super sacramento poenitentiae, et dixerunt vota sua ab Upsalensi usque Thermularum, deinde solvitur congregatio hora 13. cum dimidia, et vocantur patres deputati super reformatione ad diem crastinum eadem hora. Cui congregationi interfuerunt omnes, qui numerati sunt in praecedenti processione Corporis Christi, exceptis Corcirensi, Chironensi, Corsulano et Famaugustensi, qui hoc mane recesserunt ex hac civitate, euntes quilibet ob privata negotia ad diversos locos^b cum promissione redeundi etc.

Fui ad gubernatorem nomine Rm card. S. Crucis ob id quod acciderat de commendatione causae illius monachi de Montep[olitia]no, misso procuratore ad Suam D^{nam} Rm etc.

11. Iunii, Sabbati.

^a Hora 10. fuit congregatio particularis deputatorum super reformatione et colligendis abusibus etc. Qui DD. deputati sunt archiepiscopi Materanus et Upsa-

a corr. ex 7. b sic. c correctum ex alia voce, ut vix iam legi possit. d Ms. socitos.
e corr. pro torciae, ad quam vocem referebatur illud quas vocant. 1 lacuna in Ms.

lensis, et episcopi Feltrensis, Vorstius, Veronensis coadiutor, Salutarum, Aquinas, Alphanus. Qui postquam multos abusus quilibet eorum referret, tandem conclusum est, ut pro nunc expurgentur abusus qui sunt suborti in administrandis sacramentis, cum praesertim nunc de sacramentis ipsis in concilio agatur, ut una et eadem sessione, Deo dante, et ipsa sacramenta et eorum emendati abusus promulgari possint. Item quod una cum dictis abusibus agatur de pluralitate beneficiorum curatorum quoad praeteritum, prout restavit hic articulus tractandus in concilio Tridentino, in quo quoad futura provisum fuit. Et ita solvitur congregatio hora 14.; cui praefuit R^m B. D. card. de Monte.

R^m DD. legati receperunt hac nocte hora 3. litteras ex Germania a nuncio apostolico 1. huius datas, quibus significabat imperatorem adhuc eiusdem esse propositi, ut concilium Tridentum reducatur, alias minans etc.

Scripserunt R^m DD. legati ad card. Farnesium de receptione supradictarum litterarum una cum litteris ad S. D^m R^m quae heri sero hora 3. noctis Romam transmissae fuerunt per eundem cursorem, qui eas ex Germania detulerat; item scribentes, quod hic vacant examinationi et conclusioni canonum sacramentorum et reformationi etc., et ad id quod scribitur ex Germania de concilio remittunt se ad prudentiam S. Stis

Qua de causa fui ad S. Michaellem in Bosco ad R^m card. de Monte ab hora 17. usque 24., cum eo cenatus etc.

12. Iunii, Dominica.

Mane hora 11. R^m DD. legati iverunt ad ecclesiam S. Petronii una cum praelatis concilii et magistratibus Bononiensibus, ubi episcopus Salpensis, alias Lavellinus, concionem habuit loquutusque est de peccato originali et miseriis, in quas propterea homo incidit, et de remedio quod a Deo ad huiusmodi peccatum delendum datum est etc. Concione finita R^m DD. legati revertuntur ad eorum habitationes etc.

Ulmus princeps Salernitanus applicuit Bononiam, veniens e Neapoli, iturus in Germaniam ad imperatorem; quem visitavi nomine R^m legatorum, manentem apud archiepiscopum Materanum.

13. Iunii, Lunae.

Hora 10. cum dimidia fuit congregatio generalis in loco solito domus Campegiorum, in qua post lectam solitam orationem et celebratam missam dicuntur sententiae super eisdem canonibus de sacramento poenitentiae, loquunturque a D. Vigorniensis usque ad Minoriensem. Et quia aliqui se excusaverunt dum suo loco loqui debebant, non perficitur examinatio haec, sed vocantur patres ad diem Mercurii, in qua vota omnia perficientur. Et sic solvitur congregatio hora 13. cum dimidia, in qua interfuerunt duo R^m legati et ii praelati, qui nominantur 9. huius, exceptis Materano et Grossetano, et abbas et generales.

R^m D. card. de Monte fuit ad Mirabellumb. villam D. Francisci Raynuccii nobilis Bononiensis, post congregationem usque ad horam 24.

Accidit casus ille episcopi Sorani, qui remisit aureos sibi hoc mense pro subventionem] datos] et petiit licentiam abundi, cum essent tantum 20, et 25 dari solerent etc.

14. Iunii, Martis.

Accipiuntur quingenti aurei Bononiae a banchjariis] de Gabriellis nomine R^m legatorum, ut solvantur Venetiis R^m D. archiepiscopo Beneventano, a quo R^m legati iam

a sic. b corr. ex Mirabello.

¹ Ferrandus Sanseverinus, qui cum Placido de Sangro mittebatur a Neapolitanis ob tumultus de inquisitione ibi instituenda ortos, cf. *de Leva*, Storia IV, 343; 345 s.

² Ex Antonii Manelli depositarii libro pecuniarum pro concilio expensarum f. 24 (ed. Calenzio p. 24) apparet omnibus episcopis subventionem ita diminutam esse. Soluta esse Sorano 12. Iunii 20 scuta ibi notatur, de redditione nil legitur. Eo maius gaudium contigit hodie Massarello; nam praeter »scudi diece

d'oro, quali sono per sua provizione dei mese di Giugno«, data sunt »a di detto al sopradetto Mr Angelo Massarello scudi vinti d'oro — quali sono per la mancia delle feste di Natale passata et per molle fatighe sue straordinarie in la compilatione dei decreto della iustificatione, quale e stato necessario de scrivere et rescrivere infinite volte et maturarlo con li prelati et theologi — pagati per mandato delli R^m legati sottoscritto il di primo di Gennaro proximo passato.«

acceperant mille in commodat(um) pro usu et necessitatibus concilii1 etc. In quo tota die laboravi.

Collegi censuras super canonibus sacramenti poenitentiae.

15- Iunii, Mercurii.

Congregatio generalis: Examinantur canones de sacramento poenitentiae; Cervinus de institutione huius sacramenti.

taf Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae super eisdem canonibus sacramenti poenitentiae ab his patribus, qui suo loco non dixerant vota sua, 5 videlicet Materano, Bononiensi, Vasionensi, Parentino, Salutiarum, Salpensi, et sic per ficitur examinatio dictorum canonum. Deinde Rm^{us} D. card. S. Crucis proposuit patribus, ut cogitarent, quare Gratianus in decreto de poenitentia Dist. 1 ponit quaestionem, an confessio oris sit <de iure divino et>a necessaria, et cum adduxerit rationes et auctoritates pro utraque parte, in penultimo capite dixit: »cui autem parti sit magis adhaerendum, 10 relinquo iudicio lectoris.« et questionem ipsam sic indecisam relinquit. Postremo dixit circa quaestionem, an confessio sit de iure divino, quod non solum fuerit instituta a Christo in genere, sed etiam institutum tempus ad eam faciendam, videlicet in cena. Nam cum instituturusb esset sacramentum eucharistiae, primum lavit pedes discipulorum dicens: *Vos mundi estis, sed non omnes*2; dicens deinde: *Exemplum enim dedi vobis, 15 ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis et alter alterius debetis lavare pedes*, postea eos communicavit. Quod praeceptum lotionis pedum ante perceptionem eucharistiae non observatur in ecclesia neque unquam fuit observatum etiam ab apostolis ipsis, neque quicquam simile, quod denotet humilitatis, sed illud praeceptum intelligitur de confessione, in qua maxima est humilitas, per quam homo lavatur a peccatis, et ita 20 ecclesia observat quod Christus dixit: exemplum enim dedi vobis, ita vos faciatis, alter alterius lavate pedes, id est confitemini et mundamini a peccatis. Unde apostolus Iacobus illud clarius dixit cum scribit: *confitemini alterutrum peccata v e s t r a* Alias enim se queretur, quod illud preceptum lotionis tantopere a Christo inculcatum ut observaretur non fuisset unquam ab ecclesia receptum, quod absurdissimum est. Ecclesia igitur 25 confessionem (ut apostoli docuerunt et tradiderunt) pro illa |c lotionem interpretatur, et ita ante perceptionem eucharistiae ex instituto Christi et mandato praecipitur confessionem fieri. Ecce ergo (inquirebat Rm^{us} D. card. S. Crucis) quod non solum Christus instituit confessionem, sed tempus confessionis. Monuit tamen patres, ut cogitarent. Et solvitur congregatio hora 14.; cui interfuerunt qui supra, notatis exceptis4.

16. Iunii, Iovis.

Rmⁱ D.D. legati scripserunt ad card. Farnesium significantes perceptionem 500 ducatorum in permutationem (quam *cambio* vocant), ut solverent residuum mille R^æ D. archiepiscopo Beneventano5;

item de adventu Pelargi etc., et quod sit admissus etc., [mittentes] mandatum archiepiscopi Coloniensis in eius personam ad interessendum concilio, quod mandatum 35 ipse Pelargus6 praesentavit Rn^{is} legatis die [12.]67 huius mensis Iunii in aula Rmⁱ D. car-

a alio atramento add. supra lin.

b Ms. institutus.

c incipit novus quinternio, quare in margine superiore notatur: Bonon. 1547 Iunii 15.

d sic.

e avulsa est particula folii, tn qua numerus scriptus erat (aut deerat).

1 Manellus 1. c. f. 25 scribit soluta esse »a Mr brsino delli Orsi a nome di Mr Gio. Battista Gabrielli et heredi de Gabazo Pagelli compagni banchieri in Bologna scudi dieci d'oro, quali sono per interesse di dua mesi, cioe per il presente mese di Giugno et Luglio proximo futuro de cinquecento scudi che si son presi in detto banco per rimettere a Monsr della Casa in Venetia per conto dei concilio, pagati per mandato delli Rmⁱ legati . . . , come ne fa fede Mr Angelo Massarello, segretario dei concilio, in detto mandato.«

Io. 13, 10. 3 Io. 13, 15. 14.

Iac. 5, 16.

Cf. supra ad 14. Iunii p. 663, 1 41 s.

6 De quo v. supra p. 548, adn. 1. Mandata habebat electorum archiepiscoporum Coloniensis et Treverensis; huius mandatum praesentatum esse refertur infra ad 21. Iunii (p. 666, 1. 16). Pelargus et Canisius unici Germani concilio Bononiensi interfuerunt; at hic ab ordine videtur missus esse, ille ab electore Treverensi ea ratione, ut eo facilius confirmationem pontificis adipisceretur (cf. infra ad 16. et 18. Iunii, p. 666, 1. 3 s. 26 s.).

7 «Mandatum archiepiscopi et capituli Coloniensis praesentatum a Pelargo 12. Iunii 1547 Bononiae», signatum per Leonardum a Fossa (cum sententia: intempestiva benevolentia nihil a simultate differt) et Massarelli manu transcriptum extat in tabulario Vat. Concil. t. 8, f. 13v; aliud exemplum t. 63, f. 62. 63v.

dinalis de Monte, praesentibus D. episcopo Alyphano et D. Mare' Antonio Berbomagos, ipsius Rm cardinalis familiari;

item de transitu sigilliferi Treverensis, qui proficiscitur Romam ob confirmationem novi archiepiscopi, qui etiam Pelargum constituit procuratorem ad interessendum concilio etc.

5 Scripserunt item ad cardinalem S. Florae camerarium, cui diriguntur litterae 500 ducatorum.

Item ad card. Mantuanum in responsionem suarum 30. praeteriti datarum de deputatione 3 patrum congregationis canonicorum regularium ad interessendum concilio etc.

Item ad nuncium Verallum apud imperatorem: significatur receptio duarum suarum 1. huius datarum.

Item ad legatum Venetiarum, cui mittuntur litterae cambii 500 aureorum ducatorum et exemplum capituli litterarum Veralli.

17. Iunii, Veneris.

ts» Hora 11. fit congregatio praelatorum theologorum, incipiunturque examini nari censurae super canonibus sacramenti poenitentiae^B, et primo super primo canone, 15 in quo multa considera[ta]c fuerunt etc. Quorum DD. deputatorum hoc mane interfuerunt 8, videlicet: Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Lavellensis vel Salpensis et Minoriensis. Solviturque congregatio hora 14.

^A Rmus Card. de Lenoncour⁴ Gallus¹ applicuit Bononiam veniens ex Galliis et proficiscens Romam. {Ego illum visitavi nomine Rmorum legatorum cum munere vini 20 et confect[i] etc., cum esset in hospitio Angeli. Rogatus tamen a me, ut crastina die Bononiae permaneret (ibat enim equis dispositis), annuit, ac adveniente postea D. gubernatore civitatis, duximus Dnem S. Rmm in palatium publicum, ubi in nocte quievit)'.

18. Iunii, Sabbati.

236v

R^{""} DD. legati scripserunt ad Rmm D. card. Farnesium de transitu suprascripti cardinalis, et quod hoc mane fuerunt eum visitatum, cum quo loquuti sunt 25 de concilio, ut rogaret regem ad mittendum huc praelatos etc.

Item ad eundem card. Farnesium in commendationem ecclesiae Treverensis pro novo electo².

Rm DD. legati fuerunt mane hora 12. visitatum Rm^{""} cardinalem de Lenoncourt, qui morabatur in palatio publico civitatis etc.

30 Rms D. card. de Lenoncourt recessit ex Bononia hora 19. Romam versus per equos dispositos.

19. Iunii, Dominica.

^A Mane hora 11. Rm DD. legati una cum magistratibus Bononiensibus et praelatis concilii iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi episcopus Salpensis condonatus est, pro secutus materiam praeteritae dominicae etc.

ts» Datur copia dubiorum super purgatorio 4 et super indulgentiis 7 theologis minoribus, in eorum congregationibus examinandorum³ etc.

fui pransus] cum Rmocard. de Monte et in die vacavi his dubiis transmittendis etc.

20. Iunii, Lunae, in die s. Raphaelis, Bononiae.

Hac die aiunt Bononienses habuisse quandam victoriam contra [Fridericum II] * imperatorem apud Mutinam, cuius imperatoris filium nomine Entium in bello captivum

a lectio incerta. b corr. pro eucharistiae. c avulstwi. d sic. ® uncis inclusu⁷ i⁷ marginē a Massarello, unde sc⁷iptor hoc o⁷mittendum esse videret. f alius ductus manus. g lacuna i⁷i cod.

¹ Robertus de Lenoncourt Gallus, petente Gallorum rege, cuius fuerat orator apud Carolum V imperatorem pro ducatu Geldriae, cardinalis creatus erat a Paulo III 20. Dec. 1538; varios titulos variosque episcopatus tenuit, donec mortuus est Metis a. 1561. Videtur profectus esse Romam missus a rege Gallorum.

Concilium Tridentinum. I.

² Cf. 1. 3/4 huius pag.

³ Raynaldus ad a. 1547, n. 67 exhibet articulos; cf. *Le Piat* III, 626 s.; exemplaria illorum extant in tabulario Vat. *Co7icil.* t. 7, f. 352; t. 8, f. 66; 63, f. 70 (quae vel penes Massarellum vel penes legatos in congregationibus vel supernumeraria fuerant).

fecerint Bononiaeque diu captivum retinuerint et hic obierit¹, eiusque corpus sepultum esse in ecclesia S. Dominici prope capellam nobilium de Pepulis. In cuius diei memoriam hodie curritur bravium e velluto violaceo per equos barbaros a porta S. Stephani et extra eam per milliare usque ad ecclesiam S. Petronii. Quod hodie factum est, braviumque obtinuit quidam equus nobilis de Ingratis Bononienfis].

Fui vis[itatum] apud D. Dominicum Beccadellum² una cum D. Trifone, Manell[o] et aliis etc.

[^] Dantura praelatis theologis deputatis exemplum a 5 canonum reformationum super sacramento poenitentiae die crastina examinandum hora 20.

21. Iunii, Martis.

[^] Hora 20. fuit congregatio theologorum praelatorum coram Rmo D. cardinali S. Crucis super aptatione canonum sacramenti poenitentiae, discutiunturque tres canones primi heri transmissi ad ipsos patres, magnaue discussio facta fuit, an contritio et satisfactio in aliquo casu possit haberi in voto quoad integram peccatorum remissionem assequendam, sicuti sufficeret votum confessionis. Et res indecisa relicta est, et soluta congregatio hora 22. cum dimidia et vocata in diem crastinum eadem hora.

[^] Frater Ambrosius Pelargus praesentavit mandatum archiepiscopi Treverensis³. Qui fuit amanter admissus.

Fui ad fratrem D. Bitunt[inum] nomine Rmorum legatorum eum rogans, ne ex Bononia discederet¹ etc. Annuit post multum. O quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum!

In S. Io[anne] in Mjontibus] Bon[oniensi] [fui].

22. Iunii, Mercurii.

[^] Hora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super examinatione censurarum super eisdem canonibus sacramenti poenitentiae, discutiunturque censurae in 3., 4., 5. et 6. canonibus adnotatae; deinde hora circiter 23. solvitur congregatio. Cui interfuerunt iidem deputati, videlicet Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Belli- castrensis, Britonoriensis, Salpensis, Minoriensis, et frater Ambrosius Pelargus Germanus, procurator Rmorum DD. archiepiscoporum Coloniensis et Treverensis ad interessendum eorum nomine concilio, et hodie primum eorum nomine in congregatione hac intromissus fuit, cum archiepiscopus T. reverens, pro quo T. ridenti assistebat concilio, mensibus praeteritis obierit etc.

Rm DD. legati scripserunt Romam ad card. Farnesium, quod dati sint articuli super purgatorio et indulgentiis theologis minoribus; quorum articulorum mittitur copia ad Suam Dnem Rmam, ut (si videbitur) possint examinari etiam ab his, qui Romae sunt.

23. Iunii, Iovis, in vigilia s. Iohannis Baptistae.

Hora 10. fuit prima congregatio theologorum minorum super examinatione et discussione articulorum de purgatorio et indulgentiis ad ipsos transmissorum b die 19. huius, loquunturque hodie quattuor, videlicet Don Hercules Mantuanus, canonicus regularis S. Iohannis in Montibus, et frater (Thomas Maria Beccadellus) 0 ord. Praed., fr. Nicolaus Grandis Gallus ord. Minorum de observantia et fr. Cherubinus de Cassia ord. s. Augustini; deinde solvitur congregatio hora 13. Cui interfuerunt multi praelati et maximus numerus theologorum, praefuitque Rm^{us} card. S. Crucis.

[^] Hora autem 20. fiunt vesperae in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt Rm^{us} DD. legati et magistratus ac praelati conciliares. Peregit sacra Rd^{us} D. Thomas Casellus episcopus Britonoriensis⁵.

sic. b cod. transmissos. c in margine, pro alio no?nine deleto.

¹ Entius erat filius naturalis Friderici II imperatoris, captus a Bononiensibus 26. Maii 1249 (cf. A. v. Reumont, Gesch. d. Stadt Rom II, 5375 C^o Hoffer, Kaiser Friedrich II [München 1844] p. 279) et in carcere retentus usque ad mortem 14. Martii 1272, cuius ex amoribus cum Lucia Vendagola Bentivolorum gens originem repetebat.

² Qua e gente erat ille Ludovicus Beccatellus, qui

ante Massarellum concilii secretarius fuerat, cf. supra p. 178, adn. 3.

³ Cf. supra ad 16. Iunii p. 665, l. 3/4, 26/27 et adn. 2.

⁴ Cf. infra ad 29. Nov. et 3. Dec. 1547.

⁵ De eis quae Raynaldus ad a. 1547 > n^o 47 a^o de schedulis indulgentiarum patribus distributis v. infra ad 23. Iulii (p. 675, l. 12 et adn. 3).

Hora 24. applicuit Bononiam D. Christophorus¹, secretarius D. episcopi Imolensis, Dandini, veniens ex Galliis et proficiscens Romam cum litteris datis 12. huius Parisiis Rm S. Georgii² et nuncii, quibus significant regem constituisse 13 praelatos ad veniendum ad concilium, quorum nomina sunt haec: Aranee, Montpellier, Sees, Mirapes, Ais, 5 Renes³, Nemusa*, Baiona, Angulemo, Ambrun⁵, San Malo, San Briu, San Pontio⁶, et quod promittit rex ipse se omnino adhaesurum⁷ a concilio et illud promoturum⁷ etc.

24. Iunii, in die s. Iohannis, Veneris.

- ^A Datur copia trium canonum reformatum, videlicet 3., 4. et 5., DD. praelatis theologis. Fui cum episcopo Feltrensi cenatum extra portam S. Mamfoli; cum Vasionensi pransus.
- 10 Rm DD. legati scripserunt ad pontificem in commendationem episcopi Bononiensis. Intimatur congregatio theologorum pro die crastina hora 10.
- & Fit missa sollemnis in ecclesia S. Petronii, ad quam accesserunt Rm legati et conciliares omnes. Celebravit episcopus Britonoriensis.

Sabbati, 25. Iunii, hora 10.

237v

- ^A Fuit congregatio theologorum minorum super examinatione praedictorum 15 articulorum de purgatorio et indulgentiis in dicta aula magna Campegiorem, loquunturque hodie tres, videlicet fr. Antonius Riccius de Novarella ord. Carmelitarum, fr. Hieronymus de Bononia ordinis Servorum, fr. Riccardus Cenomanus ord. s. Francisci Minor, de observ., Gallus. Deinde solvitur congregatio hora circiter 14. Cui interfuerunt Rm D. card. S. Crucis, 24 praelati et magnus numerus theologorum.
- 20 W Hora autem 20. fit congregatio theologorum praelatorum super aptatione canonum sacramenti poenitentiae, examinanturque tres canones, qui heri ad eos transmissi fuerant, videlicet 4., 5. et 6. Deinde solvitur congregatio hora 23.; cui interfuerunt qui supra.
- Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium de transitu D. 25 Christophori Ceffini, secretarii Dandini, congratulantes de affinitate contracta inter eum et regem Galliae. Nam Illms D. Oratius Farnesius, frater card. Farnesii, nepos ex filio pontificis, accipit in uxorem Donnam Dianam b, filiam naturalem huius moderni regis Francorum Henrici II. Quod factum est opera Rm D. cardinalis Capitisferrei apud illum regem nuper legati destinati⁸.
- 30 Scripserunt item ad Rm D. Verallum nuncium apud imperatorem, mittentes duplum litterarum 16. huius datarum et significantes affinitatem praedictam et adventum praelatorum Gallicorum ad concilium etc.
- (Dantur decreta episcopo Labacensi auctenticataj)

Dominica, 26. Iunii, hora 11.

- Rm DD. legati, magistratus et praelati conciliares omnes iverunt ad ecclesiam 35 S. Petronii, ubi concionatus fuit D. episcopus Salpensis de iustificatione.

a partim avulsum.

b corr. pro Iohannam.

c postea add. in intervallo vacuo.

1 Christophorus Ceffini, cf. ad 25. Iunii, infra 1. 24/25 huius pag.

2 Capiteferreus legatus, cf. supra ad 21. Aprilis, p. 644, l. 1 ss. et adn. 1.

3 Rhedonensis (*Rennes*), de quo cf. suprap. 230, adn. 3.

4 Nemausensis (*Nismes*).

5 Ebrodunum (*Embrun*).

6 Vel S. Pontii Tomeriarum (*S. Pons des Tomieres*) vel S. Pauli.

7 Cf. *G. de Leva*, Storia doc. di Carlo V, voi. IV, p. 319, ubi allegatur *Ribier*, Lettres et memoires d'etat sous Francois I, Henry II, Francois II (Blois 1666) p. 26. Re vera inde a 9. Septembris 1547 (praeter archiepiscopum Aquensem et episcopum Mirapicensem, qui

iam Tridenti fuerant) venerunt episcopi Abrincensis (*Avranches*), Noviomensis (*Noyon*), Angolismensis (*Angoulême*), Macloviensis (*Saint-Malo*), Montis Pessuli (*Montpellier*), Briocensis (*Saint-Brieuc*), Sagiensis (*Sees*), Niverniensis (*Nevers*), S. Pauli Tricastinorum (*Saint-Paul-trois-châteaux*), Cabellionensis (*Cavaillon*) et generalis Minimorum.

8 Iacobus de Mendoza, orator Caesaris in curia Romana, 26. Iunii scripsit imperatori: De Francia hay cartas dei Dandino de 10 con la resolucion dei casamiento de Oracio con los doscientos cinquenta mil escudos« (*Dollinger*, Beitrage zur polit., kirchl. und Kulturgesch. I [Regensb. 1862], 87); cf. *G. de Leva* l. c. IV, 318 s.; *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 107, adn. 1.

27. Iunii, Lunae.

^A Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et indulgentiis, loquunturque tres, videlicet fr. Albertus de Catharo Illiricus ord. Praed., fr. Petrus Paulus de Potentia Neapolitanus ord. Min. Convent., et fr. Gregorius Perfectus Patavinus ord. s. Augustini. Deinde solvitur hora 14.; cui praefuit R^{mus} p^r carci g. Crucis et interfuerunt 20 praelati et ultra 60 theologi. 5

Fui cum R^{mo} domino in die super aptatione canonum sacramenti poenitentiae 7., 8., 9. et 10., qui cras patribus transmittendi sunt.

28. Iunii, Martis, in vigilia s. Petri.

^A Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque duo, videlicet fr. Petrus Paulus de Aretio ord. Praed. et fr. Ioannes Consilii Gallus doctor Parisinus, ord. Min. 10 de observ. Solvitur deinde hora 14.; cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis et interfuerunt 23 praelati et multi sacrae theologiae professores. Vocatur ad diem Iovis proxime futuram.

W Propter vespervas non fit congregatio hora 20., ut solet.

238r W Hora autem 20. fiunt vesperae in ecclesia cathedrali Bononiensi sub invocatione 15 b. Petri, ad quam iverunt R^{mi} D.D. legati, magistratus et praelati conciliares. Peregit sacra R^{l'm} D. card. de Monte.

In sero fiunt ignes propter dictam festivitatem etc.

29. Iunii, Mercurii, in festo s. Petri.

W Mane hora 10. celebratur missa solemnis in ecclesia b. Petri, quae est cathedralis Bononiensis, cui interfuerunt R^{mi} D.D. legati, praelati concilii et magistratus omnes 20 Bononienses. Peregit sacra R^{ms} D. card. de Monte, sacri concilii primus praesidens³. Sociantur R^{mi} legati de more a gubernatore, antianis ceterisque magistratibus omnibus usque domum etc.

Pransus [sum] cum card. de Monte.

Curritur bravium e velluto carmesino (quem vocant) a porta Galere usque plateam 25 maiorem per equos barbaros, et hoc anno accepit bravium equus quidam ducis Urbini.

kl Datur copia quattuor canonum reformatum praelatis theologis, canonum scilicet 7., 8., 9. et 10.

30. Iunii, Iovis.

^A Hora 10. fit congregatio theologorum minorum super examinatione suprascriptorum articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque tres, videlicet fr. Hieronymus de Laude ord. Praed., fr. Ioannes Antonius Delphinus ord. Min. Convent., provincialis Bononiensis, et fr. Franciscus Senensis reg[ens] Bonon[iensis] ord. s. Augustini, qui cum votum suum ob temporis angustiam perficere non potuisset, habuit locum ad illud perficiendum in crastina congregatione. Et ita dimittitur congregatio hora 14., cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis. Interfuerunt 18 praelati et multi sacrae theologiae 35 professores.

Hoc eodem tempore, nempe ab hora 10. usque 14., facta fuit etiam congregatio praelatorum canonistarum deputatorum super reformatione coram R^{mo} D. card. de Monte, egeruntque de abusibus tum in sacramentorum administratione, tum alibi in ecclesia ortis. 4°

W b(Eadem die 30. Iunii hora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super reformatione dictorum canonum sacramenti poenitentiae, examinanturque septimus et octavus canones, duo videlicet ex his, qui ad eos heri transmissi fuerant etc., solviturque congregatio hora circiter 23., interfueruntque illi qui superius nominantur die 22. eiusdem.

Episcopus Vasionensis recessit ex Bononia iturus ad balnea Lucensia. 45

Episcopus Fanensis aplicuit¹ Bononia⁰ iturus Placentiam ad ducem Petrum Aloy-

a cod. primi praesidentis. b sequitur signum cum nota: vide infra, et f. 238 v sub eodem signo adduntur (sttb 1. Iulii) quae sequuntur supra. c sic.

sium, gratulaturus nomine ducis Urbini, qui accepit in uxorem filiam suam D. Victoriam neptem pontificis etc.)

1. Iulii, Veneris.

238y

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque duo, videlicet fr. Franciscus Senensis ord. s. Augustini, qui heri votum suum perficere non potuit, et frater Gratianus de Laude ordinis s. Dominici. Solvitur postea congregatio hora 13.; cui prae fuit Rms D. card. S. Crucis, interfuerunt 20 praelati et ultra 30 theologi.

aEadem die 1. Iulii 1547. Hora autem 20. fit congregatio theologorum praelatorum super reformatione canonum prae fatorum sacramenti poenitentiae, quorum 10 examinantur 9. et 10., et ita perficitur discussio censurarum factarum in ipsis canonibus in congregationibus generalibus, de quibus supra. Solviturque congregatio hora 23.; cui prae fuit Rms et Illms D. card. S. Crucis et [interfuerunt] praelati deputati,

2. Iulii, Sabbati.

Mane hora 10. RTM DD. legati et praelati ac magistratus omnes iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi habuit concionem episcopus Salpensis.

15 Rmi DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de haeresibus, quae pullulant Faventiae 2, et de gestis post ultimas litteras etc.

Item ad pontificem in commendationem episcopi Parentini pro castro Orsar. etc.

Fui ad monasterium Annuntiatae et canones sacramenti poenitentiae iam reformatos ostendi R^lis patribus Cenomano, Consilii, Grandis, et Salazar, ut si quid occurreret 20 dicerent etc., eisque reliqui cogitandum 3.

3. Iulii, Dominica.

Hora 10. RTM DD. legati una cum praelatis et magistratibus iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi episcopus Salpensis concionem habuit. Episcopus enim ipse a 12. Iunii usque ad praesentem dominicam omnibus diebus dominicis condonatus est super materia iustificationis, quam hodie absolvit, et sic petiit licentiam etc.

25 Rmi DD. legati scripserunt ad card. Pisanum rogantes, ne permittat exire ex carceribus fratrem Verucchium detentum Patavii ob haereses, sine eorum scitu.

Item ad generalem Conventualium, ut revertatur Bononiam, et quod se non intro mittat in processu contra fratrem Veruchium illius ordinis, cum sit iam causa in manu episcopi etc.

30 Item ad legatum Veneriarum, quod receperint suas 26. praeteriti datas, et quod revertitur Venetias episcopus Salpensis, cuius relationi in aliis se remittunt.

Item ad episcopum Mirapicensem, congratulantes quod brevi scripserit se venturum Bononiam, rogantes ut cito veniat¹.

Fui ad ecclesiam S. Dominici et R^{ds} PP. Petro Paulo Aretino, Thomae Beccadello 35 Bononiensi, fratri Hieronymo de Laude et regfenti]b contuli canones poenitentiae novissime reformatos, ut super iis intelligerem sententias suas etc. 239r

4. Iulii, Lunae.

W Hora 10. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et indulgentiis, loquunturque tres, videlicet Don Riccardus Vercellensis, canonicus regularis S. Ioannis in Montibus, fr. Franciscus de la Ricciardina ord. s. Fran-

pi aecedebant in hac pagina quae supra p. 668, adn. b significavimus.

sic videtur supplendum (cf. infra ad g. Iulii), nec cogitandum de Caspare a Regibus ord. Praed. Lusitano.

¹ Fanensis episcopus (cf. supra p. 195, adn. 1) etiam mediatoris inter partes munere functus erat (supra ad 3. Iunii, p. 660, l. 19 s. et adn. 1); cf. etiam p. 386, adn. 2, et infra ad 17. Sept. 1547.

² Quae haereses notabiliores Faventiae fuerint nescio; de quibusdam haereticis ibi degentibus v.

infra in hoc diario ad 4., 5. Sept. 1547 et ad 4., 9., 21. Iunii, 3., 6., 10., 23. Iulii 1549.

⁸ In tabulario Vat. *Concil.* t. 16, f. 369 ss. extant horum theologorum multorumque aliorum censurae in hos canones.

⁴ Cf. infra ad 15. Iulii p. 673, l. 31/32 et adn. t.

cisci Convent., et fr. Angelus Mutinensis" ord. Praed., qui cum votum suum ob temporis angustiam perficere non potuerit, habuit locum in diem crastinum, et ita solvitur congregatio hora 14. Cui interfuerunt Rm's D. card. S. Crucis et multi praelati et theologi.

Pactus sum cum <(Io[anne] famulo)b meo scriptore¹, ut quolibet die scribat pro me sex chartas in formam solitam registri mei, et quod dies mensis numerabuntur prout chartae, non quatenus dies, ut si in fine mensis non scripserit tot chartas, quot debuit, mensis quoad solutionem non sit absolutus'.

¹*J* Datur copia omnium canonum reformatorum super sacramento poenitentiae, qui 10 sunt numero, praelatis theologis deputatis, una cum censura theologorum minorum super septimo canone, an videlicet sacerdos vere absolvat poenitentes, vel declaret eos absolutos etc.

d5. Iulii, Martis.

Hora 10. fuit congregatio theologorum super examinatione eorundem articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque primus frater Angelus Mutinensis, qui heri votum suum ob temporis angustiam perficere non potuit, et fr. Ioannes de Corigio⁰ regens Bonon[iensis] ordinis Minorum Convent. Deinde solvitur congregatio hora 14.; cui praefuit R^ms D. card. S. Crucis et interfuerunt multi praelati et theologi etc.

Fui ad S. Dominicum ad fr. Leandrum, et cum eo de historia] Bonon[iensi] loquutus et strigis]f2.

6. Iulii, Mercurii.

W Hora 10. fit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque duo, videlicet fr. Augustinus de Montealcino ord. s. Augustini, et D. Claudius Zaius Sabaudiensis societatis Iesu. Solviturque congregatio hora 13. cum dimidia, cui praefuit R^m D. card. S. Crucis, interfuerunt 16 praelati et ultra 60 theologi.

Intravit Bononiam novus gubernator D. archiepiscopus Ragusinus³.

239v

Hora autem 20. fuit congregatio deputatorum praelatorum theologorum super examinatione canonum novissime reformatorum et nudius tertius ad eos transmissorum, sed praecipue super censura quorundam theologorum minorum in 7. canone, utrum videlicet sacerdos vere absolvat poenitentem, vel declaret absolutum. Et post longam et elegantem disputationem omnes concluderunt, quod sacerdos vere absolvat, respondentes ad verba Hieronymi super 16. Math. etc. Solviturque congregatio hora 23.; cui interfuerunt ipse R^ms D. card. S. Crucis, coram quo istae congregationes semper fiunt, item Aciensis, Motulanus, Veronensis coadiutor, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonensis, Minorienensis et Pelargus. Alii sunt nunc extra civitatem.

a Vat. 6688 habet Faventinus, qui error ortus est inde quod in codice orig. minus clare vox legitur; certe nullo alio fonte scriptor usus est.

b exemplar bibi. Vat. cod. 6688 habet Ioanne Paulo, certe per coniecturam scriptoris, qui supra ad 22. Ian. legerat de Paulo scriptore, et ut vocem famulo superfluum ducebat ante scriptore, ita duos scriptores pro Massarello. c postea linea deleta, quae non amplius legi potest.

d aliud atramentum pro hac die ac sequenti.

e sic.

1 avulsum.

1 Cf. supra ad 5. Iunii, p. 660, l. 39/40. Cognomen Ioannis invenitur infra ad 11. Martii 1549 et in libro Manelli ad 8. Iulii 1547 (fol. XXV): »a di detto a Giovanni de Thori, scrittore delle cose dei concilio, scudi cinque d'oro, per sua provisione de doi mesi, cioè Giugno et Luglio presente, pagati per mandato delli Rmi legati sotto il di sopradetto«. Ergo Massarelli monitio non inutilis fuerat et scriptor pecuniae fame incitatus numerum debitum paginarum brevi solverat.

2 Cf. infra ad 4. Septembris.

3 Ioannes Angelus de Medicis, qui postea fuit pontifex sub nomine Pii IV. Natus 31. Martii 1499 Mediolani, Romam venit a. 1527 et a Clemente VII inter protonotarios qui participantes vocantur assumptus est. Deinde cum a Paulo III inde ab a. 1534 variis civitatibus gubernator praefectus (ut a. 1544 Anconae, unde legatis concilii crebras epistulas mittebat, cf.

diarium I ex. gr. p. 186, l. 1 [28]; 189, l. 3; 205, l. 3; 224, l. 4 ss.; 226, l. 7 s.) et ter cum exercitibus pontificiis contra Tureas et (a. 1546) Germanos protestantes missus interimque Ragusinae ecclesiae archiepiscopus factus esset (14. Decembris 1545) acta consistor, cod. Barberin. XXXVI, 13, f. 354v⁴ [pontifex] »providit ecclesiae Ragusinae tunc per obitum bo. me. Pamphili Strasoldi . . . apud sedem apostolicam defuncti vacanti de persona magistri Ioannis Angeli Medices clerici Mediolanensis, Stis S. de numero participantium notarii, . . . cum retentione officii notariatus de numero participantium et omnium beneficiorum ac pensionum etc.«), a. 1547 Bononiae legationis vices gerere coepit. Quae in re Placentina pro gente pontificis fecerit, infra in hoc diario ad 11. Septembris et dies sequentes referuntur. Anno 1549 a Paulo III cardinalis creatus est. Cf. Ciacon. III, 867 ss.

7. Iulii, Iovis.

ts» Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et indulgentiis, loquunturque duo, videlicet frater Riccius de Novarella ord. Carmelitarum et fr. Placitus® de Parma ord. Praed. Deinde solvitur congregatio hora 14.; cui praefuit Rm's D. card. S. Crucis et interfuerunt multi praelati ac theologi etc.

5 ^ Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum deputatorum super examinatione eorundem canonum sacramenti poenitentiae novissime reformatum, examinanturque 1., 2., 3. et 4. ac 5. canones, in quibus nonnulla immutata sunt etc. Deinde solvitur congregatio hora 23.; cui praefuit Rm' D. card. S. Crucis et [interfuerunt] DD. deputati.

Fui ad novum gubernatorem Bononiensem D. archiepiscopum Ragusinum pro
10 commendando quodam de praei[atis].

8. Iulii, Veneris.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super discussione supra-scriptorum articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquunturque duo, videlicet fr. Placitus- de Parma, qui heri disseruit de purgatorio et hodie de indulgentiis, ord. Praed., et fr. Franciscus Salazar Hispanus ord. Minorum de observ., qui super utroque loquutus
15 est. Solviturque congregatio hora 13.; cui praefuit Rms D. card. S. Crucis et interfuerunt multi praelati ac theologi.

W Hora autem 20. fuit congregatio deputatorum theologorum praelatorum super examinatione ipsorum canonum reformatum de sacramento poenitentiae, discutunturque iterum tertius et quintus magna disceptatione, praesertim super tertio in de-
20 clarando, quid sit vera contritio, resque indecisa remansit. Sicque solvitur congregatio hora 23.; cui praefuit R'ms D. card. S. Crucis et [interfuerunt] septem ex deputatis, videlicet Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Britonoriensis, Pelargus.

R"" DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod mirentur se diu non recepisse eius litteras, et quod receperint litteras cambii 500 scutorum pro expensis
25 concilii, prout quolibet mense exponuntur etc.

Scripserunt item ad cardinalem Capitiferrei, legatum apud regem Gallorum, in responsionem suarum.

Item ad D. Dandinum episcopum Imolensem, nuncium apud eundem regem.

Item ad 111 D. Oratium Farnesium, gratulantes de novo contracto matrimonio
30 cum filia naturali ipsius regis Chrm1 etc.

9. Iulii, Sabbati.

Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et de indulgentiis, loquunturque duo, videlicet D. Gentianus Hervetus Gallus, doctor saecularis, et Don Iacobus Salmeron, Hispanus, societatis Iesu¹¹ Deinde solvitur congregatio hora 13., cui praefuit Rm's D. card. S. Crucis, interfueruntque multi
35 praelati et theologi.

^ Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum deputatorum super discussione eorundem canonum sacramenti poenitentiae. Et quoniam heri maxima disputatio orta est super tertio canone in declarando, quid sit vera contritio, et patres
40 erant inter se discordes, hodie vocati sunt in hanc congregationem aliqui theologimi-
nores, ut et eorum sententiae intelligerentur. Qui theologi fuerunt fr. Gratianus de Laude ord. Praed., prior S. Dominici Bononiensis; fr. Hieronymus de Laude, regens Bononiensis ord. Praed.; fr. Nicolaus Grandis' Gallus ord. Minorum de observ., doctor Pansiensis; fr. Riccardus Cenomanus Gallus, doctor Parisiensis, ord. Minorum' de observ. •
fr Ioannes Consillii Gallus ord. Minorum de observ., doctor Parisiensis; fr. Franciscus
45 Salazar Hispanus, ord. Minorum de observ.; Don Claudius Jaius Sabaudiensis societatis Iesu doctor saecularis; fr. Petrus Paulus de Aretio ord. Praed.; fr. Angelus Mutinensis ord. Praed.; Don Alphonsus Salmeron Hispanus ordinis societatis Iesu, doctor saecu-

1 sic. > hic iteratur Hispanus. 0 cognomen his ponitur. d hoc loco nomen scriptum videtur Saius.

1 Cf. supra ad 25. Iunii, p. 667, 1. 26 ss.

laris. Praelati autem fuerunt episcopi Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Belli-
castrensis*, Britonoriensis, Minoriensis et Pelargus. Cumque prius DD. theologi minores,
deinde patres praelati dixissent suas sententias et nulla ratione concordari possent, ali-
quibus ex canone expungendam *veram*, aliquibus remanendam asserentibus, Rms D.
card. S. Crucis pluribus viis concordiam exquisivit. Cumque nullus concordiae modus
inveniri posset, solvitur congregatio, re indecisa manente, hora 23., et relinquitur deci-
denda in proxima.

¶1 Episcopus Fesulanus applicuit Bononiam veniens ex Tridento. Ipse enim unus
est ex iis praelatis, qui in translatione concilii Tridenti remanserunt.

240

10. Iulii, Dominica.

Fui cum episcopo Motulano ob suum natale, et Mater[anus], Sibi[n]censis, Capru- 10
l[anus], Luy. Dent. c fr[ater] S. D[ominici]d etc., guafdarobba% et post prandium ad
D. Bituntinum ob aptandum canonem tertium sacramenti poenitentiae, super quo tanta
est discordia patrum; sed agereh potuimus.

11. Iulii, Lunae.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis
de purgatorio et indulgentiis, loquiturque tantum hodie Don Alphonsus Salmeron 15
Hispanus, societatis Iesu, qui usque ad 14. horam disputationem suam protraxit. Praefuit
R^a D. card. S. Crucis et interfuerunt 18 praelati et multi theologi.

^ Hac die non fuit congregatio praelatorum theologorum, cum fuerit congregatio
praelatorum canonistarum eo tempore, quo congregatio theologorum fieri solet, nempe 20.,
ne patres tantum graventur in his diebus canicularibus, ut ter in die convenire cogantur, 20
sed duabus congregationibus eos gravare sat visum est Rms DD. praesidentibus.

Fui ad fratres Gallos theologos apud monasterium Annuntiatae, cum quibus con-
tuli canonem tertium de poenitentia novissime reformatum, quem etiam ostendi episcopo
Britonoriensi. Omnibus placuit — Deo gratias, cum tanta fuerit controversia super hoc
canone in hesternis duabus congregationibus. Dictio enim *veram* dempta est et additum 25
quae (sc. contritio) *in poenitente requiritur*.

12. Iulii, Martis.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super discussione eorum
dem articulorum de purgatorio et indulgentiis, loquiturque unus tantum, videlicet fr. Hiero-
nymus de Mussarellis Bononiensis ordinis Praed. usque ad horam fere 13. Deinde
solvitur congregatio, cui praefuit Rms D. card. S. Crucis et [interfuerunt] multi praelati 30
et theologi.

Mane hora 9. applicuit Bononiam cursor ex Germania cum litteris card.
Sfondrati, legati apud Caesarem, ad Rms legatos 7. huius Norimbergae² datis, in quibus
significat, quod Caesar adhuc est eius opinionis, ut concilium Tridentum revertatur, ne
que ullis rationibus ad aliud hucusque flecti potuit. 35

Tulit item litteras Veralli cum aliis ad card. Farnesium.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes per cursorem expressum
litteras card. Sfondrati, de quibus supra.

Hora autem 20. fit congregatio praelatorum theologorum super eisdem
canonibus de sacramento poenitentiae, proponiturque per Rmum D. card. S. Crucis novus 40

a nominatur bis.

b sic.

c vel Deut. ?

d vel est supplendum nomen proprium.

e vel guardianusP

1 Ex litteris, quas 26. Martii 1547 Ioannes Baptistaeum offendisse; sed postea card. Farnesium litteris
Cervinus — nam hic procul dubio est ille anonymus, benevolis episcopum ut veniret Bononiam invitasse
de quo frustra inquisiverunt Druffel et Brandi, quem (Pallavicin. 9, 17, 1).
saepe allegavit Friedensburg, quem Pallavicinus (9, 17, 1, adn.) ministro confidente card. Cervini appellat —
scimus Faesularum episcopum paupertatem excusasse, quominus cum legatis iret Bononiam, cum illi Tridento
proficiscebantur, et primum praesidentem verbis asperis

2 Immo Bambergae; litterarum epitomen dat Pal-
lavicinus 10, cap. 3; comitis Stroppianae (Sabaudiorum
ducis apud imperatorem oratoris) relatione utitur de Leva
IV, 326 ss.; cf. Mendozae litteras 16. Iulii datas apud
Dollinger, Beitrage I, 96 (Raynald. ad a. 1547 n. 8)*

canon tertius reformatus, in quo maxima erat inter patres controversia circa diffinitionem i contritionis, et ab omnibus approbatus, cum loco dictionis *vera*, scilicet contritio etc., positum est: *quae in poenitente requiritur*. Deinde examinantur alii canones, et tandem cum Dei laude absolvuntur omnes, et ita ponitur extrema manus quo ad ipsos praelatos 5 deputatos huic decreto de sacramento poenitentiae, et dimittuntur patres hora 23. Cui [congregationi] interfuerunt omnes superius nominati, dempto Bellicastrensi.

13. Iulii, Mercurii.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et indulgentiis, loquiturque primus idem fr. Hieronymus de Mussarellis ord. Praed., cum heri votum suum perficere nequiverit. Item cepit loqui fr. Christophorus de Bagnacavallo ord. Minorum Convent., qui ob temporis angustiam sententiam suam dimediatam reliquit, solviturque congregatio hora 13. Cui praefuit R^{ns} D. card. S. Crucis et interfuerunt 18 praelati et quamplures theologi etc.

Fui ad D. Bituntinum pro formandis novis canonibus super extrema unctione et ordine, ut in futurum examinari possint etc.

14. Iulii, Iovis.

15 w Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de purgatorio et de indulgentiis, cepitque loqui fr. Christophorus de Bagnacavallo, qui heri votum suum non perfecerat, et fr. Eustachius de Bononia ord. Praed. <et Alexander de Lugo ord. Minorum Convent.)a Solviturque congregatio hora 13., cui praefuit R^m D. card. S. Crucis, interfueruntque 12 praelati et ultra 50 theologi.

20 Vacatur in die in componendis novis canonibus de sacramento extremae unctionis et de ordine. Qua de causa ivi ad D. Bituntinum, qui aliquos canones formaverat f.

15. Iulii, Veneris.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super hisdem articulis de purgatorio et de indulgentiis, loquunturque duo, videlicet fr. Ioannes de Corrigio ord. Minorum Convent., regens Bononiensis, et fr. Augustinus de Montelcinob Senensis, ord. s. Augustini. Deinde cum nemo alius loqui vellet, imponitur finis examinationi supradictorum articulorum, qui die 23. alterius praeteriti mensis propositi fuerunt, laudanturque ipsi DD. theologi de doctrina et diligentia ac labore a R^m D. card. S. Crucis secundo praesidente, qui omnibus his congregationibus semper praefuit etc. Dimittuntur- 30 que patres hora 13.

R^m DD. legati scripserunt ad episcopum Mirapicensem, quod magna exhilaratione 24lv intellexerint, quod sit cito venturus Bononiam una cum quibusdam aliis praelatis Gallis2 etc.

16. Iulii, Sabbati.

R^m DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, significantes perfectionem examinationis articulorum de purgatorio et de indulgentiis et canonum de poenitentia, 35 et de novis canonibus proponendis super extrema unctione et ordine.

Fui ad generalem Servorum pro intelligendo eius sententiam super canonibus de poenitentia, quos laudavit plurimum. Fuique ad fratres Gallos theologos ordinis de observantia, quibus ostendi novos canones proponendos de extrema unctione et ordine3, ut eorum sententiam intelligerem etc.

17. Iulii, Dominica.

40 Fui ad D. Pelargum, ut intelligerem eius sententiam super canonibus proponendis de extrema unctione et ordine, quos etiam ostendi generali Servorum etc.

a *supra lin. add.*

b *sic.*

1 Hoc die Camillum Mentuatum, qui gubernator Bononiae fuerat, Romam abiisse ait *Rainerius* (cf. p. 630, adn. 1).

2 Cf. supra ad 3. et infra ad 24. Iulii.

Concilium Tridentinum. I.

3 Horum canonum exemplar (adscripto die 15. Iulii 1547 Bonon.) extat in tabui. Vat. *Concil.* t. 22, f. 232; variae formae eorundem ibid. f. 250—264, etiam Pelargi sententia 29. Iulii dicta, item Cenomani, Consilii, Grandis.

Item ad theologos Parisienses apud Annunciatam, qui suam in scriptis in eis canonibus dedere sententiam etc.

Item ad D. Claudium Zaium et Alphonsum Salmeron societatis Iesu pro eadem re; eorum opinionem audiui etc. Quae omnia Rm S. Crucis retuli, atque canones ipsos aptavimus.

5

18. Iulii, Lunae.

Fui ad theologos Dominicanos, quibus ostendi eosdem canones de extrema unctione et ordine, quos laudavit³. Item ad Pelargum, qui in scriptis quid sentiret exhibuit etc.

Deinde fui ad S. Michaellem in Bosco ostendique dictos canones Rm D. cardinali de Monte et episcopo Minoriensi, qui aliqua mutanda censuerunt etc. Quae Rm S. Crucis retuli. 10
[Iacobus] <se bene gessit>b.

19. Iulii, Martis.

Rm D. card. S. Crucis fuit ad Rm D. card. de Monte apud S. Michaellem in Bosco hora 10., loquuti de agendis in futura congregatione generali de proponendis canonibus de extrema unctione et ordine et abusibus a DD. deputatis collectis etc.

Laboravimus tota die in aptandis canonibus de extrema unctione et ordine, et 15 tandem Deo dante non spernendam formam adinvenimus etc.

20. Iulii, Mercurii.

Rm D. card. de Monte reversus est Bononiam et cum Rm D. cardinali S. Crucis colloquutus de litteris scribendis Romam super his quae Sfondratus scripserat de concilio 1 etc.

Hora autem 19. convenerunt DD. deputati canonistae super reformatione 20 coram Rm DD. legatis, retuleruntque quid egerint ipsi DD. deputati super materia ab usu in suis praeteritis congregationibus.

(Praesentarunt abusus per eos collectos super sacramento baptismi et confirmationis, quos in generali congregatione proponendos decreverunt)³, conclusumque, quod detur copia canonum de extrema unctione et ordine omnibus praelatis, ut in congregatione 25 generali examinari possint etc.

21. Iulii, Iovis.

242* Datur copia canonum noviter formatorum omnibus praelatis, super extrema unctione 2 et 5 super ordine, ut una cum materia et forma examinentur in congregatione generali etc. Videndum in meis notationibus etc.

^ Applicuit Bononiam D. Bruchardus³, missus ab episcopo Labacensi ad concilium 30 hoc Bononiense super declaratione quorundam articulorum qui controversi sunt in illis partibus Carniolae. Qui articuli septem sunt, videlicet----c2.

242v

22. Iulii, Veneris.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum 14. datarum, cum quibus miserat ad S. Dñs Rm copiam duarum litterarum Rm card. Sfondrati, legati apud Caesarem in Germania, quibus significat Caesarem Mlem adhuc 35 enixe petere velleque, quod concilium revertatur Tridentum etc., suadetque ipse Rm Sfondratus fieri suspensionem concilii³; ipseque card. Farnesius petebat consilium et sententiam ipsorum Rm legatorum. Qui igitur Rm legati responderunt: suspensionem

^a ste. ^b cod. in cifris: tf cf of hfttku (cf. infra). ^c alius ductus manus.

^d add. in marg. inferiore pro deletio ut in congregatione generali referre possint etc. (quod directe cohaerebat cum verbis antecedentibus), et postea uncis inclusa erant haec: Deinde Rm D. card. de Monte reversus est S. Michaellem in Bosco etc. Quae deleta leguntur in cod. arch. Vat. Cone. 77, omissis eis quae eorum loco in cod. originali ponebantur. e maior pars paginae vacat, sed articuli non sunt additi.

1 Cf. infra ad 22. Iulii (1. 34 ss. huius pag.).

2 Nisi memoria me fallit, vidi hos articulos in volumine quodam tabularii Vaticani, sed non mihi contigit invenire in notationibus meis, quo in volumine

eos viderim. Caeterum cf. infra ad 27. Iulii p. 676, 1. 24 et adn. 3.

3 Litterarum epitomen dat Pallavicinus 10, 3, 7 i cf. G. de Leva, Storia IV, 330.

eis non displicere, quando fieri posset et praelati qui sunt Tridenti illinc discederent, ne corpus illud, qualecunque sit, remaneret, et hoc legitimum, quod nunc est Bononiae, dissolveretur. Sed quoniam hoc fieri non credunt, consulunt ut S^læ S. per breve con vocet ad se unum ex ipsis legatis vel ambos una cum aliquibus praelatis, qui hic sunt, 5 Romam, et similiter card. Geennensem et aliquos ex praelatis qui sunt Tridenti, hac occasione, ut velit intelligere eorum rationes et causam eorum concordare etc., et interim concilium suspendatur, id est non procedat sine novo mandato S. Stis, quod utile futurum multis rationibus demonstrarunt¹.

Datur copia praelatis eorundem canonum.

23. Iulii, Sabbati.

10 Fui ad D. Bituntinum pro expeditione 7 articulorum ab oratore Labacensi oblato rum² etc., cum ipse deputatus sit a R^mis legatis ad eos enucleandos etc.
De indulgentiis ex antiquis pontificibus monumenta ex meis notationibus excerpsi³.

24. Iulii, Dominica.

Fui mane ad D. Bituntinum eadem de causa, et ad villam Bertolen[sem] cum D. Ambrosio Sart[o], Trifone, Caroc[cio], Bergamfo, Pigh[ino], Fontjana] i et quibusdam 15 aliis nobilibus. Hora 19. reversus Bononiam.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad R^m card. de Monte pro generali congregatione in die Martis intimanda et de novitatibus, de quibus ex Urbe scribitur, videlicet quod die 19. huius in congregatione cardinalium deputatorum conclusum sit, quod pontifex reducat concilium Tridentum quibusdam adiectis conditionibus, videlicet quod Germani 20 prius promittant se recepturos quidquid actum est et agetur in concilio; item quod in eventu sedis vacantis concilium nihil innovet etc., et quibusdam aliis⁵. Quod scriptum sit per cursorem die sequenti 20. ad curiam Caesaris.

R^m legati scripserunt ad episcopum Mirapicensem duplum litterarum 15. huius datarum.

Hora autem 22. reversus sum ad dictam villam Bertolensem et cum eisdem cenatus, 25 addito D. Hieronymo Baio secretario Bonon[iensi] etc.

25. Iulii, Lunae.

Fui mane ad episcopum Bituntinum pro negotio oratoris Labacensis de articulis illis etc.

Authenticavi decreta duo pro oratore episcopi Labacensis, videlicet decretum de iustificatione et decretum secundum quartae sessionis publicatum 8. Aprilis 1546 Tridenti hac subscriptione: »Et quia ego Angelus Massarellus de Sancto Severino, 30 i. u. doctor, sacri concilii secretarius et prothonotarius apostolicus, publicationi et appro bationi suprascripti decreti interfui, ideo hoc praesens transumptum manu aliena mihi fida scriptum cum originali, quod penes me est, fideliter collationatum manu mea propria obsignavi, sigilloque R^m et Ill^m D. primi ipsius sacri concilii praesidentis de mandato roboravi f.« 6 Qua subscriptione in aliis omnibus decretis authenticandis hactenus usus 35 fui. Signatur tantum sigillo primi praesidentis, quia ita est decretum a synodo etiam tunc in principio mense Decembris 1545 Tridenti⁷.

¹ Ex litteris Cervini privatis ad Maffeu 21. Iulii scriptis (et 22. missis — etiam de litteris communibus iam 20. Iulii tractatum erat) aliqua exhibet Pallavicin. 10, 4, 2 et *Leva* 1. c. p. 332, adn. 1. Relationem paene integram transumpsit *Raynaldus* ad a. 1547 » n. 81.

² Cf. ad 21. Iulii, p. 674, l. 30 ss. et adn. 2.

³ Quae notationes sunt illa volumina, quae custo diuntur in tabulario Vaticano Arm. XI, vol. 43. 44. 45, et in bibliotheca municipalis Septempedana *Miscellan.* l. II, a. 1543 et 1545 magnam ad partem scriptis; de quibus consulas *Prolegomena*. — Error de mense mihi videtur esse, quod ab *Raynaldo* ad a. 1547, n. 67 (nescio ex quo fonte) refertur: »Memorata vero die 23. Iunii distributae sunt patribus schedulae iisdem conceptae verbis, in quibus argumenta, quae vim sacrarum indulgentiarum confirmant, brevi com pendio contracta designabantur.«

⁴ Apud *Fantuzzi*, *Notizie degli scrittori Bolognesi* III (Bologna 1783), 334 praeter alios eiusdem gentis commemoratur Hercules Fontana poeta, cuius prod ierunt carmina Bononiae 1574.

⁵ Cf. *Raynaldum* ad a. 1547, n. 80. De ultimo, scilicet de pontifice non per concilium eligendo, iam antea provisum erat.

⁶ Cur episcopus Labacensis illorum potissimum de cretorum exempla authenticata desideraverit, non alio rum, difficile est dictu. De articulis controversis, quorum solutionem petierat orator, cf. p. 674, l. 31.

⁷ Farnesius 31. Dec. 1545 iusserat legatos »che li tre sigilli insieme di V. S^{rie} Ill^{me}, o quando la moltiplicita d' essi noia, quello dei primo di loro in ordine» ponerentur (cf. *Druffel*, *Mon. Trid.* p. 258). Cf. supra p. 396, l. 33, et Massarelli notata *Concil.* t. 22, f. 247.

26. Iulii, Martis.

W Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua Ra's D. archiepiscopus **Materanus**, decanus deputationis pro reformatione, retulit ea quae per ipsos DD. deputatos gesta fuerunt, videlicet, quoad pluralitatem beneficiorum incompatibilium quoad praeterita (quia quoad futura iam decretum est in concilio Tridentino), quod cum dispensatione alias habilis³ possit retinere duo, graduata vero et sublimis persona tantum tria, alia autem infra sex menses in Italia, ultra montes infra annum resignare etiam in manibus ordinariorum teneantur, alias omnibus beneficiis sit ipso facto privatus*.

Quoad abusus legit abusus per eos collectos quoad sacramenta baptismi, confirmationis et eucharistiae. Quos in quatuor species divisit: 1. abusus circa sacramenta in genere; 2. de abusibus cuiusque sacramenti particularis; 3. provisiones circa illos abusus faciendae; 4. monitiones faciendae episcopis, sacerdotibus et laicis circa ipsa sacramenta administrationem².

Deinde laudantur DD. deputati de diligentia, labore et pietate a Rmo D. **card. de Monte**, qui dixit patribus, quod abusuum lectorum dabitur copia patribus, ut super his suas dicere sententias possint. Et ita solvitur congregatio hora 13d. Cui praefuerunt ipsi duo Rmi legati et interfuerunt 20 praelati, videlicet: Materanus, Feltrensis, Aciensis, Sabinicensis, Grossetanus, Fesulanus, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Motulanus, Paretinus, Thermularum, Veronensis, Caprulanus, Bituntinus, Venusinus, Britonoriensis, Aquinas, Milonensis, Alyphanus, Minoriensis, item generalis Servorum et abbreviator.

243v

27. Iulii, Mercurii.

Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua incipiunt examinari canones de extrema unctione et de ordine quoad materiam et quoad formam, dicunturque sententiae ab octo patribus, videlicet Materano, Aciensi, Sabinicensi, Grossetano, Fesulano, Maioricensi, Aquensi Vorstio⁰ et Sebasten[si]. Deinde solvitur congregatio hora 14.; cui interfuerunt qui supra, addito Sebastensi³.

a corr. pro inhabilis. b M.s. quo. e sic. d corr. XIII ex X, copia cod. 77 habet X; unde videtur ante correctionem esse scripta. e M.s. Vorstius.

1 »Canon super pluralitatem incompatibilium beneficiorum, lectus in generali congregatione per archiepiscopum Materanum nomine deputatorum canonistarum» extat in tom. *Concil.* io, f. 184 Arch. Vat.

2 Horum abusuum extant exempla in tabular. Vat. *Concil.* 14, f. 265; t. 16, f. 310; ibid. f. 367 »Richardus Cenomanus super abusibus sacramentorum»; ibid. f. 326—360 »Explicatio eorum quae spectant ad sacramenta baptismi et confirmationis conscripta a tribus theologis Lovaniensibus, qui propediem etiam daturi sunt tractatum de sacramento eucharistiae Deo favente» (incip.: *De sacramentis in genere, cap. I. Inter beneficia, quae humano generi*).

3 Hoc die profectus est Burchardus ille missus ab episcopo Labacensi (cf. supra ad 21. Iulii), de quo haec leguntur in libro Manelli ad 27. Iulii: »A di 27 di detto, a Mr Bruchardo [sic] Todesco, oratore dei vescovo Labacense mandato al concilio, scudi diece d'oro, quali si li donano per il suo viaggio di tornarsene in Germania, trovandosi in penuria di danari, pagati per mandato delli Rmi legati sotto il di sopradetto.» Cui simul tradebatur »fides de decretis missis ad episcopum Labacensem 26. Iunii [sic] 1547«, cuius exemplaria transumpta extant in tabular. Vat. *Concil.* t. 63, f. 75 et t. 148 (cuius folia non numerata sunt): »In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Omnibus et singulis praesentes literas visuris notum <sit, supra lin. add.> et apareat evidenter, qualiter Rmus D. Burchardus de Monte, natione Geldrus, presbyter et sacrae theologiae doctor, anno praeterito, dum in sacro concilio Tridentino examinaretur decretum de iustificatione, inter sacrae paginae theologos, deinde hoc

praesente anno et diebus his proxime elapsis destinatus est a consiliariis atque commissario Rdi D. Urbani episcopi Labacensis ad hanc inclitam civitatem Bononiam, ad quam ex Tridento sacrum concilium translatum fuit, et quoad praesens celebratur, quo ecclesiasticae religionis causa, quam praefatus D. Labacensis per suos doctores atque officiatos minus promovere valebat, saltem per sacrosancti concilii iudicium refformaret, cuius legationis munere eundem D. Brocard tam sollicito esse functum apparet, ut omnem non movere lapidem, qui ad ipsius causae finem obtinendum accedere videretur, anxius non moverit. Unde Rmi et Illmi DD. sacri concilii praesidentes et legati illius diligenti sollicitatione victi ac eorum pietate moti, ipsius D. Brucardi petitioni et supplicationi libentissime (quantum pro temporis angustia licuit) annuerunt, prout ex decretis ab hac sacra synodo aeditis, eidem D. Bruchardo a Dnibus suis in forma autentica concessis liquide apparet. De aliis vero articulis quos ipse D. Bruchardus ipsis Rnibus DD. praesidentibus (et sacro concilio, supra lin. add.) declarandos exhibuit, brevi, Deo dante, cum decreta ab hac sancta synodo promulgabuntur, Dnes S. Rmae ad eundem D. Labacensem etiam <in, supra lin. add.> authentica forma missurae sunt.

Quapropter ipsi Rmi et Illmi DD. praesidentes et legati, cognita ipsius D. Bruchardi pietate et zelo erga sanctam nostram christianam fidem et catholicam ecclesiam, hortantur et rogant omnes et singulos cuiuscumque gradus fuerint, ut eundem D. Bruchardum, ad quaecumque loca eum divertere contigerit, digno honore suscipiant et tanquam orthodoxae ecclesiae

Rmi DD. legati receperunt litteras card. Farnesii Romae 23. huius datas una cum copiis litterarum Sfondrati, legati apud imperatorem, 10. et 12. Norimbergae datarum, quibus significatur S. M^{tem} Caesaream adhuc esse eius propositi, ut concilium Tridentum reducatur¹.

Rmi DD. legati responderunt his litteris, quod concilium sine magna consideratione non est reducendum Tridentum, et qualis deliberatio facienda est, in concilio facienda est ex decreto translationis etc.

28. Iulii, Iovis.

Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuntur suas sententias super eisdem canonibus sacramenti extremae unctionis et ordinis, loquuntque sunt undecim, videlicet: Motulanus, Veronensis, Thermulanus, Caprulanus, Bituntinus, Venu sinus, Britonoriensis, Parentinus, Aquinas, Milonensis, Alyphanus. Deinde hora 14. solvitur congregatio, cui interfuerunt qui supra, addito Bononiensi.

Fui ad theologos Gallos pro formandis novis articulis de missa, ut theologis dentur ad disputandum¹² etc.

Fui ad gubernatorem Bononiae pro commendatione Paul[i] Romand. b. de rixa et eum a tortura liberavi, licet postea revocassem commendationem, cum R^m 5 card. S. Crucis deceptus fuisset in qualitate personae et factic ab iis, qui eum sibi commendaverant d.

29. Iulii, Veneris.

W Hora 10. fuit congregatio generalis, in qua patres perfecerunt examinationem dictorum canonum de extrema unctione et ordine³, loquuntque sunt quattuor, videlicet Feltrensis, Bononiensis, qui suo loco non dixerat, et Minoriensis et generalis Servorum. Interfuerunt huic congregationi qui supra die 26. nominantur, additis Bononiensi, Sebastensi. Solvitur autem hora 14.

Datur copia articulorum septem super missa DD. theologis minoribus, ut in eorum congregationibus examinentur⁴.

30. Iulii, Sabbati.

Rmi legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis hucusque in congregatione et de articulis de missa datis.

Datur etiam copia dictorum articulorum.

31. Iulii, Dominica.

244.

Venerunt litterae ex Urbe, quibus significatur pontificem die Iovis praeterita, quae fuit 28. huius, creasse cardinalem D. [Carolus de Guisia Lotharingum]⁸⁶ archi-

a cod. disputandos. b sic. c cod. factu. d cod. commendaverat.

c del. Feltrensi. f Conc. 77 add.: Quorum tenor est talis, videlicet, et sequuntur articuli, ut sunt apud Raynaldum ad a. 1547, n. 6g. 8 lacuna in cod.

alumnus amplexentur. Idem et ipsi Rmi et Illmi DD. praesidentes et legati reciproca benivolentiae vicissitudine paternoque affectu prosequuntur. In quorum omnium et singulorum fidem praesentes litteras manu mea propria ego Angelus Massarellus de Sancto Severino, ipsius sacri concilii secretarius et prothonotarius apostolicus subscripsi et sigillo secreto Rmi et Illmi D. primi ipsius sacri concilii praesidentis et legati demum roboravi. Dat. Bononiae die 26. mensis Iulii anno Dni 1547*

Idem Angelus Massarellus, qui supra, manu propria de mandato. f. «

1 Eodem die Maffeus scripsit Cervino, cuius epistulae epitome est apud G. de Leva, Storia IV, 331 et adn. 3.

2 Arch. Vat. Concil. t. 11, f. 137 est nota superscripta: »fr. Riccardus Cenomanus 28. Iulii 1547 de missa«; ibid. f. 139 sunt duae formae articulorum; f. 136 »Articuli [de missa]; datur copia ipsis theologis 29. Iulii 1547«; eadem forma ibid. f. 135. »Sub hac forma fuerunt disputati Bononiae« (ergo hoc

exemplari usus est Massarellus concilio iterum Tridenti congregato).

3 Concil. t. 22, f. 250 ss. (tabularii Vat.), cf. supra p. 673, adn. 2.

4 Raynaldus ad a. 1547> n. 69; Le Piat III, 631. Cf. adn. 2 huius pag.

5 Carolus Guisianus, filius Claudii, Guisiae et Aumalii ducis, et Antoniae Borboniae, avunculus Mariae Stuart, frater card. Ludovici a Guisia, 17. Febr. 1524 natus annorum quindecim Rhemensis ecclesiae erat praefectus et tres Gallorum reges inunxit, a. 1547 Henricum II (cf. infra ad 23. Augusti), a. 1559 Franciscum II, a. 1561 Carolus IX. Praeterea Metensis ecclesiae episcopus variorumque monasteriorum abbas est factus. De eius ad Paulum III itinere v. infra ad 16. Octobris 1547. Concilio tertium Tridenti congregato interfuit maximamque in illud vim habuit. Anno 1570 Elisabetham Austriacam Franciae reginam in ecclesia sua abbatali S. Dionysii Parisiis coronavit, Negotiis gravissimis pro ecclesia et regno feliciter absolutis obiit Avenione a. 1574 (Ciacon. III, 724 ss.).

episcopum Remensem Gallum ad instantiam illius regis, qui maxima cum instantia petiit a pontifice, ut dictum archiepiscopum cardinalem crearet, cum vellet (ut est mos) ab eo inungi et coronari, quod a S. Ste concessum est. Item reservavit unum cardinalem in pectore per S. Ste nominandum, qui, ut creditur, erit frater ducis Urbini, cui promissus est pileus in matrimonio iam contracto inter nepotem pontificis et ipsum ducem *1*. Item 5 card. Remensis promissus est in alio matrimonio nuper contracto inter nepotem pontificis D. Horatium Farnesium, et filiam naturalem ipsius regis Galliae², adeo quod isti duo cardinales creantur propter duo matrimonia. Quid tibi videtur, lector?

1. Augusti, Lunae, 1547. Bononiae.

Fui ad card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco pro crastina congregatione celebranda et pro litteris ad legatum card. S. Georgii apud Gallos scribendis etc. 10
Intimatur igitur dicta congregatio theologorum pro die crastina hora 10.
Cum D. Pers[io] et Brig[ido] pransus.

2. Augusti, Martis.

W Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum, in qua incipiunt examinari articuli Lutheranorum de missa, quorum copia eis die 29. praeteriti data fuerat, suntque numero septem. Super quibus hodie loquuntur duo, videlicet Don Riccardus 15 Vercellensis, canonicus regularis S. Ioannis in Montibus, congregationis Lateranensis, et fr. bThomas Beccadellus Bononiensis, ord. Praed. Solviturque congregatio hora 13.; cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis et interfuerunt 16 praelati, videlicet episcopus Fel-trensis, Sibiricensis, Grossetanus, Maioricensis, Fesulanus, Sebastensis, Aquensis, Motulanus, Parentinus, Veronensis coadiutor episcopus Motonensis, Thermulanus, Caprulanus, 20 Aquinas, Mylonensis, Alyphanus et Minoricensis, et ultra 70 theologi.

2. Augusti, Martis, eadem scilicet die, hora 20. fuit congregatio theologorum praelatorum super discussione censurarum consideratarum in congregationibus generalibus super canonibus extremae unctionis et ordinis³, examinanturque hodie censurae super 1. et 2. canonibus extremae unctionis. Solvitur congregatio hora 23. 25

3. Augusti, Mercurii.

W Hora 10. fit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis de missa, loquunturque hodie duo, videlicet fr. Nicolaus Grandis, Gallus, doctor Parisiensis, ord. Minorum de observ., et fr. Ioannes Antonius Delphinus, provincialis Bononiensis ord. Minorum Convent., solviturque postea congregatio hora 13. Cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis et interfuerunt 11 praelati, qui in hesternae congregatione nominantur, 0 additis Materano et Bononiensi, et ultra 60 theologi.

Rⁿⁱ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de gestis in hesternis congregationibus theologorum minorum et praelatorum, mittentes articulos ipsos de missa.

4. Augusti, Iovis.

W Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de missa, loquunturque duo, videlicet fr. Alexander Bononiensis, 35 ord. Heremitarum s. Augustini, et fr. Antonius Riccius Novarella, ord. Carmelitarum. Deinde solvitur congregatio hora 13., cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis et interfuerunt praelati qui nominantur die 2. huius, exceptis Britonoriensi et Minoriensi, et additis Materano, Bononiensi et Bituntino, et ultra 70 theologi.

Fui ad gubernatorem Bononiensem pro fratre D. Fesulanfi] exule Florentino etc. 40

Dixit de induciis conclusis inter Tuream et imperatorem et regem Romanorum per quinquennium, hac adiecta condicione, quod hoc interim Caesar non moveat bellum

a sic. h dei. Io[annes].

¹ Cf. supra ad 3. Iunii (p. 660, 1. II ss. et adn. 1).

² Cf. ad 25. Iunii, supra p. 667, 1. 26 ss. et adn. 8.

³ Concil. t. 77 (tabularii Vat.), f. 121 sunt »Canones de sacramento ordinis examinati 2.— 24. Augusti 1547«, cum multis correcturis et additionibus.

cum rege Gallorum neque cum Venetis¹, et missus est D. Gerardusa secretarius imperatoris (qui erat Constantinopoli) ad ipsum Caesarem, ut ratificet spatium trium mensium.

5. Augusti, Veneris.

Rm D. card. S. Crucis in die s. Dominici equitavit spatium mane hora 10. usque ad 12.

- 5 Fui cum Rm D. card. S. Crucis ab hora 20. usque 22., et canones extremae unctionis aptavimus et de matrimonio formandos cepib.

6. Augusti, Sabbati.

- 10 ^A Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulo de missa, loquunturque hodie tres, videlicet fr. (Thomas de Sancto Marino) ord. Servorum, Don Claudius Zaius Sabaudiensis, presbyter reformatus societatis Iesu, et fr. Riccardus Cenomanus, doctor Parisiensis Gallus, ord. Minorum de observ. Deinde dimittitur congregatio hora circiter 14., cui praefuit Rm D. card. S. Crucis et interfuerunt 16 praelati, videlicet archiepiscopi Materanus et Naxiensis, et episcopi 248r Feltrensis, Sabinicensis, Grossetanus, Aquensis, Sebastensis, Maioricensis, Motulanus, Veronensis, Thermularum, Caprulanus, Bituntinus, Aquinas, Salpensis, Alyphanus et circiter 15 40d sacrae theologiae magistri.

Rm DD- legati receperunt litteras a Rm Sfondrato legato apud imperatorem 2, et D. Verallo 2. huius Augustae datas. Vide litteras Veralli, quia aliqua notanda scribit. Miserunt item duos plicos litterarum ad Farnesium. Quas litteras miserunt ipsi Rm legati ad card. Farnesium per staffettam.

- 20 ^A (Eadem die 6. Aug., sabbato hora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super examinatione censurarum super canonibus sacramenti extremae unctionis, proponunturque primi canonis censurae, primo an delenda sit ex eo dictio *Christi fide libus*, et conclusum quod sic. Item an debeat nominari *extrema unctio*, et conclusum est etiam, quod sic. Deinde, an debeat dici *promulgatum* a Iacobo an *commendatum* 25 hoc sacramentum in sua canonica, in quo patres non concordarunt. Solviturque congregatio hora 23.; cui praefuit Rm D. card. S. Crucis, et interfuerunt octo patres, videlicet: Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Britonoriensis, Lavellanus, Minoriensis, generalis Servorum, Pelargus etc.)f

7- Augusti, Dominica.

- 30 Formantur canones super sacramento matrimonii, quos ostendi DD. theologis Gallis apud Annunciatam⁸. Deinde fui ad card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco, cui ostendi litteras praedictas ex Germania, et alia contuli mihi a card. S. Crucis de mandata etc.

Pra[nsus] cum episcopo Feltrensi et ce[natus] cum Mylensi.

- 35 Rm DD. legati scripserunt ad vicelegatum Romand[iolae] pro negotio haeresum Faventinorum.

a cod. Geraldus. sic. c nomen insertum manus ductu paululum diverso deest in tomo Cone. 77, qui cum scribatur, illud non iam additum erat in cod. originali. a cod. 4, qui certe est error. eponuntur hic quaedam signa et legitur: vide in proxima pagina infra, cf. adnot. sequentem. f haec leguntur f. 245¹ inter relationes g. Augusti; suo loco, i. e. f. 245¹ significatur: vide in proxima pagina infra, et f. 245¹ praemittitur: vide supra 6. Augusti, ubi debet esse haec congregatio. Et ponuntur hic et illic signa correspondentia. Cf. infra p. 680, adn. b.

1 Hinc apparet, qui amici Turearum, christiani¹, nominis hostium, fuerint; ab his et maxime a Francisco I Gallorum rege interim mortuo Solimanus Turearum imperator ad bellum imperatori denuo inferendum frustra incitatus erat (cf. supra p. 661, l. 18/19 et adn. 3). Inter condiciones induciarum pro quinque annis factarum erat, ut Tureis 30 milia aureorum singulis annis solverentur. Gerardus Veltwick cum documento 19. Iunii signato ad imperatorem properabat, qui

1. Augusti 1547 illi consensit, cf. J. W. Zinkeisen, Geschichte d. osman. Reiches II (Gotha 1854), 862 ss. A. Huber, Geschichte Österreichs IV (Gotha 1892), 91. In Arch. Vat. Arm. XI, t. 45, f. 497 sunt «Litterae imperatoris Turearum ad Carolum V Caesarem 1547», quae num hac in re scriptae sint nescio.

2 De litteris Sfondrati 30. Iulii datis v. infra ad 17. Augusti (p. 682, l. 38 s. et adn. 2).

3 Cf. infra ad 10. Augusti (p. 680, adn. 5).

8. Augusti, Lunae.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulo de missa, loquutique sunt hodie duo, videlicet fr. Hieronymus ab Oleastro Portugallensis ord. Praedicatorum, et fr. (Franciscus de Senis)a ord. Here mitarum s. Augustini. Solvitur deinde congregatio hora 13. cum dimidia; cui praefuit Rms]j card. S. Crucis et interfuerunt multi praelati ac theologi.

5

^ Hora autem 20. fit congregatio praelatorum theologorum super aptatione censurarum super eisdem canonibus extremae unctionis, discutiunturque censurae primi canonis diffuse. In quo erat controversia super verbo *promulgatum*, an videlicet deberet attribui promulgatio huius sacramenti Iacobo in sua canonica, an commendatio. Nihil tamen hodie conclusum fuit. Interfuerunt huic congregationi Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Britonoriensis, Lavellanus, Minoriensis, generalis Servorum, praefuitque Rms D. card. S. Crucis. Solvitur autem hora 23.

10

Rm DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum de impressione libri de residentia, quod illum videre prius vellent¹ etc.

45v

9. Augusti, Martis.

Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulo de sacrificio missae, loquutique fuerunt duo, videlicet fr. Ioannes Antonius Delphinus, provincialis Bononiensis, ord. Minorum Convent., qui in aliis superioribus congregationibus loquutus fuerat super primo articulo tantum, et hodie loquutus est super applicatione missae, et fr. Ioannes Consilii Gallus, doctor Parisiensis, ord. Minorum de observ. Solviturque congregatio hora 14.; cui praefuit Rm³ D. card. S. Crucis, et interfuerunt 14 praelati, videlicet archiepiscopi Materanus et Naxiensis, et episcopi Feltrensis, Sibiricensis, Grossetanus, Aquensis, Maioricensis, Sebastensis, Thermanus, Caprulanus, Bituntinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Mylonensis, necnon multi sacrae theologiae magistri etc.^b

15

t;> Eadem die 9. Augusti, Martis. Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super examinatione earundem censurarum in canonibus extremae unctionis, concluditurque primus canon. Et quoad secundum fuit maxima disputatio inter patres, an usus extremae unctionis fuerit semper in ecclesia dandi sacramentum hoc in extremis, cum neque Marcus neque Iacobus meminerit huius dictionis, sed loquuti fuerint generaliter: *si quis infirmatur in vobis*², et *ungebant infirmos et sanabantur*³. Et conclusum quod sic, quia, licet forsan in primitiva ecclesia daretur aliquando non laborantibus in extremis, ut et dona miraculorum ad fundandam ipsam ecclesiam faceret, tamen eodem ipso tempore et laborantibus in extremis dabatur. Solvitur autem congregatio hora 24., cum multum decertatum sit inter patres. Cui congregationi interfuerunt ipse Rms card. S. Crucis, Aciensis, Motulanus, Veronensis, Bituntinus, Britonoriensis, Lavellanus, Minoriensis et Maioricensis etc.

25

30

35

246r

10. Augusti, Mercurii, in die s. Laurentii.

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur⁴.

Formantur duo canones de extrema unctione, secundus scilicet et tertius, secundum mentem patrum in hesterna congregatione⁵.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod advertendum est, dato quod pontifex vellet quod concilium reverteretur Tridentum, quod hoc non est faciendum

40

a *noitien deest Cone. 77, in cod. originali insertum postea.*

b *hic inserta est illa de 6. Augusti relatio, quam adiunximus supra p. 6y-p, l. 20 ss.; cf. adn. f. ibid.*

1 Quis huius libri auctor fuerit nescio; vix unus e conciliaribus erat, quoniam hic librum antea legatis sine dubio ostendisset.

2 Iac. 5, 14.

3 Mare. 6, 13: et ungebant [apostoli a Christo missi] oleo multos aegros et sanabant.

4 Ad quid referendum sit haec gratiarum actio, non liquet; an ad constitutionem canonum?

5 In tabular. Vat. *Concil.* t. 7, f. 188- sunt »Censurae theologorum Parisiensium super canonibus matrimonii 9. Augusti 1547: Consilii, Cenomani, Grandis, Salazar ord. Minor, de observ.«; f. 189 censurae Nic. Grandis solius, 16. Augusti; ibid. f. 196 leguntur censurae generalis Praedicatorum de eisdem canonibus missae »Magco Dno. D. meo Angelo, secretario concilii.«

inconsulto non solum Caesare, sed caeteris regibus christianis, cum ita sit decretum in translatione concilii ex Tridento in fine decreti etc.

11. Augusti, Iovis.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super discussione eorundem articulorum de missa, loquutique fuerunt duo, videlicet fr. Hieronymus Papinus Laudensis
5 ord. Praed., regens Bononiensis, et fr. Franciscus de Conceptione Portugallensis, ord. Minorum de observ. Deinde solvitur congregatio hora 13.; cui praefuit Rm's D. card. S. Crucis, et interfuerunt 17 praelati, videlicet Materanus, Naxiensis, Feltrensis, Sibi
10 nicensis, Grossetanus, Fesulanus, Sebastensis, Maioricensis, Aquensis, Motulanus, Caprulanus, Thermulanus, Bituntinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Alyphanus, Minoriensis et generalis Servorum, ac theologiae professores quamplurimi etc.

ts/ Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super aptandis canonibus eisdem sacramenti extremae unctionis, formanturque duo novi canones, videlicet secundus et tertius, quorum copia hoc mane ad eos transmissa erat; qui exami
15 nantur. In quibus agitur de usu istius sacramenti, de effectu, et quod non fiat iniuria infirmis neque damnum, si tantum laborantibus in extremis conferatur. Absolviturque tantum examinatio primi canonis, in quo multa considerantur, quae reformanda cupiebat³, et conclusum, quod reformetur adhuc iste secundus canon. Et dimissi patres hora fere 24.; cui [congregationi] interfuerunt qui superius nominantur, addito Pelargo etc.

12. Augusti, Veneris.

^ Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super eisdem articulis
20 de missa, loquunturque duo, videlicet fr. Ioannesb de Corrigioc ord. Minorum Convent., regens Bononiensis, et fr. Petrus Paulus Aretinus ord. Praed. Solvitur deinde congregatio hora circiter 14.; cui praefuit R^m'f3 D. card. S. Crucis, et interfuerunt praelati suprascripti, excepto Minoriensi, et addito generali Servorum et Lavellano.

W aHora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super exami- 246V
25 natione censurarum eorundem canonum sacramenti extremae unctionis. Quae examinatio Deo dante perficitur, et ita concluduntur tres canones super ipso sacramento, et dimittitur congregatio hora 23. cum dimidia; cui interfuerunt Aciensis, Motulanus, Veronensis, Maioricensis, Bituntinus, Britonoriensis, Lavellanus, Minoriensis, generalis Servorum, Pelargus. Ostenditur prius copia dictorum canonum omnibus iis particulariter domi.

30 ^ '(Eadem hora 20.) fuit congregatio praelatorum canonistarum coram Rm D. card. de Monte super abusibus sacramentorum et reformatione etc.

13. Augusti, Sabbati.

* Fit congregatio theologorum minorum super discussione eorundem articulorum de missa, loquunturque hodie tres, videlicet: fr. (Franciscus de Cesena)g ord. Heremitarum s. Augustini, frater (Alexander de Lugo)8 ord. Minorum Convent., et
35 fr. Hieronymus de Bononia ord. Servorum. Deinde solvitur congregatio hora 13.; cui praefuit Rm's D. card. S. Crucis, et interfuerunt multi praelati et sacrae theologiae magistri.

R DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de iis, quae aguntur in concilio, id est: quod heri perfecta sit examinatio censurarum canonum extremae unctionis, et quod canonistae collegerint abusus usque ad sacramentum ordinis, quolibetque die
40 audiantur theologi super examinatione articulorum de missa¹, et quod hac futura hebdomada proponantur canones sacramenti matrimonii quoad materiam et quoad formam, et quod laudent mentem pontificis, qui velit se remittere ad concilium in rebus gerendis quoad concilium Tridentum reducendum².

^{s*c'} ^{' Ricc'us-} ^{' cod. de coregiis.} ^{d quae sequuntur, in libro originali posita}
sunt post congregationem canonistarum (quae est l. jo s.), sed hanc, apposito B, intra postponendam, illam, apposito A, supra praemittendam esse significatur. e cf. adn. d. f corr. ex Hora autem 20.
g nomen deest in Cone. 77, in libro orig. insertum est postea.

¹ Raynaldus ad a. 1547, n. 69.

² Cf. Raynaldum ad a. 1547, n. 81.

Concilium Tridentinum. I.

14. Augusti, Dominica.

In vigilia assumptionis b. Mariae incipiuntur nundinae in civitate hac Bononiensi; nam hoc festum est Bononiensibus maximae celebritatis. Antiani enim sive domini vel consules civitatis una cum gubernatore urbis et caeteris magistratibus proficiscuntur ad ecclesiam b. Mariae de Monte extra civitatem unum milliare, ubi offerunt quosdam cereos et quaedam alia munera, mosque est, ut ibi ianctaculum faciant sibi a fratribus illis paratum etc.

Incipiunt feriae sive nundinae Bononienses, quae durant per totam sequentem hebdomadam.

15. Augusti, Lunae, in die assumptionis virginis.

ts» Licet sit hodie dies, in quo fieri solebat capella conciliaris, ut observatum est Tridenti, tamen hoc anno 1547 propter dictas ferias (nam platea ubique mercaturis plena erat) facta non fuit, sed quilibet separatim devotionis causa vel ad monasterium b. Mariae supra montem vel alio commeavit.

DD. Cath. et Perf.a Bon[onienses] mecum] p[ransi] s[unt], quibus (ut mos est) nund[inas] em[i].

16. Augusti, in festo s. Rochi, Martis.

Nulla facta fuit congregatio, cum festum hoc b. Rochi valde celebre sit in hac Bononiensi civitate etc.

Vacavi aptandis canonibus matrimonii, ut in congregationibus generalibus proponi possint etc.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rmo D. cardinale S. Florae, camerario, de exemptionibus praelatorum Bononiensium¹ etc. 12. huius datas.

Rm DD. legati fuerunt simul in domo Campeggiorum) per tres horas, de agendis loquuti etc.

17. Augusti, Martis.

Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de missa, loquunturque hodie tres, videlicet fr. Gaspar a Regibus Portugallensis, ord. Praed. (qui est unus de tribus missis ad concilium a rege illo Portugalliae), fr. Franciscus Salazar Hispanus, ord. Minorum de observantia, et D. Gentianus Hervetus, Gallus, doctor saecularis. Deinde solvitur congregatio hora 14.; cui praefuit Rmus Card. S. Crucis, et interfuerunt praelati infrascripti, videlicet Materanus, Naxiensis, Feltrensis, Sibiricensis, Bononiensis, Grossetanus, Aquensis, Sebastensis, Veronensis coadiutor, Caprulanus, Parentinus, Thermularum, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatis, Mylensis, et ultra 50 sacrae theologiae professores et magistri.

Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua incipiunt examinari censurae factae in congregationibus generalibus super canonibus ordinis, et absolvuntur illae, quae sunt super 1. et 2. canonibus, qui aptantur et reformantur. Solviturque congregatio hora 23.; cui interfuerunt Aciensis, Chironensis, Motulanus, Veronensis coadiutor, Bituntinus, Britonoriensis, Maioricensis, Lavellanus, Minorienis, generalis Servorum et Pelargus, commissarius archiepiscoporum Coloniensis et Treverensis.

RTM DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio et D. Maffeo cum copia discursu⁰ RTM D. legati card. Sfondrati ex Germania missi etc. circa concilium².

Applicuit Bononiam D. Matthias, magister cursorum pontificius.

4°

18. Augusti, Iovis.

Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de missa, loquunturque duo, videlicet fr. {Christophorus de Bagno-

a sic.

¹ Cf. supra ad 22. Maii 1547.

² In tabularii Vaticani tomo *Concil.* 32, qui scripturas ex Moroni hereditate continet, extat (f. 484) exemplum transumptum: *Discorso dei Sfondrati sopra la reductione dei concilio*. Qui discursus typis exscriptus (sed cum

titulo non satis claro) legitur apud *Dollinger* Beitrage I, 108—III; de quo cf. *Pallavicin.* 10, 3, 8 s.; *G. de Leva*, Storia IV, 332 s. Cf. litteras Mendozae (cui card. Cauriensis exemplum tradiderat) 27. Augusti imperatori datas apud *Dollinger* 1. c. p. 107 s.

cavallo)a ord. Minorum Convent., et Don Alphonsus Salmeron, Hispanus, societatis Iesu; qui cum non potuisset perficere votum suum, cum hora esset iam 14., solvitur congregatio et datur locus in diem crastinum. Cui congregationi praefuerunt ipsi duo Rmi legati, videlicet card. de Monte et S. Crucis, et interfuerunt praelati infrascripti, 247^r
5 videlicet Naxiensis, Bononiensis, Sabinensis, Grossetanus, Maioricensis, Sebastensis, Motulanus, Thermulanus, Caprulanus, Venusinus, Veronensis, Britonoriensis, Mylensis, Lavellanus, Aquinatis, generalis Servorum, ac theologiae magistri quamplurimi.

Datur copia praelatis theologis deputatis canonis tertii de sacramento ordinis, re formati secundum censuras patrum generalis congregationis.

10 w Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua examinantur tertius canon sacramenti ordinis, qui ad eos hodie transmissus est, et approbatur ab omnibus, paucis mutatis. Solvitur congregatio hora fere 24.; cui praefuit Rmus D. card. S. Crucis, et interfuerunt praelati qui in hesterna congregatione nominantur.

19. Augusti, Veneris.

15 Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulorum de missa. Loquuntur duo, videlicet Don Alphonsus Salmeron, qui heri votum suum perficere non potuit, et fr. Gratianus de Laude ord. Praedicatorum, prior S. Dominici Bononiensis. Deinde solvitur congregatio hora 14.; cui praefuerunt duo Rmi legati, et interfuerunt praelati suprascripti et theologi quamplures.

Rni DD. legati receperunt litteras a Rmo card. Sfondrato legato in Germaniam 20 14. Augusti Augustae datas cum inclusis ad card. Farnesium etc., {quae mittuntur per staffettam} °.

20. Augusti, Sabbati.

16 Hora 10. fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorum articulorum de missa, loquunturque duo, videlicet fr. {Angelus Mutinensis} d ord. Praed., et fr. Ioannes Antonius Delphinus ord. Minorum de observ., provincialis 25 Bononiensis, qui bis antea super eisdem articulis dixerat, super primo scilicet et secundo, hodie autem disseruit circa quartum, de missis privatis. Solviturque congregatio hora 14.; cui praefuerunt ipsi duo Rmi DD. legati et [interfuerunt] praelati et sacrae theologiae magistri quamplurimi etc.

W Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super aptatione 24^r
30 tertii canonis sacramenti ordinis, qui ad eos hoc mane transmissus fuerat novissime re formatus, et tandem post multas disputationes concluditur. Solviturque congregatio hora 23.; cui praefuit Rmus D. card. S. Crucis, et interfuerunt episcopi Aciensis, Chironensis, Motulanus, Veronensis coadiutor, Bituntinus, Britonoriensis, Lavellanus, Minoriensis, Pelargus, item episcopi Bononiensis et Maioricensis auditores tantum, ut alias etiam 35 soliti fuerunt etc.

Rmi DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium super discursu misso a Rmo D. card. Sfondrato ex Germania super reductione concilii Tridentum J, suadentes et id multis rationibus probantes, quod nullo modo sit redeundum ad civitatem illam Tridentinam, et quod non possit, non debeat, neque expediens sit ut re- 40 ducatur² etc.

21. Augusti, Dominica.

Fui ad gubernatorem Bononiae pro commendatione Andrich' in gratiam equitis della Volta etc.

Rmus j) card. de Monte fuit ad ecclesiam divi Dominici, ut videret arcam, ubi eius corpus quiescit³, item bibliothecam, quae perpulchra est tum aedificio tum multi-

a obscuriore atramento insertum in lacuna; om. Concil. 77.

f sic. c alio manus ductu add. d insertum in lacuna. e sic, vel Audrich ?

1 Cf. supra ad 17. Augusti (p. 682, l. 38/39 et adn. 2); Raynaldum ad a. 1547, n. 81.

2 Cervini ad Maffaeum litterarum privatarum partem dat G. de Leva, Storia IV, 335, adn. 4.

3 De monumento sepulchrali s. Dominici (facto a Nicolao Pisano eiusque discipulo fr. Guilelmo, partim a Nicolao dell' Arca et Michaele Angelo Bonarotto) ultimus scripsit J. J. Berthier (Parisiis 1895).

tudine et raritate librorum¹. Ostenditur enim etiam in ea biblia quaedam antiquissima in modum rotuli descripta, quam aiunt fuisse Esdraemet².

Reformatur tertius canon de sacramento ordinis secundum verba formalia Lutheranorum.

22. Augusti, Lunae.

Hora 10. cum dimidia fuit congregatio theologorum minorum super examinatione eorundem articulorum de missa, loquunturque duo, videlicet fr. [^]Placidus de Parma)a ord. Praedicatorum et fr. {Hieronymus Mazzarellus Bononiensis}" eiusdem ordinis. Deinde, cum nemo alius loqui vellet, imponitur finis examinationi suprascriptorum articulorum de missa, qui die 2. praesentis mensis ipsis theologis propositi sunt et ibi describuntur, et laudantur ipsi theologi a Rr,† et 11^{to} D. cardinali primo praesidente de doctrina et pietate etc., solviturque congregatio hora circiter 15. Cui praefuerunt ipsi Rm duo legati et [interfuerunt] multi praelati ac theologi etc.

248V u Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super aptatione quarti canonis, in quo censurae discutiuntur. Adveniente tamen IUmuD. de Gieb oratore Chrm regis destinatus' ad pontificem³, qui Rmos DD. legatos nomine[^] regio visitare cupiebat, solvitur congregatio antequam perficeretur, hora 22. Cui interfuerunt qui superius nominantur.

Ulmus jj Ue Gie, orator regis Chrm destinatus ad pontificem, venit visitatum Rmos DD. legatos, quibus praesentavit litteras regias credentiales in ipsum oratorem. Qui orator exposuit bonam mentem illius regis erga S. Stē, sedem apostolicam et concilium, et quod S. M'āiam discedere praeceperat suum oratorem proprium cum multis praelatis' ut ad concilium veniant⁴ etc. Excipitur humanissime a Rms legatis, agentibus gratias regi ipsi de tam pio et catholico animo.

23. Augusti, Martis.

Hora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super examinatione censurarum quarti canonis sacramenti ordinis, qui canon reformatur secundum patrum sententias etc., solviturque congregatio hora 23. Cui praefuit Rms D. card. S. Crucis et interfuerunt R DD. Aciensis, Chironensis, Motulanus, Veronensis coadiutor, Bituntinus, Lavellanus, Minorienensis, generalis Servorum, Pelargus.

Rm DD- legati receperunt litteras a Rmo D. card. S. Georgii, legato apud regem Chr^{um}, et episcopo Imolensi⁶ nuncio 12. huius Cotrae datas, quibus significabant, regem illum accepisse coronam et inunctionem 26. praeteriti mensis <Iulii> in Remensi civitate a novo cardinali et archiepiscopo illius loci⁸; item quod rex ipse iusserat, ut 11^{to} D. de Durfe, orator suus designatus ad concilium, una cum praelatis nonnullis iam etiam electis ex Galliis discederent et Bononiam peterent. Miseruntque duas litteras regias, unam D. archiepiscopo Aquensi (qui modo est Patavii), et alteram D. episcopo Mirapicensi (qui nunc est Veronae⁷, et fuerunt in concilio Tridentino regio nomine, post translationem tamen huc accedere noluerunt adhuc sine mandato sui regis), quibus mandatur eis, ut statim Bononiam se conferant⁴. Quas litteras detulit D. Marcus Antonius Henrighinus, secretarius Illm^{ae} D. ducissae Placentiae, qui per equos dispositos e Gallia

■ insertum in lamna.
d corr. pro Augusti.

➤ sic? in fine videtur littera (s?) deleta.

c sic.

¹ Bibliotheca monasterii S. Dominici Bononiensis celeberrima erat, quare eius catalogi a viris doctis magni aestimabantur; est ex. gr. eius catalogi exemplum in codice quodam Barberiniano.

² Vix dici debet hunc rotulum vel unum ex eis fuisse, qui in synagogis Iudaeorum legebantur, vel in eorum modo scriptum; de aetate codicum nostrorum veteris testamenti constat antiquissimos saeculum decimum non superare, cf. H. Strack, Prolegomena critica in vetus testamentum Hebr. (Lipsiae 1873) P. 47 ss., A. Dillmann in Realencyklopadie fur protest. Theol. 8 II (Leipzig 1878), 397. De pentateuchi codice Bononiensi, quem ipsius Esdrae manu scriptum et ex quo

omnes alios derivatos esse perhibebant, disserit Monifaucon, Diarium Italicum p. 399 s., quae transumpsit Fabricius, Codex pseudepigraphus Veteris Test. I (Hamburgi 1722), 1147 s. Codex a. 1308 dono offerebatur fratri Aimerico, et iam tum pro vetustissimo habebatur.

³ Guy£ (seu Gue, Gye) de Rohan.

⁴ Cf. Raynaldum ad a. 1547, n. 83.

⁶ Dandinus, de quo v. supra p. 252, l. 38 ss. et adn. 3; p. 644, adn. 4.

⁶ Carolus de Guisia, cf. supra p. 677, l. 30 et adn. 5.

⁷ De litteris ad Mirapicensem datis cf. supra ad 15. et ad 3- Iulii; de loco cf. adn. sequentem.

Romam proficiscitur¹. Item scribunt, quod | D. prior Capuae² cum 16 triremibus regiis ²⁴⁹ expugnaverit castrum S. Andraeaea in Soot[ia]b, ceperitque captivos illos, qui cardinalem olim S. Andreae interfecerunt³ etc.

Applicuit Bononiam nobilis quidam Gallus missus ab Illmo D. de Durfe, oratore
5 Chr regis ad concilium designato, ut domum pro eo praeparet, brevi enim huc ad venturum retulit.

[^] | eSati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras card.
S. Georgii legati etc. et rogantes, ut mittant ex Urbe praelatos ad concilium et scribant
ad eos, qui Tridenti fuerunt et nunc vagantur in vicinis civitatibus, ut et ipsi ad con
10 cilium revertantur.

24. Augusti, Mercurii.

RTM DD. legati receperunt litteras a Rmo card. Farnesio 20. huius Romae
datas, quibus significat pontificem esse intentionis conferendi se ad hanc civitatem Bo
noniensem et concilio interesse, super quo petit legatorum consilium⁴. Laudat item nomine
S. S^m, quod Rm legati diligenter intendant prosecutioni et examinationi materiarum
15 concilii, ut suo tempore in plena sessione omnia publicari possint⁵.

W Rm DD. legati scripserunt ad archiepiscopum Aquensem et episcopum
Mirapicensem Gallos, Veronae et Patavii existentes, mittentes eis litteras regis Chrm,
quas heri receperunt a Rmo legato apud S. Mtm, in quibus mandatur eis, ut statim se
ad hanc civitatem⁰ ad concilium conferant⁶.

20 [^] Datur copia canonis quinti sacramenti ordinis DD. praelatis theologis deputatis,
ut in eorum congregatione examinetur etc.

[^] Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super exami
natione censurarum quinti canonis, qui reformatus ad patres transmissus fuerat, e post
multas disputationes concluditur, et sic perficitur examinatio istorum canonum de sacra
25 mento ordinis. Indecisum autem restat, an hic sit facienda mentio de primatu Petri et
potestate summi pontificis, vel suo loco separatim relinquendum sit. Quo autem ad ea,
quae ultra contenta in canonibus propositis desiderantur damnari, dictum est, quod
cras eorum mittatur exemplum omnibus patribus, ut super his considerare possint.
Deinde solvitur congregatio hora 23. Hodie enim, licet sit festivitas b. Bartholomei
30 | apostoli et sit valde celebris in hac civitate⁷, ac propterea curratur bravium et quidam ^{249 V}
alii ludi fiant, congregatio tamen habita est, ut nulli labori, nulli diei pro expeditione
rerum tractandarum, praesertim cum appropinquet dies sessionis, Rn^m DD. legati et
patres parcant.

25. Augusti, Iovis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium accusantes receptionem
35 suarum 20. datarum, super quibus quid sentiant per primas aperient etc.

[^] Datur copia DD. praelatis theologis quattuor capitum, quae considerata sunt addenda
esse in canonibus propositis de sacramento ordinis in congregatione generali⁸ etc.

26. Augusti, Veneris.

[^] Plora 20. fuit congregatio praelatorum theologorum super examinatione
quattuor capitum, quae in congregatione generali considerata sunt addenda esse his
40 canonibus de sacramento ordinis, quae capita transmissa fuerant patribus his sub hac
forma, videlicet:

a sic. b quae uncis inclusi, avulsa sunt. 0 hic iteratur se.

¹ A legatis epistolae mittebantur episcopis illis, cf. Manelli librum ad 2. Septembris (f. XXVIII): »A di 2. detto, a Ioseppe Truisano scudi dui d'oro — quali sono per il viaggio che ha fatto a Mantova et Padova a portare le due lettere dei re Chrm al' arcivescovo Aquense et al vescovo Mirapicense, perche vengano al concilio etc. — pagati per mandato delli Rm legati sotto il di sopradetto.«

² Leo Strotius Florentinus, dux classis Gallorum, T 26. Iunii 1551, de quo v. A. v. Reumont, Geschichte Toscanas I (Gotha 1876), 51. 153. 204 ss.

³ De caede card. Davidis Beatonis, archiepiscopi S. Andreae et primatis Scotiae, cf. A. Bellesheim, Geschichte der kath. Kirche in Schottland I (Mainz 1883), 351.

⁴ Quod scripserunt 27. Augusti, cf. infra p. 686, 1. 21 ss.

⁶ Raynaldus ad a. 1547, n. 69.

⁶ Cf. p. 684, 1. 34 ss.

⁷ Est Bononiae ecclesia parochialis S. Bartholomaei.

⁸ Cf. 1. 26 ss. huius pag.; in congregatione generali coniungendum est cum *propositis*, non cum *considerata sunt*.

Considerent ante omnia patres, an infrascriptae materiae convenient huic loco, ubi agitur de sacramento ordinis. Et si omnes vel earum aliquae convenire videantur, forment super his canonem.

- kj* 1. Exprimatur, quod sacerdotium est potestas in anima, et quod per depositionem non aufertur.
- ts* 2. Damnetur, quod neque presbyteri neque diaconi praedicare possunt, nisi mitantur ab episcopo vel sede apostolica.
- ^* 3. Exprimatur, quod episcopus praescitus habeat eandem potestatem, quam electus et praedestinatus.
- W* 4. Declaretur, quid sit sacerdos et quae ad eum pertineant*.

Quae omnia a patribus <in hoc>a loco omittenda sancitum est et suo loco tractanda, eo magis, quod maior pars eorum iam damnata sint, etiam ab hac sancta synodo. Et ita cum Dei laude perficitur examinatio censurarum consideratarum super his canonibus sacramenti ordinis in congregatione generali, et canones ipsi conclusi quoad ipsos theologos. Solvitur congregatio hora 23.; cui interfuerunt qui supra.

250r

27. Augusti, Sabbati, 1547 Bononiae.

W Fr. Ambrogio Pelargus Germanus, procurator et commissarius R^m D. archiepiscopi Treverensis ad concilium, revocatur² ab ipso archiepiscopo per litteras suas datas in civitate Treverensi 9. huius mensis Augusti et praecipitur, ut eat statim Augustam, ubi ipse archiepiscopus erit praesens in dieta imperiali etc.

R^m DD. legati scripserunt ad card. Farnesium circa adventum pontificis 20 Bononiam ad concilium³, quod non videatur expedire multis rationibus, praesertim ne videatur velle cogere concilium ad suam voluntatem etc.

Scripserunt item circa licentiam extrahendi frumentum ex Romandiola etc.

28. Augusti, Dominica.

W Reformantur canones super sacramento matrimonii et relinquuntur duo articuli indecisi, ut prius super eis intelligatur iudicium patrum, quod fiet cras in generali congregatione. 25

R^m DD. legati scripserunt ad card. Mantuanum in commendationem Don Ricardi Vercellensis, canonici regularis Lateranensis congregationis.

29. Augusti, Lunae.

W Hora 11. fuit congregatio generalis, in qua R^m S. D. card. de Monte primus praesidens et legatus retulit patribus ea quae acta fuerunt post ultimam congregationem 30 generalem quoad dogmata et quoad reformationem. Quoad dogmata, DD. deputati theologi praelati examinerunt censuras factas in congregatione generali super canonibus sacramenti extremae unctionis et ordinis; qui canones secundum dictas censuras reformati fuerunt et eorum copia patribus suo tempore dabitur. Quoad reformationem DD. deputati canonistae collegerunt abusus super sacramento poenitentiae, extrema unctione 35

a corr. pro huic (quod legitur in Cone. jj).

b sic.

¹ Raynaldus ad a. 1547, n. 69.

² Manellus in libro pecuniarum f. XXVIII ad 31. Augusti (quo die procurator videtur profectus esse) notat: »A frate Ambrogio Pelargo, procuratore delli arcivescovi Coloniense et Treverense scudi quindecim d'oro, quali si li danno per il viaggio, che lui se ne torna in Germania, pagati per mandato delli R^m legati sotto il di sopradetto.« Iam ad 19. Augusti idem notat eidem data esse »scudi nove d'oro, quali sono per sua suventione et cose necessarie...« J Episcopi videntur Pelargum revocasse, antequam aperirentur comitia imperialia Augustae.

³ Cf. supra ad 24. Augusti. — Eodem die nescio

an legati acceperint litteras ex Urbe; saltem apud G. de Leva (Storia IV, 337, adn. 2) est particula epistulae Veralli 25. Augusti Romae ad Cervinum datae. Praeterea in tabular. Vat. Concil. t. 6, f. 458 s. est sententia »Del Rmo Guidiccione sopra le ragioni dei concilio 24. Aug. 1547.« (Bartholomaeus Guidiccione erat unus ex cardinalibus deputatis a pontifice in rebus concilii; cuius de morte refert Massarellus infra in hoc diario ad 4. Nov. 1549.) Ibidem f. 467 s. est »Discorso sopra il concilio« incipiens »La risposta delli R^m deputati alia richiesta dell'imperatore sopra il ritorno dei concilio a Trento mi par ben considerata« (sed nihilominus non cum ea consentit).

et ordinea. Restat nunc proponendum sacramentum matrimonii. Super quo antequam canones aedantur, intelligendum est iudicium patrum quoad duo articulos, qui habere videntur aliquam difficultatem: an scilicet omittendi sint et relinquendi dispositioni iuris (sunt enim ambo in iure decisi) ut non necessariae quaestiones etiam inter catholicos
5 evitentur; | an etiam una cum aliis terminandi. Patres igitur cogitare poterunt et in 250V proxima congregatione dicere suas sententias.

Articuli autem ipsi ita se habent:

[1]. Matrimonia clandestina non esse legitima matrimonia, ac proinde esse in potestate parentum ea irritandi, nisi qui clam contraxerunt impetrarent a patribus
10 ea rata haberi.

2. Mulier, quae alteri viro sui fecit copiam, adeo uxor esse desiit, ut utrique coniugum aut saltem innocentem, qui scilicet causam non dedit divortio, liceat cui velit nubere; neque eum mechari, qui dimissa adultera aliam duxerit¹.

Deinde R^lus D. archiepiscopus **Materanus**, decanus deputationis canonistarum, legit
15 abusus per eos collectos super sacramento poenitentiae. Quibus lectis ipse R^m's D. **cardinalis** dixit patribus, ut mitterent pro exemplo duorum articulorum suprascriptorum et abusu super sacramento baptismi, ut ante omnia examinentur et super eis canones formentur. Et solvitur congregatio hora 13. Cui praefuerunt ipsi duo R^m legati, et interfuerunt 25 praelati, videlicet Materanus et Naxiensis archiepiscopi, et episcopi
20 Feltrensis, Aciensis, Bononiensis, Sabinensis, Grossetanus, Aquensis, Sebastensis, Maioricensis, Motulanus, Parentinus, Veronensis, Ieracensis, Chironensis, Mylensis Ferrettus, Thermulanus, Caprulanus, Bituntinus, Venusinus, Aquinas, Mylensis Graecus, Lavellanus, Aliphanus, Minoriensis; item generalis Servorum.

ts» Datur copia omnibus praelatis duorum articulorum de matrimonio, qui
25 etiam inter catholicos controversi sunt, et abusu super sacramento baptismi collectorum a DD. deputatis canonistis et lectorum in generali congregatione 26. Iulii.

R^m DD. legati scripserunt ad legatum Venetiarum D. archiepiscopum Beneventanum super fratre illo Convent[ualium] de haeresi accusato etc.

W R^mus p Nicolaus Ardinghellus, natione Florentinus, a Paulo III cardinalis creatus
30 die 19. Decembris 1544 Romae, obiit die 22. Augusti 1547 Romae, et eius corpus tumulatur in ecclesia S. Mariae supra Minervam².

30. Augusti, Martis.

251r

Datur copia omnibus praelatis auctoritatum, quae faciunt ad utramque partem circa articulos illos duos controversos super matrimonio³, quorum exemplum heri omnibus praelatis datum fuit.

35 ^ Hora 20. fuit congregatio praelatorum canonistarum coram Rtm D. card. de Monte primo praesidente, in qua examinantur abusus super sacramento baptismi collecti a R^ms DD. deputatis, eorumque admonitiones⁴ etc. Qui abusus lecti fuerant in generali congregatione die 26. Iulii praeteriti. Solviturque congregatio hora 22.; cui interfuerunt Materanus, Feltrensis, Aquensis, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Venusinus.

a sic.

1 «Propositio in generali congregatione per R^mos legatos Bononiae 1547 die» [29. Augusti facta] extat in tabui. Vat. *Concil.* tom. 7, f. 172 (relatio primi praesidentis et ipsi articuli); articuli soli ibid. f. 142. Praeterea tom. 7, f. 146 sunt auctoritates collectae ad probandum »quod clandestina matrimonia sint rata et valida, licet non legitima« (Massarelli manu scriptae); ibid. f. 147 eadem, scriptoris manu scriptae, cum correcturis et additionibus alterius manus, ut mihi videtur cardinalis de Monte. Ibidem f. 170 leguntur (septem) »Auctoritates doctorum . . . quibus probatur posse ecclesiam et Romanum pontificem annullare matrimonia clandestina vel a filiis familias sine consensu parentum contracta.«

2 Nicolaus Ardinghellus, natus Florentiae a. 1503, cum Romam venisset, Alexandri card. Farnesii senioris, qui postea fuit Paulus III, mox Alexandri Farnesii

iunioris (quem etiam legatum in Hispaniam et Galliam sequebatur) a secretis factus, deinde Picensis vicarius et Forosempronensis episcopus electus est. Anno 1541 nuntius ad reconciliandam cum imperatore pacem ad Franciscum Gallorum regem profectus est, quo de negotio librum eius fuisse in bibliotheca monachorum Vallisumbrosae testatur *Ciaconius* III, 705, qui 23. Augusti 1547 Ardinghellum mortuum esse ait et titulum in sepulcro eius scriptum exhibet.

3 Cf. adn. I huius pag. Eiusmodi auctoritates de propositione »quod per fornicationem non solvitur vinculum matrimonii« extant in tabui. Vat. *Concil.* t. 7, f. 143 ss.

4 Admonitiones (reformatae secundum censuras patrum) apud *Raynaldum* ad a. 1547, n. 74; cf. infra ad 6. Sept. et 10. Oct. (ad quem diem Raynaldus eas adnotat) et 12. Oct.

31. Augusti, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt in commendationem Rd D. generalis Servorum ad S^mlum D. N. Qui generalis discessit hodie ex Bononia Perusium versus ex licentia legatorum, ts* Hora 20. fuit congregatio praelatorum canonistarum coram Rm D. card. de Monte, in qua examinantur abusus collecti a Rds DD. deputatis super sacramento eucharistiae eorumque admonitiones¹ etc. Qui abusus et admonitiones ab omnibus lau- 5 dantur, solviturque congregatio hora 23. Cui interfuerunt Materanus, Feltrensis Aquensis, Veronensis, Parentinus, Sebastensis, Mylensis Ferrettus, Venusinus, Aquinas, Caprulanus, abbreviator, promotor etc.

Formantur canones a Rm D. card. de Monte super aliquibus abusibus sacramenti baptismi et confirmationis, quae duo sacramenta simul examinantur et expediuntur etc. ro

1. Septembris 1547, Iovis, Bononiae.

Applicuit Bononiam Rds D. Michael de Turre episcopus Genetensis, qui proficiscitur nuncius ad Chrm regem². Visitavit Rms DD. legatos et eis suae commissionis mandatum exposuit etc. w

R^{ms} DD. legati scripserunt ad Illum D. Octavium Farnesium nepotem pontificis, qui brevi venturus est Bononiam, ut in aedibus Dⁿⁱ S. Rm^m hospitari 15 velit etc. Redit enim ex Germania, ubi egit capitaneus generalis pontificii exercitus contra Lutheranos³, et Romam proficiscitur.

25iv W Datur copia prohemii et quinque canonum super abusibus sacramenti baptismi DD. praelatis canonistis. In quorum canonum primo statuitur, quod sacramenta ecclesiastica libere conferantur sine julla prorsus exactione pecuniae; in secundo quod 20 baptismum a non conferatur nisi in ecclesiis, exceptis casibus concilii Viennensis de liberis principum, et quod ipsa constitutio intelligatur tantum de magnis principibus; in tertio quod conferatur tantum in ecclesiis matricibus, nisi aliter episcopo expedire videatur; in quarto quod in baptismo et confirmatione non nisi unus compater recipiatur, exclusis infamibus notorie etc.; in quinto quod aqua baptismi non circumferatur, et quod nemo 25 non confessus et in peccato mortali existens confirmetur⁴ etc.

2. Septembris, Veneris.

^ Hora 12. fit congregatio generalis, in qua examinantur illi duo articuli controversi super sacramento matrimonii, de quibus supra 29. Auf^usti, loquunturque novem praelati, videlicet Materanus, Naxiensis, Aciensis, Bononiensis, Grossetanus, Sibiricensis, Chironensis, Maioricensis, Aquensis. Solvitur deinde congregatio hora 15., cui prae fuerunt 30 duo ipsi Rm legati, et interfuerunt ultra praenominatos etiam Motulanus, Sebastensis, Paientinus, Veronensis coadiutor, Ieracensis, Mylensis Ferretus, Caprulanus, Venusinus, Aquinas, Mylensis [Graecus], Alyphanus, Minorienis.

^ Hora autem 20. fit congregatio theologorum canonistarum coram Rm D. card. de Monte, in qua examinantur quinque canones super abusibus sacramenti 35 baptismi, quorum copia heri eis data fuerat, solviturque congregatio hora 24. Cui interfuerunt Materanus, Aquensis Vorstius, Sebastensis, Parentinus, Veronensis coadiutor, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Aquinas, Alyphanus.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 30. Augusti datas⁵, et D. episcopi Massetani Maffei eiusdem datae, cum copiis litterarum card. Sfondrati⁶ et card. Augustanib et nuncii Augustae datas super rebus concilii etc. 40

a sic.

b cod. Augusti.

Haec omnia edentur inter acta ad 26. Iulii, quo die primum lecta erant.

2 Successit Dandino (cf. supra p. 644, adn. 4) et nuntius apud Gallorum regem degit usque ad initia pontificatus Iulii III} deinde secutus est Antonius Trivultius Tulonensis. Cf. A. Pieper, Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiaturen (Freiburg 1894) p. 103; eiusdem Die papstl. Legaten u. Nuntien I (Munster 1897), 64.

Cf. supra p. 563, 1. 9 et infra ad 7. Sept. Exercitus iam mense Ianuario revocatus erat, cf. p. 607, adn. I.

4 Canones 1., 2. et 5^a apud Raynaldum ad a. 1547> n. 72. Cf. infra ad 6. Sept.

5 In tabular. Vat. Concil. t. 13, f. 220 est scriptura, cui ascripta est dies 30. Augusti et titulus: »In domo Rm^m Farnesii«; incipit*. »Non mi e parso bene a questi ...« Ibidem usque ad f. 226 sequuntur alia quaedam, quae certe ad hanc rem pertinent.

6 Nescio an sit illa »copia di lettera del legato Sfondrato, Augusta 22. Ag. 1547^ quam ex scripturis Cervinianis filza 20, 139 excerpsit G. de Leva, Storia IV, 338, adn. r. 2.

3. Septembris, Sabbati.

^ . ^-ora 12. fuit congregatio generalis super examinatione eorundem duorum articulorum de matrimonio, super quibus hodie loquuntur [undecim]a praelati, videlicet: Sebastensis, Motulanus, Iarentinus, Veronensis coadiutor, Ieracensis, Mylensis Ferrettus, Captulanus, Venusinus, Aquinas, Salpensis, Mylensis Graecus. Deinde solvitur congregatio hora circiter 15.; cui prae fuerunt duo R^m legati et ultra nominatos praelati in hesternae congregatione descripti, exceptis Grossetano et Aciensi.

R DD. legati scripserunt ad R^m D. card. Farnesium in responsionem suarum 30- praeteriti datarum circa id quod videatur nunc faciendum de concilio, cum R legatus card. Sfondratus et card. Augustensis scribant ex Germania, quod imperator adhuc enixe petit, ut concilium reducatur Tridentum, et quod alias sit protestaturus contra nullitatem Bononiae attentatum b etc. Consulunt R^m legati ad tollendas omnes altercationes, ut S. Stas iudicium de hac controversia sumat; ei enim pertinet eam decidere, scilicet an translatio sit valida necne. Quod iudicium S. B^d facere potest in consistorio publico coram cardinalibus, praelatis aliquibus et oratoribus principum, ut re cognita et informatione habita advocato ad se uno vel etiam duobus legatis pronunciet veritatem,^ ut tandem una pars quiescat, quae alio modo quiescere non potest, cum utraque sibi ius favere existimet; et quod expediat prorogare futuram sessionem, cum praelati Galli propediem venturi sint² et in tempore huc esse non possint etc. (Mittuntur per stafettam.)³

4. Septembris, Dominica.

20 cum D. Bac.¹ ad S. Petrium^J et S. Mart[inum], ubi Trifonem invenimus.

Lapidatur quaedam mulier striga⁴ apud monasterium S. Dominici, ubi est inquisitor haereticae pravitatis.

Fui cum R^m D. card. de Monte pro litteris scribendis ad card. S. Florae pro 500 scutis pro usu concilii, et ad vicelegatum Romandiolae pro haeresibus civitatis Faventinae B

5. Septembris, Lunae.

Hora 12. fit congregatio generalis, in qua examinantur articuli iidem duo de clandestinis matrimoniis et an fornicatio rumpat vinculum matrimonii. Super quibus loquuti sunt Feltrensis, Bellicastrensis et Minoriensis, qui ob temporis breviteriam deseruit tantum super secundo articulo. Deinde solvitur congregatio hora 15.; cui prae fuerunt ipsi duo R^m legati et interfuerunt 24 praelati, videlicet archiepiscopi Materanus, Naxiensis, Armacanus, et episcopi Feltrensis, Bononiensis, Sabinicensis, Grossetanus, Maioricensis, Sebastensis, Motulanus, Chironensis, Parentinus, Veronensis coadiutor, Ieracensis, Salutarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Venusinus, Aquinas, Lavellanus, Alyphanus, Minoriensis.

35 R^m DD. legati scripserunt ad R^m D. card. S. Florae camerarium pro 500 scutis, quae in usum concilii hic Bononiae accepta fuerunt, ut ad nuntium Venetorum remitterentur 6.

Item ad vicelegatum Romandiolae in causa haeresum Faventinarum, ut adverteret ne in processibus illis aliquid pecuniarum recipiatur⁷.

40 ac* ^ m^m dominum meum, qui de modo extricandi praesentes difficultates concilii loquutus.

a lacuna in cod.

b sis.

c alio atramento add.

d vel Bai[o] ?

1 Cervini privatarum ad Maffium litterarum particulam exhibet de Leva, Storia IV, 339? adn. 3- Huc usque apud Raynaldum ad a. 15471 ^3*

3 Litterae tradebantur Assisii 6. Sept. et extant in tabular. Vat. Concil. 42, f. 44 et 47.

4 Iacobus Rainerius (cf. supra p. 630, adn. 1) f. 152 ad 31. Augusti refert: »fu messo in preda una storia a S. Domenico.« Casus rarissimus in Italia. Contra legistas supplicium magis inferendum oppugnantes a. 1522 scripserat Bartholomaeus de Spina inquisitor, qui ab a. 1542 usque ad mortem 1546 fuit magister sacri palatii.

Concilium Tridentinum. I.

5 Cf. supra ad 2. Iulii 1547 et infra l. 38 s.

6 Manellus in libro pecuniarum f. 29 ad hunc diem: »A l' arcivescovo de Benevento, nuntio di Venetia, scudi cento d'oro in oro, quali sono per resto de scudi mille simili che si accattorno per suventione dei concilio nei 1546 in Trento, et delli scudi 100 si pagano al sopradetto arcivescovo per una lettera di cambio de Mr Cornelio Malvagia banchiero in Bologna diretta a Mr Pandolpho Attavanti in Venetia, come appare per mandato delli Rmi legati sottoscritto sotto detto di.«

i Cf. l. 24 et supra p. 669, l. 15 s. et adn. 4.

6. Septembris, Martis.

Hora 12. fuit congregatio generalis, in qua dixerunt sententias super illis duobus articulis de matrimonio ii patres, qui adhuc nihil loquuti fuerant, videlicet archiepiscopi Upsalensis et Armacanus, item episcopi Salutiarum et Thermularum, episcopusque Minoriensis loquutus est super clandestinis, super quibus heri nihil dixerat. Solvitur deinde congregatio hora 15., cui prae fuerunt ambo Rm legati et interfuerunt ii, qui nominantur in hesterna congregatione additis Upsalensi et Aciensi, perficiturque examinatio ipsorum articulorum, conclusumque fuit ut damnarentur petitiones Lutheranorum et clandestina matrimonia prohiberentur gravissimis poenis, et quod per fornicationem non rumpatur vinculum matrimonii.

Hora autem 20. fuit congregatio praelatorum iuristarum coram Rmo D. card. de Monte, in qua examinantur canones super admonitiones" sive provisiones circa sacramenta baptismi et confirmationis, quorum exemplum heri ad eosb transmissum fuerat¹. Et quoniam aliqua difficultas inter patres orta est, remissa est sententia ad generalem congregationem, dimittunturque patres hora 24. Cui congregationi interfuerunt Materanus, Feltrensis, Sebastensis, Parentinus, Veronensis coadiutor, Salutiarum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Venusinus, Aquinatis, Alyphanus.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium super prorogatione sessionis futurae, quod videatur eis faciendama in congregatione generali, non autem in ecclesia, prout fieri potest iuxta decretum praeteritae sessionis;

quod Bononienses petant sibi solvi pensiones domorum et rerum utensilium ab episcopis concilii;

quod ipsi Rm legati de utensilibus fuerint contenti, de pensionibus domorum non, cum non videatur idem esse observandum in hac incluta civitate, quod observatum fuit Tridenti 2.

7. Septembris, Mercurii.

W Mane hora 15. applicuit Bononiam Illms D. Octavius Farnesius, nepos pontificis e filio D. Petro Aloysio duce Placentiae; qui revertitur ex Germania a Caesare, ubi egit capitaneus generalis exercitus pontificii contra Lutheranos³. Descendit apud gubernatorem in palatio civitatis.

Rm DD. legati iverunt eum visitatum hora 20.

Rm DD. legati receperunt litteras a D. episcopo Cenetensi⁴ 4. Placentiae et 5. Tor-^{3°} tonae datas, in quibus significabat adventum card. Parisiensis⁵ et oratoris Gallici⁶ Bononiam ad concilium.

Item ab Illmo D. duce Placentiae cum copia earum quas scribit ad S. Stm super adventu ipsius card. Parisiensis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes exemplum litterarum Cenetensis et petentes, quid acturi [essent] in proroganda sessione vel in ecclesia vel in privata congregatione, laudaruntque esse faciendam in privata iuxta decretum praeteritae sessionis, in qua data est facultas prorogandi eam etiam in privata congregatione;

item quod venerint Bononiam fiscalis Hispaniae et doctor Vallascus³, duo ex doctoribus Hispanis qui erant Tridenti, qui clam domi se contineant nesciantque adhuc^{4°} quid acturi sint, an ob protestationes quas minatur imperator contra concilium, an aliam ob causam; erunt interim parati ad respondendum si aliquid fiet.

Hora autem 2. noctis Rm DD. legati receperunt litteras a Rmo D. card. Farnesio per cursorem expressum Asisii 6. huius datas⁷, in quibus petebat iudicium Rmorum legatorum, an prorogatio sessionis fieri posset in privata congregatione, quod maxime petebat orator Caesareus D. Didacus a Mendocia apud pontificem;

a sic.

b Cone. 77 nos.

¹ Raynaldus ad a. 1547? n-74 5 *Le Piat* III, 338.

² Cf. infra ad 20. Septembris; supra ad 22. Maii (p. 654, l. 31 ss.) et 16. Augusti (p. 682, l. 19 s).

³ Cf. supra ad 1. Septembris (p. 688, l. 14 ss. et adn. 2).

⁴ Cf. supra ad 1. Septembris (p. 688, l. 11 ss. et adn. 1).

⁵ De cuius adventu v. infra ad 15. Sept. (p. 696, l. 41/42).

⁶ Qui advenit 9. Septembris (p. 691, l. 24 ss.), cf. 8. Septembris (p. 691, l. 14/15).

⁷ Extant in Arch. Vat. *Cone.* 42, f. 50. Cf. Raynald. 1547, n. 83. Eodem die Maffeus scripsit Cervino, quarum litterarum particulam exhibet G. de Leva IV, 339, adn. 1.

item quod S. S^f cupiebat relinqui diem incertum pro futura sessione, et quod prorogaretur ad tempus beneplacito synodi declarandum;

» item quod orator ipse ponat et offerat quasdam conditiones non adeo spernendas pro concordia pontificis et imperatoris circa locum concilii (de quibus alias).

Rm DD. legati hora 4. noctis responderunt, quod prorogatio fieri potest et decet et expedit, tum ob alias causas, tum ob adventum praelatorum Gallorum in privata congregatione, et erit valida iuxta decretum praeteritae sessionis. Quoad secundum, quod eodem modo fieri potest et faciendum curabunt, ut scilicet relinquatur dies incerta in prorogatione. Quae litterae mittuntur per eundem cursorem ¹.

Scripserunt item ad Ulmum ducem Placentiae et episcopi² Cenetensis nuncii ituri ad regem Gallorum in responsione suarum, de quibus supra.

8. Septembris, Iovis.

Rm DD. legati scripserunt ad Rm DD. card. Farnesium, nunciantes quod hodie applicuerit Bononiam quidam nobilis, missus ab Illmo D. de Durfe, oratore regis Chrm, qui orator cras intraturus sit Bononiam, et quod duo praelati Galli hoc sero sint hospitaturi Cortisellae et cras Bononiam et ipsi intraturi.

Applicuerunt Bononiam episcopi Camerinsis², Maceratis³, Aprutinus⁴, Chissamensis bibliothecarius apostolicus⁵, et Bambau episcopus⁶.

Ulmus p. Octavius Farnesius venit visitatos⁷ Rm DD. legatos.

¹ Datur copia canonum de sacramento matrimonii omnibus praelatis, qui canones sunt sex: 1. quod matrimonium sit sacramentum legis evangelicae; 2. quod clandestina matrimonia sint rata; 3. quod fornicatio non rumpit vinculum matrimonii; 4. quod secundae nuptiae non sunt benedicendae; 5. quod polygamia sit prohibita christianis; 6. quod in ecclesia servantur alii gradus quam qui numerantur Levit. 18. ¹

9. Septembris, Veneris.

Mane hora 13. intrarunt Bononiam duo illi praelati Galli, qui erant Tridenti et post translationem concilii Bononiam Veronae et Ferrariae immorati sunt, donec rex novus eis per suas litteras mandavit venire huc ad concilium. Qui sunt Rd DD. Antonius Filholi archiepiscopus Aquensis⁸ et Claudius de la Guishe episcopus Mirapicensis, tunc Agathensis ⁹.

¹ Hora autem 21. intravit etiam Bononiam Ill^m D. Claudius Durfe orator regis Chrm ad concilium destinatus, qui orator erat etiam Tridenti nomine defuncti regis

a sic.

¹ Manellus in libro pecuniarum f. XXIX ad 10. Sept.: »A N. corriero scudi dui d'oro per ritor-narsene, quale e stato spedito dal Rm card. Farnese d'Asisi a Bologna alii 6 dei presente mese di Settembre, et alii 7 si e rimandato a S. Sria Rma, pagati per mandato delli Rm legati sottoscritto sotto il di 7. di detto mese.«

² Berardus Bonioannes, Camertinae ecclesiae prae-fectus 5. Martii 1537, quam obtinuit usque ad mortem 12. Sept. 1574. Nuntius apostolicus in Polonia degebat sub Pio IV. Interfuit concilio Tridentino tertium con-gregato, de quo diarium eum scripsisse volunt aliqui, quod conservetur in bibliotheca municipali Camertina; sed minime est diarium, sed variarum de concilio scriptu-rarum saturae, ex qua nonnulla nostrae collectioni in-serentur. Caeterum cf. de eo *Ughelli* I, 566.

³ Philippus Roccabella, factus episcopus Macera-tensis 27. Ian. 1546, translatus Recinetum 2. Martii 1553, defunctus 1573.

⁴ Ioannes Iacobus Barba, ord. Erem. s. Aug., electus 25. Maii 1546, translatus Interamnia 3. Iulii 1553, obiit a. 1565, postquam iterum concilio interfuit a. 1562 (*Ughelli* I, 372. 762 ss.).

⁵ Augustinus Steuchus, de quo cf. supra p. 381, adn. I.

⁶ Legatorum litterae 8. Sept. datae (Arch. Vat. *Carte Farn.* I) : »E arrivato Monsr Bombau«; Manellus f. XXXII: »vescovo di Calvi, detto il Bambao« (Berengarius Gusmanus, 1544—1551)-

⁷ Horum canonum plurimae extant formae, quae edentur cum actis; inveniuntur maxime in tomo *Concil.* 7, f. 136 ss.

⁸ De quo v. supra p. 230, adn. 1; p. 625, adn. 2.

⁹ Cf. supra p. 230, adn. 4; 602, adn. I; 609, adn. 5; 625, adn. 2. Caeterum lis illa de tempore, quo Claudius de la Guishe translatus sit ad sedem Mirapicensem, inde orta est, quod iam a. 1546 a Francisco nominatus, sed non ante 17. Augusti 1547 a Paulo III confirmatus est, ut patet ex actis con-sistorialibus cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 29r: »Sml³ D. N. . . . referente Rm Trivultio providit ecclesiae Mirapicensi — tunc per obitum bonae memoriae Da-vidis tit. S. Stephani in Celio monte dum viveret presbyteri cardinalis S. Andreae nuncupati extra Ro-manam curiam defuncti vacanti — de persona R. J. P. D. Claudii de la Guishe episcopi olim Agathensis, quem clarae memoriae Franciscus Francorum rex iuxta concordata inter eum et sedem apostolicam inita dum in humanis ageret S. S. ad hoc nominaverat, ipsumque illi in episcopum praefecit et pastorem.«

Francisci, patris moderni Henrici regis. Qui orator excipitur | magno cum honore. Fuerunt etiam ei obviam inprimis archiepiscopus Ragusinus, gubernator civitatis, cum custodia militum Elvetiorum et equitibus Italicis levis armaturae, necnon nobilibus civitatis ac D. episcopo Bellicastrensi, commissario apostolico, et familiis Rmorum et 111^{ma} DD. legatorum. Qui omnes iverunt usque ad tria milliaria extra civitatem. Deinde 5 extra portam S. Felicis (per quam ingressus est) receptus est a toto cetu praelatorum concilii, a quibus omnibus sociatus est usque ad domum Lyanorum¹ in strata maiore, ubi ipse orator hospitatus est. Episcopi iverunt habitu equestri.

Fui ego visitatum suprascriptos nomine Rmorum DD. legatorum.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium, nuntiantes ei 10 adventum dictorum oratoris et praelatorum, memoriaeque eius reducentes habendam esse rationem Chrm regis in tractatibus concilii, prout praelati Galli saepius hoc Tridenti efflagitarunt.

Applicuerunt item Bononiam episcopi Pistoriensis², Sulmonensis³ et ----⁴.

10. Septembris, Sabbati.

Mane R^o DD. praelati duo Galli, Aquensis et Mirapicensis, venerunt visitatum Rm^{os} DD. legatos, qui eos humanissime exceperunt.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua incepti sunt examinari canones de sacramento matrimonii, super quibus dixerunt sententias 12 patres, videlicet Mate ranus, Naxiensis, Upsalensis et Armacanus archiepiscopi, et episcopi Feltrensis, Aciensis de Nobilibus, Bononiensis, Sabinensis, Grossetanus, Maioricensis, Chironensis, Aquensis Vorstius. Interfuerunt tamen ipsi congregationi ultra praedictos etiam Sebastensis, Camerinensis, Parentinus, Veronensis, Salutarum, Ieracensis, Mylensis Ferrettus, Thermu larum, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Mynoriensis^{*1} Sulmonensis. Solvitur autem congregatio hora 23.; cui praefuerunt ambo RBi DD. legati.

Applicuit Bononiam episcopus Albinganensis, auditor camerae apostolicae⁵.

254V

11. Septembris, Dominica.

W Hora 14. applicuit Bononiam cursor, qui retulit Illmm D. Petrum Aloy sium Farnesium, filium naturalem pontificis moderni Pauli III, ducem Placentiae et Parmae, interfectum fuisse a comite Augustino Lando et D. Ioanne Anguisciolo, nobilibus Placentinis, cum nonnullis sequacibus, qui cum intrarent castellum sive civi- 30 tatellam illius civitatis heri hora prandii et invenissent ipsum ducem fere solum, ipsum vulneribus confossum necarunt una cum aliquibus Germanis militibus, qui erant ad eius custodiam. Quo facto ipsi homicidae acclamarunt libertatem per totam civitatem 6.

Rm DD. legati concilii intellecto casu statim miserunt versus Parmam Rdm D. archiepiscopum Ragusinum gubernatorem Bononiensem, ut qui coniunctus est affinitate cum 111^{ma} familia Farnesiana⁷ et cognitus in illa civitate⁸, qui res in quo statu essent 35

a lacuna in cod.

b sic.

¹ Loianorum gentis (tunc in castello Florentiam versus sito habitantis) memoria usque ad saec. XII. ascendit, ramusque Savinorum genti est insertus. Domus a. 1568 Herculi Riario vendita ampliorque et pulchrior reddita iterumque renovata a. 1812 adhuc extat in via hodie dicta Mazzini n. 34, ut humanissime mihi scripsit Lud. Breventanus, canonicus Bononiensis.

² Petrus Franciscus de Galliano, qui 10. Dec. 1546 coadiutor factus erat card. Roberti Puccii, quo mense Ianuario 1547 defuncto (cf. supra p. 607, adn. 3) ipse episcopus erat. Obiit 10. Dec. 1559 (*Ughelli*, Ital. sacra III, 311).

³ Pompeius Zambeccarius Bononiensis 1. Iulii 1547 ecclesiae Sulmonensis praefectus erat (qua de re Iacobus Rainerius [cf. supra p. 630, adn. 1] ad 6. Iunii [f. 151 v] adnotat duos Bononienses a papa episcopos esse factos). Consecratus est 3. Aprilis 1548 Bononiae a card. Morono (v. hoc diarium infra ad h. d.); obiit 8. Aug. 1571 (*Ughelli*, Ital. sacra I, 1383).

⁴ Litterae legatorum hoc die datae referunt ad ventum Gallorum, de aliis tacent.

⁵ De quo v. supra p. 587, l. 36 et adn. 6; p. 618, l. 9 ss. et adn. i (cf. etiam de ea re *Maynier*, Etude historique sur le concile de Trente [Paris 1874] p. 468 s.).

⁶ De caede Petri Aloysii Farnesii 10. Sept. facta v. [*Iren. Ajfo*, J. Vita di Pierluigi Farnese (Milano 1821) p. 163 ss.; *G. de Leva*, Storia IV, 355—378, qui allegat *F. Odorici*, Pier Luigi Farnese e la congiura Piacentina dei 1547, et *A. Bertolotti*, La morte di Pier Luigi Farnese. Processo e lettere inedite, in Atti e memorie delle deputazioni di storia patria dell' Emilia» III (Modena 1878).

⁷ Margaretha, Caroli V filia naturalis et tunc uxor Octavii Farnesii, primo matrimonio coniuncta erat cum Alexandro de Medicis duce Florentinorum; sed nescio an haec affinitas dicatur.

⁸ Quippe qui Parmae praefectus fuisset circa a. 1540'

perscrutaretur, et illam civitatem in fide et devotione Ulmi D. Octavii Farnesii filii ipsius ducis Placentiae contineret.

Scripseruntque ad vicelegatum Romandiolae, ut significaret equitibus levis armaturae, qui sunt in illa provincia pro sede apostolica, et aliis capitaneis militum
5 atque conductoribus, ut praepararent se ad bellum quodocunque vocati essent.

Scripserunt item ad ducem Ferrariensem¹, significantes casum et mortem ducis, et quod etiam ipse praeparet se in omnem eventum.

Item ad ipsum Illm^m ducem Octavium Farnesium, significantes ei quid egerint hucusque post auditam mortem patris et offerentes se, mittentesque ei exemplum
10 litterarum quas scripserant duci Ferrariiae et vicelegato.

Scripserunt item ad card. Farnesium, mittentes ei litterarum exemplum ducis Ferrariensis, vicelegati et Octavii, de quibus supra. Quae litterae expediuntur per cursorem expressum.

Hora autem 20. Illm^s D. Durfe, orator regis Chrmⁱ ad concilium, venit visitatum
15 Rm^B DD. legatos, quibus exponit bonam et piam mentem illius regis erga sedem apostolicam, S. Stm^e et sacrum concilium, offerens se² etc.

Applicuerunt Bononiam episcopi Troianus³ — a

12. Septembris, Lunae.

Rmⁱ DD. legati receperunt litteras a Rm^o D. card. Farnesio 9. huius Perusii datas⁴, cum quibus mittuntur litterae ad card. Bellayum, quas litteras ipsi Rmⁱ legati
20 miserunt illico ad ipsum cardinalem Ferrariiae nunc morantem.

Et per litteras ex Urbe intelligitur obiisse die 6. mensis huius Romae cardinalem S. Sylvestri D. Thomam Badiam Mutinensem, ab hoc moderno pontifice creatum. Erat vir eruditissimus in omnibus scientiis, praesertim theologia, bonae vitae et famae, aetatis fere 63 annorum, ordinis Praed., fueratque ante promotionem magister sacri palatii⁵.

Rmⁱ DD. legati scripserunt ad archiepiscopum Ragusinum Parmae nunc commorantem 6, ut se conferat versus Placentiam, cum invenerit Parmam iam pacatam ad devotionem Illmⁱ ducis Octavii, et cum omni dexteritate cives illos animet et ad fidem solitam reducat.

Item ad Rm^m D. card. Farnesium, nuntiantes ei fidem Parmensium, qui mittunt
30 suos oratores ad Illm^m ducem Octavium, ut illum in ducem venerentur. Quae litterae mittuntur per cursorem expressum.

ts» Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de sacramento matrimonii, super quibus hodie loquuntur novem, videlicet: Sebastensis, Camerinensis, Parentinus, Veronensis, Ieracensis, Salutiarum, Thermularum, Mirapicensis, Milensis
35 Ferrettus. Deinde solvitur congregatio, cui interfuerunt 41 praelati, videlicet archiepiscopi Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et episcopi Feltrensis, Aciensis, Bononiensis, Sabinensis, Grossetanus, Chironensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis, Camerinensis, Parentinus, Veronensis coadiutor, Salutiarum, Ieracensis, Thermularum, Mirapicensis, Mylensis Ferrettus, Motulanus, Chisamensis, Belli-

a lacuna in cod.

1 Hercules II Ferrariensis dux uxorem habebat Renatam, Ludovici XII Gallorum regis filiam, et ea ipsa de causa Gallorum et Farnesiorum amicus, imperatoris inimicus erat; praeterea litem de praecedentia inter Florentinorum et Ferrariensium duces Carolus V in favorem illorum, Franciscus I in favorem Herculis deciderat. Cf. *Muratori*, *Annali d' Italia* XIV (Milano 1820), 367. 490. 603. 612; *H. Leo*, *Geschichte der italien. Staaten* V (Hamburg 1832), 417. 466 s. 476. 488 (sed postea mutata est res, ibid. p. 489, *Muratori* 1. c. p. 632); *A. v. Reumont*, *Geschichte Toscanas* I (Gotha 1876), 162; supra p. 657, l. 18 ss.

2 «Extractum ex instructione, quam rex Chrmus dedit suis ad concilium Bononiense oratoribus die 12. Augusti 1547» apud *Le Piat* III, 647—652, litterae ibid. p. 652; cf. *Maynier*, *Etude* p. 532 ss⁶

3 Ecclesiae Troianae (Troia oppidum in regno olim Neapolitano situm) 17. Febr. 1514 praefectus erat Ferdinandus Pandolfinus, qui vitam finivit a. 1560 (*Ughelli*, *Ital. sacra* I, 133). Quis cum eo advenerit conici potest: nam 19. Septembris inter praesentes nominatur episcopus Carinolensis, de cuius adventu nil dicitur, quique Troiano vicinus erat. Certe quidquam ne ex epistula quidem desumi potest, quam 11. Sept. legati Romam scripserunt (Arch. Vat. *Carte Farn.* I), cum de adventu praelatorum nil ibi dicatur.

4 Epitome apud *de Leva* IV, 340, adn. 1.

5 Cf. de eo *Ciaconium* III, 685; *F. Dittrich*, *Gasparo Contarini* (Braunsberg 1885) passim (v. in dicem eius libri), et *eiusdem* *Regesten u. Briefe des Card. Gasp. Contarini* (Braunsberg 1881) passim.

6 V. ad diem hesternum, p. 692, l. 33 s.

castrensis, Caprulanus, Vigorniensis, Iserniensis, Bituntinus, Venusinus, Aprutinus, Pistoriensis, Calvensis, Maceratensis, Lavellanus, Mylensis Graecus, Albinganensis, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, praefueruntque ambo Rm DD. legati. In hac congregatione notandum est, quod primum interfuerunt praelati Galli, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopus Mirapicensis, post translationem concilii ex Tridento Bononiam a

Item scripserunt Rm legati ad vicelegatum Romandiolae, quod mittat versus Bononiam equites levis armaturae, qui sunt in illa provincia, et quod mandet paratos esse pedites in numero quo fieri potest maiore.

Item ad eundem pro licentia danda monachis S. Proculi extrahendi ex Imola 80 corbas spelti, cum sit pro usu quorundam abbatum, qui sunt in concilio.

Item ad card. Sfondratum legatum apud imperatorem per cursorem Don Didaci a Mendocia, quod adhuc non venerint litterae ex Urbe 1.

25.

13. Septembris, Martis.

Rm DD. legati scripserunt ad archiepiscopum Ragusinum Parmae existentem, mittentes ei 300 aureos, ut pro rebus illis expendantur, et quod equites levis armaturae iam discesserint hinc Parmam versus, et quod idem de pedibus fiet etc.

Item ad vicelegatum Romandiolae, quod mittat pedites 500 comiti Ioanni Francisco a Bagno, et alios comiti Camilli Sassatelli ituros Parmam.

Item ad D. Matthiam magistrum cursorum, quod mittat duo milia aureorum per Ambrosium Sarti ex Ferrara etc.

Item ad eundem eadem ex causa.

Item ad card. Farnesium de his quae hucusque post ultimas ad eum acta sunt hic Bononiae, et quod receperint suas per cursorem expressum cum litteris ad legatum Germaniae, quas ferre debebat cursor Don Didaci a Mendocia, mittunturque per staffettam hora 15.

Hora 22. ad eundem card. Farnesium cum relatione Hieronymi de Valesio, familiaris episcopi Feltrensis, cum esset Cremonae, ubi viderat gentes parari ad bellum et ire Placentiam etc.

Hora autem 23. ad eundem card. Farnesium cum litteris archiepiscopi Ragusini et comitis Sfortiae a S. Flora, qui scribunt quod Illms D. Ferrandus Gonzaga, capitaneus generalis imperatoris in statu Mediolanensi, intraverit Placentiam cum praesidio equitum et peditum, et quod civitas stet in sua potestate²; quae litterae mittuntur cum aliis hora 22. per proprium cursorem.

Item ad card. Sfondratum legatum apud Caesarem cum litteris cardinalis Farnesii etc., et quod loquatur cum imperatore de re Placentiae in favorem Illmi D. Octavii Farnesii³ etc.

¹ Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli de sacramento matrimonii, super quibus hodie loquuntur Rm DD. Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Venusinus, Aquinas. Deinde solvitur congregatio hora 23., cui praefuerunt ambo Rm legati, et interfuerunt praelati qui in hesternae congregatione nominantur, demptis Mirapicensi et Chissamensi et addito Troiano.

Rm DD. legati delegerunt tres capitaneos, videlicet D. Emilius Marescottum, D. Raynaldum equitem Marsilium et D. equitem Poetam, ut conscriberet qui libet eorum 200 pedites, eisque aureos 600 numerari fecerunt. Qui milites ituri sunt Parmam ad custodiam illius civitatis, postquam D. Ferrandus Placentiam intravit, ne et ipse Parmam se conferat.

Scripseruntque illico (hora 1. noctis) ad archiepiscopum Ragusinum, de omnibus ei rationem dantes et mittentes 200 aureos ultra alios, quos miserant hoc mane; quae litterae non expediuntur hoc sero propter ipsam pecuniam, ne noctu transferatur etc., sed relinquuntur ad crastinum summo mane.

a hic explicit fragmentum Conc. 77.

¹ Litterae Farnesii videntur intellegi, de quibus ad 13. Sept. (l. 33 s. huius pag.) est sermo, quaeque iam 12. Sept. expectatae erant.

² *Iren. Affo*, Vita di Pierluigi Farnese p. 184 ss.; *de Leva*, IV, 368 s.

³ Intelleguntur sine dubio Farnesii litterae 10. Sept. ad Sfondratum datae, quarum exemplar est in Arch. Vat. *Conc.* 42, f. 63; *ibid.* f. 61: eiusdem litterarum 10. Sept. ad Madrucium, f. 69: 11. Sept. ad card. Augustanum datarum exemplaria.

Valde mirandum est quod ipse Don Ferrandus intraverit Placentiam et illam occupaverit, cum Illm^{us} B. D. dux Octavius sit gener imperatoris et ex uxore filios habeat. Ita tamen cupiditas regnandi est, ut neque fidei neque affinitati parcatur; praesertim cum imperator tot beneficia a pontifice receperit etc.

14. Septembris 1547, Mercurii.

256^a

Varia. Congregatio generalis: decernitur prorogatio sessionis.

5 Rm^{us} DD. legati elegerunt quattuor alios capitaneos, videlicet DD. Vincentium Campegium, D. Cicinum Pepulum, [Hercule]m Malvetium, ---a2 Zambeccarium, ut milites conscriberent et Parmam ducerent pro defensione illius civitatis ab incursionibus Don Ferrantis etc.

10 Rm^{us} DD. legati scripserunt ad ducem Urbini (qui per quendam suum capitaneum, quem ad Rm^{us} DD. legatos miserat, cupiebat informari de successu mortis ducis Placentiae), significantes ei ea quae occurrerunt post mortem ducis Placentiae. Ipse enim dux Urbini accepit his diebus in uxorem filiam ipsius ducis Placentiae³ etc.

Scripserunt item ad Rmm D. card. Farnesium nunciantes ei:

15 verum esse, quod Don Ferrandus Gonzaga intraverit nomine imperatoris Placentiam, ubi habeat 2 milia peditesb, et quod continuo alios conscribat;

quod ipsi Rf^{us} legati delegerint alios quattuor capitaneos, ut plures milites conscribantur;

20 quod hic Bononiae non sit pecunia pro ipsis militibus, ideo de ea provideatur, — mittentes copiam multarum litterarum archiepiscopi Ragusini ex Parma et comitis Sfortiae de S. Flora et vicelegati ex Romandiola, in quibus significantur provisiones quae fiunt ad bellum parandum.

Mittuntur ad archiepiscopum Ragusinum 500 aurei per expressum cursorem.

Scripserunt ad vicelegatum Romandiolae, ad archiepiscopum Ragusinum in suarum responsionem etc.

25 ^ Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae a quibusdam patribus super eisdem canonibus sacramenti matrimonii. Deinde a Rm^{us} et Illm^{us} D. card. de Monte primo concilii praesidente proponitur patribus considerandum, quid agendum de crastina sessione, quae omnino proroganda videtur multis ex rationibus, praesertim cum praelati Galli adhuc non applicuerint Bononiam, nisi duo tantum, et 30 alii 12 sint in itinere, venturi, ut speratur, propediem ad hanc civitatem, neque decet sessionem sine tanta et tali natione celebrari. Item multi praelati, qui his proximis diebus venerunt ad concilium, non possunt tam brevi tempore esse instructi et informati de materiis indecretis publicandis. Item magnitudo et importantia eorum, quae expedienda sunt tam quoad dogmata quam quoad reformationem, admonet, ne eorum promulgatio 35 sine magna maturitate et consideratione fiat. Accedit ad haec tumultus rerum praesentium ob mortem ducis Placentiae et bellum quod parari necesse est ob tuitionem civitatum ecclesiae. Igitur consilium et mentem ipsorum Rm^{orum} legatorum esse, ut sessio crastina omnino prorogetur. Rogavitque super eo sententias patrum, quibus omnibus nemine excepto placuit ut prorogaretur, neque iretur ad ecclesiam, cum ipsa prorogatio 40 fieri possit in privata congregatione iuxta decretum praeteritae sessionis.

Deinde ipse Rm^{us} D. cardinalis dixit: ipsis Rm^{is} DD. legatis videri quod non statuatur dies certus pro futura sessione, sed relinquatur ad beneplacitum synodi, ne toties ad hunc actum prorogationis venire cogamur, et iam nesciamus quo tempore praelati ipsi Galli poterunt hic adesse, item nesciamus quo die possimus esse parati, ut materiae 45 promulgentur, et ut sequamur exemplum aliorum conciliorum et etiam Tridentini in decreto de iustificatione; item quia nescire etiam possumus, quo tendant tumultus

a lacunae i?i M s. pro inserendis nominibus.

b sic.

1 Nomen supplavi inde, quia infra ad 4. Oct. 1549 vetio filio »di Ercole condottiere d'armi« medio sae commemoratur Hercules Malvetius inter eos, quos culo XVI. nato.

visitavit Massarellus, et apud *Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi V, 170 sermo est de Pyrrho Mal-

2 Huius nomen supplere mihi non contigit.

3 Cf. supra ad 3. Iunii 1547 (p. 660, l. 11 ss. et adn. 1).

praesentes, et quem finem et quando habituri sint, ac propterea quid pro tempore erit expediens ut synodus faciat etc.

Rogatisque desuper sentiis omnibus placuit, quod dies relinquatur ad bene placitum synodi, excepto Venusino, cui placuit statuendam diem certam.

Interfuerunt huic congregationi Illm^s S. D. Durfe, orator et procurator regis Chrmⁱ, qui orator laudavit ipsam prorogationem et diem incertum. Item archiepiscopi Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et episcopi Feltrensis, Aciensis, Troianus, Bononiensis, Foroiuliensis, Iserniensis, Sibinicensis, Grossetanus, Chironensis, Sarsinensis, Maioricensis, Aquensis, Sebastensis, Camerinensis, Chissamensis, Motulanus, Parentinus, Veronensis coadiutor, Ieracensis, Regiensis, Salutarum, Thermularum, Myrapicensis, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Alatrinus, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinas, Mylensis Graecus, Lavellanus, Aprutinus, Pistoriensis, Maceratensis, {Albinganensis, Cavallicensis, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis. Item generales Praedicatorum, Heremitarum s. Augustini et Carmelitarum. Solviturque congregatio hora 23.; cui praefuerunt ambo Rmⁱ legati cardinales de Monte et S. Crucis.

Ultra praelatos suprascriptos erant Bononiae Fesulanus aegrotus, Cesenatensis, Puerius¹, Pisauriensis, Torcellanus.

Applicuit Bononiam D. Matthias magister cursorum cum 4 milibus aureorum ex Ferraria. Item 11th 8D. Paulus Vitellus et capitaneus Hieronymus de Pisis, qui iverunt Parmam.)b

256v

15. Septembris, Iovis, 1547.

= Haec dies indicta erat pro sessione habenda vigore decreti publicati in ultima sessione, quae celebrata fuit 2. Iunii praeteriti, sed prorogata est ad beneplacitum synodi propter rationes iam dictas in praecedenti congregatione.

Illm^s D. Octavius Farnesius, filius Illmⁱ D. Petri Aloysii, ducis Placentiae his diebus interfecti, ut superius notatum est, applicuit hora 16. Bononiam iturus Parmam, ut illius civitatis dominium et possessionem capiat. Descendit apud Rm^{os} DD. legatos una cum Illm^o D. Alexandro Vitello eius locumtenente (est enim ipse dux Octavius generalis etiam capitaneus ecclesiae²). Cum quibus locuti sunt de praesenti statu rerum et quid agendum etc.

Reliquit mihi 6 folia manu sua obsignata, ut eius nomine scriberem ad Sm^m D. N. et ad card. Farnesium eius fratrem et IU^m D. Ioannem Baptistam Sabellum, quibus significabat eius adventum Bononiam, et quo in statu provisiones invenit, videlicet quod Rmⁱ legati expediverint capitaneos pro duobus milibus militibus, sed quod desit pecunia, pro qua rogat etc.

Item ad ducem Urbini, nuncians se invenisse hic dictos milites a Rm^{is} legatis conscriptos, quare non egere amplius 2 milibus, qui describendi erant in eius ducatu, qui non discedant sine nova commissione vel sua vel Rm^{orum} legatorum.

Item ad Illm^m D. Hyppolitum a de Corregio, gratias agens de oblatione etc.

Quas litteras ego expedivi, et cum una ad Illm^{am} Margaritam Austriae eius uxorem ad Rm^{am} D. card. Farnesium misi etc.

Hora circa 8. recessit ex Bononia ipse dux Octavius etc.

Applicuit etiam Bononiam circiter hora 16. Rm^{us} D. Ioannes tituli S. Ciceriliae cardinalis de Bellay vel Parisiensis, Gallus, qui proficiscitur ad curiam pontificis³.

a sic. b add. in margine interiore.

¹ Laurentius Puccius, 1544—1547 episcopus Venetensis, Florentinus.

² Eodem die 4. Iulii 1546, quo in ecclesia S. Mariae in Aracoeli post celebratam missam congregatis ad hoc cardinalibus crux data est card. Alexandro Farnesio legato in Germaniam ituro cum exercitu, »fuit etiam deputatus capitaneus generalis dicti exercitus Illm^s D. Octavius Farnesius, cui . . . genuflexo ad pedes S. Stis tanti S^{ts} S. dedit vexillum ecclesiae a. Ste S. benedictum, dicens: *Accipe vexillum coelesti benedictione sanctificahim*, prout in libro cerimoniarum continetur» (acta consistor, cod. Barber. XXXVI, 13, f. 384v). Quae dignitas tunc pro illa expeditione denuo ei data

videtur esse, donec 5. Martii 1548 loco patris confalonarius ecclesiae, Horatius frater praefectus Urbi constitutus est (ibid. XXXVI, 14, f. 49).

³ Ioannes de Bellay, natus a. 1492, inde ab anno 1532 variarum Galliae ecclesiarum episcopus, orator regis in Angliam ad Henricum VIII et Romam ad pontificem missus 20. Maii 1535 purpura ornatus erat. Obiit 16. Febr. 1560 (ut ait Ludovicus Firmanus in diario [Arch. Vat. Arm. XII, 29] f. 230v et *Ciaconius* III, 5th 8) vel mense Martio eiusdem anni (cf. Massarelli diar. VII [fol. 73r], qui post Paceccum 4. Martii 1560 defunctum eum vita cessisse vult). Nescio an Romam missus sit a rege, cf. infra p. 711, adn. 4, et ad 25. et 27. Nov.

Venit visitatos³ R^{os} DD. legatos, a quibus excipitur humanissime, et postquam per 4 fere horas simul fuerunt, de bona mente regis Chrmⁱ erga Sram^m D. N., sedem apostolicam et concilium certiores eos reddendo, sociatus fuit ab ipsis Rmsⁱ legatis usque ad palatium civitatis, ubi hospitatus est et expensis R^{morum} legatorum receptus etc.

5 [^] Applicuit etiam Bononiam R^{dis} D. Baldassar episcopus Portuensis Lusitanus, qui erat Tridenti nomine regis Portugallensisi, et nunc primum Bononiam ad concilium post translationem advenit.

Item episcopus Pisauriensis².

Rmⁱ DD. legati scripserunt ad Rmm^m D. card. Farnesium de adventu ducis
xo Octavii et de tractatis cum eo quoad res gerendas etc., et de provisionibus hic factis, et quod provideatur de pecunia, propter quam missuri sunt Ferrariam etc.

Item ad ducem Ferrariae, rogantes ut de 50 milibus aureis, quos ipse dux debet pontifici (pontifex enim vendidit ei licentiam faciendi sal in suo ducatu Ferrariensi pro 50 milibus aureis⁸), solvat aliquam partem.

15 Scripserunt item ad ducem Urbini, nuntiantes ei quae gesta sunt post adventum ducis Octavii, et de provisionibus militum etc. 257r

Item ad vicelegatum Romⁱ andiolae, quod pro nunc non mittat plures milites huc, cum satis hoc statu rerum sufficere videantur ii, qui iam hic et Parmae descripti sunt, videlicet 3500 etc., sed parati maneant, ut quando opus erit venire possint etc.

16. Septembris, Veneris.

20 Mane summo applicuit Bononiam D. Antonius Helius³, secretarius pontificis, cum brevi ad Rmm^m D. card. S. Crucis, in quo creatur legatus Placentiae etc.; discessit eadem die hora 17. Parmam versus.

Rmⁱ DD. legati scripserunt hora 15. ad Rm^m D. card. Farnesium, mittentes litteras e Parma et rogantes pro pecunia mittenda pro militibus iam conscriptis solvenda,
25 saltem pro nunc decem milibus;

et quod miserint Ferrariam episcopum Zambeccarium⁴ et Matthiam, ut curent ex actionem pecuniarum ab illo duce Ferrariae;

et quod venerint scripturae autenticae pro dicta pecunia exigenda etc.;

et quod D. Antonius Helius applicuerit Bononiam et iverit Parmam etc.

30 Item ad Illm^m ducem Octavium, significantes quid fecerint post hesternum suum discessum ex Bononia, ut superius notatum est, et mittentes exemplum duarum litterarum ex Ferraria etc.

Item ad eundem pro capitaneo Hortensio Ravennatensi,

Rmⁱ DD. legati receperunt litteras ab archiepiscopo Ragusino, quibus
35 significabat ipsum ducem Octavium Farnesium intrasse Parmam, ubi receptus fuerit magna cum laetitia et applausu totius civitatis; intravit autem hora circiter 15.

Scripserunt R^m legati Rm^o card. Farnesio dictum introitum ducis Parmam et mittentes litteras ipsius archiepiscopi Ragusini; mittuntur per cursorem. Notandumque est, quod omnes litterae, quae expeditae sunt a die dominico praeterito, 11. scilicet huius,
40 omnes fuerunt missae per expressum cursorem⁵.

Hodie discessit magna pars duorum milium peditum, qui hinc Parmam mittuntur. Expeditur commissarius pro his militibus ducendis D. Ludovicus a Gaza etc.

Applicuit Bononiam D. Iulianus Ardinghellus⁶, profectusque est sine mora Parmam etc.

Fui visitatum nomine Rm^o legatorum Rliura D. episcopum Portuensem Portu-
45 gallensem etc.

i sic.

1 Cf. diarium III ad 18. Nov. 1546, supra p. 586, 1. 20 ss. et adn. 7. Translato concilio remanserat Tridenti, sed deinde abierat, »non poco sbigottito per il pericolo in che si e visto« (propter assertum morbum contagiosum), ut scribit Farnesius 5. Aprilis ad Poggium nuntium in Hispania degentem, cf. *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 538, adn. 1.

2 Cf. supra p. 182, adn. 9.

3 De quo v. supra p. 582, 1. 21 et adn. 3; p. 565, 27 et adn. 4 locosque ibi allegatos.

4 Pompeius Zambeccarius episcopus Sulmonensis, cf. supra p. 692, 1. 14 et adn. 2.

5 Quare Massarellus ad omnes epistulas, quas refert scriptas esse, in margine adnotavit »C.«, i. e. (per) c(ursorem).

6 Erat frater Nicolai cardinalis Ardinghelli (cf. supra p. 203, 1. 17 ss.) et familiaris card. Farnesii et mense Martio 1548 ad imperatorem mittebatur, cf. infra ad 23. Sept. 1547 (p. 70 1. 29) et ad 9. et 28. Martii 1548. A. Pieper, Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiatoren p. 149.

Fui ad Rmum D. card. de Bellay, qui miserat ad Rmos DD. legatos, ut ad eum mitterent eorum secretarium. Ivi, locutusque est mecum per horam. Ostendit se desiderare progressum concilii et quod sessio non protraheretur ad multum tempus. Item
 257v se libenter velle scire quid Rm legati acturi | essent, quando intelligerent praelatos Gallos, qui sunt in itinere veniendi ad concilium, non posse pertransire dominium imperatoris et ex consequenti non posse huc adventare, an essent eos expectaturi, vel concilium et sessionem habituri. Ipse cupiebat et censebat non expectandos, cum hic Bononiae sint iam duo praelati Galli et orator regis, qui possunt repraesentare illam ecclesiam Gallicanam, alias ipsi duo praelati et orator forsitan protestarentur, per ecclesiam Gallicanam non stare, quin concilium habeat progressum suum. Quare super hoc casu considerandum censebat quid agendum. Et quod non esset malum quod Rf1 legati mitterent unum hominem ad principem Amalphitanum Genuvam, ut ab eo intelligerent aliquid de adventu dictorum praelatorum; alias ipse videt, quod prorogatio sessionis hesternae die facta pariet suspensionem concilii, quod esset id quod Caesar cupit¹. Praeterea ad vertendum censebat circa Hispanos illos, qui clam sunt in hac civitate, ut aiunt, protestari nomine imperatoris in sessione, si aliquid fieret, ne permittantur ullo modo protestari, etiam quavis occasione arrepta et qualicunque etiam violentia, ne idem accidat quod Clementi accidit, cui dum esset in camera cum rege Gallorum Massiliae, interposita fuit appellatio ad futurum concilium per quendam procuratorem regis Angliae, licet maxima diligentia adhiberetur, ne ipse procurator dictam interponeret appellationem².

Retuli ea omnia Rmalegatis, qui considerata gravitate rerum propositarum, et quod non possent ita repente (ipse enim card. de Bellai erat illico discessurus) aliquam certam responsionem dare, censuerunt respondendum per verba generalia, laudantes cardinalis consilium etc. et ei gratias agentes de officio et pietate erga concilium et sedem apostolicam etc., et quod omnia considerabuntur mature et significabuntur Smo D. N. et concilio et id fiet, quod rei publicae christianae videbitur expedire. Interim Dtio S. Rma proficiscetur ad pontificem, cum quo eadem conferre poterit etc., et videbitur magis clare quo tendat status praesens rerum, a quo cum pendeat omnis deliberatio, nesciunt pro nunc legati quid pro tempore erit expediens facere.

Quae omnia ego retuli Rmo cardinali etc.

ts³ Discessit autem ipse Rmus D. card. de Bellay ex Bononia hora 18. versus Perusium, ubi nunc est pontifex, per iter Romandiolae etc.

Applicuit Bononiam secundus orator Gallus. <Vide infra 3.) b

17. Septembris, Sabbati.

Applicuit Bononiam cursor cum 3000 aureis pro Illmo duce Octavio etc.; qui cursor discessit Perusio 15. huius hora 15. et ivit Romam, unde hora 8. noctis recessit Bononiam versus.

Applicuit Bononiam Ras D. archiepiscopus Rossanensis⁴, qui revertitur ex Germania, ubi egerat nuncius apostolicus apud imperatorem; in cuius locum suffectus est episcopus Fanensis⁵.

Recesserunt ex Bononia milites ituri Parmam etc.

Rmi DD. legati miserunt munera quaedam oratori secundo Gallo, qui heri sero applicuit Bononiam, Dominus videlicet de Hospitali, praesidens Parisiensis et consiliarius regis⁶, qui orator venit collega Illmi D. Durfe, ut intersint concilio nomine regis Gallorum etc.

258r W Applicuit item Bononiam D. a Pansa, tertius (doctor Parisiensis)' missus a rege Chrm, ut concilio eius nomine intersit.

a cod. posset.

b in marg.

c supra linea?n scriptum alio at?amento et alio ductu manus, sed ab ipso Massarello.

¹ Hinc apparet Bellayum maxime id egisse, ut discordia inter pontificem et imperatorem augetur.

² Significatur factum 7. Nov. 1533, quod narrat Pallavicinus III, 14, 8.

³ ad diem sequentem, l. 44/45 huius pag.

⁴ Hieronymus Verallus, de quo v. *Friedensburg*, Nuntiaturber. VIII, 9 s.; relationes eius editae sunt ab eodem vol. VIII et IX. Cf. *Pieper*, Zur Ent-

stehungsgesch. der stand. Nuntiaturen (Freiburg 1894) p. 98 et passim.

⁵ De quo v. supra p. 195, adn. 1; 566, adn. 3; 617, l. 1 et adn. 1; infra in hoc diario ad 17. Iunii 1548.

⁶ Michael ab Hospitali, vir et doctrina et eloquentia insignis idemque patriae amantissimus, qui a. 1560 sub Francisco II cancellarius regni Galliae factus pacem inter catholicos protestantesque facere studebat.

18. Septembris, Dominica.

Applicuit Bononiam Illmus D. Hieronymus de Coregio¹, qui ex Parma mittitur a duce Octavio ad pontificem, ut ei nunciet, qualiter Don Ferrandus Gonzaga petierit per D. Aloysium Gonzagam a duce ipso Octavio, ut reddat ei omnia fortilitia quae sunt ultra Tarum flumen, cum pertineant dominio Placentino, et quod ipse dux

5 ei responderit se nolle dare, cum ad se pertineant, et si quis vellet vi ea occupare, defendet ea etc., cum ipse Octavius sit ita servitor imperatoris, ut est ipse D. Ferrandus etc. Tulitque ipse D. Hieronymus litteras ad Rm^{os} legatos ipsius Octavii ducis et archiepiscopi Ragusini et Illmⁱ D. Alexandri Vitelli eadem referentes etc. Sequutus est iter suum hora 15., applicueratque hora 13.

10 ^e* Hora 20. Illmus D. Durfe et D. praesidens, oratores Chrmⁱ regis, venerunt ad Rm^{os} DD. legatos, cum ipse praesidens nunc primum D^{ns} S. Rm^{os} alloquutus fuerit, referens mandata regis, ut concilio assisteret etc., et eius bonam mentem etc.

Fui ad ipsum innum D. Durfe nomine Rm^{orum} legatorum, nuncians ei quae D. Hieronymus de Corigio dixerat de Don Ferrando, ut suprascriptum est; gratias egit etc.

15 Rmⁱ DD. legati scripserunt ad IU^m ducem Octavium, mittentes ei tria milia aureorum, quae heri sero receperant a Rm^o D. card. Farnesio.

Item ad IU^m D. Alexandrum Vitellum et archiepiscopum Ragusinum in responsionem suarum etc.

Feruntur ex Ferrara 50 milia ducatorum auri per Rm^{um} D. episcopum Zambecarium² et Matthiam de Sancto Cassiano, quae ipse dux Ferrariae solvit pontifici, qui dedit

20 licentiam ipsi duci, ut in suo dominio possit sal conficere etc.

Rmⁱ DD. legati receperunt litteras ab Illmo D. duce Ferrariae in responsionem suarum etc., quas miserant per episcopum Zambecarium etc.

Hora 3. noctis applicuit Bononiam D. Antonius Helius, revertens ex Parma, iturus

25 ad pontificem etc.

19. Septembris, Lunae.

^a Hora 20. fuit congregatio generalis prima post prorogationem sessionis, in qua congregatione patres, qui non dixerunt votum suum super canonibus matrimonii, prosequuti sunt suas sententias, et hodie loquuti fuerunt tres, videlicet Aprutinus, Alyphanus et Minorienensis. Deinde solvitur congregatio hora 23.; cui praefuerunt ambo

30 R^{ti} DD. legati cardinales de Monte et S. Crucis, et interfuerunt Illmus D. Durfe et D. ab Hospitali praesidens Parisiensis, oratores et procuratores regis Chrmⁱ, qui oratores sedent supra omnes praelatos, in sedibus tamen separatis, e regione archiepiscoporum, habentes manu destra Rm^{os} legatos; interfueruntque quinquaginta quinque praelati, videlicet archiepiscopi Aquensis Gallus, Materanensis, Naxiensis Graecus, Upsalensis Gothus,

35 Armacanus Scotus, et episcopi Cesenatensis, Amalphitanus, Feltrensis, Aciensis, Troianus, Bononiensis, Foroliuensis, Iserniensis, Torcellanus, Sabinicensis, Grossetanus, Chironensis, Sarsinensis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Carinola³, Sebastensis, Portuensis, Cameriniensis, Chissamensis, Motulanus, Parentinus Pisauriensis, Veronensis coadiutor episcopus Motonensis, Ieracensis, Salutarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Vigor-

40 niensis, Bellicastrensis, Bituntinus, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Calvensis, Pistoriensis, Mylensis Graecus, Maceratensis, Lavellanus, Aprutinus, Alyphanus, Minorienensis, Sulmonensis, generalis Praedicatorum, generalis Heremitarum s. Augustini, generalis Carmelitarum, item abbreviator et promotor.

Notanda sunt duo, quod iste secundus orator Gallus D. ab Hospitali et episcopus

45 Portuensis Portugallensis/ hodie primum interfuerunt congregationi concilii huius Bononiensis.

a cod. Caronilae.

¹ De quo v. supra p. 562, l. 7 et adn. 1.

² Cf. supra p. 697, l. 26 s. et adn. 4. Videtur advenisse 11. Sept. cum Troiano, supra p. 693, l. 17 et adn. 3.

³ Thaddaeus Bononiensis ex illa gente celeberrima Pepulorum, qui congregationis Olivetanorum erat alumnus et a 3. Martii 1533 usque ad 15. Ianuarii 1535

rexerat Cariatensem, deinde usque ad mortem a. 1549 Carinolensem vel Calenensem ecclesiam (ambo episcopus in regno Neapolitano); de quo cf. *Ughelli*, Italia sacra IX, 503; VI, 471; *Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi VI, 358 (in vita Thaddaei Pepuli iunioris).

⁴ Cf. supra p. 697, l. 5 ss. et adn. 1.

D. Antonius Helius secretarius pontificis discessit ex Bononia reversurus ad S. Slem. Rm DD. legati instruerunt eum de eorum mente circa concilium et de his, quae mihi dixerat card. de Bellay die 16. huius mane antequam discederet, ut superius notata sunt, ut ipse secretarius omnia referret S. S^a etc.

D. Matthias magister cursorum pontificius discessit ex Bononia iturus Parmam ad Ulmum, ducem Octavium, cui defert quattuor milia aureorum ex his, quae heri sero allata sunt ex Ferraria.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. episcopo Massetano, secretario pontificis¹, 17. huius Perusii datas, in quibus significat:

pontificem ordinasse, ut Romae conscriberentur mille pedites pro custodia illius civitatis, et quod Perusii idem fiat;

quod 15. huius recesserit card. Moronus legatus Bononiensis versus hanc civitatem ad suam legationem²;

quod S. S^a expectet responsum Caesaris circa Placentiam, ad quem rogavit card. Farnesius cardinalem Tridentinum ut iret, et circa res concilii;

et quoad legationem cardinalis S. Crucis quod pontifex vult, quod pro nunc maneat Bononiae in concilio. Sua enim Sanctitas cum primum audivit mortem sui filii ducis Placentiae, designavit legatum illius civitatis Rm D. card. S. Crucis, qui iret Placentiam et, si inveniret populum illum nolle recipere amplius aliquem in ducem ex familia Farnesiana, reciperet illam civitatem pro ecclesia; non enim intellexerat pontifex, quod civitas illa iverit in potestatem Don Ferranti nomine imperatoris. Nunc autem intellecta re mandat, ut cardinalis ipse S. Crucis non recedat ex concilio etc.

W Applicuit Bononiam D. episcopus Briocensis Gallus, unus ex deputatis a rege Chr^m ad concilium etc.

259r

20. Septembris, Martis.

W 'Nocte praeterita hora 4. applicuit Bononiam Rm D. Ioannes Moronus cardinalis et legatus Bononiensis, veniens ex Urbe etc., et hoc mane hora 14. venit visitatos Rm DD. legatos concilii etc.

Ulmus j-) Paulus Vitellus veniens ex Parma applicuit Bononiam hora 15., retulitque Rm DD. legatis ducem Octavium cupere, ut hinc transmitterentur Parmam 8 bombardae, promittens totidem ex Ancona huc transferri curaturum etc.

Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt sententias super canonibus sacramenti matrimonii, hodieque loquuntur [duodecim]^b, videlicet archiepiscopus Aquensis Gallus, episcopi Cesenatensis, Troianus, Torcellanus, Iserniensis, Sarsinensis, Chissamensis, Pisauriensis, Brittonoriensis, Albi/ganensis, Calvensis, Alatinus, solviturque congregatio hora 23.; cui interfuerunt qui in hesternae congregatione nominantur, exceptis Portuensi et generali Carmelitarum, et addito episcopo Briacensi Gallo, uno ex deputatis a rege Chr^m ad concilium, qui hodie primus interfuit congregationi etc.

Rm D. legati scripserunt ad card. Farnesium de bombardis, quas petit Illms dux Octavius, ut Parmam mittantur, quod fieri non est visum sine scitu S^m D. N. Item miserunt copiam capitulationis inter D. Ferrandum et civitatem Placentinam etc., 40 et numerum bombardarum quae sunt Bononiae, et de adventu secundi oratoris Galli et episcopi Briacensis etc.

Scripserunt item ad Maffeu, ut dictas litteras in absentia R^m card. Farnesii legat pontifici et significet eius mentem circa bombardas etc.

Rm DD. legati receperunt litteras a nuncio apud Venetos cum copia suprascriptae 45 capitulationis.

W <Fit conventio concilii cum Bononiensibus super victualibus et aliis in usum concilii.)⁰³

a sic. b lacuna in cod. e postea additum, partim in margine.

¹ Est Bernardinus Maffeu, cf. supra p. 657, adn. 6.

² Ioannes Moronus legatus Bononiae erat a 2. Aprilis 1544 usque ad 13. Iulii 1548, quo tempore card. de Monte in eius locum est successus.

³ Huius conventionis exemplar originale extat in tabulario Vaticano *Concil.* t. 148 (cuius folia non sunt numerata): «Capituli et conventioni fatte per volonta et ordine de gli Rmi et Illmi Sri legati dei sacro concilio, con interventione et approbatione dei Rm^o et IU^m»

card. Morone, legato di Bologna, con gli magnifici Srⁱ dei regimento de la citta sopra gli alloggiamenti delli prelati et altri Sri che sono in Bologna per conto dei concilio,

Primo s'è convenuto, che per il letto dei prelati coi suo padaglione, mutandosi ogni quindici giorni li suoi lenzuoli, se paghi un scudo d'oro il mese.

Secundo, che per ciascun letto de servitori honorati de detti prelati o altri gentili homini pertinenti al ditto concilio coi suo padaglione et altre pertinentie

21. Septembris, Mercurii, in die s. Matthei.

^A Rm DD. legati iverunt visitatum Rmum D. card. Moronum, legatum Bononiensem, in palatium civitatis hora 22. etc.

Scripserunt ad Ulmum D. ducem Parmae de his, quae heri scripta sunt ad pontificem quoad tormenta bellica, quae ipse petierat Parmam traduci, mittentes litteras vicelegati Romandiolae de militibus et equitibus levis armaturae illinc venientibus etc., mittentes capitulationem factam inter Don Ferrantem Gonzagam et Placentinos, et capitulum litterarum nuncii apud Venetos de homine illo, quem miserat ipse Don Ferrandus Venetias etc.

Item ad vicelegatum Romandiolae in responsionem suarum 19. et 21. datarum, mittentes capitulationem ut supra.

22. Septembris, Iovis.

z59v

Mane hora 14. applicuit Bononiam D. Hieronymus de Coregio veniens ex curia Smi D. N. et hora eadem (cum loquutus fuisset cum Rm legatis) recessit Parmam versus.

Rm DD. legati scripserunt ad Rmum D. card. Farnesium mittentes litteras Illm D. Octavii ducis Parmae, et Illm D. Alexandri Vitelli 20. et 21. datas, quibus significabatur milites Don Ferrantis quotidie facere incursiones et praedas in dominio Parmensi, et quod dux miserit ad obviandum 500 milites ex Parma etc., quibus tamen mandasset ne bellum indicant vel moveant, sed tantum loca sua defendant.

Scripserunt item ad ipsum Illm ducem et D. Alexandrum Vitellum de receptione suarum, et ipsum D. Alexandrum rogantes, ut perseveret in fide, quam ostendit ipsi duci etc.

²⁰ w Hora autem 20. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem ipsorum canonum de sacramento matrimonii, loquunturque hodie quattuor, videlicet D. episcopus Portuensis Portugallensis et generales Praedicatorum et Heremitarum s. Augustini. Solviturque congregatio hora 23.; cui praefuerunt ambo Rm legati, et [interfuerunt] praelati qui numerantur supra die 19. huius, exceptis Amalphitano, Torcellano, Foroiuliensi, Carinola, Parentino, Chissamensi, Alatrino, Vestensi, Pisauriensi, Mirapicensi, et addito Briacensi.

^A Applicuit Bononiam episcopus Niverniensis Gallus², unus ex deputatis a rege ad concilium.

23. Septembris, Veneris.

D. (Iulianus)³ mane hora 14. applicuit Bononiam, veniens ex Parma, missus a duce ad pontificem, ut ei nunciaret, quae noviter Don Ferrandus agat contra eum, videlicet

a sic. b cod. Iulius, corr. pro Hier9 de Corigio (cf. lin. ii huius pag.).

necessarie et onorevole, con mutarli lenzuoli ogni 15 giorni, se paghi il mese dui terzi d'un scudo.

Tertio, per ciascun letto de servitori minori, con conveniente lenzuola et coperta, da mutarsi ogni quindici giorni, si paghi il mese un terzo d'un scudo.

Quarto s'è convenuto, che de tutte le cose necessarie et pertinenti alla cucina, il patron della casa ne debbia accomodar il suo hospite senza pagamento, et similiter de panni bianchi da tavola, cioe tovaglie et manipuli per servitio dei patrone, da mutarli almeno ogni otto giorni, et per gli servitori secondo lor conditioni, provedergli de dette tovaglie et manipuli senza pagamento particolare, per essersi posto piu dei dover il prezo de gli letti.

Quinto s'è convenuto, che detti pagamenti s'incominino dal primo dei mese de Settembre 1547 per quelli che in detto tempo si sono trovati al concilio, et a gli altri otto giorni dipoi che saranno alloggiati.

Sexto, che s'habbi da pagar per detti letti la detta somma a mezo il mese.

Septimo, che s'alcuna differenza occoresse sopra dette cose, s'habbia a stare al giudicio dei Rdo Monsr Iacomelli vescovo de Bellicastro, commissario generale dei concilio.

Octavo, che se alcuno si dolesse non poter exigere detti prezi da qualche persona dei concilio, si ricorra al predetto commissario generale, che subito lo fara paghare.

In Bologna alii 20 di settembre 1547.

Placet: Io. Maria card. de Monte legatus, Placet: M. card. S. Crucis in Hierusalem legatus, Vinc[entius] Nobilibus [?], vexillifer iustitiae . . . (Subscriptiones sunt originales; post nomen vexilliferi est sigillum cardinalis de Monte, deinde alia manus addit:)

Li alloggiamenti si danno tutti gratis,

Massarelli manu additur:

Ambo suprascripti legati creati postea sunt pontifices maximi, primus sub nomine Iulii III, alter sub nomine Marcelli II, creatusque Iulius die 8. Februarii 1550 et obiit die 23. Martii 1555, Marcellus autem creatus die 9. Aprilis et obiit ultima dicti mensis 1555.

¹ Cf. supra ad 18. Sept. (p. 699, l. 1 s.).

² Iacobus Paulus Spifame, qui 5. Maii 1546 episcopus Niverniensis, a. 1559 apostata factus capite truncatus est 25. Martii 1566. Gallia christiana XII, 656.

³ Iulianus Ardinghellus, cf. supra p. 697, l. 43 et adn. 6.

quod petat quaedam loca ultra Tarum tanquam Placentino dominio pertinentia, et quod significaverit ipsi duci, quod si illa non dederit, ipse vi ea capiet etc. Mirum est certe, quod istea causam dederit morti violentae patris Octavii, et quod abstulerit ei Placentiam, et adhuc quiescere nolintb et quae restarunt adhuc ab ipso arripere tententb. Ipseque Ulmus cux CUpjf. intellegere a S. Ste, quid agendum sit etc. Fuit cum Rmis legatis ipse 5 D. Iulianus¹, a quibus instructus fuit de modo tractandi cum pontifice, dantesb ei memoriale in scriptis etc., recessitque hora 15.

Rm DD. legati scripserunt ad ipsum ¹¹¹ ducem Octavium, significantes quid egerint cum D. Hieronymo a Coregio, et mittentes ei quattuor milia aureorum et offerentes se paratos ad omnia, quae per eos possint fieri in eius commodum etc. 10

Fui ad Rmum D. card. Moronum legatum pro causa D. episcopi Alyphani etc. de causa sibi commissa.

[^] Applicuit Bononiam episcopus Sancti Pauli Gallus¹, unus ex deputatis.

*6or [^] Datur exemplum canonum 6 super abusibus sacramenti baptismi et confirmationis omnibus praelatis², cum prius ipsi canones aptati fuerint a Rm^o D. cardinali de Monte. 15

24. Septembris, Sabbati.

..

[^] Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua perficitur examinatio canonum super sacramento matrimonii. Deinde rogantur sententiae, an nunc tractandi sint articuli de virginitate et celibatu, et conclusum quod in congregationibus generalibus examinentur 6 canones super abusibus baptismi et confirmationis, et de celibatu et virginitate nihil certum statutum est. Solviturque congregatio hora fere 24., cui praefuerunt ambo 20 Rm DD. legati et interfuerunt D. praesidens Parisiensis, secundus orator regis Chrm, ac praelati infrascripti, videlicet: Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, Cesenatensis, Feltrensis, Troianus, Bononiensis, Torcellanus, Sibiricensis, Grossetanus, Chironensis, Sarsinensis, Sebastensis, Camerinensis, Aquensis Vorstius, Motulanus, Pisauriensis, Veronensis, Iserniensis, Salutarum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Thermu- 25 larum, Mirapicensis, Chissamensis, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Briacensis, Calvensis, Pistoriensis, Mylensis Graecus, Maceratensis, Aprutinus, Nivernensis, Lavellanus, Alyphanus, Minoriensis, Alatrinus, Vestensis, Salmonensis, generales Praedicatorum et s. Augustini, legiturque votum generalis Carmelitarum, qui erat absens ob aversam b valitudinem. 30

Hodie interfuit primum congregationi episcopus Nivernensis Gallus³, unus ex deputatis a rege.

Rm DD. legati scripserunt ad vicelegatum Romandiolae et ad vice-thesaurarium, pro tractu trium milium corbarum frumenti, quam b pontifex concessit concilio, et Rm legati eam b dederunt D. Octavio de Peregrinis Bononiensi. 35

Acceperunt litteras a Rmo D. card. Sfondrato ex Germania Augustae 17. datas, quibus significat in dieta adhuc nihil firmatum esse quoad religionem, et quod D. de Briasach⁴ orator regis Chrm discesserit ab imperatore re infecta quoad pacem, et de morte ducis Placentiae etc. nihil adhuc actum⁴.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes ei litteras card. 40 Sfondrati etc.

Item ad IHmum D. ducem Octavium, mittentes ei litteras D. Vincentii Boncam b[i]5 ex curia Caesarea.

Fui ad Rmum D. card. Moronum legatum Bononiensem, cui retuli nomine Rmorum praesidentium ea, quae scribit card. Sfondratus etc. 45

a cod. isti.

b sic.

c cod. Hieronymus.

¹ Ioannes Joly de Choin, ecclesiae illi praefectus a¹⁵³⁹ quam resignavit 1573. Gallia christ. I, 730.

² Raynaldus ad a. 1547 n. 72 (cf. supra ad 1. Sept., p. 688, l. 18 ss.).

³ Advenerat 22. Sept. (supra p. 701, l. 27 s. et adn. 2).

⁴ Brissac et Marillac oratores Galli mense Augusto venerant ad imperatorem ad pacem ineundam et maxime

ad controversiam de ducatu Sabaudiae finiendam; quorum operam licet imperator frustra esse ab initio non nescierit, tamen eorum praesentia usus est contra Sfondratum, cf. de Leva, Storia IV, 336 s.

⁵ Hic erat orator Petri Aloysii ducis (et Octavii) apud imperatorem, cf. Affo, Vita di Pier Luigi Farnese, passim, et Friedensburg, Nuntiaturber. IX (in indice).

25. Septembris. Dominica.

RTM DD. legati receperunt litteras ab Illmo duce Parmae 24. datas, qui scribit Don Ferrantem adhuc instare, ut habeat quaedam loca ultra Tarum sub dominio Parmensi, et quia ipse dux scribat ad pontificem quid agendum sit etc.

RTM legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras Illmi D. ducis 260V
5 Octavii etc.

Scripserunt item ad episcopum Anglonensem thesaurarium pontificis 1 super 50 milibus aureorum Ferrariensibus, cum ipse thesaurarius ad D^{nos} S. R^{ms} ea de re scripsisset etc.

Ulmus d. de Mortier, qui fuerat orator regis Francisci Gallorum apud pontificem 2, revertens Galliam applicuit Bononiam etc., fuitque visitatum R^{ms} DD. legatos etc.

26. Septembris, Lunae.

10 ^ Hora 20. cum dimidia fuit congregatio generalis, in qua incipiuntur exami-
nari canones super abusibus baptismi et confirmationis, super quibus loquuntur hodie
13 praelati, videlicet Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, Troianus,
Cesenatensis, Iserniensis, Bononiensis, Torcellanus, Sibinicensis, Grossetanus, Chironensis,
solviturque congregatio hora 24., cui praefuerunt ambo R^{mi} legati, et interfuerunt prae-
15 lati 48 qui superius nominantur, addito episcopo Sancti Pauli Gallo, qui hodie primum
interfuit congregationi. In qua congregatione admittitur primum generalis Minimorum 3.

R^{mi} DD. legati receperunt litteras a R^{mo} card. S. Florae 23. Graduli datas, qui
bus significat pontifici placuisse, quod S. Dⁿⁱ R^{ms} egerunt de 50 milibus aureorum etc.,
et quod tormenta bellica mittantur Parmam etc. Quas litteras ego ostendi R^{mo} cardinali
20 Morono nomine R^{morum} legatorum etc.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad Ill^{um} ducem Octavium, significantes quid pontifex
scribi mandaverit, et mittentes litteras ad ipsum ex curia pontificis etc.

27. Septembris, Martis.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua prosequuntur patres examinationem
suprascriptorum canonum super abusibus baptismi et confirmationis, loquunturque hodie
25 quinque, videlicet Feltrensis, Sarsinensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis et Portuensis.
Solviturque congregatio hora 24., cui praefuerunt ambo R^{mi} legati, et interfuerunt prae-
lati infrascripti, videlicet archiepiscopi Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et
episcopi Cesenatensis, Feltrensis, Ambrinensis Gallus, Iserniensis, Placentinus, Troianus,
Bononiensis, Torcellanus, Sibinicensis, Grossetanus, Chironensis, Sarsinensis, Aquensis,
30 Sebastensis, Portuensis, Camerinensis, Motulanus, Pisauriensis, Veronensis coadiutor, Iera-
censis, S. Pauli, Salutarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis,
Chissamensis, Mirapicensis, Bituntinus, Venusinus, Bretinoriensis, Aquinatis, Albin-
ganensis, Briacensis, Calvensis, Pistoriensis, Mylensis Graecus, Niverniensis, Maceratensis,
Lavellanus, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Alatrinus, Vestensis, Sulmonensis, gene-
35 rales Praedicatorum, Heremitarum s. Augustini et Minimorum. Ultra autem supra-
scriptos sunt praesentes Bononiae qui non interfuerunt congregationi: archiepiscopus
Aquensis et episcopi Fesulanus, Aciensis, Malphitanusa, Carinensis, Parentinus, Venetensis,
Bellicastrensis et generalis Carmelitarum. Notandum est, quod hodie primum interfuerunt
congregationi Ambrinensis Gallus et Placentinus.

40 W Applicuit Bononiam episcopus Abrincensis Gallus 4, unus ex deputatis a rege.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras Illmi D.
ducis Octavii, et de receptione suarum etc.

Fui ad card. Moronum pro custodia tormentorum bellicorum etc.

" sic. b corr. ex Ambrinensis.

1 Cf. infra ad 9. Decembris 1547'

3 Locum eius obtinuisse videtur ille Guye de Rohan, Vincinus (*Vence*) factus, deinde 7. Maii 1530 Regium
qui 22. Aug. (supra p. 684, l. 14) transierat Bononiam. (*Reji, Riez*), mense Novembri 1532 Abrincas (*Avranges*)

3 Qui et ipse erat Gallus (Simon Guicciardus translatus erat. Illaec relatio ante aliam de congre-
Stampensis, generalis ord. Minimorum s. Francisci de gatione erat ponenda, quoniam episcopus congregationi
Paula), cf. supra p. 667, adn. 7. iam interfuit.

4

Robertus Cenalis (*Cenau*) iam a. 1523 episcopus

26ir Datur exemplum canonum super provisionibus faciendis circa abusus baptismi et confirmationis omnibus patribus¹; qui canones heri lecti fuerunt in congregatione.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 24. Romae datas, commendans² eorum diligentiam in rebus Illm ducis Octavii etc.

Scripserunt ad ipsum ducem Octavium de tormentis bellicis quae mittentur 5 Parmam, sed oportet invenire modum ea secure mittendi etc., cum hinc non possint mitti nisi usque ad Castrum Francum etc.

Receperunt litteras ab ipso Illmo duce, in quibus significabat: imperiales cepisse arcem Cortis maioris, et quod adhuc petant loca ultra Tarum etc., et quod ipse petierit inducias etc., et quod mittantur equites levis armaturae ex Romandiola Parmam. 10

Rm DD. legati scripserunt ad vicelegatum Romandiolae pro iis equitibus Parmam mittendis etc.

28. Septem bris, Mercurii.

Mane hora 15. Rm DD. legati receperunt litteras a Rm card. Sfondrato ex Augusta 21. datas, quibus significat imperatorem illinc recessisse die----b huius et ivisse Bavariam versus causa animum recreandi etc., et quod de re Placentiae nihil ad- 15 huc certi scire potest de mente S. Mtis.

Scripserunt ad Rm card. Farnesium mittentes litteras ipsius Rm card. Sfondrati etc. per staffettam.

Hora autem 21. fuit congregatio generalis super examinatione eorundem canonum abusuum baptismi et confirmationis etc., loquunturque hodie 15 praelati, vide- licet Camerinensis, Motulanus, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Ieracensis, S. Pauli, Salutarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Mirapicensis, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Venusinus, solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt qui superius nominantur in hesterna congregatione³ additis Parentino et Maioricensi et demptis Tor- cellano, Portuensi et Chissamensi. 25

Rm DD. legati receperunt litteras ab Illmo duce Octavio e Parma, qui scribit Don Ferrantem adhuc obstinatae esse voluntatis, ut velit loca illa ultra Tarum, et quod nulla sit amplius spes conco[r]diae⁴, quare rogat ut mittantur quantocius tor- menta bellica et equites levis armaturae, qui sunt in Romandiola etc.

Scripserunt statim Rm DD. S. ad vicelegatum Romandiolae, mittentes ei 200 aureos, 30 ut conscribat 200 pedites, quos cum equitibus mittat quantocius Bononiam etc.

Fui ad card. Moronum suprascripta significans. Laudavit omnia, et de Senis et Florentia loquutus.

Hoc mane Rm legati miserunt Parmam D. Matthia¹, magistrum cursorum ponti- ficiū, ut duci significaret quae egerunt circa tormenta bellica et custodiam pro ea³ etc. 35

29. [Septem bris], Iovis.

[^] Applicuit Bononiam episcopus Montispesulani Gallus³, unus ex deputatis a rege. Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras Illm ducis Octavii. Scripserunt ad nuncium Venetiarum, mittentes litteras ipsius ducis Octavii.

26IV

30. Septem bris 1547, Veneris.

Rm DD. legati receperunt litteras mane hora 15. ab Illmo D. duce Octavio et archiepiscopo Ragusino et Matthia magistro cursorum 29. Parmae datas, quibus signi- 40 ficabat de colloquio habito inter ipsum archiepiscopum Ragusinum, Illm D. Alexandrum Vitellum et Illm D. comitem S. Florae ex parte ipsius ducis, et D. Ludovicum Visturinum et D. Franciscum de Homaliaa ex parte Don Ferrantis, circa concordiam faciendam in rebus Placentiae et Parmae⁴ prope castellum Guelfi etc.

Quas litteras ipsi Rm DD. scribentes ad card. Farnesium miserunt ad S. Stm 45

³ sic. b deest numerus, lacuna.
indicantur verba fuerunt ambo oratores Galli.

c in vacuo alius lineae spatio add. et signis hic inserenda
d dimidia pars, vocis (in fine lineae) avulsa.

¹ Raynaldus ad a. 1547, n. 74; *Le Piat* III, 338,
cf. supra p. 690, l. II ss.

s Montis Pessuli episcopus ab anno 1527 usque
ad 25. Ianuarii 1568 erat Guilelmus Pellicier.

² Sed cf. infra ad 9. Oct., p. 708, l. 20. ss.

⁴ Cf. infra ad 2. et 9. Octobris.

Applicuit Bononiam cursor, qui venit e Galliis missus a Rmo S. Georgii, qui ibi agit legatus apostolicus.

ta» Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de abusibus baptismi et confirmationis, super quibus hodie loquuti fuerunt Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Lavellanus, Briocensis, Calverisis, Pistoriensis, Mylensis Graecus, Nivernensis, Maceratensis, Aprutinus. Deinde solvitur congregatio hora 24.; cui praefuerunt et interfuerunt qui in hesterna congregatione nominantur cum secundo oratore Gallo.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rmo card. S. Georgii, legato apud 10 Chrm^m regem, ex Fontebelleaquae 15. et 21. datas, quibus significat applicuisse curiam regiam episcopum Cenetensem, novum nuncium apostolicum;

quod rex dederit ordinem s. Michaelis Illmo D. Oratio Farnesio, nepoti pontificis; quod ostendat prontum animum erga S. Stm sedem apostolicam et concilium;

quod Angli et Scoti sint in castris cum valido exercitu contra se pugnantes¹ etc.

15 Quae litterae sociantur cum una Ddm S. Rmam ad card. Farnesium per cursorem, qui eas e Galliis tulerat etc.

Retuli ea omnia nomine Rm^m legatorum Rmo card. Morono.

Receperunt litteras a vicelegato Romandiolae, quod paret milites, quos describendos mandaverant D^{ns} S. Rmae.

20 Rm DD. legati scripserunt ad vicelegatum Romandiolae, quod mittat equites levis armaturae etc., sed pedites non absque nova commissione, cum speretur de concordia inter Illm^m ducem Octavium et Don Ferrantem.

1. Octobris, Sabbati, 1547. Bononiae.

262^a

^a Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem canones de abusibus sacramenti baptismi et confirmationis, super quibus loquuti fuerunt sexb, videlicet Alyphanus, Minoriensis, Alatrinus, Vestensis, Sulmonensis et Ambrinensis, solviturque congregatio hora 24. cum dimidia, cui interfuerunt qui numerantur supra, demptis Materano, Naxiensi, Sibiricensi, Salutarum, Britonoriensi, Bituntino, Bellicastrensi etc.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rmo D. card. Farnesio et episcopo Massetano, quod tormenta bellica, quae hinc mittenda erant Parmam, non mittantur 30 amplius, sed expectentur illa, quae S. S^{ts} mandavit ferri ex Ancona, et illa Parmam mittantur.

Scripserunt ad Ulmum D. Octavium, significantes id quod superius scriptum est de tormentis bellicis et de receptione suarum, quae missae fuerint ad pontificem etc.

2. Octobris, Dominica.

Applicuit Bononiam D. Matthias magister cursorum pontificius e Parma² retulitque nullam iniri potuisse concordiam inter IHm^m ducem Octavium et Don Ferrantem³, quare quilibet praeparet se ad bellum etc., et quod cupiat habere quantocius tormenta bellica.

Rmus card. Moronus fuit cum Rm^s legatis mane hora 14. (qua applicuerat Matthias), et concluderunt non expectanda tormenta bellica ex Anchona, sed mittenda quae hic sunt parata, cum belli timor instet et eis dux Octavius indigeat etc.

40 Scripserunt ad card. Farnesium credentialem in personam dicti Matthiae, qui discessit Romam versus hora 16., cui etiam datae sunt litterae credentiae ad vicelegatum Romandiolae etc.

Item ad Rmum cardinalem S. Angeli, legatum Piceni, de tormentis bellicis, et offerentes se in rebus Parmensibus paratissimos, ut hactenus fecerunt etc.

45 Item ad ducem Ferrariae, significantes se missuros tormenta bellica Parmam, petentes auxilium in transitu suarum civitatum Mutinae et Regii, et mittentes hac de causa D. Antonium Pighettum.

a sic.

b cod. tres.

¹ Somersetus Anglus io. Septembris Scotos apud Pinkiam prope Musselburgh vicerat, cf. *M. Brosch*, *Geschichte von England VI* (Gotha 1890), 405.

² Quo missus erat 28. Septembris (p. 704, l. 34 s.), cf. ad 30. Sept. (p. 704, l. 40).

³ Cf. infra ad 9. Octobris p. 708, l. 19 ss.

Fui ad R^{mm} D. card. Moronum, ne permetteret hodie ferri tormenta bellica.

Reversus est D. Ambrosius Sartfus] e Romandiola¹, referens equites et pedites futuros hic die Martis.

3. Octobris, Lunae.

W Hora 14. fuit congregatio generalis, in qua perficitur examinatio supradictorum canonum super abusibus baptismi et confirmationis, loquutique fuerunt hodie quinque patres, videlicet episcopi Ambricensis, Maioricensis, Parentinus, generalis Praedicatorum et generalis Heremitarum s. Augustini. Deinde dicitur patribus, ut praeparent se ad dicenda vota super aliis canonibus admonitionum etc. in futura conegatione, solviturque ipsa congregatio hora 18.; cui praefuerunt ambo R^{mi} legati et interfuerunt praelati qui die 27. Septembris nominantur, exceptis Naxiensi, Portuensi, Bellicastrensi, Bituntino, Britonoriensi, Torcellano, Chissamensi.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de iis, quae acta sunt post ultimas, et quod tormenta bellica non mittentur hinc, sed quae venient ex Anchona, cum idem scribat Ill^m dux; et quod perfecta sit examinatio suprascriptorum canonum in congregatione generali etc.

Item ad eundem in commendationem D. Herculis Severoli -pro officio advocati consistorii² etc.

Item ad vicelegatum Romandiolae, quod non mittat amplius pedites, donec ad venerint tormenta bellica ex Anchona, quae illinc pertransibunt.

Item ad nuncium Venetiarum de iis quae acta sunt, mittentes litteras Ill^m D. ducis Octavii etc.

R^{mi} DD. legati receperunt cedulam depositi scutorum 16200^a auri in auro ab argentariis Bonfilii Bononiensibus pro exercitu Ill^m ducis Octavii, de qua receptione fecerant fidem D. Ioanni Antonio Sarto etc.

Receperunt litteras ab Ul^m duce Octavio, qui mittit quendam suum, ut societur tormenta bellica, dicens se velle expectare quae conducentur ex Anchona etc.

Item a vicelegato Romandiolae de peditibus et equitibus mittendis, et de duce Florentino etc.

(Reversus est Bononiam archiepiscopus Ragusinus³).b

4. Octobris, Martis, in festo s. Petronii.

Fit festivitas publica civitatis Bononiensis propter festum s. Petronii eius protectorem, ideo celebratur missa sollemnis, curritur bravium etc.

Applicuerunt Bononiam equites 70 levis armaturae ex Romandiola sub duce D. Sfortia Monaldesco et capitaneo Ciaffono etc. Item pedites 200 sub duce Ber[nardi]no, fratre vicelegati Romandiolae, qui conscripti fuerunt ut sociarentur tormenta bellica Parmam ducenda.

Fui hac de causa ad R^{mm} card. Moronum ter, quid faciendum esset, an cum eis nunc mittenda ipsa tormenta bellica hinc Bononiam, an expectanda quae ducuntur ex Ancona; tandem conclusum est ut in litteris infra.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad R^{mm} card. Farnesium de adventu ipsorum militum, et quod mittentur Ill^m duci Octavio 10 milia scuta⁰ in auro cum equitibus suprascriptis, et quod pedites expectabunt hic, donec deducantur tormenta bellica ex Anchona etc., mittentes litteras ipsius ducis etc.; et de missione ad Ferrariam, et quid dux responderit, quod videlicet sit paratus ad servitia S. Stis et suae Ill^m domus etc., mittiturque exemplum litterarum ipsius ducis Ferrariensis.

Scripserunt item ad ipsum ducem Octavium de receptione suarum, de militibus ut supra, et quod mittentur cras 10 milia aurei⁰ etc. cum equitibus etc.

Receperunt litteras ab Ill^m duci Octavio 3. datas, cum instructione ad capitulandum cum Don Ferrante pro suspensione armorum etc., cum litteris ad nuncium Venetiarum et Ill^m ducem Urbini 3. [datis].

Quas litteras ostendi R^m card. Morono.

a vel 6200 ?

b alio atramento add.

c sic.

1 Quo videtur missus esse 28. Sept. cum pecunia.

2 Cf. supra p. 604, l. 29 et adn. 3.

3 Gubernator Bononiensis, qui missus erat Parmam et Placentiam (cf. supra p. 692, l. 33).

5. Octobris, Mercurii.

^ Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua dixerunt vota super canonibus de abusibus baptismi et confirmationis tres patres qui restabant, videlicet Aciensis, Venetensis et generalis Minimorum. Sicque absolvitur examinatio dictorum canonum. Deinde incipiuntur examinari monitiones et provisiones super eisdem abusibus, loquuntur-
 5 que 16, videlicet Aquensis, Materanus, Upsalensis, Armacanus, Cesenatensis, Aciensis, Ambrincensis, Iserniensis, Placentinus, Troianus, Bononianus, Sibiricensis, Grossetanus, Chironensis, Sarsinensis, Torcellanus; solviturque congregatio hora 24. Cui praefuerunt Rm DD. legati, et interfuerunt quattuor archiepiscopi, 52 episcopi, unus abbas, quattuor generales. Interfuit primum episcopus Anglovismensis Gallus.

10 Rm DD. legati scripserunt ad Illm ducem Octavium, quod mittuntur decem milia scutaa per D. Ambrosium 1 et iuvenem illum Amorum etc.

Item ad nuncium Venetorum, mittentes illas ducis Octavii ad eum et ducem Urbini

6. Octobris, Iovis.

*63v

^ Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres dixerunt sententias super eisdem admonitionibus, super quibus loquuti fuerunt Sarsinensis, Angolismensis, Maiori-
 15 censis, Sebastensis, Camerinensis, Motulanus, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, S. Pauli, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Mirapicensis, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Lavellanus, Briocensis, Calvensis, Mylensis Graecus, Niverniensis, Pistoriensis, Maceratensis. Deinde solvitur congregatio hora 24.; cui interfuerunt qui in hesterna congregatione, exceptis
 20 Salutarum et Chissamensi.

^[Scripserunt legati] item ad Illm ducem Octavium hora 3. noctis (263r) cum litteris card. Farnesii, et quod pertransiverit per hanc civitatem Figarola' etc. ut infra, et de litteris card. Augustensis, ut infra.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Augustensi ultima
 25 Septembris Augustae datas, quibus significat bene sperare de imperatore quoad Placentiam etc., commendans alligatas ad card. Farnesium.

Scripserunt ad card. Farnesium, mittentes ipsas litteras card. Augustensis, et de Figarola etc. per staffettam.

Applicuit Bononiam D. Ioannes Figarola 2 nobilis curiae imperatoris, qui
 30 mittitur a S. Mte ad pontificem, ut eum consoletur de nece Illm ducis Placentiae sui filii, et quod fuerit Parmae cum duce Octavio, promittens ei multa de bona mente Caesaris.) d

7. Octobris, Veneris.

(263v)

^ Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua, postquam dixerunt sententias super eisdem admonitionibus Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Alatrinus, Vestensis, Sulmonensis, generales Praedicatorum, Heremitarum s. Augustini, Servorum et Minimorum,
 35 perficitur examinatio dictarum admonitionum.

Deinde Rm D. cardinalis de Monte praesidens commendavit diligentiam patrum, et quod censurae collectae sunt, quae examinabuntur in congregatione iurisperitorum, et aptabuntur canones, qui denuo patribus exhibebuntur examinandi etc. Interim collecti sunt articuli de votis monasticis, qui dabuntur discutiendi theologis minoribus, et cras
 40 post prandium exemplum canonum super abusibus sacramenti eucharistiae. Solviturque congregatio hora 24., cui praefuerunt Rm DD. legati et praelati, qui nominantur die 5. huius, demptis Aquensi, Naxiensi et Salutarum.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 3. huius Romae datas, quibus significat se venturum brevi huc, ut proficiscatur Parmam et ibi

a sic. b hic quaedam adduntur ad 6. Octobris, quae v. l. 21—31 huius pag.

c sic; cf. adn. 2 huius pag. d haec scripta sunt f. 263r post J. Octobris, ab aliis lineola separata, et post Chissamensi legitur: Vide supra a linea illa infra etc.

1 Sartus, qui 2. Octobris reversus erat, cf. supra p. 706, l. 2.

2 Ioannes Figueroa Hispanus erat consiliarius imperatoris.

permaneat donec frater suus dux Octavius eat ad imperatorem et revertatur, ut sciat eius mentem circa illam civitatem et Placentiam etc.

Scripserunt ad card. Augustensem in responsionem suarum, de quibus supra.

8. Octobris, Sabbati.

W Datur exemplum articulorum haereticorum de votis monasticis DD. theologis minoribus disputandia et examinandi*, quorum exemplum datur etiam patribus (; qui sunt infrascripti, videlicet) 5

Rm DD. legati scripserunt ad card. Remensem sive de Guisa, Gallum noviter coaptatum, qui proficiscitur Romam ad accipiendum pileum etc., mittentes ei obviam D. Claudium de la Casa, secretarium Rm cardinalis de Monte, ut invitent ad hospitandum cum D^m S. R^{is}

Rm DD. legati receperunt litteras ab Illmo duce Octavio 7. datas, quibus significat habere adhuc spem de concordia cum Don Ferrante etc., et quod dimittantur 200 milites conscripti propter bellica tormenta etc.

Scripserunt ad card. Farnesium, mittentes exemplum dictarum litterarum ducis, et quid actum sit in concilio, et de articulis, qui dantur de votis monasticis etc., et de adventu cardinalis de Guisa etc. 15

Item ad nuncium Venetiarum, mittentes exemplum dictarum litterarum, et de adventu ut supra.

264r

9. Octobris, Dominica.

Rm DD. legati receperunt litteras ab Illmo duce Octavio Farnesio, cum capitulatione conclusa inter ipsum et Don Ferrandum Gonzagam, gubernatorem Mediolani pro imperatore, super suspensione armorum, cuius capitulationis summa est, ut res manuteneantur in statu, quo sunt, redditis quibusdam locis munitis ab ipso duce Don Ferrando; et quod sit suspensio armorum ad beneplacitum Sm D. N. et Caesareae M^Us sine praeiudicio iurium utriusque partis, et quod quandocunque eam amplius duraria noluerint, id fiat notum solenniter parti alteri, et ab inde cum termino unius mensis, tueruntque ipsa capitula conclusa Placentiae die 7. huius mensis Octobris et subscripta manibus propriis ipsorum ducis et D. Ferrandi et sigillis eorum munita. 25

Quae capitula mittuntur ad card. Farnesium, quibus Rm DD. legati scripserunt etc. per staffettam.

Hora autem 18. applicuit Bononiam ipse Illms dux Octavius, qui ex Parma proficiscitur ad S. Sten^m ut deinde eat ad imp. ratorem 2 pro conclusione rerum suarum etc. Descendit in domo Rm DD. legatorum, ubi pransus est, deinde, cum per fere horam fuisset cum Rm DD. legatis et card. Morono, prosecutus est iter suum per Flaminiam. 30

10. Octobris, Lunae.

W Hora 21. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua incipiuntur examinari censurae factae in congregationibus generalibus super canonibus sacramenti matrimonii, et primo proponuntur illae, quae sunt super primo canone, in quo omnes convenerunt ut bene se haberet addito, quod in ipso sacramento matrimonii gratia conferatur. Cui congregationi interfuerunt praelati qui theologiam profitentur et deputati sunt heri a R^m DD. legatis, videlicet Armacanus, Aciensis, Ambricensis, Chironensis, Motulanus, Veronensis, Angolismensis, Bituntinus, Lavellanus, Aprutinus, generales Praedicatorum, s. Augustini et Minimorum. Sunt tamen ultra praescriptos deputati alii praelati, qui hodie congregationi non interfuerunt, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Bellicastrensis, Britonoriensis, Minorienensis, Chissamensis. Solviturque congregatio hora 24 3

45

s^cc' Bpostea add.; articuli autem minime sequuntur, sed haec videtur monitio fuisse scriptori pro conficiendo sumario. c cod. manuteneantur.

Extant in tabular. Vat. *Concil.* 7, f. 351 edentur inter acta.

Quod consilium videtur dimisisse, cum Sfortia Palavicinus eius orator nil effecisset: *Pali*, io, 5, 6; 10, 8, l.

3 Canones de abusibus eucharistiae hoc die et sequentibus traditos esse patribus Massarellus ait infra ad 12. Octobris (p. 709, l. 41/42), *ci. Raynaldum* ad a. 1547, n. 73 (*Le Piat* III, 637).

11. Octobris, Martis.

ts» Hora 21. fuit congregatio praelatorum iurisperitorum, in qua incipiuntur
examinari censurae super canonibus abusu baptismi et confirmationis, examinanturque
illae, quae fuerunt factae super primo canone. Praelati autem, qui in dicta congregatione
conveniunt, sunt infrascripti, videlicet archiepiscopi Materanus et Upsalensis, et episcopi

5 Cesenatensis, Feltrensis, Vorstius, Sebastensis, Maioricensis, Camerinus, Parentinus, Vero
nensis, Pisauriensis, Thermularum, Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Aquinatensis,
Albinganensis, | Calvensis, Niverniensis, Alatrinus, Alyphanus, Sulmonensis, dimittiturque 264v
congregatio hora 24., cui praefuit R^{ms} D. card. de Monte. Nam ordo est hactenus
semper servatus in hoc concilio, ut in generalibus congregationibus praesint ambo R^m DD.
10 DD. legati, in particulari theologorum praelatorum R^m D. card. S. Crucis, in particulari
praelatorum iurisperitorum R^{ms} D. card. de Monte, ut onera et labores partiantur.

R^m DD. legati receperunt litteras a R^{mo} D. card. Sfondrato, 4. huius
Augustae datas, quibus significat imperatorem rediisse Augustam ultima praeteriti mensis,
et quod ipse cardinalis die 2. huius loquutus fuerat cum S. Mte de re Placentiae, et
15 quod invenerit S. M^{tem} bene dispositam etc., et quod Lutherani enormia quaedam petant
circa religionem et concilium etc.

Scripserunt ad card. Farnesium, sociantes ipsius cardinalis litteras etc. per staffettam.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi contenta in ipsius litteris, et quid sperandum.

Retulit quae sint illa, quae petunt Lutherani ab imperatore, videlicet [1.] quod volunt
20 concilium, sed Tridenti, 2. quod absolvantur episcopi a iuramento praestito sedi apo
stolicae, ut liberius in concilio dicere possint sententias suas, 3. quod papa non praesit
concilio tanquam caput, sed tantum mittat suos legatos ut simplex episcopus Romanus¹.

12. Octobris, Mercurii.

Hora 21. fuit congregatio praelatorum theologorum et iurisperitorum,
in qua examinatur, an secundus canon sacramenti matrimonii, ubi agitur de clandestinis
25 matrimoniis, sit ponendus inter canones dogmatis ipsius matrimonii, an inter abusum et
reformationem, placuitque longe maiori parti, ut poneretur inter dogmata, et nihilominus
de his matrimoniis clandestinis fieret aliqua mentio in reformatione, prohibendo gravibus
poenis, ne talia matrimonia contrahantur. Solviturque congregatio hora 24., cui prae
fuerunt ambo R^m legati, et interfuerunt 45 praelati, videlicet archiepiscopi Materanus,
30 Upsalensis et Armacanensis, et episcopi Caesenatensis, Amalphitanus, Feltrensis, Aciensis,
Abrincensis, Placentinus, Bononiensis, Chironensis, Sarsinensis, S. Pauli, Maioricensis,
Aquensis, Carinoliae, Sebastensis, Camerinus, Motulanus, Parentinus, Pisauriensis, Vero
nensis, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Chissa
mensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Lavellanus, Ebriocensis, Calvensis,
35 Mylensis Graecus, Niverniensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, abbas
Pomposiae Ferrariensis, generales Praedicatorum, s. Augustini, Servorum et Minorum.

R^m DD. legati receperunt litteras a R^{mo} D. card. Farnesio 8. Romae 265t
datas², quibus significat expectari a pontifice resolutionem Caesaris quoad concilium et
Placentiam, misitque exemplum considerationum electorum imperii super propositione
40 imperatoris in dieta³.

Datur exemplum canonum super abusibus sacramenti eucharistiae omnibus patribus,
quod idem factum fuit duobus diebus praecedentibus⁴.

Scripserunt [legati] ad R^{ram} card. Farnesium, mittentes litteras ex Parma
per staffettam.

45 Item ad cardinalem Armagnac, qui cras venturus est Bononiam, ut eum
invitent ad domum suam.

a sic (— Uriocensis? vel corrig. Ebriocensis [EvreuxJP]).

¹ Raynaldus ad a. 1547, n. 85.

² Eodem die scripsit Maffeus privatim Cervino, ex
qua epistula plurima exhibet de Leva IV, 773 s-

³ De considerationibus cf. de Leva IV, 384.

⁴ Canones sunt apud Raynaldum ad a. 1547, n. 73
(Le Piat III, 637), ubi 10. Octobris propositi esse
perperam dicuntur, quod non ante 24. Octobris factum
est, v. infra p. 713, l. 21 s..

13. Octobris, Iovis.

Quia haec dies est anniversaria creationis pontificis Pauli papae III, celebrata fuit missa sollemnis de more in ecclesia S. Petronii, in qua fuerunt praesentes ambo Rmi DD. legati et praesidentes concilii, ac Rm⁹ card. Moronus, legatus huius civitatis Bononiensis, nec non duo oratores Chrm regis, caeterique praelati omnes conciliares. Peregit sacra R^{us} D. - - a; R^{ms} D. card. Moronus sedit post R^{ms} DD. praesidentes et sic in itinere ivit semper a manu sinistra. Oratores vero sederunt e regione R^{orum} DD. praesidentium, paulo tamen inferius. Post R^{ajm} card. Moronum relinquebantur duae sedes vacuae. Deinde sedebant archiepiscopi, postea episcopi suo ordine. Itemque ex parte oratorum post eos relictas fuerunt tres sedes, deinde sedebant episcopi pro eorum promotione; magistratus Bononiensis non adfuit, cum locus, ubi sacra peragebantur, tot personas non capiebat.

Applicuit Bononiam R^{ms} D. Georgius card. Armagnac Gallus, qui ex curia regia Romam proficiscitur¹. Iverunt ei obviam Rmi DD. praesidentes et card. Moronus usque ad portam civitatis una cum oratoribus et praelatis quamplurimis, eumque sociati fuerunt usque ad domum D. de Bianchinis, ubi ipse descendit. In itinere card. Armagnac ibat manu dextera cardinalis de Monte, et ambo simul, deinde card. S. Crucis manu dextera card. Moroni, post quos sequebantur duo oratores Galli. Deinde archiepiscopi, episcopi etc. Cardinales habebant vestes cardinalitias, quas mantelettos vocant, itidemque episcopi.

Rmi DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras ex Germania, quas receperant ex Parma, cum litteris cardinalis Sfondrati 8. huius² datis Augustae

265V

14. Octobris, Veneris.

W Hora 21. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua examinatur secundus canon de sacramento matrimonii, ubi agitur de clandestinis, super quo patres non potuerunt concordare, cum aliqui cuperent statui, quod matrimonia clandestina in genere sint valida, alii, quod tantum illa validas esse dicerentur quae sine consensu parentum facta essent; quare res indecisa relicta est, solviturque congregatio hora 24., cui praefuit R^{ms} D. card. S. Crucis, et interfuerunt theologi superscripti.

Tormenta bellica heri sero applicuerunt Bononiam ex Ancona, et sunt numero decem, cum duce D. Ascanio de la Cornia³.

Fui ad R^{mum} D. card. Moronum hac de causa cum dicto Ascanio, ut super resarciendis rotis etc. [agerem].

15. Octobris, Sabbati.

W Hora 21. fit congregatio praelatorum theologorum, in qua proponitur examinandus canon tertius de sacramento matrimonii, in quo agitur, an per fornicationem rumpatur vinculum matrimonii, et an dimissa uxore ob fornicationem et aliam ducens mechetur³. Super quo patres non concordarunt propter varios intellectus capitis 19. Matthaei, quia, licet omnes assererent matrimonii vinculum non dissolvi ob fornicationem, tamen an qui aliam duxerit dimissa fornicaria meccetur³, patres fuerunt varii propter verba evangelii in supra allegato loco. Solviturque congregatio hora 24., cui praefuit R^{ms} j) card. S. Crucis, et interfuerunt praelati deputati.

a lacuna in cod.

a V. 6688 mutetur (/).

in marg. legitur cursor solutus pro deletio / \ (— staffetta).

¹ Georgius Arm aniacus, natus a. 1500. 19. De cembri 1544 petente Francisco I cardinalis factus erat. Roma reversus est in Galliam defuncto Henrico II. Obiit a. 1585 (*Ciacon*. III, 688).

² Dubito num dies sit recte ascriptus; in tabular. Vat. *Concil.* 42, f. 73 est exemplar originale litterarum 6. Octobris a Sfondrato ad Moronum datarum, cum quibus simul illas scriptas esse coniecerim.

³ A scanius della Cornea (seu *Cornia*, *Corgna*) Perusinus filius erat sororis cardinalis de Monte; (ipse sine dubio etiam supra p. 539, l. 45 intellegendus,

ibique pro *capellani* supplendum est *capitanei* et distinguenda ea res ab alia p. 540, l. 25). Anno 1550 ab avunculo ad pontificatum evecto nominatus est capitaneus pontificiae custodiae (cf. Massarelli diar. VI, fol. 341r). Frater huius Ascanii erat Fulvius Corneus, ab eodem Iulio III cardinalis factus mense Decembri 1551 (*Ciacon*. III, 769). Cf. etiam *Spinello Benci*, Storia di Montepulciano (supra p. 152, adn. 4; cuius libri novam editionem a Pallotto curatam prodidisse Florentiae a. 1896 doceor a G. Buschbell) p. 106.

R^m DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de adventu cardinalis de Armagnac; quod tormenta bellica sint iam hic, et quoda rotae resarciuntur. Item mittentes eorum iudicium circa id, quod a S. Sterespondi debeat litteris status catholicis Germanorum l mittentesque litteras ex Elvetiis et ex Galliis a R^m S. Georgii ad ducem Octavium per cursorem expressum solutum.

Fui ad card. Moronum, cui retuli summam eorum. Signavit licentiam defferendij armfaj].

16. Octobris, Dominica.

Mane hora 14. R^m DD. legati iverunt ad ecclesiam S. Petronii una cum nonnullis praelatis concilii, ubi R^{us} D. episcopus Lavellanus concionem habuit.

10 ^ Applicuit Bononiam R^m D. [Carolus] card. de Guisa, archiepiscopus Remensis, qui diebus elapsis cooptatus fuit², proficisciturque ex Galliis Romam ad accipiendum pileum cardinalitium. Iverunt ei obviam R^m DD. legati cum praelatis concilii usque ad portam civitatis, in itinereque ipse novus cardinalis ivit medius inter R^m cardinales de Monte et S. Crucis, cardinalisque Moronus ibat post eos cum quodam nobili Gallo. Hospitatus est apud oratorem Gallum D. de Durfeb. Cardinales erant cum mantelettis et rocchettis, itidem praelati etc.

Scripserunt ad card. Farnesium de adventu ipsius cardinalis de Guisa.

17. Octobris, 1547, Lunae, Bononiae.

2651r

R^mus £) carci de Guisa recessit ex Bononia Romam versus³ per equos dispositos.

Cum expectaretur card. de Anebault Gallus*, non fit congregatio, licet hodie non applicuerit.

Vacatur aptationi canonum secundi et tertii de sacramento matrimonii, et primi de abusibus sacramentorum in genere. Quare fui ad Bituntinum et generalem s. Augustini.

R^o legati scripserunt ad nuncium Venetiarum et ad card. Sfondratum de receptione suarum 4. et 5. datarum Augustae, et de adventu suprascriptorum cardinalium Gallorum.

25 Receperunt litteras a vicelegato Romandiolae de militibus ducis Florentini⁵.

18. Octobris, Martis.

^ Datur exemplum omnibus patribus dubiorum trium⁶, quae per congregationem iurisperitorum remissa sunt ad congregationem generalem, super primo canone abusuum, qui est communis omnium sacramentorum.

W Item datur exemplum praelatis theologis trium canonum reformatorum super sacramento matrimonii, videlicet primi, secundi et tertii⁶.

R^m DD. legati receperunt litteras a D. vicelegato Romandiolae de militibus ducis Florentini⁷, quod videatur se praeparare ad bellum contra Forolivienses.

Responderunt ad ipsas litteras, laudantes eius diligentiam, et datur pecunia D. Ubaldino de Monte⁸, ut conscribat novos milites addendos in arce Forolivii.

a cod. quae.

b sic.

c lacuna in cod.

1 Imperii status ecclesiastici catholici ex Augustanis comitiis rogarunt pontificem 14. Septembris 1547 l ut pro reduendis Lutheranis concilium restitueret Tridentum, cum alias nationale concilium pontifici minime gratum congregandum esset. Litterae sunt apud Raynaldum ad a. 1547, n. 84; *Le Piat* III, 653—655, et denuo edentur inter acta; similiter 20. Oct. 1547 archiepiscopus Gnesnensis scripsit (*Raynaldus* 1. c. n. 86). Responsum pontificis datum est 1. Ian. 1548, cf. *Raynaldus* ad a. 1548, n. 4; *Le Piat* III, 673; et ipsum inseretur actis.

2 Cf. supra ad 31. Iulii 1547 (p. 677, 1. 29 ss. et adn. 5).

3 De eius cum pontifice actionibus cf. *Ribier* (supra p. 667, adn. 7) p. 71—85; *A. v. Druffel*, Briefe u. Akten zur Geschichte des XVI. Jahrh. I (München 1⁸⁷³) n. 123, p. 80 ss. (ubi praeterea plurimae sunt epistulae inter Henricum II regem et card. Bellayum

scriptae); *Ranke*, Die rom. Papste I 7 (Leipz. 1878), 171 s.; *G. de Leva*, Storia IV, 376 ss.

4 Iacobus de Anebault cardinalis creatus erat 19. Dec. 1544, obiit a. 1557 vel 1558 Rothomagi (*Ciacon*. III, 692). Utrum omnino a. 1547 venerit Romam Bononiam declinando an fama inanis eius adventum nuntiaverit nescio. Sed memoratu dignum est omnes fere Gallorum cardinales (cf. supra p. 665, 1. 18 Lenoncourt; p. 696, 1. 41 Bellay; p. 710, 1. 12 Armagnac; 1. 10 huius pag. Guisium) tunc Romam ivisse, vix alium in finem, quam ut pontificem inducerent ad foedus cum rege ineundum.

5 Cf. ad diem sequentem 1. 31/32 huius pag.

6 Edentur cum actis.

7 Videntur esse eadem litterae, de quibus iam sub 17. Octobris (supra 1. 25) retuli.

8 Frater cardinalis, alias Balduinus, cf. infra ad 24. Oct. 1547 (p. 713, 1. 30); ad 11., 16., 17. Sept. 1548.

19. Octobris, Mercurii.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres dixerunt sententias super tribus dubiis, quae per congregationem iurisperitorum remissa fuerunt ad generalem congregationem, super primo canone abusuum, qui est communis ad omnia sacramenta, loquuturque fuerunt hodie Materanus, Aquensis, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, Cesenatensis, Amalphitanus, Feltrensis, Aciensis, Abrincensis, Iserniensis, Placentinus, Troianus, Bononiensis, Torcellanus, Grossetanus, Sarsinensis, Chironensis, Angolismensis, Maioricensis, Sebastensis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, significantes quod tormenta bellica per totam diem Veneris erunt parata, et de episcopo olim Papiensi¹, qui Regii incognitus hospitatus fuerit, per cursorem expressum.

Item ad archiepiscopum Ragusinum, nunciantes eadem, per cursorem expressum (solutum) a

Quae omnia contuli cum Rm D. card. Morono nomine RTM legatoaim, et ut boves et currus parari mandaret.

20. Octobris, Iovis.

W Hora 21. fuit congregatio generalis super examinatione eorundem dubiorum, loquunturque Camerinus, Motulanus, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Ieracensis, S. Pauli, Mylonensis Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Britonoriensis, Aquinatensis, Albinganensis, Lavellanus, Briocensis. Solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt qui superius in alia congregatione nominantur.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras ex Germania 15. huius datas Augustae D. Mignanelli², nuncii apostolici apud Caesaream Mte³.

Item ad card. S. Angeli, legatum Piceni, mittentes litteras ex Germania ipsius Mignanelli etc. Quae litterae omnes mittuntur per cursorem expressum (solutum) a

Rm DD. legati receperunt litteras a D. Mignanello suprascripto, quibus significat imperatorem circa Placentiae restitutionem dare verba generalia etc., et de concilio quod dependet a dieta etc.

Item receperunt litteras a RTM D. card. Farnesio³ cum copiis litterarum card. Sfondrati legati apud imperatorem Augustae datarum, quibus significat Caesaream Mte⁴ non probare id quod tractatum fuerat a D. Didaco suo oratore cum card. Farnesio quoad concilium⁴ etc., et quod Germani petant concilium reduci Tridentum etc.

Quae omnia communicavi cum Rm card. Moreto etc.

21. Octobris, Veneris.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur eadem tria dubia, super quibus loquuntur Calvensis, Niverniensis, Alyphanus, Minoriensis, Maceratensis, Aprutinus, solviturque congregatio hora 24.; cui interfuerunt ii, qui superius nominantur etc.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 16. huius Romae datas, quibus significat S. Ste^a velle, ut tormenta bellica conducantur quantocius Parmam etc. Quas litteras ostendi Rm D. card. Morono etc.

Scripserunt ad archiepiscopum Ragusinum et Illm D. Alexandrum Vitellum, quod cras discedet hinc tormenta bellica etc., et quod mittat custodiam etc.

Item ad D. episcopum Lucerinum, nuncium apud Caesarem, de receptione suarum 15. datarum Augustae.

Item ad card. Farnesium in commendationem magistratuum XL Bononiensium de numero eorum addendis, ut aliqui instant apud S. Ste^m, quod non sit faciendum.

a postea add.

¹ Hieronymus de Rubeis (*de Rossi*), de quo v. infra in hoc diario ad 15. Martii 1548 et dies ibi citatos et diar. VI initio (f. 340r).

² Fabius Mignanellus (de cuius vita cf. supra p. 162, adn. 2) a pontifice propter res Placentinas 20. Sept. ad imperatorem missus erat (litterae credentiales apud *Raynaldum* ad a. 1547, n. 110). Qui 7. Octobris Augustam

venit, mense Decembri (cf. infra ad 10. Dec.) Romam reversus est: *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 147 s.

³ Ex litteris Maffei 14. Octobris Romae privatim ad Cervinum scriptis aliqua exhibet *de Leva* IV, 375, adn. I.

⁴ Mendoza ipse postea se ea Farnesio concessisse strenue negavit, cf. *Duffel*, Die Sendung Sfondratos p. 345.

22. Octobris, Sabbati.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur eadem tria dubia ²⁶⁰ super primo canone de abusibus sacramentorum in genere, loquutique fuerunt episcopus Sulmonensis et abbas Lucianus Pomposiae Ferrariensis, ac generales Praedicatorum, s. Augustini et Minimorum. In quibus quattuor congregationibus maximis disputationibus actum est, an ubi dicitur in canone illo primo *pro sacramentorum collatione nihil pe-
tatur vel exigatur* addi debeat *neque etiam accipiatur*. adeo ut patres fere aequaliter divisi fuerint, alii affirmativam, alii negativam partem defendentes*, et cum hora hodie esset tarda, nempe 24., nulla conclusio capi potuit, sed remissum ad futuram congregationem, quae indicitur pro die lunae proximo. Cui congregationi interfuerunt ambo
10 Rm, DD. legati et patres 48, de quibus supra.

Rm DD. legati scripserunt ad summum pontificem et card. Farnesium in commendationem episcopi Alatrini etc.

(Tormenta bellica numero decem, quae ex Anchona huc translata fuerant, Parmam versus conducuntur eorum duce D. Ascanio de la Corgnia colonello).²

23. Octobris, Dominica.

15 Rm DD. legati iverunt una cum Rm card. Morono et multis praelatis ad ecclesiam S. Petronii, ubi episcopus Lavellanus concionem habuit.

ts* Receperunt litteras ab Urbe 16. datas, quibus significatur obiisse nocte praecedenti card. Sadoletum, D. Iacobum 3.

Item ab archiepiscopo Ragusino et Alessandro Vitello ex Parma, quod receperint
20 suas, et quod mittet custodiam pro tormentis bellicis etc.

24. Octobris, Lunae.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua incipitur examinatio canonum super abusibus circa sacramentum eucharistiae⁴, loquunturque hodie patres [22]b, videlicet Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, Cesenatensis, Malfiensis, Feltrensis, Aciensis, Ambricensis, Iserniensis, Placentinus, Bononiensis, Sabinicensis, Grossetanus,
25 Chironensis, Sarsinatensis, Maioricensis, Sebastensis, Camerinensis, Motulanus, Parentinus. Solviturque congregatio hora 24., cui praefuerunt ambo Rm legati et interfuerunt 43 praelati.

Receperunt Rm DD. legati litteras Rm cardinalis S. Angeli de receptione litterarum D. Mignanelli.

30 Item a D. Bald[ui]no de Monte ex Forli⁵ 24. datas.

25. Octobris, Martis.

> Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt examinationem abusu super sacramento eucharistiae, loquunturque Veronensis, Ferrettus, Caprulanus, Vigorniensis, Bituntinus, Chissamensis, Aquensis, Venusinus, Aquinas, Albinganensis, Calvensis, Aprutinus, Niverniensis, Maceratensis, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, abbas Lucianus, generales Praedicatorum, Augustin[ianorum] et Minimorum,
35 et ita perficitur examinatio supradictorum canonum, solviturque congregatio hora 24.

a haec adnotantur ad diem sequentem et inducuntur Heri die sabbati, sed signis hic addenda esse indicantur.
b nec numerus nec lacuna est in cod.

1 Raynaldus ad a. 1547, n. 75, qui perperam credit omnes quattuor congregationes 22. Octobris habitas esse, cum re vera intellegantur congregationes 19., 20., 21. et 22. Octobris habitae.

2 De quo v. supra ad 14. Oct. p. 710 > 1- 3° et adn. 3.

3 Iacobus Sadoletus (cf. supra p. 417, l. 10 s.) inter praestantissimos, qui unquam cardinalium collegium ornarunt, est numerandus. Natus Mutinae a. 1476, Carpentoractensi ecclesiae (quam resignavit a. 1540)

Concilium Tridentinum. I.

a. 1517 praefectus et cardinalis creatus erat 20. Dec. 1531. Cf. Ciacon. III, 610—618; A. Pieper, Zur Entstehungsgesch. der ständigen Nuntiatoren p. 124. De eius ingenio et moribus v. F. Dittich, Gasparo Contarini (Braunsberg 1885) passim; Cantu, Gli eretici d'Italia II (Torino 1867), 149 ss.

4 Cf. Raynaldum ad a. 1547? n° 735 supra ad 10. et 12. Oct. Forma reformata edetur inter acta.

5 Cf. supra ad 18. Octobris, p. 711, l. 33 s. et adn. 8.

Rdus p Dandinus, qui egerat nuncium apostolicum a apud regem Chrmū rediens b ex Galliis applicuit Bononiam, discessitque Romam versus hora 20 1.

Receperunt Rm DD. legati litteras a RōD. episcopo Cenetensi², nuncio apostolico apud Chrmū ultima Septembris Fontanbleo datas, quas tulit Dandinus.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de discessu tormentorum bellicorum 5 die sabbati et transitu D. Dandini etc.

26. Octobris, Mercurii.

^A Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua Rm D. card. de Monte primus praesidens et legatus retulit patribus difficultates factas ab eis in examinatione supra-
scriptorum dubiorum super primo canone abusu de sacramentis in genere, et qualiter, cum ipsi patres non potuissent concordare, ipse R^{mo} D. cardinalis formaverat novum 10
canonem, secundum quem in concordiam sententiae reduci possent. Quem canonem D^{ti} S. Rm legit dixitque patribus, ut pro eius exemplo mitterent una cum exemplo alia canonis formati a quodam episcopo³, ut iudicare possent, quis aptior videretur. Et ita solvitur senatus hora 23., cui praefuerunt ipsi Rm DD. legati, et interfuerunt 46 prae-
lati una cum secundo oratore Chrm regis, videlicet D. ab Hospitali. 15

Datur exemplum suprascriptorum duorum canonum omnibus patribus.

27. Octobris, Iovis.

kj Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur canones illi duo, quorum exemplum heri sero patribus datum fuerat, dixeruntque super eis sententias 23 patres, ab archiepiscopo videlicet Materano usque ad episcopum Parentinum. Deinde solvitur congregatio hora 24., vocaturque ad diem sabbati propter festum apostolorum 20
Simonis et Iudae.

28. Octobris, Veneris.

ts» Rm DD. legati in festo sanctorum Simonis et Iudae iverunt ad audiendam concionem in ecclesiam S. Petronii factam per D. episcopum Lavellensem.

Receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 23. Romae datas cum copia 267
litterarum cardinalis J Sfondrati 15. huius Augustae datarum, cum copia responsionis 25
status imperii ad propositionem imperatoris factae in dieta⁴ etc., et quod dicant quid videatur eis super concilio etc.

29. Octobris, Sabbati.

ts» Hora 21. fit congregatio generalis, in qua patres prosecuntur^a examinationem eorundem canonum de sacramentis in genere, quae examinatio perficitur.

Deinde Rm et Illm D. card. de Monte primus praesidens dixit, qualiter auditis 30
sententiis patres videntur concordare, quod in canone dicatur, quod in ipsa collatione sacramentorum nihil petatur, exigatur aut accipiatur. Item quod in fine canonis fiat mentio, quod non propterea sancta synodus prohibere intendit pias et voluntarias christi-
fidelium oblationes; secundum quam sententiam canon aptabitur etc. Et sic dimittuntur patres hora 24.; cui congregationi interfuerunt 48 praelati. 35

30. Octobris, Dominica.

kj Mane hora 15. Rm DD. legati iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi audiverunt concionem habitam a RōD. Lavellensi etc.

Hora 22. applicuit Bononiam Illm D. Octavius Farnesius, dux Placentiae et Parmae, nepos pontificis, qui ex Urbe Parmam revertitur etc. Hospitatus est in palatio civitatis apud Rm D. card. Moronum legatum etc. 4°

a sic.

b cod. redies.

0 cod. prosecuntur.

1 Cf. supra ad 22. Aprilis 1547 (p. 644, l. 11 et adn. 4).

3 Ab episcopo Niverniensi, ut legitur in actis.

2 Venerat in curiam regiam ante 15. vel 21. Oct.:
p. 705, l. 9 ss.

4 De hac responsione cf. ex. gr. G. de Leva,
Storia IV, 383 s.

Rm DD. legati concilii iverunt visitatum ipsum illum ducem, cum quo fuerunt usque ad horam primam noctis.

Vacatur aptandae responsioni dandae card. Farnesio circa id quod petit nomine S. S⁸ videlicet quid de concilio nunc agendum sit etc.

Ultima Octobris, Lunae, in vigilia omnium sanctorum.

5 Fiunt vesperae solemnes, igitur Rm DD. legati una cum card. Morono et omnibus praelatis ac oratore secundo Chrm regis iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi peregit sacra Rm D. episcopus Aprutinus.

Ulmus j) jux Octavius recessit ex Bononia Parmam versus etc.

10 Rm DD. legati scripserunt ad Rm D. card. Farnesium, quod tormenta bellica iam pervenerint Parmam, et [de] adventu illi ducis etc., et de pecunia solvenda militibus qui sunt Parmae.

Item ad D. episcopum Massetanum Maffeum, mittentes ei duas considerationes sive discursus, unum super concilio, alterum super rebus Parmae et Placentiae etc.

15 Scripsi ego ad episcopum Lucerinum, nuncium apostolicum apud Caesarem, de receptione suarum 15. huius Augustae datarum ad Rm legatos, cum ipsi essent ad vespas etc., per cursorem, qui a Rm card. Farnesio mittitur in Germaniam ad card. Sfondratum.

I. Novembris, 1547, Martis, Bononiae.

267V

^ In festo omnium sanctorum facta fuit capella solemnis in ecclesia S. Petronii, ubi celebravit missam Rm D. Aprutinus. Cui interfuerunt Rm DD. legati, oratores et 20 praelati omnes concilii. Habuit orationem ----a.

t† Hora autem 20. fiunt vesperae pro defunctis, quibus interfuerunt similiter Rm DD. legati et conciliares omnes.

Fui ad ecclesiam S. Mariae in Monte.

25 Dictum fuit Rm D. cardinali de Monte a secretario ducis Florentini², quod infra IS- diesb Novembris de concilio deliberabitur; quod mihi retulit, ut Rm S. Crucis referrem.

2. Novembris, Mercurii.

^ In commemorationem † defunctorum celebratur missa in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rm DD. legati concilii praelati omnes. Peregit sacra episcopus Chironensis.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 25. Romae datas.

30 Fui ad generalem Heremitarum, quem monui nomine Rm legatorum, ne sineret praedicare fratrem Egidium Cortonensem, cum suspectus habeatur.

3. Novembris, Iovis.

W In die anniversarii coronationis Pauli III, moderni pontificis maximi, celebratur missa solemnis in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rm D. legati et caeteri conciliares omnes. Peregit sacra archiepiscopus Upsalensis.

35 ^ Datur exemplum abusu collectorum a DD. deputatis super sacramento poenitentiae omnibus patribus, ut deinde in generali congregatione dicere possint sententias suas, qui videlicet horum abusu in canonibus expurgari deberent⁸.

40 Rm DD. legati receperunt litteras a D. Mignanello, nuncio apostolico apud Caesarem, 25. huius⁴ Augustae datas, quibus significat imperatorem eius adhuc esse animi, ut concilium Tridentum reducat, in quam sententiam iam traxerit omnes Germanos; et de Placentia, quod non sit spes eam recuperandi⁵.

a lacuna in cod.

b sic.

1 Quas considerationes sperandum est publicatum iri cum epistulis. Caeterum card. Farnesio non ad modum placuerant quae card. de Monte antea de re Placentina scripserat, cf. *de Leva* IV, 373> aⁿ- x-

2 Petrus Camaianus Aretinus, Florentinorum ducis ad concilium orator, cf. 16. Febr. 1546 supra p. 481, 1. 10 (venerat ad assistendum concilio, qua re solvitur dubium ibid. adn. 3). Abiit Bononia 4. Iunii 1549

(cf. infra in hoc diario ad h. d. et ad 23. Apr. 1549). Anno 1551 (27-Febr.) Faesulanæ ecclesiae praefectus, 7. Oct. 1566 ad Asculanam translatus obiit a. 1579.

3 Deliberationes de abusu incipiebantur 10. Novembris, v. infra p. 718, 1. 14 ss.

4 intellege 25. Octobris.

5 Cum Maffeus 14. Octobris nuntiasset legatis de »lettera di Granvela (Mendozæ missa) dove scrive

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras ex Germania et Parma Illm ducis Octavii, et ad card. S. Angeli.

Item receperunt litteras ab ipso Illmduce, D. Alexandro Vitello, archiepiscopo Ragusino. Item a nuncio Venetiarum.

Scripserunt ad RmTM D. card. S. Georgii, legatum apud regem Chrmum, in commendationem fratris Ioannis Consilii Galli, qui Parisium hinc discedens revertitur.

268*

4. Novembris, Veneris.

ts* Hora 20. fit congregatio particularis praelatorum theologorum, in qua examinantur censurae super quinto et sexto canone de sacramento matrimonii, quae censurae absolvuntur, et sic perficitur examinatio omnium censurarum factarum in congregatione generali super dictis canonibus de sacramento matrimonii. Restant tantum 10 duo, quae extra canones consideratae fuerunt, videlicet quod matrimonium singulis non sit de praecepto; item quod matrimonium non sit deterius virginitate, de quibus in alia congregatione mentio habebitur. Interfuerunt autem huic congregationi RmTM D. card. S. Crucis et Rd DD. Aciensis, Ambricensis, Motulanus, Chironensis, Veronensis, Bituntinus, Aprutinus, Minoriensis, generales Praedicatorum, Conventualium, Heremitarum et 15 Minimorum; item 10 alii episcopi non theologi, qui nihil super propositis loquuti fuerunt, sed tantum auditores permanserunt.

Rm DD. legati fecerunt fidem brevis decimarum pro Rd D. Ferdinando Pandolphino episcopo Troiano in forma solita.

5. Novembris, Sabbati.

ts* Hora 21. fuit congregatio particularis praelatorum iurisperitorum, 20 in qua examinantur censurae super canonibus 2., 3., 4., 5. et 6. abusu sacramenti baptismi et confirmationis, prout in generali congregatione factae fuerant. Quae censurae absolvuntur hora 24., qua dimittuntur patres. Qui huic congregationi interfuerunt, fuerunt Materanus, Cesenatensis, Feltrensis, Sarsinatensis, Sebastensis, Camerinensis, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Thermularum, Caprulanus, Albinganensis, Niverniensis, Alyphanus, 25 Sulmonensis.

Rm DD. legati scripserunt ad RmTM D. card. Farnesium, significantes ei applicuisse Bononiam hoc sero fiscalem Hispaniarum ex Tridento l qui venerit (ut suspicari potest), ut protestetur aliquid, si fiat sessio, prout alias facere voluit. Quare cuperent scire quid respondendum, si id eveniret. Item de pecunia pro militibus Parmensibus. 30

Receperunt litteras ab Illmduce Octavio ex Parma 4. datas, in quibus petit pecuniam pro militibus illis. Quarum litterarum exemplum mittitur ad Rm card. Farnesium etc. <per staffettam solutam>a.

6. Novembris, Dominica.

Rm DD. legati iverunt ad audiendam concionem Rd D. episcopi Lavellani in ecclesiam S. Petronii, ut consueverunt. 35

Receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 3. huius Romae datas², quibus petit Dom S. RTM iudicium super rebus concilii, et an expediat illud suspendi, et quo modo et quando et per quantum tempus id fieri deberet³.

Scripserunt ad nuncium Venetiarum.

Item ad Mignanellum nuncium apud Caesarem. 40

Et ad episcopum Cenetensem, nuncium apud regem ChrmTM de receptione suarum litterarum, et quo in statu sint res concilii.

a postea add.

ch'egli ha persuasa S. M^a a restituire Piacenza, riservandosi però la fortezza per assicurarsi di S. Sta« [de Leva IV, 375, adn. 1), 3. Novembris idem queritur: «Quanto alla restituzione di Piacenza, ogni di v'è manco speranza» (ibid. p. 375, adn. 2; cf. adn. 2 huius pag.). 1 Ioannem Vargam cum Velasco legati iam ad 7. Septembris (supra p. 690, l. 39) Bononiam venisse

nuntiarant (qui 18. Ian. 1548 protestationem imperatoris protulerunt, cf. infra ad h. d.). Cf. Raynaldum ad a. 1547, n. 87.

2 Maffei litterarum eodem die ad Cervinum datarum epitomen habet de Leva IV, 375, adn. 2 (cf. supra p. 715, adn. 5) et p. 384, adn. 3.

3 Raynaldus ad a. 1547, n. 87.

7. Novembris, Lunae.

*68v

^ Hora 21. fuit congregatio praelatorum theologorum, in qua examinantur illa duo capita, quae die Veneris proposita fuerunt a R^{mo} D. card. S. Crucis, et placuit patribus ut statuatur: matrimonium non esse omnibus ut singulis necessarium; item quod virginitatis status non sit deterior matrimonio.

S Deinde proponuntur censurae censurarum factae super ipsis canonibus sacramenti matrimonii¹, ut patres super eis considerare possent pro futura congregatione. Deinde dimittuntur patres hora 24. Praefuit R^{mo} D. card. S. Crucis, et interfuerunt qui superius nominantur, addito Lavellano et dempto Aciensi; item additis Feltrensi, Maioricensi, Sebastensi, Camerinensi et Mylonensi, iuristis.

8. Novembris, Martis.

10 W Hora 21. fit congregatio praelatorum canonistarum, in qua examinantur censurae factae in congregatione generali super canonibus abusu sacramenti eucharistiae, quae censurae absoluntur et quaedam pauca, quae considerata restabant, remittuntur aptanda iudicio R^{mo} et j^morum praesidentium. Cui congregationi interfuerunt 18 praelati, videlicet Materanus, Upsalensis, Cesenatensis, Feltrensis, Sarsinatensis, Sebastensis, Camerinensis, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Caprulanus, Aquinatensis, Albinganensis, Niverniensis, Alyphanus, Sulmonensis, solviturque congregatio hora 24., cui praefuit R^{mus} D. card. de Monte.

W Hora 24. applicuit Bononiam cursor ex Urbe cum litteris R^{mi} et Ill^{mi} D. card. Farnesii 5. huius datis iussu S^{mi} D. N. ad R^{mos} DD. legatos scriptis, quibus significabat, quod cum S^{as} S. esset iam brevi deliberatura super rebus concilii, antequam quicquam concluderet, propter maiorem informationem rerum ipsius concilii hactenus gestarum cuperet loqui cum uno ex R^{mis} D^{bus} S., ac propterea iubeat ut R^{ms} D. card. S. Crucis quantocius equis dispositis se conferret ad S. St^{em} cum spe brevi se reversurum; et interim quod R^{mt} D. card. de Monte prosequatur examinationem et discussionem materiarum 2.

9. Novembris, Mercurii.

t* Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua incipiuntur examinari abusus collecti a R^{mis} DD. deputatis super sacramento poenitentiae; loquunturque super eis 8 patres, videlicet Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Cesenatensis, Malphitensis, Feltrensis, Aciensis.

30 Deinde R^{mt} et Ul^{mus} D. card. de Monte retulit patribus³, qualiter heri* | sero ipsi R^{mi} DD. legati receperunt litteras ex Urbe 5. huius datas a R^{mo} et Ill^{mo} D. card. Farnesio iussu S^{mi} D. N. scriptas, quibus significabat, quod cum S^{as} S. vellet tandem capere aliquam deliberationem super rebus concilii, ut melius informaretur de statu ipsius concilii, cupiebat alloqui unum ex R^{mis} D^{bus} S. Et quia R^{mt} D. card. de Monte est primus 35 praesidens neque ita aptus ad labores itineris, iubebat quod R^{mus} D. card. S. Crucis quantocius per equos dispositos se conferret Romam, allocuturus cum S. B^{ne}, cum spe cito revertendi. Quare patres bono aequeque animo absentiam ipsius R^{mi} D. card. S. Crucis ferant, interimque eo absente rogavit patres, ut vellent una secum vacare (prout hactenus fecerunt) prosecutioni examinationis et discussionis materiarum etc.

40 Postea ipse R^{mt} D. card. S. Crucis alloquutus est etiam patres, referens eadem quae ipse R^{ms} D. card. de Monte dixerat, rogans et enixe obsecrans patres, ne aegre ferant absentiam suam, cum nulla alia ex causa proficiscatur ad S. St^{em}, nisi ob beneficium christianae reipublicae, sciantque certo patres, se nihil aliud apud S. B^{nem} promoturum, nisi id quod ex utilitate publica sibi futurum videbitur, bonoque animo sint 45 patres, quoniam Deo annuente brevi sit reversurus; hocque interim maximo cordis

* in marg. inferiore huius paginae legitur:

Mandati a Parma 3 mila scuti, porto Mr Antonio de Buchi⁴.

1 Exstat exemplum in Arch. Vat. *Concil.* t. 7> f- x94 et imprimetur inter acta.

2 Cf. *Raynaldum* ad a. 1547, n. 87.

3 Falso *Raynaldts* 1. c. ait eadem die patribus a cardinali hanc rem relatam esse.

4 Commemoratur ad 7. Ian. 1548, p. 732, l. 35.

affectu summisque precibus hortatus est, rogavit et obsecravit patres, ne eo absente desistere vellent ab inceptis laboribus in proseguenda examinatione et discussione materialium, prout hactenus strenue fecerunt, cum haberent praesentiam Illm et Rm D. card. de Monte, cum quo omnia aequae bene peragere possent. Et ut citius ad S. Stm perveniat, cras Deo favente equis dispositis iter Romam versus arripiet*.

5

Quae verba eo intenso pioque charitatis affectu animique synceritate protulit, ut a quibusdam non sine lachrimarum effusione audita fuerint. Dimittiturque congregatio hora circiter 24.; cui interfuerunt 56 patres una cum oratore secundo Chrm regis.

10. Novembris, Iovis.

Mane hora 12. Rm et Illm D. Marcellus Cervinus de Monte Politiano, tituli S. Crucis in Hierusalem S. R. E. presbyter cardinalis, praesidens et legatus sacri concilii, recessit ex Bononia equis dispositis Romam versus, vocatus a Sm Dno N., ut supra dictum est. Ideo ab hac die incipit esse in concilio unus praesidens tantum, videlicet Rm et Illm D. Ioannes Maria episcopus Praenestinus cardinalis de Monte.

10

269V Hora autem 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt examinationem abusu collectorum super sacramento poenitentiae, loquuturque fuerunt hodie j 36 2, videlicet Ambricensis, Iserniensis, Placentinus, Grossetanus, Troianus, Bononiensis, Sibinensis, Chironensis, Sarsinensis, Fesulanus, Angolismensis, Maioricensis, Sebastensis, Camerinensis, Chissamensis, Motulanus, Parentinus, Pisauriensis, Veronensis, S. Pauli, Salutarum, Thermularum, Mylonensis Ferrettus, Mirapicensis, Caprulanus, Vigorniensis, Bellicastensis, Venusinus, Aquinatus, Albinganensis, Lavellanus, Calvensis, Mylonensis Graecus, Maceratensis, Niverniensis. Deinde dimittitur congregatio hora 24. Quae congregatio est prima in qua praesidet Rm et Illm D. card. de Monte solus post discessum Rm et Illm D. card. S. Crucis. Interfueruntque supradictae congregationi ultra nominatos patres Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Cesenatensis, Malfitensis, Feltrensis, Aciensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, abbas Lucianus, generales Praedicatorum, s. Augustini, Servorum, Minimorum. Suntque praesentes Bononiae ultra suprascriptos Bituntinus, Carinensis, Briocensis, Vestensis, Alatrinus.

15

20

25

<(In qua congregatione deputantur quattuor pro conficiendis canonibus super abusu sacramenti poenitentiae; qui deputati fuerunt episcopi Cesenatensis, Fesulanus, Bituntinus, Niverniensis.)b

3°

11. Novembris, Veneris.

Ulmus & Octavius Farnesius applicuit Bononiam ex Parma, expectaturus hic Rm D. card. Tridentinum, qui expectatur propediem 3 iturus ad Sm D. N., missus ab imperatore pro rebus concilii et Placentiae etc. Descendit apud Rm card. Moronum in palatio civitatis.

Illm D. Alexander Vitellus pertransivit Bononiam veniens ex Parma, 35 iturus ad propria, cum petierit licentiam [a] S. Ste hoc praetextu, quod nollita eam 1 inservire in rebus bellicis contra imperatorem, cuius sit vasallus 4.

Curritur bravium ex tela aurea ob memoriam, quod hac die anno 1506 Iulius II intraverit hanc civitatem post rebellionem Bentivolorum 5.

Applicuit Bononiam cursor ex curia Caesarea cum litteris card. Sfondrati 4. huius, et D. episcopi Lucerini 2. Augustae datis, quibus significat Rm card. Tridentinum iturum Romam mandato Caesaris etc., ut dictum est.

40

Rm p card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, mittens appendicem ad breve mittendum catholicis Germaniae 6, et minutam brevis scribendi ad concilium pro suspensione faciendam 7. Quae litterae una cum illis Germaniae mittuntur Romam 45 per cursorem expressum solutum.

a sic. b postea add., partim in marg. (f. infra ad 15. Iulii 1548; eo tempore illa videntur esse addita).

1 Cf. Raynaldum ad a. 1547, n. 87.

2 Non multum refert, quod 35 tantum numerat, cum statim magnum numerum aliorum addat.

3 Cf. infra ad 17. Novembris p. 720, l. 4 ss.

4 Caeterum eius gens erat Romana.

5 De Iulii II contra Perusinos Bentivolosque ex

peditione v. A. v. Reumont, Geschichte der Stadt Rom III, 2 (Berlin 1870), p. 20 ss.; M. Brosch, Iulius II (Gotha 1878) p. 125—133.

6 Cf. supra ad 15. Octobris 1547 (p. 71 r > 1-3 ss-).

7 Citatur a de Leva IV, 388 ex Carte Cervin. tabularii publici Florentini filza 21, n. I.

Scripsi ego ad R^m dominum meum S. Crucis de adventu Ill^m ducis Octavii, et de deputatione facta in hodierna generali congregatione quattuor praelatorum pro conficiendis canonibus super abusibus poenitentiae¹.

12. Novembris, Sabbati.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua prosequuti sunt patres examinationem dictorum abusuum super sacramento poenitentiae, loquunturque Angolismensis, Vigorniensis, Briocensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, abbas Lucianus, generales Praedicatorum, Conventualium et Heremitarum. Deinde dimittitur congregatio hora 24.; cui interfuerunt qui superius nominantur.

R^m D. card. de Monte fuit visitatum Ill^m ducem Octavium mane hora 16. 270^A

10 Scripsit ad R^m D. card. S. Crucis, mittens notationes super minuta brevis mittendi in Germaniam².

Scripsi et ego ad D^{nm} S. R^m de transitu D. Alexandri Vitelli, de adventu Ill^m ducis etc.

13. Novembris, Dominica.

W Raus j-j episcopus Lavellanus condonatus est in ecclesia S. Petronii, ut solet.

15 Ill^{ms} D. dux Octavius fuit pransus cum R^m D. card. de Monte.

Expediuntur litterae, quae heri sero transmissae non fuerunt Romam etc., per staffettam.

Recipiuntur litterae a nuncio Venetiarum 9. huius datae cum annexis ad card. S. Crucis.

14. Novembris, Lunae.

20 W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua perficitur examinatio abusuum super sacramento poenitentiae et dicitur patribus, ut mitterent pro exemplo abusuum collectorum a DD. deputatis super sacramento ordinis; necnon per vota patrum de cernitur formandum compilandumque esse libellum catechismi sive instructionis a sancta synodo, in quo monitiones super ipsis sacramentis faciendae et quae ad administrationem
25 ipsorum sacramentorum pertinent describantur. Electio autem aliquorum patrum, cuius talis cura demandetur, differtur in futuram congregationem. Deinde dimittuntur patres hora 24.; cui congregationi interfuerunt 53 patres.

15. Novembris, Martis.

Datur exemplum omnibus patribus abusuum collectorum a DD. deputatis super sacramento ordinis³.

30 Scribitur R^m D. card. Sfondrato de receptione suarum 4. huius Augustae datarum 4, et significatur ei discussus R^m D. card. S. Crucis Romam versus.

Item ad archiepiscopum Beneventanum, nuncium apostolicum apud Venetos, de receptione suarum 9. datarum⁵, et de recessu R^m D. card. S. Crucis.

35 Scripsi ad R^{mm} D. card. S. Crucis de eo, quod actum fuit in hesternae congregatione, mittens litteras nuntii Venetorum ad card. Farnesium, et de exemplo abusuum quod hodie datur patribus.

16. Novembris, Mercurii.

R^m D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, quid ei videatur faciendum de concilio.

a *cod.* Apruntinus.

b *sic.*

¹ Haec epistula et omnes fere tunc a Massarello ad Cervinum scriptae extant in volumine tabularii publici Florentini signato *Carte Cervin.* n. XVIII (cuius folia non sunt numerata). Cervini epistulae Massarello inde a 5. Ian. 1548 missae magnam ad partem sunt in tabui. Vat. *Concil.* t. 139. E quibus saltem eae, quae alicuius sunt momenti, edentur in epistulario concilii.

² Quas addere die praecedenti (cf. p. 718, l. 43 ss.) tempus non videtur suppeditasse. Nescio an hae scripturae sint inter illas *Carte Cerviniane*.

³ Praeter exemplum actis insertum est aliud Arch. Vat. *Concil.* 5, 356—359.

⁴ Cf. ad II. Nov. p. 718, l. 40 s.

⁵ Advenerant 13. Nov., cf. l. 18 huius pag.

Item ad Rmum D. card. S. Crucis super eadem materia circa suspensionem.

Scripsi ego etiam ad dominum meum Rmum S. Crucis in commendationem Sartii etc., et litteras ex Venetiis [misi].

270V

17. Novembris, Iovis.

Mane hora 10. applicuit Bononiam Rmus et Illms D. Christophorus Madrutius, tituli S. Stephani in Celio monte S. R. E. presbyter cardinalis Tridentinus, 5 qui venit ex Germania ab Augusta missus a Carolo V imperatore ad summum pontificem Paulum III, ut cum eo agat de reductione concilii ad civitatem Tridentinam, et de aliqua concordia ineunda super civitate Placentiae². Descendit apud Rmum D. card. Moronum, legatum huius civitatis Bononiensis, cum quo una cum Rmo D. card. de Monte, legato sacri concilii, et Illmo D. Octavio Farnesio, duce Parmae et Placentiae, pransus 10 est. Deinde hora 18. ascendens equos dispositos sequutus est iter suum Romam versus.

Nec multo post Rmus D. archiepiscopus Ragusinus, vicelegatus Bononiensis, recessit eisdem equis etiam Romam versus, missus ab Illmo duce propter res suas Placentiae.

Scribitur ad nuntium Venetorum de transitu supradicti card. Tridentini.

18. Novembris, Veneris.

Mane hora 16. recessit ex Bononia Illms D. dux Octavius Parmam versus. 15

Hora 21¹ fuit congregatio generalis, in qua incipiuntur examinari abusus exhibiti patribus, qui fuerunt collecti a DD. deputatis, super sacramento ordinis³ et extremae unctionis, loquunturque hodie Naxiensis, Cesenatensis, Feltrensis, Aciensis, Abrincensis, Troianus, Bononiensis, Sabinicensis, Grossetanus, Fesulanus, Chironensis, Aquensis, Angolismensis, Sebastensis, Minoricensis, Camerinensis, Chissamensis. 20

Deinde fit deputatio sex patrum pro confectione catechismi sive libelli instructionis pro sacramentis conferendis et administrandis etc. Qui fuerunt Rd DD. episcopi Aciensis de Nobilibus, Abrincensis, Veronensis coadiutor episcopus Motonensis, Mylonensis Ferretus, Caprulanus et Bituntinus <in cuius locum sufficitur episcopus Portuensis>⁴. Postea dimittitur congregatio hora 24.; cui interfuerunt 63 patres. 25

19. Novembris, Sabbati.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem supradictorum abusuum ordinis et extremae unctionis, super quibus hodie loquuntur 13, videlicet archiepiscopi Aquensis et Armacanus, et episcopi Motulanus, Veronensis, Angolismensis, S. Pauli, Malfectensis, Pisauriensis, Salutarum, Thermularum, Mylonensis Ferretus, Caprulanus, Vigorniensis. In qua etiam congregatione admittitur 30 RduS p Clemens de Monilia Genuensis, ord. Minorum de observantia commissarius generalis in Italia, ut loco sui generalis, qui abest in Portugallia, interesse possit generalibus congregationibus, daturque ei locus post omnes generales. Interfuerunt huic congregationi 48 patres; dimittitur hora 24.

Rmus D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de concilio etc., et 35 de timore quem habet, ne revertatur Tridentum.

271f

Scripsi etiam ego ad Rmum meum S. Crucis de discessu card. Tridentini et Ragusini et ducis Octavii, de deputatione pro catechismo, de 4 milibus aureorum cras mittendis ad Illm¹ ducem Octavium; et nomine Rmi de Monte, ut si Dio S. Rma huc non sit reversura et concilium reducendum sit Tridentum, certiore reddat summum 40 pontificem, quod ipse card. de Monte Tridentum nunquam revertetur.

Recepimus litteras ab ipso Rmo D. card. S. Crucis 16. datas, quibus significat se die lunae 14. huius applicuisse Romam incolumem et a S. Ste benigne receptum. De re concilii nihil certi habeat.

a postea add. in marg., unde signis apposis hic inserenda indicantur.

¹ Ambrosius Sartus, magister postarum, cf. supra p. 707, l. 11 et adn. 1.

Cf. *Raynaldum* ad a. 1547 n° 87. — Instructio cardinali ab imperatore 9. Novembris data invenitur in Arch. Vat. *Concil.* t. 12, f. 20—24 (volumen continet scripturas ex haereditate card. Moroni). Impressa est

apud *Le Piat* III, 658—662; epitome infra ad 30. Novembris. De tota re cf. *de Leva* IV, 385 ss.

³ Quorum exemplum non integrum est apud *Raynaldum* ad a. 1547, n. 76 ss.; *Le Piat* III, 639—643; integri edentur inter acta.

⁴ Cf. infra ad 28. Novembris p. 723, l. 10 s.

20. Novembris, Dominica.

*R'f' D. episcopus Lavellanus habuit solitam concionem in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt R'f' DD. cardinales de Monte et Moronus una cum multis aliis praelatis etc.

Recepimus litteras a D. episcopo Cenetensi, nuncio apud regem Chr'mu, 1. huius Melluni datas¹, quibus significat optimam mentem illius regis erga Sm'm D. N. et sedem apostolicam etc.

Fui cum D. Rom[ulo] ad Montem Virginis et [ad] Rmum de Monte pr[ansus] una cum equite della Volta etc.

21. Novembris, Lunae.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt examinationem dictorum abusuum, loquunturque hodie Sarsinatensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Venusinus, Aquinatensis, Albinganensis, Venetensis, Calvensis, Mylonensis Graecus, Maceratensis, Niverniensis; solvitur deinde hora 24. statuiturque, quod in futurum habeantur tantum ter in hebdomada congregationes generales, die videlicet lunae, Mercurii et Veneris, ut commodius tempus detur patribus ad cogitandum ea quae proponuntur, et ne patres ipsi tot continuis laboribus tam longo tempore vexentur².

Rms D. card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. S. Crucis de eo, quod ei dixerat secundus orator Chr'm regis, videlicet se habere in mandatis faciendi una cum praelatis Gallis omnia ea, quae eis mandaverint ipsi Rm DD. legati de concilio etc.; et de pecunia pro subventionem praelatorum.

Scripsi ego etiam ad Rm'm D. meum S. Crucis de eadem pecunia, mittens litteras ex Gallia prima huius Melluni datas, et de gestis in congregatione hodierna. Item de missione 4 milium aureorum ad Illm ducem Octavium Parmam.

Fui ad Rmum card. Moronum nuncios ei quod orator Gallus dixerat Rm D. card. de Monte. Loquuti fuimus a 1. usque ad 3. horam noctis de legatione concilii.

22. Novembris, Martis.

R'f' D. card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. Farnesium de pecunia pro praelatorum subventionem, cum revocata sit commissio ordinaria solvendi 500 scuta pro quolibet mense, et mittuntur litterae Illm ducis Octavii 22. datae ad D. Vincentium Boncambium per staffettam sol[utam].

Mittitur exemplum litterarum card. Farnesii ad Rmum card. S. Crucis.

Scripsi ego ad ipsum Rmum dominum meum card. S. Crucis de ipsis 5° aureis et de contento in litteris nuncii apud Chr'mTM [regem], et quod reversus fuerit D. Ambr[osius] cum cedulis 4 milium ducatorum.

Recepimus litteras ab Illmo D. Octavio Farnesio 22. Parmae datas cum cedulis receptionis quattuor milium ducatorum, et petit magna cum instantia sibi mitti alia tria milia, de quibus scribetur ad card. Farnesium.

23. Novembris, Mercurii.

ts' Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti fuerunt examinationem dictorum abusuum super sacramento ordinis et extremae unctionis, loquunturque sunt Lavellensis, Aprutinus, Briocensis, Alyphanus, Minorienensis et Aciensis. Deinde solvitur congregatio hora 24.

Statuitur, quod diebus dominicis adventus Domini, in quibus mos est faciendi capellas, hoc est celebrandi missas solemnes per unum ex praelatis, et per regulares fieri solet oratio, quod omittatur dicta oratio et eius loco Rds D. episcopus Lavellensis prosequatur suas conciones. Quod etiam magistratus huius civitatis maximis precibus petierunt, cum ipse episcopus Lavellensis a multis diebus citra concionatus fuerit continuo per singulas dominicas³.

a sic.

¹ Nescio an haec epistula simul missa sit cum (cf. de Leva ibidem; de Montemerlo cf. quae ad aliis, quas 4. Novembris Montemerlus in oppido dicto notantur infra ad 1. Aprilis 1548).

Fontainebleau dedit ad Cervinum (de Leva IV, 389, adn. 1) et Gallorum rex ad card. Bellayum ibidem

5. Novembris: *D ruffel*, Briefe u. Akten I, 73, n. 115

² Maxime vero, ne nimis vexetur card. de Monte.

³ Nihilominus idem episcopus postea in suspensionem haeresis venit, cf. infra in hoc diario ad annum 1549.

Accipiuntur a Bonifiliorum et Lignalium argentariis tria milia scuta in auro, ut mittantur ad Illm ducem Octavium Parmam pro parte stipendii praesentis mensis.

24. Novembris, Iovis.

W Hora 21. fuit congregatio quatuor deputatorum ad formandos canones super abusibus sacramentorum, videlicet Cesenatensis, Fesulani, Bituntini et Niverniensis coram Rmo et Illmo D. card. de Monte, discussaeque sunt censurae super abusibus sacramenti poenitentiae. 5

Mittuntur ad Illm D. Octavium ducem Parmae et Placentiae tria milia aureorum per Ioannem Baptistam cursorem D. Sardi Bononiensis, et scribitur ad ipsum ducem, ut ex Urbe provideat in futurum.

Mittitur privilegium equitis aurati pro D. Camillo Gorgo Vicentino. 10

25. Novembris, Veneris.

ts* Hora 21. applicuit Bononiam Rm's D. card. de Giuri Gallus¹, qui proficiscitur Romam. Rmus p card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. S. Crucis de receptione suarum 18. datarum, quas recepit mane etc.

Scripsi etiam ego ad ipsum Rmum dominum meum de adventu supradicti cardinalis de Giuri, de missione trium milium aureorum Parmam, de adventu episcopi Sanmalo etc. 15

^ Rmus j) episcopus San Malo² applicuit Bononiam, unus ex episcopis deputatis a rege ad concilium etc.

26. Novembris, Sabbati.

Recipiuntur litterae ex Urbe 23. datae a Rmo Farnesio et S. Crucis, quod card. Tridentinus eodem die expectabatur Romae cum D. Didaco oratore Caesareo, ex quibus pendeat reductio concilii etc. 20

Recepi ego litteras ab ipso Rmo domino meo 22. datas, quod vacetur reformationi et collectioni abusuum, et quod receperit meas 16. et 17. datas.

Hodie non fit congregatio, quia Rm's card. de Monte ivit visitatum cardinalem de Giuri una cum Rmo Morono; qui Rm's de Giuri hospitatur apud hospitium sub signo leonis. r. j. de Monte scripsit ad Rmum D. card. S. Crucis, mittens ei 25 duas considerationes sive discursus circa statum concilii, cum copia decretorum concilii Constantiensis, quod concilium sit supra papam etc.

Scripsi etiam ego ad ipsum Rmum dominum meum de receptione suarum 22. datarum, et quare hodie non fuerit congregatio etc.

Scribitur ad legatum Venetiarum et episcopum Bellunensem pro re sua de decimis etc. 30

27. Novembris, Dominica prima adventus.

Mane Rm's D. card. de Monte et card. Moronus iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi celebravit missam, ut moris est in dominica adventus, Rm D. episcopus Caprulanus, et loco orationis habuit concionem solitam Rm D. episcopus Lavellensis.

Applicuit Bononiam Rm's D. card. de Meudonb³, cui iverunt obviam Rm cardinales de Monte et Moronus cum multis praelatis usque ad portam S. Felicis, hospitatusque 35 est apud signum S. Angeli.

Deo gratias.

2g Novembris, Lunae.

t i Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua perficitur examinatio dictorum abusuum super sacramento ordinis et extremae unctionis⁴, loquunturque hodie abbas

a sic.

b cod. Medon.

¹ Cf. supra p. 696, adn. 3. — Claudius de Giury cardinalis creatus erat Massiliae (quo Franciscum regem comitatus erat) 7. Novembris a. 1533 a Clemente VII. Obiit a. 1561 vel a. 1560 [*Ciacon.* III, 526 s.).

² Franciscus Bohier (seu Boyer) 5. Ianuarii 1535 Macloviensi ecclesiae praefectus erat; mortuus mense Novembris 1569.

³ Antonius Sanguin, Antonii de Meudon filius, 12. Decembris 1539 cardinalium numero ascriptus petente Francisco I Gallorum rege, obiit 25. Nov. 1559 (*Ciacon.* III, 665 s.). Cf. supra p. 696, adn. 3.

⁴ »Capita censurarum super abusibus ordinis et extremae unctionis^a collecta sunt in tomo *Concil.* 5> f- 385 et 370.

Lucianus Pomposiae Ferrariensis et generales Praedicatorum, Conventualium, Heremitarum et Minimorum, ac fr. Clemens de Monilia pro generali Minorum de observantia. Deinde deputantur quinque patres, videlicet archiepiscopus Aquensis et episcopi Malfectensis, Bononiensis, Camerinus et Pisauriensis, qui tractare debeant cum DD. generalibus de aliqua amicabile concordia super facienda reformatione quae tangit regulares. Item deputantur alii quinque patres, videlicet archiepiscopus Armacanus, et episcopi Aciensis, Sebastensis, Briocensis et Maceratensis ad colligendos abusus super missa, indulgentiis, purgatorio et votis monasticis, quorum tria capita iam discussa sunt quoad dogmata a theologis minoribus, et ultimi dati sunt eis articuli haereticorum ad discutiendum¹. Item excusatur D. episcopus Bituntinus a deputatione iam facta super catechismo faciendo, et in eius locum sufficitur D. episcopus Portuensis Portugallensis². Postremo significatur patribus, ut mittant pro exemplo abusuum collectorum super sacramento matrimonii, qui in proxima futura congregatione examinabuntur. Dimittiturque congregatio hora 24.; cui interfuerunt 57 praelati.

Recepimus litteras ab Ill^{mo} duce Octavio cum privilegio militatus pro D. Camillo Gorgo Vicentino, pro quo ego rogaveram.

29. Novembris, Martis.

Datur exemplum abusuum collectorum super sacramento matrimonii omnibus patribus³.

Rmus p. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de pecunia, quam petit Ill^{ms} dux Octavius, et de eo quod heri actum fuit in congregatione.

Scripsi ego etiam ad R^{mo} dominum meum S. Crucis de gestis in hesterna congregatione et de adventu Rmi D. cardinalis de Medon et de instantiis trium milium aureorum ab Ill^{mo} duce Octavio.

Fui ad Rmum card. Moronum pro pecunia ipsius ducis et ad D. Bituntinum, ut hortarer ad componendos canones et ad permanendum in concilio, cum iam prae- parasset se ad eundum Patavium; annuit votis⁴.

30. Novembris, Mercurii, in festo s. Andreae.

Mane Rmi DD. cardinales de Monte et Moronus iverunt ad ecclesiam cathedralem, ubi R^{mus} D. episcopus Lavellensis habuit solitam concionem.

Hora 20. applicuit Bononiam cursor ex Urbe cum litteris Rmi D. card. Farnesii 28. datis una cum instructione, quam imperator dedit card. Tridentino de agendis et tractandis coram pontifice⁵, in qua instructione haec continentur. Primum, quod nomine S. Mtis Caesareae et Sermi regis Romanorum et totius Germaniae petat magna cum instantia a S. St^e, ut reducat concilium Tridentum, ostendens necessitatem esse ex eo quod provincia ipsa Germaniae vult stare determinationi ipsius concilii, et ei se sub- mittere pure et simpliciter, et quod ad illud venient omnes, et quod interim, donec concilium celebratur, S. St^s inveniat modum, secundum quem vivere debeant Germani, et ea de causa mittat S. St^s aliquot viros cum potestate hoc faciendi. Quod si S. St^s nollet consentire reductioni concilii ad civitatem Tridentum, tunc ipse card. Tridentinus una cum D. Didaco a Mendocia oratore suo apud pontificem certiores reddat omnes cardinales, qui sunt Romae, et omnes oratores principum de hac diligentia et instantia, quam fecit S. M⁴⁸ apud S. St^m. Quod denique, si nulla via moveri potest S. B^o ad reducendum concilium Tridentum, tunc orator ipse interponat protestationes, quas habet in mandatis, praesertim si aliquid ageretur Bononiae a concilio, quod esset in prae- iudicium concilii Tridentini.

Rmus D. card. Farnesius scribit ipsi Rmo D. cardinali de Monte, ut dicat suum iudicium, et quid respondendum sit a pontifice⁶.

Quod etiam scribit Rmus D. card. S. Crucis⁷.

¹ Cf. supra ad 8. Oct. (p. JoS, 1- 4 ss-)*

² Cf. supra ad 18. Nov. (p. 720, 1. 24 et adn. 4).

³ Praeter exemplar actis insertum est aliud in tomo Concil. 5, f. 363 ss.; Concil. 7, f. 138. Provisiones abusuum Concil. 7 > f. 139v-

⁴ Cf. infra ad 3. Decembris (p. 724, 1. 15/16).

⁵ De qua instructione v. supra ad 17. Novembris, p. 720, 1. 4 ss. et adn. 2.

⁶ Huc usque relationem inde a lin. 29 transumpsit Raynaldus ad a. 1547, n. 87.

⁷ Cervini litterarum epitome apud de Leva IV, 389 s.

Fui ad D. card. Moronum, cui ostendi nomine Rm cardinalis de Monte supra-scriptam instructionem.

1. D e c e m b r i s , I o v i s , B o n o n i a e 1547.

'o' Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua incipitur examinatio abusuum collectorum super sacramento matrimonii, loquunturque hodie quinque, videlicet archi-
episcopi Materanus, Naxiensis, Upsalensis et Armacanus, et episcopus Caesenatensis. 5
Deinde dimittuntur patres hora 24. Cui interfuerunt secundus orator Chr~~m~~ M~~tis~~ et
56 praelati.

273r Rmus jj card. de Monte respondit ad litteras card. Farnesii super propositione
facta a card. Tridentino¹, mittunturque per cursorem. Solvi ego 24 scuta.

Scripsi etiam ego ad card. S. Crucis de receptione suarum 24. datarum de authenti- 10
candis decretis, et de timore, qui habetur de redeundo Tridentum.

2. D e c e m b r i s , V e n e r i s .

Fui ad Montem Virg[inis] cum D. Romfulo], Caroc[cio].

RmTM £) Monie fuj(- ac(g Michaellem in Bosco.

Incipiuntur scribi decreta².

»

3. D e c e m b r i s , S a b b a t i .

Fui ad card. Moronum pro rebus episcopi Noionensis Galli a datariis retentis, quas 15
liberaret.

'iJ Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt exami-
nationem eorundem abusuum sacramenti matrimonii, loquutique fuerunt archiepiscopus
Aquensis et episcopi Aciensis, Feltrensis, Ambrincensis, Iserniensis, Placentinus, Troianus. 20
Deinde solvitur congregatio hora 24., cui interfuerunt 54 praelati.

RTM B D. card. de Monte scripsit ad cardinales Farnesium et S. Crucis³ de modo
tenendo in danda responsione oratori Caesareo super petitione reductionis concilii
Tridentum.

Litterae mittuntur per stafifettam, solvi ego 12 scutja].

Scripsi ego ad ipsum Rm^m dominum meum de episcopo Bituntino, quod velit 25
discedere 4.

4. D e c e m b r i s , D o m i n i c a .

Mane Rm cardinales de Monte et Moronus una cum secundo oratore Gallo et
praelatis quamplurimis iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi episcopus Lavellanus con-
donatus est, ut solet.

Recepimus litteras a nuncio Venetiarum 29. Novembris cum novitatibus Turcicis, 30
quas misi ad card. Moronum, iussus a Rmo de Monte.

5. D e c e m b r i s , L u n a e .

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt exami-
nationem abusuum super sacramento matrimonii, loquunturque hodie Bononiensis, Sibini-
censis, Grossetanus, Chironensis, Fesulanus, Sarsinatensis. Deinde Rms D. card. de
Monte monuit patres, ut vellent conservare conventiones factas inter concilium et cives 35
Bononienses circa hospitia et utensilia domorum praelatorum, ne scandala oriantur. Di-
mittiturque congregatio hora 24., cui interfuerunt 52 praelati.

Rms D. card. de Monte scripsit ad cardinales Farnesium et S. Crucis⁵

¹ Litterae cardinalis ad pontificem ipsum directae leguntur apud *Raynaldum* ad a. 1547. n. 88 (*Le Piat* III, 662), sed cum falso titulo, cf. infra p. 726, l. 17 ss. et adn. 2. Ex litteris, quas eodem die card. de Monte scripsit *Cervino*, plurima exhibet *de Leva* IV, 390 s.

² De qua actorum recensione sit sermo numque omnino ea supersit, difficile est dictu.
³ Nescio an huic diei assignandae sint illae litterae,

e quibus maiorem, ut videtur, partem dat *de Leva* IV, 391—393.

⁴ Episcopum esse afflictum ac paene desperatum, vix iam venire ad congregationes velleque abire Patavium, aiunt litterae: *Carte Cervin*. fil. 18. Re vera videtur profectus esse, cum non amplius eius fiat mentio.

⁵ Epitome litterarum ad Cervinum datarum apud *de Leva* IV, 393.

de novo discursu super rebus concilii, videlicet de translatione ad Urbem, mittunturque per cursorem, cui dedi 24 scuta.

Applicuit Bononiam D. Claudius Aleanderal, qui nobiscum hospitatus est.

6. Decembris, Martis.

Scribitur a card. de Monte ad card. Farnesium² et mittuntur litterae ex Helvetiis
5 et Parma per staffettam, cui dedi 12 scuta.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de mutatione commissionis conscribendi milites ab Illmo duce Parmae.

7. Decembris, Mercurii.

273v

R D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium et S. Crucis de receptione
suarum 3. huius datarum, et quod expectet resolutionem rerum concilii etc.

10 Scripsi ego ad Rm^m dominum meum de receptione suarum 2. huius datarum, et diligentia qua utimur in reformatione, et de duabus deputationibus in proxima congregatione faciendis etc.

Recepimus litteras a Rm^e cardinali S. Crucis 2. et 3. huius datas, in quibus hortatur ad prosecutionem reformationis etc.

8. Decembris, Iovis.

15 In festo conceptionis b. Mariae virginis Rm DD. cardinales de Monte et Moronus una cum praelatis quampluribus iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi R^{ms} D. episcopus Lavellensis habuit concionem.

Fui ad montem Virginis cum D. Rom[ulo]³, Triffone], Manfello] etc.

9. Decembris, Veneris.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua prosequuntur patres examinationem eorundem abusuum sacramenti matrimonii, super quibus loquuntur hodie Angolismensis, Maioricensis, Sebastensis, Angloniensis, Vorstius et Portuensis Portugallensis, solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt secundus orator Chrmⁱ regis et 53 praelati.

Scripsi ad Rm^m D. meum S. Crucis per cursorem, quem expedivit episcopus Bononiensis.

10. Decembris, Sabbati.

25 Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua dictae fuerunt sententiae super abusibus de sacramento matrimonii a R^{to} D. Portuensi, qui heri votum suum ob temporis brevitatem perficere non potuit, Camerinensis, Malfectensis, Motulanus, Veronensis, Pisauriensis, S. Pauli. Deinde fiunt duae deputationes, una ad colligenda impedimenta provenientia ex principibus et magistratibus ac curiis saecularibus; qui deputati fuerunt
30 archiepiscopus Materanus, et episcopi Feltrensis, Troianus, Angolismensis, Aquensis Vorstius, Salutarum, Calvensis et Sulmonensis. Alii ad colligendos quoscunque abusos praetextu seu nomine in ecclesia Dei introductos, et deputati sunt archiepiscopus Aquensis, et episcopi Sarsinatensis, Maioricensis, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Mirapicensis, Albinganensis, Alyphanus. Item confirmantur Caesenatensis, Fesulanus, Bituntinus et
35 Niverniensis ad formandos canones super omnibus abusibus sacramentorum, qui restant, solviturque congregatio hora 24.

a cod. Alexander. b cod. potius Angloviensis; de Angolismensi cogitari non potest, cum antea nominetur.

1 Hieronymi Alexandri cardinalis fratris filius; cf. infra ad 11. et 14. Ian. 1548 et saepe.

2 Etiam ad Cervinum scripsit hoc die card. de Monte: *de Leva* IV, 393; 394, adn. I.

3 Romulus Cervinus, frater cardinalis (cf. infra ad 24. Decembris: p. 729, l. 8); qui ex studio Patavino ad Bononiense videtur transisse.

4 Nullo in indice hunc inveni, etiam in actis hoc solo die nominatur; videtur intellegi episcopus Anglonae (et Tursii), qui ab anno 1542 (20. Dec.). usque ad

11. Iulii 1548 fuit Bernardinus Helvinus. Is a. 1541 (20. Nov.) Ioanne Poggio in Hispania absente thesaurarius apostolicus nominatus est (cf. supra p. 703, l. 6), cum iam ante fuisset abbreviator et card. Guidonis Ascanii Sfortiae secretarius. Quare facillime fieri poterat, ut tunc Bononiam mitteretur, ne concilium raritate praelatorum moreretur. Plura de eo v. apud *Garampi*, *Saggi di osservazioni sui valore delle monete pontif.*, App. di doc. p. 275, adn. 4.

Scripsimus ad card. S. Crucis in favorem D. Ambrosii pro depositione Molina et de transitu D. Mignanelli etc.

D. episcopus Lucerinus Mignanellus¹ applicuit Bononiam veniens ab imperatore, penes quem nuncius gesserat, proficiscens Romam etc.

274r

11. Decembris, Dominica 3. adventus.

Celebratur missa consueta in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rm DD. cardd. 5 de Monte et Moronus una cum secundo oratore Gallo et praelatis quampluribus. D. Lavellensis concionem habuit.

Fuimus ad Montem Virginis cum D. Rom[ulo], Fer[reo] cum balfistar[is].

12. Decembris, Lunae.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem abusuum super sacramento matrimonii, loquutique sunt Salutarum, Thermularum, 10 Mylensis Ferrettus, Myrapicensis, Caprulanus, Vigorniensis, solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt 52 patres.

Fui ad Rm Moronum, qui retulit quod habuerat ex Urbe de concilio.

13. Decembris, Martis.

Hodie est dies anniversarius, in quo apertum et inchoatum fuit sacrum concilium Tridenti anno Domini 1545¹ quae fuit dies dominica tertia adventus Domini. 15

Recepi litteras a Rm D. meo S. Crucis 8. et 9. Romae datas.

Rm D. card. de Monte recepit litteras a Rm card. Farnesio una cum responsione, quam dedit pontifex in consistorio die Veneris 9. huius cardinali Tridentino ad petitionem imperatoris, quod concilium reducatur Tridentum, videlicet quod velit supra hoc audire synodi iudicium 2. 20

Item litteras a Rm S. Crucis 8. et 9. datas³ cum iudicio eorum, quae ei videantur respondenda a synodo ad petitionem Caesaris, cum pontifex velit intelligere iudicium et consilium concilii de reductione concilii Tridentum, antequam Caesari respondeat.

Fui ad card. Moronum bis ab eo vocatus, qui contulit quae habuerat ab Urbe.

Scripsi ad Rm D. meum S. Crucis de receptione suarum 8. et 9. datarum, et 25 quare decreta authenticata non fuerint adhuc⁴, et de mora in examinandis abusibus matrimonii ob difficultates ortas⁵.

14. Decembris, Mercurii.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua dicuntur sententiae patrum super eisdem abusibus sacramenti matrimonii, loquutique fuerunt Rd DD. Bellicastrensis, Albinganensis, Briocensis, Aquinatensis, Venusinus, Calvensis, Maceratensis, Mylensis Graecus, 30 et Niverniensis. Deinde hora 24. dimittitur congregatio, cui interfuerunt secundus orator Gallus et 54 praelati.

Fui ad oratores Gallos, quibus ostendi responsionem factam in consistorio ad petitionem Caesaris.

15. Decembris, Iovis.

Fui ad R³TM D. archiepiscopum Aquensem et Virg[inem]⁶. In decretis scripsi et 35 revidi, multumque laboravi.

a nescio quomodo sit supplendum.

¹ Cf. supra p. 712, 1. 21 et adh. 2.
² De oratione a card. Tridentino in consistorio habita et de responso V. Raynaldum ad a. 1547, n. 89; Pallavicin. 10, 8, 2. 3. Responsum dabatur secundum illud, quod scripserat card. de Monte ad pontificem, supra p. 724, 1. 8/9 et adh. I.
³ His epistulis usus est Pallavicinus 10, 7, 2; 10, 8, 6.

⁴ Cf. ad 1. Dec., supra p. 724, 1. 10/11.
⁵ Litterarum a card. de Monte ad Cervinum 14. Dec. datarum (de procuratore fiscali Hispano) particulam exhibet de Leva IV, 395.
⁶ Vel dicit se ivisse ad templum b. virginis in monte situm, vel ad Virgilium, cuius nominis gens saltem 13. saeculo fuit Bononiae, cf. Fantuzzi, Notizie degli scrittori Bolognesi VIII (Bologna 1790), 180 ss.

16. Decembris, Veneris.

274v

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt sententias suas super eisdem abusibus sacramenti matrimonii, et loquuti fuerunt hodie episcopi Bituntinus et Aprutinus. Deinde solvitur congregatio hora 23. cum dimidia, cui inter fuerunt 54 praelati una cum secundo oratore Gallo, videlicet D. ab Hospitali.

- 5 Recepimus litteras a Rⁿo D. cardinali S. Crucis 11. huius Romae datas, in quibus accusat] receptionem nostrarum 9. datarum per cursorem Campegg[iorum] latorum [et scribit], quod D. Didacus orator Caesareus petierit audientiam publicam in consistorio a S. StB quod vereantur protestationes¹ etc.

17. Decembris, Sabbati.

- R^{mus} j} Card. de Monte scripsit ad cardinales Farnesium et S. Crucis, quod ex-
10 pectet resolutionem rerum concilii, et de receptione suarum 11. datarum.

Scripsi etiam ego ad R^fum¹ D. meum S. Crucis de receptione suarum datarum 11., et de Bituntino et de domo, quod quiete vivatur, et de 500 scutis Pellegrinorum] et de diligentia R^m cardinalis de Monte in dirigendis rebus pro remissione etc.

- Fui supra turrim Asinellorum² Bononiae una cum D. Claudio della Casa et Hieronymo Bellarminio, et eius altitudinem mensuravimus.
15

18. Decembris, Dominica 4. adventus.

R^m DD. cardinales Moronus et de Monte iverunt ad ecclesiam S. Petronii, ubi celebrata fuit de more missa solemnis, quam cantavit D. episcopus Chissamensis, deinde habuit orationem R^{to} D. episcopus Lavellensis, cui interfuerunt multi praelati.

- Applicuit Bononiam cursor ex Urbe cum brevi S^mi D. N. sub dat. apud S. Petrum
20 sub annulo piscatoris die 16. huius mensis Decembris, directo ad R^{mum} D. card. de Monte, in quo S. Stas refert, qualiter Caesaris nomine card. Tridentinus petierit a S. S^ea, quod concilium reduci faceret Tridentum, idque D. Didacus a Mendocia in publico consistorio petierit, cum Caesar dicat se induxisse Lutheranos, ut concilio Tridenti celebrando se submittant. Qua in re pontifex deliberare nolit, nisi prius intellecto iudicio et consilio
25 concilii. Igitur mandavit R^mo cardinali de Monte, ut ea omnia cum sancta synodo communicet et quid sentiat rescribat³.

19. Decembris, Lunae.

Congregatio generalis: Refertur patribus de litteris pontificis et suggeritur eis quid sit respondendum.

- Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua R^mM D. card. de Monte praesidens retulit patribus, qualiter heri sero receperit breve unum a S^mo D. N. sub dat. Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 16. Decembris praesentis, in quo S. Stas narrat, quod card. Tridentinus et D. Didacus a Mendoza orator Caesareus petierint a S. Ste magna cum instantia, ut concilium reduceret Tridentum, cum Caesar ipse induxerit Germanos omnes, etiam haereticos, ad submittendum se | concilio Tridenti celebrando, et quod S. S^t8 super eo deliberare nolit, nisi prius intelligat consilium et iudicium sacrae synodi, quid scilicet ei videatur, quod sit a S. Ste ipsi Caesari respondendum. Quod breve ipse R^{ms} D. card. de Monte alta voce legit. Deinde ad maiorem
35 informationem patrum, et quoniam ita fieri solet in arduis rebus consulendis, ut prius per ipsum praesidentem patres informetur et eis lumen aliquod ostendatur, dixit sibi non videri posse sanctam synodum super praesenti reductione concilii Tridentum de liberare, nisi [1?] prius praelati, qui sunt Tridenti, Bononiam veniant, cum illi in con-

a sic.

1 Quae interim (14. Dec.) iam factae erant, cf. infra ad 18. Dec.

2 Turris a. 1109 a Gerardo degli Asinelli exstructa (nunc obliqua) 98 fere metrorum altitudine. Altera turris Bononiensis celeberrima est *Torre Gassenda* a. 1110 aedificata, 50 fere metrorum altitudine.

3 Breve legitur apud *Raynaldum* ad a. 1547, n. 91 (cf. *Le Piat* III, 663 et *Pallavicin.* 10, 8, 4); ibid. n. 90 relatio de consistorio 14. Decembris habito. Alia a card. Madrutio e curia Romana reverso 14. Ianuarii 1548 statibus imperii Augustae facta apud *Le Piat* III, 679.

temptum concilii post translationem ibi remanserint, quod sit contra honorem et auctoritatem concilii, 2? nisi prius declaretur, quomodo intelligatur haec submitio Germanorum, an decreta iam publicata Tridenti firma et rata manere debeant, cum illa nullo modo retractari debeant neque possint, praesertim cum illa decreta sint iam a toto christiano orbe recepta; 3? qua forma sit procedendum in concilio; 4? quam securitatem patres habebunt standi, eundi, recedendi; 5? quod liberum sit concilii maiori parti, quando- 5
cunque ei videbitur subsistere legitimam causam, se transferendi ex Tridento ad alium locum, et etiam si videbitur, concilium ipsum claudere, terminare et finire. Quibus dubiis explicatis concilium poterit deliberare, quid faciendum sit de reditu ad civitatem Tridentinam. Super quibus rogavit patrum sententias, eos monendo et hortando bis aut 10
ter, ut libere quis diceret sententiam suam.

Patres omnes probaverunt multis rationibus, quod dixerat Rm^{us} D. praesidens, ostendentes esse omnino necessarium prius explicare dubia illa, quam de reditu ad Tridentum deliberare, exceptis quinque, qui volebant respondi a sacra synodo, quod esset absque ulla declaratione Tridentum redeundum, cum id (ut ipsi dicebant) expediat 15
reductioni Germanorum.

Conclusum fuit, quod Rm^{us} D. praesidens formaret litteras scribendas ad S. St^{em} et die crastina patribus legerentur ab eisque comprobarentur. Et ita dimittitur congregatio hora prima noctis, cui interfuerunt ambo oratores Galli et 57 praelati.

Vacavi tota die in aptandis litteris supradictis et informandis praelatis, et ostendi 20
Rm^o card. Morono supradictum breve.

20. Decembris, Martis.

Mane hora 16. fuit congregatio generalis, in qua post celebratam missam de spiritu sancto et lectam per Rm^{um} D. cardinalem de Monte solitam orationem eiusdem sancti spiritus | ipse Rm^{us} card. de Monte legit litteras, quas ipse formaverat ex sententia maioris partis patrum in hesterna congregatione². In quibus litteris continetur----b 25

21. Decembris, Mercurii.

In die s. Thomae Rd^{us} D. episcopus Lavellensis concionem habuit ut solet, in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rtm DD. cardinales de Monte et Moronus ac praelati quamplures.

Fui ad card. Moronum hora 1. noctis, cui ostendi litteras missas a Sm^o D. N. super responsione concilii, fuique ibi usque ad tertiam noctis. 30

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem eorundem abusuum sacramenti matrimonii, loquutique fuerunt hodie Rd^{us} DD. Alyphanus, Minorienis, Alatinus et Sulmonensis, solviturque congregatio hora 24., cui interfuerunt 56 praelati et D. ab Hospitali, secundus orator Gallus.

Scripsimus ad Rm^{um} D. card. S. Crucis de missione 1500 aureorum ad ducem 35
Octavium, qui hoc mane transmissi a nobis fuerunt Parmam.

23. Decembris, Veneris.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua examinantur iidem articuli super abusibus sacramenti matrimonii, loquunturque hodie D. Lucianus abbas Pomposiae Ferrariensis, et generales Praedicatorum, Minorum Conventualium, Heremitarum s. Augustini et Servorum, ac vicarius ordinis Minorum de observantia, fr. Clemens a Monilia, et sic 40
perficitur examinatio dictorum abusuum, et dimittuntur patres hora 24. Cui interfuerunt 54 patres, et primum fuit praesens episcopus Veronensis.

Fui ad Rm^{um} card. Moronum, qui retulit mihi ea, quae sibi dixerat D. Aurelius, secretarius cardinalis Tridentini, videlicet de schismate et bello, quod timeat ob non

a s'c- b reliqua pagina vacat; in infima pag. legitur: mittuntur litterae per cursorem solutum.

¹ Integra relatio apud Raynaldum ad a. 1547, n. 93 i Le Piat III, 664; cf. Pallavicin. 10, 9, 1—4; de Leva IV, 396.

² Litterae sunt apud Raynaldum l. c. n. 94. 95;

Le Piat III, 665—669 (denuo edentur cum actis); cf. Pallavicin. 10, 9, 5* Mittebantur litterae 21. Decembris, adveniebant 24., cf. infra ad 28. Decembris p. 730, l. 6 ss.

reductionem concilii Tridentum, et quod Tridenti habebitur omnino concilium, etiam quod hoc Bononiense illuc non accedat, et quod rex Gallorum sit amicus Caesaris*.

24. Decembris, Sabbati.

In vigilia nativitatis D. N. I. Christi factae sunt vesperae in ecclesia S. Petri, quae est cathedralis Bononiae. Itum est enim illuc, cum templum S. Petronii sit nimis
5 vastum et frigidum hoc tempore. Peregit sacra episcopus Bononiensis, fueruntque prae
sentes Rm's D. card. de Monte legatus concilii, et card. Moronus, legatus huius civitatis,
una cum multis praelatis et nobilibus.

Coni[essus] apud Caelestinos una cum D. Romulo Cerv[in]o.

Acta concilii Tridentini lege nell. ruba

10 Fuimus ad Virg[inem] b extra portam S. Majmmuli].

Recepimus litteras ab Illmo duce Octavio cum fide receptionis 1500 aureorum.

^ In nocte nativitatis D. N. I. Ch. hora 4. decantatae sunt matutinae per cantores 276V
concilii et cappellanos domesticos in aula, ubi congregationes fieri solent, et post matu
tinas missa per unum ex cappellanis. Quibus omnibus interfuit Rms D. card. de Monte
15 praesidens et episcopus Bononiensis et familiares.

25. Decembris, Dominica.

☞ In die nativitatis D. N. I. Ch. mane hora 16. celebrata fuit missa sollemnis per
episcopum Bononiensem in ecclesia S. Petri, quae est cathedralis Bononiae, cui inter
fuerunt Rm DD. cardinales de Monte, legatus concilii, et Moronus, legatus civitatis, nec
non praelati omnes concilii, ac etiam DD. antiani et magistratus Bononienses.

20 Mane hora 14. in domo Rm mei de S. Cruce omnes nos eius familiares percepimus
sacram eucharistiam per manus unius ex nostris cappellanis.

In sero scripsimus ad Rm D. card. S. Crucis, Rms de Monte de receptione
suarum 21. datarum², quas hoc mane receperat, et de provisione et subventionem prae
latorum, et ego de colloquio habito cum Rm card. Morono die Veneris, de D. Aurelio
25 secretario Rm D. card. Tridentini, quod minetur schisma et bellum imperator etc.

26. Decembris, Lunae.

W In festo s. Stephani celebravit missam sollemnem in ecclesia S. Petronii Rm D.
episcopus Mylensis Ferrettus, cui interfuerunt Rm DD. cardinales de Monte et Moronus
et praelati concilii. Missa absoluta Rds D. episcopus Lavellensis concionem habuit.

Pransus sum cum Rds DD. episcopis Camerinensi, Maceratensi et Minorienti ac
30 generali Minorum Conventualium apud S. Stephanum, ubi vidimus multas reliquias etc.

Recepimus litteras ex Urbe 22. datas, in quibus Rms D. card. S. Crucis
significat, quod pontifex ea die dederat responsum D. Didaco oratori Caesareo super
reductione concilii ad civitatem Tridentinam, quod expectet mentem sacri concilii³ etc.

27. Decembris, Martis.

^ In die s. Ioannis celebrata fuit etiam missa sollemnis per Rm D. episcopum Came-
35 rinensem in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rra DD. legati et conciliares omnes.

Pransus fui cum Rm D. Hieronymo Ferro, D. Romulo Cervino et multis nobilibus
Bononiensibus.

Dedi decreta archiepiscopo Aquensi⁴.

Scripsimus ad Rm card. S. Crucis de receptione suarum 22. datarum.

" sic? lectio dubia et obscura. b vel suppletum Virgilium vel Virginium P (cf. infra p. 769, adn. 4.)

1 Hoc ultimum non semel gloriabantur Caesariani,
cf. supra p. 702, adn. 4. Quaecumque a Morono
audierat, Massarellus scripsit Cervino, cf. infra 1. 22 ss.
huius pag.

Concilium Tridentinum. I.

2 Cf. Pallavicin. 10, 8, 6; 10, 10, 1; io, 11, 2.

3 Hae litterae non citantur a Pallavicino.

4 De hoc decretorum exemplari v. supra p. 230,
adn. 1; infra p. 743. 1. 3.

28. Decembris, Mercurii.

In festo innocentium celebrata fuit missa sollemnis in ecclesia S. Petronii et facta collecta eleemosynarum pro puellis virginis de Baracano¹. Interfuerunt igitur missae ambo Rm legati, de Monte et Moronus, et concilii praelati.

Fui pransus cum Rm D. episcopo Sulmonensi et 16 episcopis aliis, ac D. Mariano Sozino², Pompeo magistro ceremoniarum, Ant[onio] Bergamasco etc., splendidissime. 5

Recepimus litteras a Rm D. card. S. Crucis 24. datas, in quibus significat cursorem 20. huius a nobis expeditum applicuisse Romam eadem die³, et quod die lunae dandum erat responsum oratori Caesareo⁴.

29. Decembris, Iovis.

Rmus [?] carc] de Monte scripsit ad legatum Venetiarum in commendationem episcopi Bellunensis pro solutione decimarum. 10

Fui pransus cum Rm D. episcopo Noviomensi et archiepiscopo Naxiensi, loquutusque fui de pensione pro Rm D. cardinali de Monte.

Fui ad S. Michaellem in Bosco, quo accesserat card. de Monte, et cum eo domum reversus.

30. Decembris, Veneris.

Rmus [?] carc]. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco, et in sero reversus. 15

Incepi exemplum bullae⁵.

Habui strenam IO aureorum a concilio⁶.

31. Decembris, Sabbati.

Fiunt vesperae in vigilia circumcisionis Domini in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt Rm DD. legati et concilii praelati. Peregit sacra archiepiscopus Naxiensis Graecus. W Recepit litteras a Rm card. S. Crucis cardinalis de Monte 27. datas, 20 quibus significat ea die pontificem dedisse responsum oratori Caesareo super reductione concilii ad civitatem Tridentinam, quo in responso S. S¹8 inseruit quinque illa dubia, quae sancta synodus cupit elucidari, prout in litteris suis ad pontificem continetur⁷.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi dictas litteras nomine cardinalis de Monte.

Scripsi ad Rm meum S. Crucis de receptione suarum 24. datarum, et quod con- 25 gregationes generales non fient pro nunc, et de 27 scutis missis pro decem militibus in arce Foroliviensi.

1548.**1. Ianuarii 1548, Dominica¹.**

Bononiae, in festo circumcisionis.

W In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Incipit annus Domini 1548.

Celebratur missa in ecclesia S. Petronii, cui interfuerunt Rm D. card. de Monte, legatus sacri concilii, et card. Moronus, legatus Bononiae, oratoresque et praelati ipsius 30 concilii. Peregit sacra Rm D. archiepiscopus Naxiensis.

Rmus [?] card. de Monte recepit litteras a Rm card. S. Crucis una cum exemplo responsionis, quam pontifex die Martis 27. Decembris praeteriti in congregatione

a cod. Lunae.

1 Cf. infra ad 25. Martii 1549.

2 De quo cf. supra p. 634, adn. 1, et infra ad 18. Augusti 1548.

3 Cursor missus erat 21. Dec. (cf. supra p. 728, 10, 1; cf. infra ad 31. Dec. adn. 2), et eadem die non intellegendum est de 21., sed de 24. Decembris. Litterae Cervini citantur a Pallavicino 10, 10, 1.

4 Die lunae 26. Dec. fiebat congregatio consistorialis, in qua deliberabatur de responso dando; quod ipsum Mendozae dabatur 27. Decembris: Pallavicin.

5 Non apparet, cuius bullae.

6 Manellus (f. xxxix) hoc refert ad 1. Ian. 1548-

7 De responso cf. quae adnotantur ad 1. Ian. 1548.

cardinalium in palatio apostolico dedit oratori Caesareo quoad suam petitionem de reductione concilii Tridentum, in qua responsione S. Stas inseruit breve missum ad card. de Monte circa consultationem concilii et ipsius concilii responsum, cum insertione illorum quinque dubiorum, de quibus supra die 19. praeteriti mensis, quorum dubiorum dilucidationem probat pontifex, antequam de reditu concilii ad civitatem Tridentinam agatur, et offert se promptum pro reductione Germaniae 1.

Quod responsum ostendi Rmo D. card. Morono nomine Rmi card. de Monte etc.

Lunae, 2. Ianuarii.

Congregatio generalis: card. de Monte refert de responso dato a pontifice oratori Caesareo et admonet patres, ut vitam piam christianamque agant. — Varia.

^A Hora 21. in Dei nomine fuit prima congregatio generalis praesentis anni 15481 in qua post lectas solitas preces per Rmum et Illmum D. card. de Monte praesidentem ipse 10 Rm^{us} D. cardinalis retulit patribus, qualiter Smus D. N. dedit responsum oratori Caesareo circa petitionem, quam fecerat nomine imperatoris. [Quod] ipse Rmus D. cardinalis alta voce legit; cuius summa est, quod pontifex narrat factum dictae petitionis, et qualiter S. Stas scripserit pro consilio sacrae synodi, et inseritur breve missum ad ipsum Rm^{um} card. de Monte una cum responso concilii, cum insertione tamen tantum eorum quinque dubiorum, 15 de quibus supra die 19. praeteriti mensis; quorum dubiorum dilucidationem probat S. Stas antequam de reditu ad civitatem Tridentinam agatur, et in fine offert se promptam pro unione nationis Germanicae.

Quo responso lecto ipse Rmus D. cardinalis dixit esse agendas gratias Deo et summo pontifici pro eo, quod tantum deferat S. Stas concilio, ut eius voto annuerit in totum, 20 et orandum Deum pro concordia principum 2. Item hortatus est patres, ut recordarentur decreti publicati in secunda sessione Tridentina 7. Ianuarii 1546, in quo continetur, quod episcopi quolibet die dominico celebrent, singulis sextis feriis ieiunent; pro pace principum christianorum et ecclesia orent; in mensa servant sobrietatem et habeant lectionem sacrae scripturae; familiares suos erudiant etc., ut bonum initium anni auspicetur.

25 Omnes patres laudaverunt ea quae dixerat Rmus card. de Monte, et pontifici gratias ^A egerunt et se promptos ad orandum Deum pro pace et unione ecclesiae et principum christianorum se obtulerunt.

Deinde intimatur omnibus, ut mittant crastina die pro exemplo canonum confectorum super abusibus sacramenti poenitentiae, et dimittitur congregatio hora 23.; cui 30 interfuit secundus orator Gallus et 46 praelati.

Rm^{us} D. card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. Ferrariæ 3 super novitatibus, quas intellexerat nocte praeterita a Rmo D. vicelegato Romandiola, videlicet quod dux Florentiae quaerat insidiis capere civitatem Imolae et Forolivii, mittens exemplum litterarum, per quas ipsi vicelegato responderat.

35 Item ad ipsum vicelegatum de provisionibus quibusdam faciendis.

Et ad fratrem suum D. Balduinum in arce Forolivii 4.

Haec omnia contuli cum Rmo card. Morono, loquuti de provisionibus faciendis.

3. Ianuarii, Martis.

W Datur exemplum canonum super abusibus sacramenti poenitentiae omnibus patribus. Actum fuit de concionatore novo in ecclesia S. Petronii.

4. Ianuarii, Mercurii.

40 ^A Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua Rm^{us} D. card. de Monte proposuit patribus sibi videri opportunum, cum instet tempus quadragesimae, praebere aliquam formam contionatoribus verbi Dei in praedicando, ne dum populum a vitiis et

1 Pontificis responsum legitur apud *Raynaldum* ad responso pontificis statibus ecclesiasticis Germaniae, a. 1547, n. 96. 97; *Le Piat* III, 669—672. Cf. *Pal-lavicin.* 10, 10, 1; *de Leva* IV, 396, qui ibid. adn. 2

dicit extare exemplum responsi in tabular. Florent. *Carte Cervin.* 21, 40. Die 1. Ian. 1548 data est etiam

cf. supra p. 711, adn. 1.

2 Huc usque apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 6.

3 Hippolytus Estensis, creatus a. 1538 (*Ciacon.* III, 650).

4 Cf. supra p. 711, 1. 33 s. et adn. 8.

haeresibus retrahere tentant, eum magis infectent. Sed ante omnia observandum esse decretum Tridentini concilii publicatum in quinta sessione die 17. Iunii 1546, in quo cavetur, ne aliquis praedicare audeat sine licentia episcopi loci, id quod etiam in faciem concilii non^o observari videmus, cum quidam Ioannes Baptista Cremaschius ord. Praed. m ecclesia S. Petronii, quae est ecclesia synodalis, sine vel legati vel episcopi licentia s his diebus praedicare ausus est, tanto magis, cum ipse praedicator sit suspectus et in amatus de haeresi. Cui providendum est per D. episcopum Bononiensem. Quo autem ad formam concionatoribus dandam legit quandam conceptam Tridenti pro ipsa quinta sessione, sed non publicatam; quae prae manibus sumi potest a patribus et aptari, ad dendo vel diminuendo, et deinde ipsis concionatoribus praescribi. i0

278. Laudarunt omnes proposita per R^{mo} D. card. de Monte et conclusum, quod per deputatos theologos cura ipsa suscipiatur, et quoad Cremaschinum episcopus provideat. Solviturque congregatio hora 24.; cui interfuerunt ambo oratores Galli et 56 praelati. Recepimus litteras a R^{mo} D. card. S. Crucis ultima praeteriti datas, quod cito erit Bononiae. j

Datur exemplum supradictorum canonum super abusibus sacramenti ordinis1.

5. Ianuarii, Iovis.

Factae fuerunt vesperae vigiliae epiphaniae Domini in ecclesia S. Petronii; e^o it sacra R^{dis} episcopus Thermularum et interfuerunt ambo R^{mi} legati et conciliares.

Scripsi ad k D. card. S. Crucis de gestis in duabus suprascriptis congregationibus et de adventu Ill^{mi} D. Camilli Ursini, qui applicuit heri sero Bononiam 20 iturus Parmam pro defensione illius civitatis etc.

Scripserunt R^m de Monte et Moronus ad card. Farnesium de adventu D. Camilli Ursini, et provideat de pecunia necessaria pro defensione Parmae etc.

6. Ianuarii, Veneris, in festo epiphaniae.

W Celebrata fuit missa solemnis in ecclesia S. Petronii, peregit sacra episcopus Thermularum; fuerunt praesentes ambo R^{mi} legati, id est de Monte et Moronus, et ambo 2< oratores Galli et praelati omnes concilii etc.

R^mLB D card. de Monte recepit litteras a R^{mo} D. card. S. Crucis 3. huius datas m quibus se brevi reversurum significat etc.

7. Ianuarii, Sabbati.

R^{mo}8 D' cf,rd- de Monte scripsit ad R^{mo} D. cardinales S. Crucis et farnesium; ad S. Crucis de re Bellicastrensis cum Fantuzio2, et de pecunia pro praelatis, 30 et in commendationem monasterii S. Dominici pro solutione decimarum

Scripsi etiam ego ad R^{mo} dominum meum S. Crucis historiam D. Bellicastrensis etc. cum D. rederico rantuzio de fiscale Hispano, cui minatus fuerit etc.

1 Scripsit etiam card- de Monte ad card. Farnesium in commendationem D. Antonii Pighetti Bergomatis. 35

Et ad R^{mo} D. archiepiscopum Ragusinum pro sol. cap.b pro D. Antonio Bucchi Parmae.

8. Ianuarii, Dominica.

Tenetur disputatio publica in ecclesia S. Francisci propter commemorationem disputationis, quam Christus habuit in templo, dum esset puer etc.

Mecum cenjaveruntj DD. Triph[o], Sim[on] Perfusinus]3, Hier[onymus] Belar[minus], 40 Barth[olomaeus] Sen[ensis/] Iulius] Ferrariensis/]@

a sic- b nescio quomodo sit supplendum.

1 De adventu Camilli Ursini v. ad diem sequentem et ad 13. Ianuarii.

2 Cf. infra ad 12. Ian. (p. 733, l. 31 ss. et adn. 9).

3 Cf. supra p. 572, l. 12; p. 585, l. 26.

4 Fantuzzi, Notizie degli scrittori Bolognesi VII, 391

agit de *Alessandro Senesi*, cuius e gente videtur fuisse ille Bartholomaeus. Cf. *Dolfini*, Cronologia delle famiglie nobili di Bologna (Bol. 1670, 40) p. 192.

6 Vel est intellegendus unus e gente Ferreorum, e qua erant Fridericiis, Octavius, Hieronymus.

9. Ianuarii, Lunae.

^ Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua incepti fuerunt examinari canones super abusibus sacramenti poenitentiae, loquutique sunt hodie archiepiscopi Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, et episcopi Caesenatensis, Malfectensis, Abricensis. Qui cum hora esset tarda perficere non potuit, sed dimittitur congregatio et datur ei
5 locus ad perficiendam sententiam in futura congregatione, quae vocatur ad diem Mercurii. Mecum cen[avit] D. Diofnysius] Savignanus]1 etc.

10. Ianuarii, Martis.

Scripsimus ad Rm card. S. Crucis de verbis, quae habuit D. episcopus Belli castrensis contra fiscalem Hispanum2 etc.

Item ad card. Farnesium de eadem re.

11. Ianuarii, Mercurii.

10 W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti fuerunt examinationem eorumdem canonum super abusibus sacramenti poenitentiae; loquunturque hodie duo, videlicet Rd's D. Abrincensis, qui in praeterita congregatione ob temporis angustiam votum perficere non potuit, et episcopus Aciensis. Deinde solvitur congregatio hora 23. cum dimidia; cui interfuerunt 53 praelati.

15 Recepti litteras a Rm domino meo S. Crucis 5. datas, quod brevi sit reversurus Bononiam 3. Item a D. Augustino de Bottis ex Neapoli 15. Decembris, quod solverit sex scuta D. Rugerio in Cappella4 pro parte fructuum beneficiorum Oritanforum].

Item a D. Cl[audi]o Aleand[ro]5, qui petit pecuniam.

Fui ad Rm D. card. Moronum nomine Rm D. cardinalis de Monte, loquutus de
20 munitione Bononiensis civitatis, et de discessu Illm D. Camilli Ursini Parmam.

W Recepimus litteras a Rm card. S. Crucis 10. huius datas, quibus significat, quod die lunae praesentis mensis Ianuarii 1548 Romae in secreto consistorio6 pontifex publicavit cardinalem IHm D. Iulium, fratrem germanum Illm D. Guidobaldi ducis Urbini (quem ideo creavit cardinalem pontifex, quia eius frater, dux Urbini, acceperat his diebus
25 in uxorem Hm Victoriam Farnesiam nepotem ipsius pontificis, filiam ducis Placentiae D. Petri Aloysii, filii naturalis pontificis)7 et Illm D. [Carolus]d de Vandomo episcopum, quem ideo creavit pontifex, ne ulla invidia oriretur in Gallia inter amplissimas familias de Guisa et Vandomo, cum in illa de Guisa iam sit unus cardinalis, ut et illa de Vandomo habeat cardinalem, cum in reliquis hae duae familiae sint aequales8 etc.

12. Ianuarii, Iovis.

30 Rm's D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, mittens depositionem D. episcopi Bellicastrensis et Federici Fantuzii contra fiscalem Hispanum, D. videlicet Franciscum Bargas09.

a cod. 11.

b cod. X (supra rasuram).

c sic.

d lacuna in cod.

1 Hoc nomen gentilicium occurrit apud Fantuzzi, Notizie VII, 331.

Cf. ad 12. Ianuarii (l. 31 ss. huius pag.).

Litterae sunt in codice tabularii Vaticani *Concil.* 139 j f- 8 ("Del partir mio non so per ancora cosa certa, ma stimo che doppo l'epiphania m'inviaro, piacendo a Dio, per cotesta volta").

* Cappella erat abbatia prope Neapolim, commendata card. Cervini, cf. supra p. 189, l. 5 et adn. 2; infra

54^ / an' 6t 2^ lumi

Cf. supra P- 725 > 1- 3 et adn. 1; infra ad 14- Ian. 1548 (p. 736, l. 14 s.).

In eodem consistorio card. S. Crucis legatus ad concilium remittebatur (acta consist. cod. Barber.

7 Ve If

Cf. ad 3. Iun. 1547 (supra p. 660, l. 11 ss. et acn. 1), a 31 Iulii (p. 678, l. 3 ss.). Iulius Feltrius de Robore, natus 5. Aprilis 1535, duodecim annorum puer erat, quando 28. (ut ait MassareUus P- 677 > 1* 3^) vel 27- legitur in actis con-

sistor, cod. Barber. XXXVI, 14, f. 28T) Iulii 1547 cardinalis in pectore reservabatur, initio anni 1548 publicabatur. Variarum deinde ecclesiarum factus praesui et Umbriae legatus, optime de Ravenna civitate et de aede beatae Mariae Lauretanae meritis obiit aetate 43 annorum a. 1578 (*Ciacon.* III, 730)

8 Carolus Borbonius de Vendome, Ludovici Condensis principis et Antonii Navarrae regis frater, 22. Dec. a. 1523 natus, primum abbas S. Germani de Pratis> deinde 1539 episcopus Nivernensis, a. 1545 Sanctonensis factus erat; a. 1550 Rothomagensis archiepiscopatum suscepit; praeterea Bellovacensis episcopatus administrator variorumque coenobiorum abbas commendatarius erat. Cardinalis primo diaconus S. Sixti erat, deinde presbyter S. Chrysogoni. Tutor erat Francisci II et Caroli IX regum, et a. 1584 ipse a foederatis ut regnum affectaret inducebatur, sed Henricus III superior evasit. Obiit Carolus a iquo (*Ciacon.* III, 732).

9 Fridericus Fantucius utriusque iuris pro-

Item ad card. S. Crucis, mittens minutam brevis pro observantia decreti Tridentini super praedicatione.

fessor erat in studio Bononiensi et canonicus ecclesiae S. Petronii inde ab a. 1526, deinde a. 1530 ecclesiae cathedralis. Cardinali de Monte ad pontificatum evecto Romam profectus auditor Rotae nominabatur, a. 1553 Senas mittebatur, ut tractaret cum Gallis et Hispanis. Anno 1556 (11. Dec.) ad regem Philippum orator missus, a. 1558 a Paulo III Cariatensis et Geruntinus episcopus renuntiatus est. Obiit a. 1561. Cf. *Fantuzzi*, Notizie degli scrittori Bolognesi III, 288 s.; *Pieper*, Die papstl. Legaten und Nuntien I (Münster 1897), 46. 51. 90—93. Res, de qua agitur, evenisse videtur 5. Ianuarii 1548; depositiones videntur factae esse 10. Ianuarii. Leguntur in codice tabularii Vaticani *Concll.* 10, f. 95, scriptae Fantucii et Iacomelli propriis manibus, titulo apposito per Massarellum:

Depositione di Mr Federico Fantuzzi et di Monsr Iacomelli delli ragionamenti occorsi tra loro sopra al fiscale di Spagna etc.

in Bologna [10. Ianuarii] 1548.

Poiche pure V. S. Rma mi sforza (percioche ella e mio singolarissimo padrone) a depore il vero de quelle parole che furono fra il vescovo Giacomellj et me quella sera, che io cenai seco presente Mr Giovampaolo de Zani et Mr Vincenti Vasselino alias de Salibenj, Giovanni peltraro gia mio s[ervito]re, Pirino m[aestr]o di legnami, anch' egli gia mio s[ervito]re, et Giuseppe hora mio s[ervito]re, ancora che mai volontieri facia questo ufficio, percioche so che Monsignore Giacomellj prencipalmente mi amava come suo figliuolo et de le assai volte mosso da buon gielo mi disse fra lui et me molte parole simili a parte di quelle, che S. Sria mi disse quella sera: nondimeno dico, poiche non posso ottenere questa gratia da V. Sna Rma, lassero di legere domatina et in cambio di studiare la lettione diro su queste carte la pura et mera verita, come la sta, secondo che da Giesucristo mi sera dato et concesso (*cod. consesso*) il lume.

Dico che doppo che noj havessimo cenato et standoci presso al fuoco, mi domando Monsignore Giacomellj, che fosse dei fiscale, et io gli risposi, che il fiscale stava molto alegro, et che s' egli vedeva me qualchevolte stare di malavoglia, mi confortava et mi esortava a non temere, percioche lui havrebbe deposto la testa, che fra il papa et lo imperatore (*cod. add. et*) non serebbe stato guera, anzi che io vederei presto lo imperatore buon' figliuolo dii papa, et che, se io per ragione mi sforzavo di dirli contra, che lui ad ogni cosa [*fol. g j y*] mi rispondeva, che non es nada.

Allora Monsignore Giacomellj mi rispose in colera et dicendo molto forte: Non es nada, he? non es nada, he? Federico, io te dico, che costui e qui nimico di Sua Santitate, et che lui cerca di farti le cose piccole per non te fare paura, percioche egli ci e per fare malo ufficio, d' onde che io ti protesto, che costui ha da essere la tua ruina, ateso che Sua Santita sempre ti haverà per nemico ogni volta, che sapera che costui sia stato ricevuto da te, donde che dove tu facilmente eri per ascendere (*cod. assendere*) alia corte, adesso bisogna che tu pensi altrove, et percio io ti consiglio da amico, cacialo via et mandalo alie forche.

Io allora le rispuosi: Monsignore, io gia ho ricevuto costui, et habiamo mio fratello et io gia commissione dal cardinale di Monte, che e nostro signore et protettore, come sa V. Sria, di farli carezze; come vole V. Sria, che noi hora lo cacciamo senza carico dii cardinale et N. Sre (*cod. Nre*)?

Mi rispose il vescovo: Il cardinale non vi havrebbe mai detto: cacialo via, et io, Signori, bisogna havere

dua orecchie, una per le parole, l' altra per i cenni, et che saj tu, che la mente dei cardinale non sia quanto io te ho detto assai volte?

Io allora tacqui credendo, che, se V. Sna Rma (*corr. pro* il cardinale) fosse stato di tal volontade, che ogn' hora mille volte me lo havrebbe possuto acennare, percioche i suo[i] cenni mi sonno espressi comandamenti.

Sogionse allora Monsignor Giacomellj et disse: Federico, io ti vo' dire piu oltra, che il [*fol. g6 f*] fiscale non e venuto per altro in casa vostra, se non perche egli pensa di esserli sicuro, dubbitando che se fosse altrove, non gli avenesse quello che avviene ai nostri che vano colle inhibitioni nelle terre dello imperadore, che bisogna che si attachino di notte a i cantoni delle mura, altrimenti sono o apicati [*sic*] la gola o buttati ne i cessi, et e gran cosa che una inhibitione in causa privata non si possi dare nelle sue terre, et che nelle nostre vi stia uno fiscale per disturbare uno concilio cosi giusto, cosi santo et cosi quieto, et alloggiato e ben visto in casa de gentil' huomeni, et che poi nel pericolo di tutta la cosa egli stia alegro et dica »non es nada«. Ecco, che io ti voglio insegnare, che egli non ti dira piu »non es nada«, et che di alegro lo farai pensoso, et voglio, che tu faci a senno di Giacomellj, che ti paria come esso, et non come commissario dii concilio. Voglio che tu te ne vaddi a casa et che tu gli dica: »Fiscale, io ti son amico et son tutto, tutto tuo coi cuore et coi' anima, et ecco questa casa e tutta tua et non piu mia, fino a tanto che tu non sii inimico di papa Paolo, ne ti venga voglia di far atto o protesto imeditivo dii concilio. Ma se io sapro il di, che tu habbi a protestare, ti do la mia fede, che la notte io ti facio legare in un sacco et faciotti buttare nel Rheno.« Digli queste parole et vedraj che [*sic*] lo faraj stare alegro et dira »non es nada«, o forsi pensara di andar in Spagna [*fol. g6 y*] et lasarci qui a fare il nostro concilio.

Io risposi: Ha, Monsignore, a uno ministro di Sua Maesta dirli cosi? Non si lamentarebbe poi Sua Maesta dei papa?

Mi rispose allora Monsignore: Ma se Aurelio, segretario dii cardinale di Trento, bravo da parte di Sua Maesta il cardinale Santa Croce, dicendoli, che S. Sria Rraa non serebbe sicura in nessuna parte del mondo [*cf. supra p. 567, l. 1 ss. et adn. 1*], perche non puo Federico Fantuzo per suo interesse particolare bravare uno fiscale, che sia huomo dello imperatore? Io ti vo' dire piu oltra, se doi camufati batessero la testa a piedi al fiscale, o che fosse buttato in una notte in un cesso, che credi tu che si dicesse? Ogn' uno mostrerebbe di haverlo per male et si direbbe: »0 povero gentil' huomo, o egli era molto da bene, e un peccato«, et non si direbbe altro, et forsi, forsi: »beato«, a chi l' avesse fatto.

Io steti cosi mareviglioso et sopra tutto mostrai di non credere, che il Rmo Santa Croce fosse stato bravato, et allora il vescovo si levo in piedi et disse: Di' al fiscale da parte mia, che la cosa e cosi, et che non si puo negare, et che quando nel partire di Trento Monsignor Santa Croce hebbe esplicato le cause de la partita dei concilio, disse: ci e ancora un' altra causa, chi per se sola basterebbe. Non volse dire altro che questo, che io dico hora a te, et e vero come il vangelo. Et sogionse: [*fol. g7 r*] Federico, un' altra volta: ti vo' pariare non come commissario, ma come il tuo Giacomello, che ti amo come proprio figlio, questa e una bella occasione che tu hai di

Scripti et ego ad ipsum R^m dominum meum breviter, cum scripserit se brevi reversurum.

mostrare a papa Paulo, che tu li sei servitore di cuore, et sei suo vassallo. Non ti la lassare scapare, non ti la lassare scapare, che tu te ne pentiraj.

Io allora non dissi altro se non che stei così pensoso; quello che io mi pensassi lo taccio adesso, lo diro poi a V. Sria Rma. Forsi Monsignore fece disegno sulla mia taciturnitate, percioche da ivi a doi o forse tre giorni [ergo j. vel 8. Ianuarii 1548] il fiscale mi fece chiamare nella sua camera, et presente il vescovo di Venosa mi comincio a chiamare (latinamente parlando) per traditore, per infidele, per isleale et per mancatore dal sangue di che io era nato. Et io al principio me ne risi credendo, che lui burlasse meco, percioche egli e assai allegro et festevole huomo, et soleva talora usare detti festevoli con esso me. Ma poi che il vescovo di Venosa mi hebbe accennato, che io non ridessi, percioche il fiscale diceva da doverlo, ti risposi così: Signore, io non so che causa habbi V. Sna con me a dirmi così fatte parole, ne tampoco credo che mio fratello, che e alia villa, vi possi havere offeso, et so io certo, che son huomo da bene. Se dii resto V. Sria [fol. 97W] ha ricevuto dispiacere in casa mia, anzi sua, s'ella mi parlava schietto, ad un medesimo tempo gli mostraro, che il male non e di mia volontade, et che io non son traditore ne tampoco degenero dal mio sangue, come voi mi dite senza dirmene prima la causa.

Allora comincio il vescovo di Venosa a pariare lui in volgare per ispedire la cosa, percioche fra noi sempre si era pariato latinamente, et disse: Federico, sapì, che hogi il fiscale e venuto con esso me a desinare, et hammi detto che Giacomello questa matina inanci desinare e ito a trovare uno vescovo et halli detto: «Monsignore, io voglio hora mostrarti, se Giacomellj e s[ervito]re dei papa. Vaddo a desinare co i Fantuzi, che sono tutti mei, et se verra tempo, che il fiscale vogli protestare, in mio potere sera a farlo la note inanci buttare in un cesso».

Io subito raccordatomi delle parole dettemi da Monsignor Giacomellj apresso dii suo foco, quali havea creduto sempre et aneor credo che fossero di burla et piu tosto per fare una bravata al fiscale che uno trattato con esso me, subito gli negai ogni cosa et gli risposi: Signore, se V. Sria non ha altro con me, che Monsignore Giacomelli habi detto [fol. 98W] tal parole, non lo affermo ne lo niego, percioche e fatto d'altri. Io per me non lo credo, perche so che e huomo da bene et vostro amico, et che sempre mi ha detto bene di voi, et non credo ch'egli tenghi me in conto di tale, che gli basti l'animo di potermi disporre a fare una furfanteria di questa sorte ne lui ne il card. di Monte ch' e il magior padrone che io habbi al mondo, ne ancora mille papi, non che uno. Ma dii suo haverlo detto o non l'haver detto io non la goglio [sic] disputare, vi dico bene et vi giuro con queste lagrime che io ho su gli occhi, che voi vi potete tenere sicuro in casa de Fantuzi non meno che voi foste in casa dii card. di Monte, perche questa casa non e nostra, ma sua, et da S. Sria Rma havemo comissione (come piu volte vi si e detto) di tratarvi come suo fratello et nostro signore. Et sogionsi a cio tante parole, che non basterebbe uno foglio integro a scriverlo.

Allora il fiscale si volto al vescovo di Venosa et disse spagnuolamente, perche io forsi non intendesse, che io era colpevole d'ogni cosa, percioche io negava quelle cose, che loro sapevano di certo. Et percio il vescovo mi si volto et disse: «Mr Federico [fol. 98W] (cosi disse egli), egli non bisogna che voi ci negiate

che Giacomello non v'habbi pariato di questo negotio giobia [5. Ianuarii] di sera in casa sua doppo cena apresso dei fuoco, et vi dissi si et si et si et si», et cosi cominciorno ambe dui a cumulare tutte le parole che havea deto verso me Monsignore Giacomellj, et sogionse il vescovo di Venosa: et se a voi piace di chiamare i vostri s[ervito]ri qui, dandoli licenza che dicano il vero, vi faremo sapere che il vero non si bisogna negare.

Io divenni rosso come un gambero, et subito risposi: Signori, e vero che Monsignore Giacomellj disse certe parole burlando verso di me dii Sr fiscale, ma le non sono parole di trattato ne da farli sopra fondamento, percioche i trattati non si fano presente a otto o nove persone.

Loro instetero molto, che io gli refferessi quelle parole, et io mai lo volsi fare, il perche veddi il fiscale restare male soddisfatto di me, et dubbitai che egli non si partessi di casa con darmi machia, et sempre parendomi d'essere nello inferno, nel quale tuttavia mi pare ancora d'essere, subito presi camino al vescovo Giacomellj et lo avisai del tutto, et pregai lo che de gratia per amor mio fosse contento di andarsi a scusare lui et me, et cosi mi promise di fare.

La matina seguente [fol. 99W] vedendo io, che Monsignore Giacomellj era mancato di quanto mi havea promesso, dubioso pure che il fiscale si partisse con grave sospitione di me et apresso di se et apresso d'ogni huomo da bene, pensai esser necessario a fare che V. Sria Rma assicurasse in casa mia il fiscale, et cosi andai a trovare il vescovo Giambeccari, colla cui Signoria son alevato in studio et so che infinito e lo amore che S. Sria mi porta, et di compagnia venessimo a darne aviso a quella, la quale sa che io gli dissi a bocca formalmente come ad amico di Monsignore Giacomellj la cosa pontalmente come io l'ho scritta, eccetto che se per debilita di memoria non mi sono scordato qualche cossetta, et non gli la dissi io, perche quella mi la facesse porre in scritti et cosi farmi accusatore dii vescovo Giacomellj, ma perche ella assicurassi solo il fiscale, et se pure V. Sria Rma voleva che io scrivessi (come ancora hogi ho detto al Rmo card. Morono mi' signore) mi pare che fosse giusto, che V. Sria Rma prima facesse che il fiscale iustificasse come egli sapesse le parole dette di lui da Giacomellj, et poi fare dire a me quello che io ne sapessi di questa cosa, et se V. Sria Rma fa altrimenti, dico (ma con reverenza) ch'ella mi fa [fol. 99W] torto* Nondi meno io non posso fare se non quanto mi comanda V. Sna Rma, <(alla quale bascio le mani, *atramento pallidore add.*)>.

D. V. Sria Rma

Humjl Servo

Federico Fantuzi.

Ibidem f. 100 sunt depositiones a Iacomello epi scopo datae cardinali de Monte:

Rmo et Illmo Monsegor mio Ossmo.

Havendo V. Sria Rma et Illma con la gratia de nostro Sor Idio trovata la verita della iniusta et iniqua mea prima accusatione [*quae qua in re versata sit nescio*], son certo, trovara il simile circa la secunda.

Primo io dico che non si trovara mai con verita, che io habbia sparato de S. Mta, ma quando e oc curso alcuna volta ragionamento, ne ho pariato con quella reverentia, quale se conviene ad uno tanto signore, quanto e S. M^{te} Cesarea.

Secundo dico, che non si trovara mai, che io habbia dicte queste parole assolutamente, videlicet

Fui ter ad Rmum card. Moronum, bis vocatus ab eo, semel missus a Rm^e D. cardinali de Monte, ut hortarer Dnm S. RTM pro discessu D. Camilli Ursini Parmam versus.

13. Ianuarii, Veneris.

Illms D. Camillus Ursinus, gubernator Parmae missus a Smo D. N., recessit ex Bononia Parmam versus¹.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua prosequuti sunt patres examinationem eorundem canonum super sacramento poenitentiae, loquunturque Armacanus, 5 Troianus, Bononiensis, Grossetanus, Chironensis, Fesulanus et Sarsinatensis. Deinde solvitur congregatio hora 23. cum dimidia.

279v

14. Ianuarii, Sabbati.

RTM D. card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. Farnesium, mittens iudicium suum circa praeparationes bellicas ducis Florentiae². 10

Mittuntur ad Rm^e card. de Guisa³ decreta Tridenti publicata quoad reformationem, auctenticata manu Rmi D. cardinalis de Monte praesidentis et mei, ut secretarii ipsius sacri concilii.

Scripsi ad D. Ioannem Baptistam Cervinum, mittens ei sex aureos in auro, ut illos daret D. Claudio Aleandro una cum quattuor aliis, qui sunt Neapoli in manu D. Rugerii. 15 Scripsi item ad ipsum D. Claudium de missione dictorum aureorum.

15. Ianuarii, Dominica.

Recepimus litteras a R³⁰ D. episcopo Cenetensi, nuncio apostolico apud regem Chrm^m 5. huius datas, quibus significat bonam mentem illius regis erga sedem apostolicam, et quod muniat loca confinium.

Scripsimus ad card. Farnesium, mittentes litteras, quae venerunt ex Gallia, per stafettam. 20

Fui ad card. Moronum bis; qui retulit novitates, quas habebat: quod Parmae custodia fiet expensis regis Gallorum; quod Don Didacus orator Caesareus proficiscatur Romam etc.

16. Ianuarii, Lunae.

Congregatio generalis: Procuratores Caesarei protestantur contra concilium Bononiense.

^{As} Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua incepta fuit prosecutio examinationis eorundem canonum super abusibus sacramenti poenitentiae, loquique cepit R^{ds} 25 D. episcopus Aquensis Vorstius.

Deinde Magd DD. Franciscus Vargas, procurator generalis fisci regni Castellae, licentiat, et Martinus de Soria Velascus Burgensis, iuris doctor, tanquam procuratores Caroli V imperatoris, petierunt audiri a patribus⁴. Qui intromissi fuerunt et ostenderunt

che S. farra un privato gentilhuomo S. con spada et cappa.

Ma esser ben vero, che dimandato da qualche amico ne li ragionamenti particolari, quali sogliono accadere tra li amici come particolare persona, non come commissario, ma come amico, essendo adimandato delle cose dei mondo i. e. qual successo pensava dovessi haver il concilio, ho risposto che io dubitava de male, et questo, si S. M^a fossi stato fixo in proposito, che li prelati, quali stavano in Trento, havessino seguito un conciliabolo, et lo havessi fortificato (*cod. fortigato*) de prelati germani et altri soi subditi, per questo harrei temuto non si fossi venuto a pegio come intervenne al concilio Basiliense, videlicet che havessi il nostro legitimo et vero concilio combattuto con quello altro, et dubitava che la ultima con[gregatio]ne non fosse stata, o che S. M^a havessi per causa di quel concilio pensato annihilar il papa, o vero econtra et, quod Deus avertat, si questo fossi intervenuto [*fol. 100 v*] harrei creduto piu presto S. fossi per annihilar S. M^a che econtra, et questo perche il papa haveva

la causa iusta et era vicario di nostro signore Iesu Christo.

Non si trovava mai che io dicessi questo per far bravata alchuna, ne che io dicessi come commissario, ma come privato homo et come sole parlar uno amico con l'altro amico in certi accidentarii ragionamenti.

Et perche mi ricordo con quatro o cinque gentili-homini divisamente haver trascorsi tali ragionamenti, me offerisco far piu chiaro che il sole, che questo che io scrivo e la verita et che de S. M^a non parlai mai se non come ho dicto de sopra.

Io vescovo Iacomelli manu propria scripsi et subscripsi.

1 Cf. ad 5. Ianuarii, supra p. 732, l. 19 ss.

2 De quibus v. supra p. 731, l. 33.

3 Qui 3. Ianuarii Roma profectus erat.

4 Etiam in actis desideratur expositio accuratior de deliberationibus hac de re habitis. In codice Arch. Vat. *Concil.* t. 10, f. 179 s. leguntur «Sententiae R^{di} I). episcopi Faesularum in congregatione generali 16., 19., 20. Ianuarii 1548 super actis in protestatione Caesaris», quas exhibet *Raynaldus* ad a. 1548, n. 6. 16.

mandatum Caesareum, quod est sub data Augustae die 22. Augusti anni 1547^a. In quo mandato constituebantur procuratores ad protestandum assertis legatis et patribus, qui erant Bononiae sub nomine concilii generalis (ita enim imperator loquebatur) nomine suo et totius imperii et regnorum suorum, prout habebant in mandatis. Data fuit licentia fandi; sed quoniam noluerunt loqui, nisi intromissis in congregatione quibusdam suis notariis et testibus, posita est (eis exire iussis) res in consultationem. Placuit patribus, quod admitterentur sui notarii, sed non rogarentur soli, sed in solidum cum notariis concilii. Et ita factum est¹, ut eorum nomine D. Iulius Lipata Mantuanus et Ioannes Salva Siculus, et nostro D. Claudius della Casa et Nicolaus Driel, sacri concilii notarii, et quinque testes ex sua, et quinque ex nostra partibus intromissi sunt^b.

Postea ante omnia lecta eis fuit protestatio synodi, quod non admittebantur eorum personas neque per eos dicenda, et quod protestabatur, nihil ipsi synodo per hunc actum j praeiudicari.

2801

Deinde ipse Vargas protulit quaedam verba, asserens, quod quicquid dicturi erant, habebant in mandatis a Caesare, et quod ipsi nihil dicent e suo; quodque patres cogitent, quam graviter errarent, si Caesaris voluntati non assentirent.

Respondit Rms card. de Monte verbis aptissimis etiam ex scripto recitatis, quod ipse aderat legatus et praesidens sacrosancti generalis et legitimis concilii pro Paulo III vero et indubitate pontifice, Petri successore et Christi vicario.

Postea ipse D. Velascus legit ex scripto scripturam quandam satis longam, in qua in summa protestabantur nomine imperatoris de invaliditate translationis ex Tridento ad hanc civitatem, et de nullitate actorum et agendorum in hac sancta synodo (quam ipsi praetensam congregationem appellabant) Bononiensi. Item de damnis, malis et calamitatibus, quae exinde reipublicae christianae evenire possent et evenirent. Item, quod litterae scriptae a concilio diebus praeteritis ad Smum D. N. et a S. Ste ad Caesarem sunt subdolae, non convenientes praesentibus calamitatibus, et figmentis plenae. Ultimo protestantur, quod Caesar vult ire obviam tot malis, procellis et calamitatibus, quae defectu, culpa et negligentia summi pontificis Pauli III et concilii evenire in ecclesia Dei timet.

Ad quae omnia Rms D. card. de Monte nomine et assensu totius sanctae synodi respondit, narrata per ipsos procuratores non esse vera et veritatis clypeo carere, de quo contestatus fuit Deum etc., asserens et affirmans, se esse paratum una cum patribus concilii mortem oppetere et martyrium pati, priusquam consentiant, quod hoc exemplum in ecclesia Dei introducatur, ut saecularis potestas velit concilium cogere pro libitu suo et ei libertatem adimere, et imperatorem (quod cum eius pace dictum volebat) esse ecclesiae filium, non autem dominum vel magistrum, et se et collegam suum esse veros sedis apostolicae legatos (quod Caesar negabat in suo mandato, et vocabat eos praetensos legatos), et de eorum villicatione paratos se esse reddere Deo primum, deinde pontifici maximo rationem. Et nihilominus, quia eorum protestatio erat longa et non poterant omnia memoria retineri, monuit ipsos procuratores, ut redirent die Veneris subsequenti in eundem locum et horam solitam congregationis, accepturi ab ipsa sancta synodo plenius et magis congruum responsum, repetens protestationem, quam sancta synodus in principio fecerat.

280V

His peractis dimissa fuit congregatio >(hora 3. noctis)Q et patres discesserunt. Cui quidem congregationi interfuerunt praelati infrascripti: archiepiscopi Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et episcopi Feltrensis, Aciensis, Abricensis, Noviomensis, Iserniensis, Bononiensis, Grossetanus, Troianus, Chironensis, Fesulanus, Sarsinatis, Maioricensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis, Camerinensis, Motulanus, Pisauriensis, Veronensis coadiutor, Salutiarum, Thermularum, Mylensis Ferrettus, S. Pauli, Vigorniensis, Bellicastrens, Venusinus, Aquinatensis, Albinganensis, Briocensis, Setensis, Mylensis Graecus, Maceratensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Alatrinus, ac generales Praedicatorum, Minorum Conventualium, Servorum, procurator Minorum de observantia, abbreviator et promotor, ego Angelus Massarellus de Sancto Severino Camerinensis diocesis, secretarius, Claudius della Casa et Nicolaus Driel, sacri concilii notarii².

a corr. ex 48.

b sic.

c in marg.

¹ Huc usque haec relatio excerpta est apud Raynaldum ad a. 1548, n. 6. 16.

² Integrum processum protestationis a Massarello Concilium Tridentinum.

compositum edemus inter acta; interim consulas Raynaldum ad a. 1548, n. 6—14; Le Piat III, 684—696. Cf. Pallavicin. 10, 11; de Leva IV, 402 ss.

^A Deus optimus omnipotens sua ineffabili bonitate, suiue unigeniti filii Domini et redemptoris nostri Iesu Christi passionis meritis avertere dignetur, ne hodierna dies sit principium maximi schismatis in ecclesia Dei 11

17. Ianuarii, Martis.

Rmus £) card. de Monte scripsit ad Rmum card. Farnesium 2, nuncios ei rem gestam super protestatione, et mittens exemplum omnium scripturarum et actorum per cursorem 5 expressum.

Fui ad Rmum D. card. Moronum, cui nomine cardinalis de Monte ostendi scripturas et retuli, quae heri sero acta fuerant etc.

18. Ianuarii, Mercurii.

Vacatur in formanda responsione danda Caesareis procuratoribus.

Fui ter ad Rmum Moronum pro rebus Parmae. Ostendit litteras Illm D. Camilli Ursini. 10 Scripsimus ad card. Farnesium pro pecunia pro militibus et necessitatibus Parmensibus.

19. Ianuarii, Iovis.

W 3 Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua Rmus D. card. de Monte ostendit patribus responsionem, quae ei videbatur danda procuratoribus Caesareis. In qua quidem responsione respondebatur fere singulariter ad omnia capita principaliora ipsius protesta- 15 tionis Caesareae. Rogataeque fuerunt sententiae paltrum; quibus visum est deligendos esse aliquot, qui una cum Rmo D. praesidente responsionem ipsam aptent et concipiant. Quorum deputandorum electio data est ipsi Rmo D. cardinali de Monte, et dimissa fuit congregatio hora 1. noctis.

Postea Rmus D. cardinalis delegit patres infrascriptos, videlicet archiepiscopos Aquensem, 20 Materanum, Naxiensem, Upsalensem, Armacanum, et episcopos Feltrensem, Aciensem, Abrincensem, Noviomensem, Aquensem Vorstium a, Camerinensem, Veronensem, Salutarum, Bituntinum, Albinganensem, Aliphanum, nec non generalem s. Augustini, D. Seripandum.

20. Ianuarii, Veneris.

Congregatio deputatorum: de responso dando procuratoribus Caesaris. — Congregatio generalis: examinantur canones de abusibus sacramenti poenitentiae; procuratoribus Caesaris non comparentibus fit publicum instrumentum de hac re. — Epistolae scriptae et acceptae.

ts» 4 Hora 16. fuit congregatio suprascriptorum deputatorum coram Rmo D. card. de Monte, qui diu egerunt de responsione danda hodie procuratoribus Caesareis. 25 Cumque per quattuor horas continuas rem omnem examinassent, tandem omnes nemine excepto in unam et eandem sententiam devenere, videlicet, ut brevissime pro nunc respondeatur, affirmando, quod hic est verum et universale concilium, et quod a nemine de hoc dubitari potest. Et quoad adducta per ipsos procuratores, cum sint omni rationi <et veritati> contraria, et videantur piaae et catholicae menti invictissimi imperatoris re- 30 pugnare et adversari, sancta synodus certo credit, vel sine S. Caesareae M^{tis} commissione et scientia, vel ex mala ac sinistra informatione processisse, non recedendo a protestationibus supradicta die lunae factis. Deinde soluta fuit congregatio hora 20.

^A Hora autem 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt sententias suas super examinatione supradictorum canonum super abusibus sacramenti 35 poenitentiae, loquutique fuerunt Rm D. D. Sebastensis, Camerinensis, Motulanus, S. Pauli, Pisauriensis, Salutarum, Thermularum. N

Cumque esset dies assignatus procuratoribus Caesareis pro responso eis dando ad suas protestationes, et hora iam esset 24. et nemo comparuisset, D. Hercules pro-

a cod. Vorstius.

b add. supra lin.

1 Raynaldus ad a. 1548, n. 14.

2 Citatur a Pallavicino 10, 11, 3. 5.

3 Raynaldus ad a. 1548, n. 16. 17 refert de hac congregatione et de alia 20. Ianuarii habita secundum

summarium Massarellianum (ut videtur), addita sententia Faesulani ex cod. Vat. Arch. Concil. t. 10, f. 180 (cf. p. 736 adn. 2).

4 Cf. adnotationem praecedentem.

motor fiscalis concilii rogavit notarios et testes, qui notarii et testes hac de causa intro
missi fuerunt, qualiter sancta synodus cum assignasset procuratoribus Caesareis diem
hodiernam pro responso accipiendo ab ipsa synodo ad praetensas suas protestationes
et parata esset respondere, quod expectaverat ab hora 21. usque ad 24. et nemo com-
5 paruerat, quare per sanctam synodum non stare, quin promissum eis responsum non
dederit, petitque de hoc fieri publicum instrumentum¹. Postea dimissa fuit congregatio
hora 24.; cui interfuerunt ipse R^{mus} D. card. de Monte praesidens et R^{db} D. | archi-
episcopus Aquensis ac Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, et episcopi Mal-
fectensis, Feltrensis, Aciensis, Ambricensis, Noviomensis, Iserniensis, Bononiensis, Grosse-
10 tanus, Troianus, Chironensis, Fesulanus, Maioricensis, Sebastensis, Aquensis Vorstius,
Camerinensis, Chissamensis, Motulanus, S. Pauli, Veronensis, Pisauriensis, Salutarum,
Thermularum, Mylensis Ferrettus, Vigorniensis, Bituntinus, Bellicastrensis, Mirapicensis,
Aquinatensis, Briocensis, Setensis, (Maceratensis)³, Calvensis, (Mylensis Graecus)^a, Albin-
ganensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Carinensis^b, Alatrinus, generalis Praedica-
15 torum, generalis Conventualium Minorum^c, generalis s. Augustinica, generalis Servorum,
prior ordinis Minorum de observantia.

28 IV

In sero R^{mus} D. card. de Monte scripsit ad R^mTM card. Farnesium de re hodierna.
Mane recepimus litteras e Germania 16. huius Augustae datas^d, quibus significat^e
imperatorem post relationem card. Tridentini de sua legatione proposuisse statibus imperii,
20 quod hoc interim, quod concilium non reducitur Tridentum, eligant status imperii aliquot
viros, et ipse Caesar aliquos addat, qui agant et discutiant de re tota controversa super
religione, deinde referant S. S^a, quae constituet quid agendum usque ad futurum con-
cilium (praesupponit enim, quod Bononiae non sit concilium), deinde de concilio agetur².
Recepimus etiam litteras ex Urbe 16. datas, quibus RTM⁸ cardinalis S. Crucis
25 significat, quod D. Didacus orator Caesareus erat ibi, ut protestaretur super concilio etc.

21. Ianuarii, Sabbati.

R^{mus} card. de Monte scripsit ad card. Farnesium super pecunia et necessitatibus
civitatis Parmensis (per cursorem) f.

Fui ter ad card. Moronum, qui ostendit litteras Ill^{mi} D. Camilli Ursini ex Parma
de necessitate provisionum illius civitatis, de Don Pacifico abb[ate] Ravennate], quod
30 cupiat venire ad concilium ut abbas etc.
ts» Ulmus] Octavius Farnesius, dux Placentiae et Parmae, applicuit Bononiam veniens
ex Parma, ubi est Ill^{mus} D. Camillus Ursinus, gubernator generalis ecclesiae in re militari,
et proficiscitur Romam.

22. Ianuarii, Dominica.

W Hl^{ma} D. dux Octavius recessit ex Bononia Romam versus per Flaminiam.
35 ijimus et R^mTM j]. Marcellus Cervinus de Monte Politiano tituli Sanctae Crucis in
Hierusalem, presbyter S. R. E. cardinalis, sacri concilii praesidens et legatus apostolicus
a latere, applicuit Bononiam rediens ex Urbe, quo iverat die 10. mensis Novembris
praeteriti vocatus a. S. D. N. Itaque hodie incipiunt iterum esse in hoc sacro concilio
duo R^m praesidentes et legati. Cui cardinali pontifex dedit denuo potestatem concilio
40 praesidendi³.

^a add. in margine et signis adhibitis hic inseritur.
Veronensem. ^c gen. S. Aug. et Conv. ponitur in Ms.,
^d in marg. legitur curs[us] solfutus] [a legatis?].

^b hic ob signa apposita videtur inserendus esse post
^e sed a et b superscriptis ita ponendos esse indicatur.
^f sic. ^f postea add.

¹ Extat apud Raynaldum ad a. 1548, n. 17;
Le Piat III, 697.

² Raynaldus ad a. 1548, n. 18 exhibet relationem
de his litteris, quas procul dubio miserat card. Sfondratus. Quae propositio a statibus imperii approbata
initium fuit scripturae illius Interim vocatae componen-
dae, de qua v. infra ad 27. Aprilis 1548.

³ In consistorio 9. Ianuarii habito pontifex «decla-
ravit legationis officium eidem R^{mo} D. Marcello car-

dinali commissum propter ipsius Marcelli cardinalis ex
Bononia ad St^{em} S. adventum et mansionem apud eam
factam minime intermissum fuisse aut cessasse, sed
continuasse semper et ad praesens continuare, et qua
tenus opus sit, ipsum S. Stis et sedis praedictae legatum
et praesidentem in dicto concilio prout antea deputatus
fuerat de fratrum consilio de novo deputavit» (Acta
consist. cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 43v). Cf. Ray-
naldzim ad a. 1548, n. 27.

282^A

23. Ianuarii, Lunae.

Propter adventum Rm̄ D. card. S. Crucis non fuit facta congregatio, sed vacatur visitationibus etc.

Informatur Rm̄s D. card. S. Crucis a Rmo D. cardinali de Monte de gestis in protestatione Caesarea etc.

24. Ianuarii, Martis.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua Rm̄s D. card. S. Crucis, secundus sacri concilii praesidens et legatus apostolicus (qui ex Urbe die dominica praeterita redierat), salutavit patres nomine Sm̄i D. N. papae, qui eos paterne amet et diligat, retulitque suae morae causam fuisse urgentia negotia, quae in sua absentia emergerunt, hortatusque fuit patres, ut bono essent animo beneque sperarent (bonitate Dei) de successu praesentium rerum ita turbulentium, et quod S. S⁸ mandaverat observari omnia decreta a sancta synodo Tridenti promulgata, praesertim ea, quae tangunt reformationem¹, cum ea quae dogmata respiciunt iam diu observata fuerint et observentur, de quo patres laetari debent.

Deinde Rm̄s D. card. de Monte egit gratias nomine sanctae synodi S. S⁷ et ipsi Rmo cardinali S. Crucis de labore suscepto.

Postea rogantur sententias super canonibus abusuum sacramenti poenitentiae², loquutusque fuit hodie primo D. Veronensis coadiutor, et post eum Mylensis Ferrettus, Myrapicensis, Vigorniensis, Aquinatensis et Bellicastrensis. Postea dimissa fuit congregatio hora circiter 23. Interfuit secundus orator Gallorum regis et patres qui numerantur in congregatione habita die Veneris supradicta.

Rm̄i DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, qualiter considerato diligenter praesentii statu rerum videtur eis necessarium fieri suspensionem concilii, cum praelati amplius in hoc statu retineri non possint; quae suspensio necessario facienda videtur in responsione oratori Caesareo post eius protestationem danda, ut scandalis obvietur³ etc.

25. Ianuarii, Mercurii.

W Rm̄i DD. legati receperunt litteras ex Urbe 23. datas a card. Farnesio, quibus significat, qualiter ea die lunae D. Didacus orator Caesareus in consistorio fecerat protestationem contra S. St̄m, quae probaverit concilium esse legitime translatum Bononiam, cum translatio non fuerit legitima. Item protestatus fuit de damnis et malis etc., quae inde evenire possunt; et quod S. St̄s petierit tempus ad respondendum⁴.

282^V

Significatum fuit de (trattato) da farsi il Bloglia per il co[n]te Guido Bentevogli⁵, quod retuli Rmo card. Morono, ut provideret.

26. Ianuarii, Iovis.

W Rm̄i DD. legati scripserunt ad Rm̄m card. Farnesium, mittentes iudicium eorum circa responsionem dandam a S. Ste ad protestationem oratoris Caesarei, cum quo coniungat suspensionem, offerendo se facturum iudicium de validitate translationis, quae impugnatur a Caesare. Per cursorem solutum⁶.

27. Ianuarii, Veneris.

W Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua prosequuti fuerunt patres examinationem eorundem canonum super abusibus sacramenti poenitentiae, loquutique sunt

a sic. b proprie qe aqqaqo; sed errores in adhibendis cifris saepius accidunt Massarello.
0 cod. in cifra: rf brrbrp eb gbstk km cmphmkb gfs km dpuf hxkep cfoufxphmk.

¹ Id factum esse in signatura gratiae Cervinus iam 21. Dec. 1547 scripserat cardinali de Monte, cf. *Pallavicin.* 10, 11, 2.

² Huc usque legitur haec relatio apud *Raynaldi* ad a. 1548, n. 27.

³ Cf. *Raynaldum* 1. c.

⁴ Protestationem exhibet *Raynaldus* ad a. 1548, n. 19—25, responsum ibid. n. 26; aliis documentis auctam dat *Le Piat* III, 699—71^o. Integra omnia

edentur inter acta. Cf. *Pallavidn.* 10, 12, 2 ss.; *de Leva* IV, 405 ss. — Eodem die 23. Ianuarii etiam Maifeus scripsit Cervino, quibus litteris usus est *Pallavicin.* 10, 12, 1.

⁵ Cf. p. 741, l. 4. 11. 26. 28 et adn. 2.

⁶ Cf. *Raynaldum* ad a. 1548, n. 27. — Litteras adhibuit *Pallavidn.* 10, 13, 1. — Simul Cervinus scripsit Maifeo, cf. *Pallavidn.* 10, 12, 1, et legati Maifeo: *Pallavidn.* 10, 13, 1.

R DD. Bituntinus, Albinganensis, Chissamensis, Sagiensis, Maceratensis, Mylensis Graecus, Aprutinus. Deinde dimissa fuit congregatio hora 23. cum dimidia; cui interfuit secundus orator Gallus et 49 patres.

Fui ad Rmum D. card. Moronum ter pro rebus publicis tractandis, seditionibus¹ etc.

28. Ianuarii, Sabbati.

R DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de pecunia pro Parmensi, et de suspensione concilii etc.

Miserunt ad 11¹TM & Camillum Ursinum, gubernatorem generalem ecclesiae, Parmae commorantem, 5 milia aureorum pro stipendio militum, qui sunt in illa civitate pro Smo D. N.; quae scuta acceperunt cardinales de Monte, S. Crucis et Moronus mutuo a D. Cornelio Malvagia argentario Bononiensi, et numerata fuerunt D. Guilhelmo Dei.

Fui quater hac de causa et de tract[atu]b2 loquutus etc.

Scribitur ad IHmum ipsum Camillum de re ipsa etc.

29. Ianuarii, Dominica.

R DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 26. datas, quibus significat die lunae, quae erit dies crastina, S. Stendaturam responsum oratori Caesareo³.

Missa fuit caedula cambii scutorum 500 quolibet mense pro praelatis pauperibus concilii subveniendis⁴.

Scripserunt ad IHmum D. Camillum Ursinum, mittentes litteras ex Urbe.

Pransus fui cum D. episcopo Sulmonensi, Trifone etc.

30. Ianuarii, Lunae.

Hora 21. fuit congregatio generalis, in qua patres prosequuti sunt examinationem canonum super abusibus sacramenti poenitentiae, hodieque loquuti fuerunt episcopi Alyphanus, Alatrinus, Sulmonensis, et generales Praedicatorum et Minorum Conventualium. Deinde dimissa fuit congregatio hora 23., cui interfuerunt 48 praelati et secundus orator Gallus.

Ultima Ianuarii, Martis.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de pecunia Parmam mittenda et de receptione 5000 aureorum.

Fui ter ad card. Moronum pro eodem tractatu.

1. Februarii, [Mercurii] 1548.

Scribitur ad vicelegatum Romandiola pro promotore concilii⁵.

Fui quater ad card. Moronum pro eodem tractatu⁶.

2. Februarii, Iovis, in festo purificationis.

W Fit cappella, celebravit D. episcopus Aprutinus, benedixit et distribuit candelas Rms D. card. de Monte, cui primum dedit unam archiepiscopus Aquensis, decanus praelatorum, qui sunt in concilio, absente Rmo cardinali S. Crucis ob adversam valetudinem. Deinde ipse Rms cardinalis dedit candelas oratoribus Gallis, postea archiepiscopis, episcopis, generalibus et officialibus concilii, et successive nobilibus et theologis. Legatus civitatis et antiani non fuerunt praesentes, sed sacra audiverunt in sacello palatii, ubi et

¹ cod. sedit ---; cf. adn. i. h ita supplevi secundum quod infra ad i. Februarii legitur.
c haec relatio atramento pallidior est scripta.

1 Cf. supra ad 25. Ianuarii et infra ad 11. et 23. Februarii.

2 Quod intellexerim de tractatibus, qui tunc facti videntur esse a Bentivolis et aliis, ut Bononia trade retur imperatori, cf. infra ad 11. et 23. Febr., supra ad 25. et 27. Ian.

6 Revera responsum datum est in consistorio 1. Februarii, cf. infra p. 742, l. 16 ss.

4 Cf. Manelli librum ad hunc diem f. 39.

0 De eadem re scribebatur Farnesio, cf. p. 604, adn. 3.

6 Hoc die accipiebantur mutuo 500 scuta a Malvasia, cf. Manelli librum f. 39.

candelas acceperunt. Candelae quae distributae fuerunt, erant ponderis pro Rm̄s legatis trium librarum, pro oratoribus trium, pro archiepiscopis, praelatis et officialibus concilii duarum librarum, pro nobilibus et theologis unius, pro aliis mediae. Summa omnium fuit librarum [i225]bl.

Rm̄ DD. legati fuerunt compadres in baptismo filii D. [Iulii] Riarii ex 5
D. [Isabella] de Pepulis, filia D. Philippi², interfueruntque baptismo eorum nomine D.
Ludovicus, magister domus cardinalis de Monte pro Dñe S. RTM3, et pro cardinali S. Crucis
ego Angelus Massarellus. Impositum est nomen puero Petrus Raphael, cui dedimus
dono catenas duas aureas ponderis 60 aureorum.

Scripserunt ad card. Farnesium de conscribendis aliis 300 militibus pro 10
custodia civitatis Bononiensis ob praesentes motus.

Qua de causa scripserunt etiam ad card. Crispum legatum Umbriae et ad ducem
Urbini, in quorum ditionibus milites sunt conscribendi etc.

3. Februarii, Veneris.

Rm̄ DD. legati scripserunt ad sapientes ad utilia civitatis Ravennatensis pro episcopo
Myleni, ne gravet' eum in solutione subsidiorum etc. *5

283V **Eadem die.** Applicuit Bononiam cursor ex Urbe cum litteris Rm̄
card. Farnesii³, qui significat, qualiter Sms D. N. die Mercurii I. huius mensis in
consistorio dederat responsum ad protestationes factas coram S. Ste ab ora
tore Caesareo. Cuius responsionis summa est, quod S. Stas cum videat fieri contro
versiam de validitate translationis concilii ex Tridento, ipsa avocat ad se hoc iudicium 20
cognoscendi de validitate, constituitque iudices quattuor cardinales, videlicet Parisiensem,
Burgensem, Crescentium et Polum, qui audiant quoscunque contra dictam translationem
opponentes vel opponere volentes, quibus datur terminus unius mensis a die intimationis.
Hoc vero interim praecipit supersederi ab omni actu conciliari quocunque in loco sub
gravissimis poenis ipso facto incurrendis, et ipsum concilium quoad prosecutionem sus
pendit, donec iudicium huiusmodi penderit⁴, mandans legatis qui hic sunt et praelatis qui 25
Tridentum remanserunt, ut mittant ad S. Stem aliquos viros bene instructos et morigeratos,
qui utriusque partis occasiones afferant⁵, et partes suas tueantur. Offerens S⁸⁸ S. hoc
interim missuram se in Germaniam unum vel duos legatos, ut aliquod remedium illi
nationi tribuatur hoc medio tempore, dum iudicium pendet⁶ etc. 3°

Rm̄ DD. legati scripserunt ad card. Sfondratum legatum apud imperatorem, ut
significet hanc responsionem S. M⁴, cum cursor ex Urbe Augustam proficisceretur etc.

Scripserunt item ad card. Farnesium de receptione suarum, et quod cito
mittat breve, per quod S. S⁷ praecipiat, quod⁰ hic faciendum sit, et quod vocet ad se
ipsos legatos pro maiori instructione huius causae⁵. Et mittuntur litterae 11⁷11 D. Camilli 35
Ursini ex Parma etc.

4. Februarii, Sabbati.

Rm̄ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, rogantes, ut cito mittatur
breve, per quod S. S⁸⁸ praecipit quid hic agendum sit etc.

Ostendi Rm̄ card. Morono et oratoribus Gallis responsionem pontificis superscriptam.
Fui ad card. Moronum pro rebus cardinalis de Monte Papien[sibus]⁶ etc. 4°

a *numerus avulsus est hodie in codice originali, sed legitur adhuc in copia bibliothecae Vaticanae 6688.*

b *lacuna in cod.* c *sic.*

d *vel asserant? codex hic laestis est, aliqua verba desunt; suppleri potest ex exemplo Vat. 6688.*

1 Manellus in libro pecuniarum ad 5. Martii 1548:
»A M¹ Ludovico Musotto gentilhuomo Bolognese scudi
vintinove d' oro, lire tre, bolognini otto et denari otto
a moneta Bolognese, quali sono per resto di scudi
cento decesette simili lira una denari otto, spesi da
lui in Venetia per mille ducento vinticinque libre di cera
bianca distribuita in capella dei concilio nel giorno
della purificazione dei' anno presente, et per la con
dottura di detta cera da Venetia a Bologna — scudi 29
bajocchi 106«.

2 Nomina supplervi ex vita Alexandri Riarii, fratris

Petri Raphaelis, quam habet *Fantuzzi*, Notizie degli
scrittori Bolognesi VII, 183.

3 Litterae non possunt esse datae nisi I. Februarii
(propter adventum 3. Febr.), quo die etiam Maffeus
scripsit Cervino: *Pallavicin.* 10, 13, 1.

4 Transumpsit hanc relationem *Raynaldus* ad a. 1548,
n. 31. Responsum extat apud *Raynaldum* ibid. n. 29.
30; plenius apud *Le Piat* III, 711—726. Cf. sum
marium apud *Pallavicin.* 10, 13, 2 ss.; *de Leva* IV, 411.

5 Responsum v. infra ad 11. et 15. Februarii.

6 Cf. ad 5. et 6. Febr. et infra ad 15. Martii 1548.

5. Februarii, Dominica.

Fui ad card. Moronum pro litteris scribendis ad praesidentem et magnum cancellarium Mediolanensem pro episcopatu Papiensi Rmi cardinalis de Monte etc.

Signantur decreta Tridentina pro archiepiscopo Aquensi authenticata¹ etc.

Applicuit Bononiam archiepiscopus Ragusinus, vicelegatus Bononiae, rediens ex Parma².

5 Rmus p) card. S. Crucis coepit aliquanto gravius aegrotare. Deus restituat illi sanitatem ob utilitatem ecclesiae suae. Vir enim est tum sanctitate vitae, tum morum institutione et virtutibus insignis, et a laudatis hominibus laudatissimus.

6. Februarii, Lunae.

254r

Rmus J) card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de infirmitate cardinalis S. Crucis, qui hodie male se habuit, et de rebus Papiensis episcopatus³,

io Fui ad card. Moronum bis pro delicto commisso a D. Cornelio de Pepulis contra Barisellum⁴.

Rmus j) card. Moronus fuit ad card. de Monte, de infirmitate cardinalis S. Crucis loquutus.

7. Februarii, Martis.

Rmus card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de mittendo cito breve suspensionis concilii, quae nonnullis non placeat facta, ut in responsione data
15 D. Didaco legitur, cum sit contra auctoritatem concilii⁵ etc.

Habui cifram a D. Paulo Vitello cum exploratore illo etc.

RmM D. card. S. Crucis incipit convalescere, de quo gratiae agenda sunt Deo.

8. Februarii, Mercurii.

Rmus L) card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, rogans ut cito mittat breve pro resolutione concilii, et de litteris amissis prope Urbinum etc.

20 Fui ad card. Moronum pro commendatione D. Ioannis de Fondac, quem liberavit a carceribus etc.

Recepimus litteras ab Illmo duce Urbini super militibus in suo dominio conscribendis etc.

9. Februarii, Iovis.

Recepimus litteras ex Urbe a Rmo card. Farnesio 5. datas, quibus significat, quod cito mittet breve pro resolutione concilii, et quod mittet pecuniam pro militibus conscriptis Bononiae.
25

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras Rmorum legatorum. Retulit, quod habuit ex Mediolano etc.

Scripsimus ad Illmum D. Camillum Ursinum, ad quem misimus litteras ex Urbe etc.

10. Februarii, Veneris.

Rmus card. de Monte scripsit ad card. Farnesium iudicium suum de modo
30 tenendo in futurum in concilio, mittens nomina praelatorum qui interfuerunt in translatione et qui nunc sunt Bononiae, per staffettam, cui solvi aureos 13.

Fui ad card. Moronum bis nomine cardinalis de Monte pro militibus 500 conscriptis pro custodia civitatis.

Fuimus pra[nsi] cum D. Hierfonymo] Ferr[eo]: Lorenjzinus], Bellfarminus], Carfoc-
35 cius], Virgfilius] 6 etc., cred[entiarius], but[tellarius].

Ninxit Bononiae per totam diem.

11. Februarii, Sabbati.

W Recepimus litteras a Rmo card. Farnesio 7. datas Romae, per staffettam, quibus significat placuisse Smo D. N. descriptionem 500 militum a nobis factam pro

1 Cf. supra p. 230, adn. I; p. 729, l. 38.

2 Nescio an eo iverit profecto Octavio, cf. p. 731, l. 31.

3 Cf. infra ad 15. Martii 1548.

4 Cf. infra ad 28. Iulii 1548.

5 Cf. infra ad 11. et 22. Febr.

6 De hoc nomine cf. infra p. 769, adn. 4.

custodia Bononiensis civitatis, et quod cito mittet breve, et quod ipsi Rm legati non recedant ex Bononia*, et quod Bononia oblata fuerit imperatori a quibusdam² etc.

RmMD. de Monte scripsit ad card. Farnesium de receptione supradictarum, et quod responsio data D. Didaco non utique satisfaciat neque quoad materiam neque quoad formam, reddens rationem³ etc.

5

Fui ad card. Moronum litteras Farnesii communicatum].

284V

12. Februarii, Dominica carnisprivii.

Factus fuit ludus bellicus inter octo armatos levis armaturae homines, quorum duo (qui erant scholares) ictus aliorum (qui erant Bononienses) expectabant, pedesa tamen.

RmMD. card. de Monte ivit spectatum] apud palatium civitatis una cum card. Morono etc.

Rmus £) carcj s Crucis convaluit etiam hodie plurimum, de quo gratiae Deo agenda⁴ sunt.

Manellfus] mecum cenavit in camera mea in domo Campegiurum.

13. Februarii, Lunae.

Fui pran[sus] cum Sart[o] magistro postarum Trifoneque.

Rm DD. legati scripserunt ad D. archiepiscopum Beneventanum, legatum apostolicum apud Venetos, de receptione suarum 8. huius datarum, et de cap- tura marchionis Massae apud Pontremolum⁴ etc.

Fui apud gubernatorem Bononiae, D. archiepiscopum Ragusinum, pro Duce⁵, latorea litterarum Venet[ias], quem carceribus detrudi fecit.

14. Februarii, Martis, in die carnisprivii.

Rmus j) card. S. Crucis incepit optime convalescere, deditque aditum visitandi eum volentibus, fuitque primus card. de Monte, qui antea iverat ad card. legatum etc.

20

Recepimus litteras a card. Crispo legato Perusii super conscribendis militibus in sua legatione etc.

Fui ad card. Moronum et Ulm[in] Paulum Vitellum, quibus ostendi dictas litteras etc.⁵

15. Februarii, Mercurii, prima die quadragesimae.

W Non fit cappella ob suspensionem factam quoad processum concilii ad aliquem actum conciliarem etc.

25

Rm DD. cardinales legati de Monte et S. Crucis celebraverunt privatim in aulis suis, dantes cineres suis familiaribus. Accepi ego a Rmo card. de Monte.

Recepit litteras a card. Farnesio cardinalis de Monte 11. datas, quibus significat: pontifici non placere quod card. ipse de Monte discedat ex Bononia⁶ etc.

Rm tres legati subscripserunt duas cedulas, unam 500 scutorum, quos mutuo ac ceperunt a D. Mattheo de Amorinis, alteram 450 scutorum a D. Cornelio Malvagia pro solutione stipendii dandi militibus, qui sunt ad custodiam huius civitatis Bononiensis etc.

30

16. Februarii, Iovis.

Fui ad card. Moronum pro commendatione D. Ioannis de Arm[is/J et fil[i]o] D. Ben[edicti] Victforis?⁷

Recesserunt ex Bononia comes Philippus Pepulus et Iulius Ces[ari]us⁸

35

Rmus card. de Monte fuit ad card. Moronum pro commendatione scholfaris].

a sic.

1 Cf. supra ad 3. Febr., p. 742, l. 16 ss.

2 Cf. supra ad 25. et 27. Ian.; infra ad 23. Febr.

3 Cf. infra ad 22. Febr., p. 745, l. 32 ss.

4 Cf. infra ad 19. Febr. Captus erat marchio 22. Ian., cf. *de Leva* IV, 410.

5 XVI kal. Martii 1548 data est epistula adiecta homiliis tribus paraeneticis liabitis a fr. Francisco a Conceptione, »dum concilium sui dissolutionem minaret« : *Concil.* 74, f. 57; cod. Vat. 6208, f. 114.

6 Cf. supra ad 3. et 11. Febr.

7 Benedetto Vittori, celeberrimus medicinae in studio Bononiensi professor, tempore concilii amicus cardinalis de Monte factus est, cui postea librum *Empirica* inscriptum dedicavit. Mortuus est a. 1561. Cf. *Fantuzzi*, *Notizie degli scrittori Bolognesi* VIII, 189.

8 Gens Cesariorum florebat Bononiae, cf. *Fantuzzi* l. c. III, 172. Cf. ad diem sequentem. Sed *de Leva* IV, 426 commemorat Iulianum Cesarinum imperatori faventem.

17. **Februarii**, Veneris.

RTM DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, rogantes ut cito mittat breve pro rebus concilii, ostendentes multis rationibus, quod praelatos non possunt retinere diutius in hoc statu, cum multi recedant.

Fui ad card. Moronum bis pro transitu Illm D. Hippolyti de Corrigio et Iulii Caesar⁵ sarfii], de quibus <timet[u]r> al etc.

18. **Februarii**, Sabbati.

Rm legati solverunt 350 aureos haeredibus D. Ioannis Baptistae² et sociis argentariis Bononiensibus pro parte debiti 500 scutorum de mense Iunii ab eis pro usu concilii susceptorum, et solvitur interjesset] pro toto praesenti mense.

Fui ad card. Moronum, qui retulit quae habuerat ab Hispano milite, qui hodie
10 pertransivit Bononiam veniens a curia Caesarea, quod bene speret de unione imperatoris cum pontifice, et quod hoc anno non fiet bellum.

Item ostendit litteras 111^m D. Camilli Ursini ex Parma de deposito pecuniarum hic faciendo.

19. **Februarii**, Dominica.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, rogantes iterum, ut quant-
15 ocus mittat breve concilii, vel per litteras suas privatas notificet mentem Sm D. N., et de decapitatione D. Iulii Cibo, quib ab imperatore mandatur.

Fui ad card. Moronum, cui retuli novitates ex Germania, videlicet quod imperator mandaverat decapitari Ulmum D. Iulium Cibo marchionem Massae, ex eo, quod in ventus fuerit in itinere eundo Genuam cum intentione interficiendi Illm D. Andream
20 Dorian³. Item quod imperator suspendi et in partes scindi fecerat quendam capitaneum Bavarum eo, quod conscriberet milites in Germania pro rege Galliae.

20. **Februarii**, Lunae.

Rm DD. legati scripserunt ad legatum apostolicum apud Venetos D. archiepiscopum Beneventanum de receptione suarum, et de novitatibus quae habentur ex Germania, de quibus supra.

25 Scribitur ad vicelegatum Romandiolae pro praetore Docciae a cardinali de Monte etc.
Rms j} card. S. Crucis fuit spatium ad locum Angelorum extra portam S. Mamuli etc.

21. **Februarii**, Martis.

Rm DD. legati receperunt litteras ex Urbe 15. datas, privatas tamen, quibus significatur D. Didacum oratorem Caesareum discessisse die prima quadragesimae
30 ex Urbe, re infecta apud pontificem.

Fui ad card. Moronum, cui commendavi negotium D. Tyresii Foscarii⁵ nomine cardinalis S. Crucis.

22. **Februarii**, Mercurii.

Fui ad card. Moronum, cui litteras ostendi ex Germania et Urbe.

35 Rms D. card. de Monte recepit litteras a D. Maffeo episcopo Massetano 18. datas, responsivas ad rationes, quibus improbatur responsum datum a pontifice D. oratori Caesareo, ostendens esse factum secundum iudicium et consilium ipsorum legatorum 6.

Receperunt item litteras ex Augusta a card. Sfondrato, quibus signi-

a cod. in cifra uknfus.

b sic.

1 Ob machinationes ad il. et ad 23. Februarii relatas?

2 Ioannis Baptistae Gabriellis heredes, cf. ex. gr. Manellum f. 52.

3 Cf. supra ad 13. Februarii. De Iulii Cionis fati v. de Leva, Storia IV, 380 ss. 409 ss. (p. 380, adn. 3 ibidem citatur Fr. Musettini, Ricciarda Malaspina e Giulio Cibo. Modena 1864). Supplicio

Concilium Tridentinum. I.

affectus est marchio in castello Mediolanensi 18. Maii 1548.

4 i. e. 15. Febr., cf. Pallavicin. 10, 14, 1.

5 Cuius in codice tabularii Vat. arm. XI voi. 45, f. 499 — 508 extat carmen: Conversio divi Pauli, a. 1547 cardinali de Monte dedicatum. Cf. de eo Fantuzzi l. c. III, 355 ss.

6 Cf. supra ad 7. et 11. Febr.

ficat Caesari non placuisse commissionem causae, quam pontifex fecit de invaliditate translationis, licet sit adhuc dubius Caesar, quid agere debeat.

Scripsimus Romam de receptione dictarum litterarum¹.

23. Februarii, Iovis.

Fui ad card. Moronum, commendans ei D. Antonium Fantuzium nomine cardinalis de Monte, et D. archiepiscopo Ragusino. 5

Capiuntur duo nobiles Bononienses, videlicet D. Franciscus Raynucius comes, et D. Vincentius Bovius. Primus est ex numero 40, qui habent gubernium civitatis, et hoc ob suspicionem, quae habetur, quod machinaverint contra civitatem cum Bentivolis exuli².

Applicuerunt Bononiam oratores civitatis Neapolitanae revertentes ex Germania ab imperatore³, qui indulsit illi civitati ob crimen laesae maiestatis diebus praeteritis commissum, solvendo 100 milia aureorum. Retulerunt M^{tem} S. adhuc dubiam esse super responsione pontificis. 10

24. Februarii, Veneris.

R^{mus} card. S. Crucis scripsit ad card. Farnesium de stipendio 500 petidum, qui sunt in hac civitate, et quod dimitti non debeant per alios tres aut quattuor menses. 15

R^{mus}jj Card. de Monte laborat podagra, ideo eas nomine iam a 10 diebus litteras subscribo et mandata et alia.

285V

25. Februarii, Sabbati.

Applicuit Bononiam cursor D. — a Metis, qui praesentavit nomine S^m D. N. breve R^{ms} DD. cardinalibus de Monte et S. Crucis legatis apostolicis et praesidentibus sacri concilii sub data Romae apud S. Petrum 16. Febr. 1548. In quo quidem breve S. Stas significat id quod actum fuit cum oratore Caesareo circa protestationes de invaliditate translationis concilii ex Tridento Bononiam, et quod Stas S. advocavit ad se causam istam, licet non dubitet de validitate translationis et quod hic sit verum concilium, tamen ut satisfiat iis, qui opponunt ad istam translationem, hoc iudicium facere vult; quare mandat, ut hinc mittantur Romam ad S. B^{nm} aliqui praelati non pauciores tribus, instructi et informati de ipsa translatione una cum processu authentico ipsius translationis quantocius⁴. 20 25

Qui cursor fert etiam breve ad praelatos, qui sunt Tridenti⁵, ut, si quid habent contra ipsam translationem, adducere possint; unde et ipsorum aliqui etiam Romam ad S. St^m se conferant.

Qui cursor tulit etiam litteras card. Farnesii 18. et 21. datas, quibus significat id quod factum fuerat. 30

Ostendi dictum breve R^{mo} card. Morono et oratoribus regis Gallorum.

R^{ms} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de receptione suarum litterarum et brevis.

26. Februarii, Dominica.

Recessit ex Bononia cursor Tridentum versus cum breve ad praelatos illic commorantes, ut, si quid habent contra translationem, mittant aliquos ex eis ad S. St^m, id adducturi etc. 35

Fui ad R^{mm} D. card. Moronum pro negotio tractatus et captis etc.

Intimatur congregatio pro die crastino hora 20.

27. Februarii, Lunae.

Congregatio generalis: Legitur patribus responsum a pontifice oratori Caesareo datum et breve missum ad praesidentes, et dicuntur sententiae a patribus. — Varia.

W Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua post lectam solitam orationem s. spiritus per R^{mm} D. card. S. Crucis (laborante chiragra et podagra R^{mo} D. de Monte) ipse R^{ms} D. cardinalis retulit patribus ea quae acta sunt Romae per oratorem Caesareum coram S^{mo} D. N. de protestatione, et quid S. Stas responderit, et qualiter receperint ipsi 40

a lacuna in cod.

¹ Ex litteris Cervini privatis ad Maffeu directis habet particulam *de Leva* IV, p. 412, adn. 4; p. 413.

² Cf. supra ad 25. et 27. Ian. et ad 11. Febr.

³ Cf. supra p. 663, l. 25 et adn. 1.

⁴ Breve legitur apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 32.

⁵ *Le Piat* IV, l. Cf. *Pallavicin.* 10, 14, l.

⁵ Est apud *Raynaldum* l. c. n. 34. 35; *Le Piat* IV, 3. Cf. *Pallavicin.* io, 14, ?; infra ad 4. April.

Rf1 legati breve a S. Ste, ut statim ostendatur, et quid S. S*3 petat intelligent. Sed ante omnia mandavit, ut ego Angelus Massarellus, sacri concilii secretarius, legerem responsum praedictum datum a S. S'e ad protestationem Caesaris. Quod alta voce legi. Deinde legi breve S. Stis directum ipsis Rm̄s DD. legatis, per quod Stas S. significat id
5 quod actum est nomine imperatoris coram S. Ste et quod ipse responderit, qualiter asumpserit ad se iudicium cognoscendi de validitate translationis, postquam a Caesare contra eam opponitur. Igitur mandat, ut aliqui praelati instructi de ipsa translatione non pauciores tribus ad S. Stm accedant, ut assistant defensionem ipsius translationis, quo iudicio pendente inhibet, ne procedatur ad aliquem actum conciliarem in praeiudicium
10 ipsius iudicii faciendi.

Breve lecto rogantur sententiae patrum super numero mittendorum. Quibus in sententiis dicendis omnes laudaverunt pietatem pontificis, et ei gratias egerunt, exceptis Armacano, Abrincensi et Noviomensi, quibus non placebat fieri istam deputationem, ne praeiudicaretur auctoritati concilii (tenent enim concilium esse supra papam) et D. Fesulanusa, qui cupiebat sine mora reverti Tridentum; ii autem, qui hodie loquuti fuerunt, sunt Aquensis, Materanus, Naxiensis, Upsalensis, Armacanus, Cesenatensis, Malfectensis, Feltrensis, Aciensis, Ambrincensis, Noviomensis, Iserniensis, Troianus, Chironensis, Fesulanus, Maioricensis, Sarsinatensis, Aquensis Vorstius, Sebastensis, Portuensis, Camerinensis, Motulanus.

20 Deinde hora 24. dimittitur congregatio, cum antea admoniti fuissent patres, ut libere ut decet dicere debeant sententias suas, modeste tamen et cum reverentia de S. Ste loquantur. Quo autem ad quaestiones per aliquos motas, esse omnino extra propositum, nihil ad praesentem consultationem pertinere. Interfuerunt ambo oratores Galli.

Fui ad card. Moronum, qui ostendit litteras a card. Farnesio receptas 22. datas,
25 et de conscribendis militibus a Marescotto]b1 dixerunt.

Facta fuit legalitas in instrumento confecto a D. Nicolao Driel2.

28. Februarii, Martis.

Congregatio generalis: Pergunt patres dicere sententias; card. de Monte vituperat nonnullos, qui improbantur facta per pontificem. — Massarellus agit cum episcopo Abrincensi.

^ Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua patres prosecuti sunt vota sua super propositis in hesterna congregatione, hodieque loquuntur Veronensis, S. Pauli, Salutarum, Pisauriensis, Thermularum, Mylensis Ferrettus, Mirapicensis, Vigorniensis,
30 Bellicastrensis, Aquinatensis, Albinganensis, Briocensis, Mylensis Graecus, Niverniensis, Aprutinus, Alyphanus, Minoriensis, Sulmonensis, abbas Lucianus, generales Conventualium Minorum, Heremitarum s. Augustini, Servorum, et procurator ordinis Minorum de observantia. Qui omnes remiserunt numerum et electionem deputandorum in arbitrium Rm̄orum legatorum, qui dixerunt quod cras declarabunt, quid eis super propositis
35 videatur. Conquestusque est Rm̄ card. de Monte, quod aliqui patres improbare voluerint facta per S. Stm, et quod illi tales incurrissent poenas excommunicationis et alias contentas in diplomate pontificis, et quantum in se erat vitare intendebat Rm̄s DD. Abrincensem et Noviomensem, qui talia dixerant. Deinde solvitur congregatio, cui interfuerunt praelati suprascripti et nominati in hesterna congregatione, exceptis Portuensi, Abrincensi
40 et Noviomensi, qui talia dixerant.

Post congregationem ivi ad Rm̄m D. episcopum Abrincensem", quem fraterne monui nomine Hm̄orum legatorum eum incurrisset poenas excommunicationis et aliarum censurarum contentas in cedula lecta in consistorio, ubi pontifex advocat ad se causam istam, ut ipse episcopus consuleret rebus suis, cum non solum non probaverit electionem
45 praelatorum faciendam, sed protestatus fuerit contra eam etc. Ipse pie et catholice declarando votum suum prolatum in hesterna congregatione dixit et attestatus est, se in primis paratum esse obedire litteris apostolicis, et placet ei quod mittantur aliqui praelati ad S. Stm, quorum numerum et nominationem remittit Rm̄um legatorum arbitrio, sed id nollet fieri cum praeiudicio auctoritatis concilii, ad quod dixit direxisse protestationem

a sic. b cod. Maras.

1 Conicio intellegi Aemilium Marescottum, cf. supra p. 694, l. 41. venisse videntur epistolae ex Urbe 24. datae; litteras Maffei eo die ad Cervinum datas citat Pallavicin. 10,

2 Die 27. Febr., de quo nil refert Massarellus, ad- 14, 3, excerpit de Leva IV, 413, adn. 1; 414, adn. 3.

suam, et requisivit me secretarium concilii, ut hanc suam declarationem et votum in actis concilii redigerem et notarem, prout feci.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de iis, quae heri et hodie acta sunt, mittentes litteras ex Gallia per stafifettam etc. solfutam].

29. Februarii (ob bisestum), Mercurii.

kj Hora 20. fuit congregatio generalis, in qua Rm DD. legati, cum in eorum 5
arbitrium ab omnibus fere patribus remissa esset electio et numerus deputandorum,
nominaverunt primum Rm DD. archiepiscopum Aquensem, decanum praelatorum qui sunt
ad praesens Bononiae. Qui archiepiscopus cum se pluries excusasset propter diversa
impedimenta et praesertim ob gravedinem et indispositionem corporis sui¹, eum excusatum
habentes nominaverunt Rm DD. archiepiscopum Materanum, episcopos Feltrensem, eoad- 10
iutorem Veronensem, episcopum Salutarum, episcopum Albinganensem, episcopum Aly-
phanum, qui approbati fuerunt ab omnibus uno ore. De quo actu rogati fuerunt D. Clau-
dius de la Casa et D. Nicolaus Driel ipsius concilii notarii, qui ad hoc in locum con-
gregationis introducti fuerunt una cum duobus testibus. Qui DD. deputati ituri sunt
Romam ad conspectum S. Stis, ad assistendum defensionis translationis concilii ex Tridento 15
Bononiam iuxta formam litterarum apostolicarum. Interfueruntque huic congregationi
praelati, qui in duabus praecedentibus congregationibus praesentes fuerunt, excepto Fe-
sulano, Abrincensi, Noviomensi et Portuensi, fuitque praesens secundus orator Gallicus.
Dimittiturque congregatio hora 23.

Addiderunt Rm DD. legati his deputatis promotorem et Boncompagnum ut advocatum. 20

286V

1. Martii, Iovis, 1548, Bononiae.

Rm DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio 27. datas cum litteris card.
Sfondrati ex Augusta 18. Februarii datis una cum scripturis dietae Augustensis, quae
consensit ut fieret colloquium inter deputatos aliquos de rebus religionis, prout Caesar
ab eis petierat. Item scribitur Caesarem nolle acquiescere commissioni causae, quam
fecit pontifex de invaliditate translationis, sed velle appellare ad legitimum concilium, et 25
velle ratificare quod suus orator protestatus fuerat contra S. Stm (de quo supra), 'nisi
redeatur Tridentum² etc.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de electione facta praela-
torum, de receptione suprascriptarum litterarum, et de reditu cursoris ex Tridento.

Rediit cursor ex Tridento, qui retulit se executioni demandasse quae ha- 30
bebat in mandatis a Sm DD. N., id est quod praesentaverat breve S. Stis cardinali
Giennensi et praelatis quibusdam ex iis, qui sunt Tridenti, quorum brevis summa supe-
rius³ descripta est.

W Recessit ex Bononia D. episcopus Salutarum, unus ex deputatis, Romam versus.
Fui ad card. Moronum, cui ostendi scripturas supradictas etc. 35

2. Martii, Veneris.

Accipiuntur mutuo a D. Petro de Bonfilio scuta aurea mille a Rm tribus legatis
pro stipendio dando militibus 225 Helvetiorum, qui nunc proficiscuntur Romam ad
custodiam summi pontificis.

⁴ D. episcopus Motonensis coadiutor Veronensis, unus ex deputatis a concilio, re-
cessit ex Bononia Romam versus. 40

3. Martii, Sabbati.

R DD. legati scripserunt ad archiepiscopum Sipontinum, nuncium
apostolicum in Portugallia⁴, de re controversa habita cum D. episcopo Portuensi die

¹ Cf. infra ad 18. Martii, p. 753, adn. 1.

² Relatio transumpta a Raynaldo ad a. 1548, n. 43.
Litterae allegantur a Pallavicino 10, 14, 3.

³ Ad 25. Febr., p. 746, l. 19 ss. De responso
a Tridentinis dato v. infra ad 4. Aprilis 1548.

⁴ Non est Ioannes Andreas Mercurius, qui a 20. Febr.
1545 usque ad a. 1549 fuit archiepiscopus Sipontinus,
sed Ioannes Riccius, qui ante eum rexerat illam eccle-
siam, quam dimisit reservata sibi denominatione archi-
episcopi Sipontini, cf. supra p. 194, adn. 8. De quo

lunae in congregatione generali praeterita cum cardinali S. Crucis, cum ipse D. episcopus vellet detrudere honori S. Sts dicens, quod haec via causae cognoscendae de validitate translationis erat ad nectendas moras prosecutioni concilii, fuit a Rmo cardinali S. Crucis modeste reprehensus et monitus, ne vellet divinare de mente S. Stis, quae ardentissima semper fuit pro celebratione concilii, et quod vota licet libere dici in concilio debeant, debent tamen dici sine laesione alicuius, et multo minus S. StiB quae est caput nostrum.

Recesserunt ex Bononia Rd DD. episcopi Feltrensis, Albinganensis et Alyphanus ex deputatis a concilio, ituri Romam ad S. Stm.

Vacatur formando iudicio mittendo ad card. Farnesium super litteris missis a card. Sfondrato ex Germania super concilio.

4. Martii, Dominica.

W Recesserunt ex Bononia R'lus D. archiepiscopus Materanus, [unus] ex deputatis a concilio ituris Romam.

Item episcopus Motulensis ad ecclesiam suam, cui dedi memoriale meorum beneficiorum in Apulia.

Rmi DD. legati scripserunt ad card. Farnesium iudicium eorum quoad concilium, videlicet cum timeatur, quod imperator sit ratificaturus gesta per D. Didacum in protestatione, et nolit acceptare iudicium translationis et allegare S. Stm suspectam et appellare ad legitimum concilium¹, quod S. Sts convocet ad suam praesentiam concilium quocunque ex loco et cum eius assistentia una cum oratoribus principum qui interesse voluerint, causam super validitate translationis cognoscat et super ea sententiam ferat². <Per staffettam.>b

5. Martii, Lunae.

287r

RTM DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod archiepiscopus Aquensis habuerit licentiam revertendi in Galliam a suo rege, et de mittendo breve ad status ecclesiasticos Germaniae directum D. nuncio apud Helvetios; et quod rex Galliae missurus erat quendam camerarium suum ad S^m D. N., ut ratificaret gesta per cardinalem de Guisa apud S. Stm, ut retulit orator Gallus.

Fiunt litterae patentes D. Petro Galesio, Ioanni Piccotti et Ioanni Hiverei' familiaribus archiepiscopi Aquensis, quod fuerint in concilio Tridenti et Bononiae ad servitia ipsius archiepiscopi, eos commendantes capitulo et ordinariis, in quorum ecclesiis beneficiati existunt, signatae sigillis Rmorum legatorum et manu mea ut a secretario concilii.

Et D. archiepiscopo Aquensi facta est fides de electione deputatorum ut eant ad S. Stm ex concilio.

6. Martii, Martis.

Concipiuntur litterae ad card. Farnesium, ut in convocatione quam facturus esset pontifex adderetur, quod convocatur concilium ad hunc actum tantum,

a cod. libera.

b alio manus ductu add.

c vel Huvrai^a

in *Garampi* libro citato p. 289 ita legitur: »Nel 1544 ai 25 di Giugno fu eletto arcivescovo di Siponto (*Act. consist.*), e due giorni dopo destinato nunzio apostolico in Portogallo (*Brev.num. 401. 402*) in luogo di *Luigi Lippomano*, vescovo di Modone, che per essere stato dichiarato coadiutore del vescovo di Verona [cf. supra P-533>adn. 2], dovette ritornare in Italia (*l. c. num. 406*). Continuo il nostro Giovanni la sua nunziatura fino air anno 1549, e verisimilmente finche da Giulio III fu cola spedito per nunzio *Pompeo Zambecari* [v. supra p. 692, l. 14, adn. 3], vescovo di Sulmona (*Brev. 4. Mart. ijjo, num. 116*). Intanto pero fin dall'anno 1544 ai 14 di Agosto avea rinunciato il suo chiericato di camera [19. Dec. 1542 susceptum, cf. ibidem quae praecedunt] (*lib. offic. Pauli III. p. 18*), e nell' anno seguente ottenuta in amministrazione la chiesa di Chiusi ai 20 di Febraio (*Act. consist.*). — Giulio III richiamatolo dalla nunziatura di Portogallo ai 19 Dicembre dell'anno

1550 lo creò tesoriere generale (*lib. official. p. 33*), e ai 20 di Novembre (non già dei Dicembre come suppone il Ciaconio) dell' anno 1551 il promosse alla porpora (*Act. consist.*), [1554 missus est ad legationem Bononiensem]. Morì egli finalmente nel dì 1. di Maggio dei 1574, e fu sepolto in S. Pietro in Montorio *in cappella a se ipso vivente prius praeparata . . . aetatis suae anno LXXX*, come leggesi ne' diari mss. di Francesco Mucanzio cerimoniere pontificio» (Minus accurata sunt quae leguntur de eo in *Spinelli Benci* Storia di Montepulciano p. 97 ss.). — Infra ad 9. Martii refertur has litteras traditas esse fratri Francisco a Conceptione Portugallensi, unde hunc in patriam profectum esse apparet, Ipse habuerat illas homilias tres par-aeneticas, de quibus supra p. 744, adn. 5.

¹ Cf. supra ad i. Martii.

² *Raynaldus* ad a. 1548, n. 43 litteras excerpit et hanc relationem transumpsit.

cognoscendi de validitate translationis, et ipso iudicio facto ad declarandum, si translatio fuerit invalida, redeundum esse Tridentum, si vero valida, ad declarandum quo in loco concilium (si Bononia minus apta videatur) proseguere debeat, sed non mittantur litterae ob suspicionem, quod pontifex non intromittat se supra concilium, quod se non posse facere asserunt Galli.

5

Tota die laboratur in his litteris aptandis.

7. Martii, Mercurii.

^A Rm D.D. legati scripserunt ad card. Farnesium de discessu episcopi Venu sini ex hac civitate Bononiensi Tridentum versus una cum rebus suis, de quo verendum est ne imperator velit aperire aliquod schisma in ea civitate, ubi sunt adhuc praelati illi, qui non consenserunt translationi concilii.

10

Fui ad card. Moronum pro deposito facto hic 8000 aureorum et diminuenda custodia civitatis ad 300 milites etc.

8. Martii, Iovis.

Conciuntur litterae ad nuncium Helvetiorum¹ et ad summum pontificem in responsione brevis².

Et fui apud card. Moronum pro commendando ei Rm D. Laviniam Columnam quoad tutoriam sui filii ex Marsiliis.

55

Rm D.D. legati receperunt litteras ab Illmo D. Camillo Ursino ex Parma 5. datas, et a Rm D. vicelegato Romandiolae 7. datas.

9. Martii, Veneris.

Rm D.D. legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum 5. datarum, reddentes rationem, quare sex praelati electi fuerint ut eant ad S. Stm.

20

Item ad Hieronymum Francum de S. Severino, nuncium apostolicum apud Helvetios⁸, reddentes rationem actionum S. Stis in procuranda pace inter Caesarem et regem Chm⁹ et celebratione concilii, et mittentes copiam brevis transmissi ad status ecclesiasticos Germaniae⁴.

W D. Iulianus Ardinghellus, missus a card. Farnesio ad imperatorem, applicuit Bononiam; recessit hora 19.5

25

287V Item [scribunt legati] ad Sm D. N. in responsione brevis de mittendis praelatis ad S. Stm et de electione facta.

Item ad archiepiscopum Materanum, mittentes ei dictas litteras pontificis⁶, ut eas praesentet S. Sw ut caput deputationis.

30

Item ad episcopum Alyphanum, mittentes exemplum litterarum 4. datarum ad Farnesium super avocando ad S. Stm concilio.

Item ad archiepiscopum Sipontinum nuncium in Portugallia duplicatum litterarum 3. datarum, quas detulerat frater Franciscus a Conceptione⁷, et mittuntur per cursorem Romam.

1 Cf. ad diem sequentem.

2 Quod responsum (datum 9. Martii 1548) legitur apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 36; *Le Piat* IV, 6.

3 Hieronymus Francus, Massarello cognatus (parente et servitor se ipse Francus nominat in litteris ad hunc datis), Septempedae (S. Severini) a. 1491 natus erat. Muneribus pro Marco Antonio Columna et card. Augustino Trivultio (cuius familiaris videtur fuisse; de eo cf. supra p. 408, adn. 3 et infra ad 4. Aprilis 1548, p. 757, l. 23) strenue functus apud Franciscum, I Galorum regem equitis s. Michaelis insignia a. 1532 ab hoc reportavit. Inde ab anno 1541 usque ad 1552 quinque nuntius apostolicus ad Helvetos mittebatur (et etiam, ut vult titulus monumenti a Dominica Bonella uxore positi, sub Marcello II). Cum a. 1552 a Iulio III revocatus esset, maximo de ea re dolore est affectus, ut eius litterae ad card. Innocentium (non Christophorum) de Monte 13. Iulii 1552 Curiae datae (apud *C. Wirz* n. 314, p. 473; exemplum praeterea in codice Arch. Vat. *Concil* 139, f. 259, quo in volumine

sunt etiam epistulae querelarum plenae quas scripsit Massarello: f. 250: dat. Badae 14. Apr. 1552; f. 258: Rapisvili 10. Iulii 1552; f. 261: Lugani 6. Aug. 1552) ostendunt. Obiit Francus Romae 31. Augusti 1561 septuagenarius. Cf. de eo *Sarpium* 2, 59; 4, 2. 22; *Raynaldum* ad a. 1546, n. 57; 1551, n. 10; *Ioan. Carol. Gentilium*, De ecclesia Septempadana I (Maceratae 1836), 249 s.; III (Mac. 1838), 139; et maxime *C. Wirz*, Akten über die diplom. Beziehungen der rom. Curie zu der Schweiz (Quellen zur Schweizer Geschichte. XVI, Basel 1895) P-xxv ss., qui epistulas a Franco ex Helvetia ad card. Farnesium aliosque scriptas exhibet.

4 De quo v. supra p. 711, adn. 1; p. 731, adn. 1.

5 Iam 13. Martii Ardinghellus erat Augustae, v. Caroli V litteras ad reginam Mariam 15. Martii Augustae datas apud *D. Ruffel*, Beiträge I, 103, n. 143; cf. *de Leva* IV, 415. De eius reditu v. infra ad 28. Martii.

6 Cf. ad 8. Martii (l. 13 s. et adn. 2 huius pag.).

7 Cf. p. 748, adn. 4 in fine.

10. **Martii**, Sabbati.

^A Datur facultas absolvendi a lectione librorum Lutheranorum fratri Reginaldo de Genua, ordinis Praed., D. Ioannem Evangelistam de Nicolatiis, artium et medicinae doctorem Faventinum, secundum formam brevis directi Rms legatis concilii, sed signatur tantum a Rmo cardinali S. Crucis, cum uterque etiam solus possit.

5 Signantur litterae commendaticiae patentes pro D. Vilelmo Pollet, clerico Viennensis Delphinatus, quod fuerit in concilio ad servitia D. archiepiscopi Aquensis Galli, in forma consueta.

11. **Martii**, Dominica.

Applicuit Bononiam nobilis quidam missus a Chrmorege ad Snum D. N. ratificaturus omnia, quae gessit card. de Guisa cum S. Ste de confederatione¹ etc. Quae
[o omnia retulit Rmo D. cardinali S. Crucis una cum multis qualitatibus regis.

Scripserunt R¹ legati ad card. Farnesium de adventu dicti nobilis et de discessu crastino fiscalis Hispani.

Receperunt litteras a card. Farnesio 7. huius Romae datas, quibus indulgetur episcopo Vestensi ut eat Romam.

15 Scribitur ex Urbe, qualiter pontifex creaverat vexilliferum et capitaneum generalem S. R. E. Illm D. Octavium Farnesium, ducem Placentiae et Parmae, ipsius pontificis ex filio naturali nepotem, cum stipendio 12 000 aureorum quolibet anno².

12. **Martii**, Lunae.

Rmi DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de receptione suarum 7- datarum
20 et de licentia data episcopo Vestensi.

Item ad Illm D. Octavium Farnesium, congratulando de novo sibi dato honore vexilliferatus ecclesiae.

W Item ad D. Herculem Severolum promotorem concilii, cui mittitur processus translationis concilii ex Tridento Bononiam authentic³us, subscriptus
25 manu D. Claudii de la Casa, notarii concilii, et manu mea, secretarii concilii, ut dictum processum praesentet nomine ipsorum legatorum ad Snum D. N., qui illud³ petiit in breve.

13. **Martii**, Martis.

2881

Fui ad card. Moronum pro 100 aureis dandis militibus, qui dimittuntur a custodia huius civitatis, ubi nunc restant 300 pedites Itali, 125 Helvetii et 30 equites levis armaturae.

RmuS p car(). de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco ad recuperandam valetu-
30 dinem, cum laboret podagra et chiragra.

14. **Martii**, Mercurii.

Applicuit Bononiam D. Antonius Helius, secretarius Rmi card. Farnesii, ex Urbe proficiscens Venetias versus.

Rmi DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio 10. huius Romae datas, in quibus significat receptionemstrarum 3. datarum super concilio Romam vo-
35 cando, et de electione praelatorum missorum ad S. Stm.

15. **Martii**, Iovis.

R¹ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum 10. datarum, et reddentes rationem electionis deputatorum, ut eant ad S. Stm, et de dis-
cessu episcopi Aquensis, qui (recessit ex Bononia die 24. sequenti)^b3.

a sic.

b corr. pro hodie recessit/ oblitus est Massarellus corrigere discedet.

¹ Card. de Guisa 3. Ian. 1548 Roma reversus erat in Galliam (in castello Francolino ad Padum sito cum Iulio Cibone colloquium habuerat, et iam antea Venetiis, cf. *de Leva* IV, 410 et adn. I ibid.). De foedere inter Gallos et pontificem per cardinalem tractato cf. *de Leva* p. 397 ss.

² Creatio facta erat in consistorio 5. Martii; simul Horatius Farnesius, Octavii frater, praefectus Urbis ad vitam electus erat (acta consist. cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 49, cf. supra p. 696, adn. 2).

³ Cf. infra ad 24. Martii. Consilium abeundi iam antea videtur habuisse, cf. p. 748, l. 8; p. 753, adn. 1,

Rmus}} carc[. de Monte scripsit pro rebus suis Papiensibus ad Sm̃m D. N., ad cardinales Tranensem et Farnesium et D. Pighinum. Nam ipse Rm̃s D. card. de Monte, qui etiam est episcopus, citatus fuit a duobus senatoribus laicis Mediolanum, quibus comissa est quaedam causa contra ipsum card. de Monte praetextu, quod episcopus Papiensis praedecessor ipsius cardinalis propter sua delicta amiserit feuda episcopatus Papiensis, quae feuda devoluta sint ad cameram imperialem. Fuit ipse episcopus olim Papiensis D. Hieronymus de Rubeis Parmensis privatus a pontifice Paulo III ob quoddam homicidium et alia delicta perpetrata ab ipso episcopo, et eius episcopatus datus fuit Rm̃ cardinali de Monte. Nunc, quia ipse D. Hieronymus est amicus D. Ferrantis Gonzagae gubernatoris Mediolani, ipse Don Ferrandus molestat ipsum cardinalem praetextu suprascripto, quod feuda episcopatus Papiensis devoluta sint ad fiscum ob delicta ipsius D. Hieronymi, et ideo citatur ipse cardinalis, qui est legatus concilii et actu praesidet in concilio, ad comparendum coram duobus laicis — res inaudita et memoratu digna, ut omnes videant, quis ordo servetur in statu illo Mediolanensi sub imperatore nostro, et quod peius est, haec omnia fiunt, ut, privato cardinali de ipsis feudis, restituantur ipsi D. Hieronymo, ob cuius delicta praetenditur vacasse, adeo quod neque ecclesia neque fiscus neque cardinalis, sed ipse homicida bona ecclesiae dilapidabit*.

288V

16. Martii, Veneris.

^ Applicuit Bononiam rex Tunetanus, qui a proprio filio oculis orbatus et regno expulsus proficiscitur ad imperatorem² (qui alias ipsum regem in regnum instituerat praeteritis annis, et nunc arcem Goletae possidet,) ut ab eo aliqua subsidia impetret. Vehitur lectica, comitatus a paucis admodum equitibus Africanis. Receptus fuit cum magno honore a Rm̃ cardinali legato huius civitatis.

Rm̃ DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio 12. datas super concilio Romam transferendo et iudicio ipsorum Rm̃ legatorum per litteras 3. huius transmissas.

Fui ad card. Moronum pro stipendio militum 300 praesentis mensis.

Pransus cum D. episcopo Sulmonensi, Aquinatensi, Malfectensi, Trifone.

17. Martii, Sabbati.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte pro litteris scribendis ad card. Farnesium in responsionem suarum 12. datarum, quoad difficultates quae opponuntur in convocatione concilii Romam. In die concipiuntur litterae, sed non potuerunt expediri.

Rm̃ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium tenoris de quo supra.

1 Post *cardinalis* supplendum est *habebit*, cum dicere voluerit auctor ecclesiam vel cardinalem bona dilapidatos fuisse. — Dolendum est cardinalem de Monte eum promptum animum dimittendi episcopatum Papiensem non amplius habuisse, quem monstra verat in congregatione concilii Tridentini 22. Ian. 1546 habita, cf. supra p. 22, 1. 31 ss. Illius Rubei vita in *Garampi* libro saepe citato (*Saggi* etc.) p. 253, adn. 10 ita describitur: Gio. Girolamo de' Rossi Parmigiano ottenne la chiesa di Pavia a di 3 di Giugno dei 1530, allora vacata per la rassegna fattane dal card. Antonio dei Monte e da Giovanni Maria suo nipote. Per alcuni supposti suoi delitti Paolo III a di 27 di Luglio dell' anno 1539 lo chiamò a Roma (*Brev. num. 804*), lo racchiuse in castel S. Angelo, e destino ai 12 Dicembre Diomede Pauloni commissario per formarne il processo in Lombardia (*Brev. n. 1140*). In appresso ai 6 di Febbraio dei 1540 constitui amministratore della detta chiesa Alessandro Pallantieri [de quo v. supra p. 615, adn. 3], finche fosse discussa e terminata la causa di Girolamo (*Brev. n. 91*). Questa termino certamente in suo svantaggio, essendo egli poi stato privato della chiesa, che a di 4 di Giugno dei 1544 fu conferita al sopraccennato Giov. Maria dei Monte già cardinale (*act. consist.* [cod. Barberin. XXXVI, 13, f. 280r]). Questi poi assunto al supremo pontificato reintegro il nostro Girolamo nella sua chiesa [v. Massarelli diarium VI, f. 340r] e lo costitui inoltre governatore di Roma a di 22 di Novembre dell' anno 1551 (*Brev.*

vixnum. S99) > nel qual grado egli era già tuttavia nell' anno 1554 (*\$>. I signaturar. p. jq*), essendogli poi successo a di 21 di Gennaio dei 1555 Girolamo Butinoni vescovo di Sagona (*Brev. lulii III num. 21*). Mori nell' anno 1564 in Prato, dove avea ottenuta la cittadinanza. Di che e da vedersi il *Casotti* nelle Notizie della vita di Gio. della Casa [praemissis editioni operum huius, Firenze 1707], il *Bottazoni* nella *Vita* premessa alle *Rime* dei nostro de' Rossi, da lui pubblicate in Bologna nell' anno 1711 . . . Fu comendatario della badia di Chiaravalle del distretto di Piacenza: *Poggiali*, Mem. stor. di Piacenza tom. IX, p. 307. Ebbe il chiericato di camera a di 11 Novembre dei 1529: *Div. Camer. t. LXXXII*, p. 67. 116, e nei medesimo successe poi nei di 1 di Giugno dei 1541 Giulio Gonzaga. Cf. supra p. 712, 1. 9 s. et adn. 1; infra ad 8. Iun.; 20. Oct.; 4. 5. Nov. 1548, et maxime diarium VI, f. 340r; *Pallavicin.* 10, 17, 3.

2 Nomen regis erat Muley Hassan, nomen filii Ahmed. Extant epistolae a rege ad Don Ferrantem Gonzagam scriptae: Lettere di Muley-Assan re di Tunisi a Ferrante Gonzaga, tradotte e commentate da Michele Amari e precedute da una prefazione di Federico Odorici (Atti e Memorie delle RR. deputazioni di storia patria per le provincie Modenese e Parmense, vol. III, Modena 1865, p. 154—190), quod opus citatur a *G. de Leva* IV, p. 359 (sed coniectura Odorici et Levae ibi prolata non valde probabilis mihi videtur esse).

18. Martii, Dominica.

Expediuntur suprascriptae litterae ad card. Farnesium.

t;> Rm DD. legati scripserunt ad episcopum Cenetensem, nuncium apud regem Chrmum de receptione suarum io. et 21. Februarii datarum, et de electione praelatorum, qui iverunt Romam ad S. Stm, et quare Galli praelati non fuerint electi, quia videlicet non fuerit visum DD. oratoribus regis Galliae, cum quibus communicato consilio antequam electio fieret dixerunt eis non videri eligendos illos, qui non interfuerunt translationi, neque illia qui interfuerunt, sed non consenserunt, sed neque illi qui interfuerunt et fuerunt neutri, ut fuit episcopus Mirapicensis, qui solus ex praelatis Gallis translationi interfuit¹. Ergo a sufficienti partium enumeratione omnes Gallos, qui nunc sunt Bononiae, excludi voluerunt, licet Rm DD. legati libenter eos elegissent.

19. Martii, Lunae.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de obitu episcopi Chissamensis bibliothecarii apostolici, qui obiit morte repentina Venetiis², et commendarunt episcopum Mylensem Ferretum pro illa ecclesia Chissamensi, cum reliquerit Mylensem³.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cui retuli de obitu episcopi supradicti, et ad cardinalem [S. Crucis] eadem die et eadem ex causa, et ut bona dicti episcopi signarentur.

20. Martii, Martis.

Rm legati scripserunt ad card. Farnesium commendantes ei magistrum cursorum Bononiensem pro militatu Romandiola.

Emi tentorium e bav[ell]a cum coopertorio aureis 14 in auro.

Fui ad card. Moronum pro rebus episcopi Chissamensis.

21. Martii, Mercurii.

In die s. Benedicti Rm DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio 17 datas, quibus significat receptionem nostrarum 12. datarum cum processu ad D. Herculem Severolum.

Item a D. episcopo Albinganensi auditore camerae, quod applicuerint Romae omnes deputati a concilio, excepto Materano, et quod ibunt simul ad osculandum pedes S. Stis.

Item a D. Hercule Severolo promotore concilii, quod receperit processum translationis.

Fui hac de causa ad card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco et Moronum, qui retulit novit[ates] ex Urbe.

22. Martii, Iovis.

Fui ad card. Moronum et factum fuit inventarium bonorum episcopi Chissamensis nuper Venetiis defuncti.

Emi cist[am] pro cusinfis] etc. cremfesinam], vir[idem] [et] nig[ram] bjaioccis] 23 scutis 2.

23. Martii, Veneris.

Fui ad card. Moronum, perfecimus inventarium rerum bibliothecarii] et retuli de frumento mentem Rm cardinalis S. Crucis.

Cum D. Trif[one]b sp[atiatum] ad d[ivam] Virgfinem ?]' etc.

a sic. b cod. Tif. ' vel ad D. Virgplium ?

¹ Et has rationes et Aquensis archiepiscopi excusationes (supra ad 29. Febr., p. 748, l. 8 s.) nil aliud fuisse quam vanos praetextus iam Pallavicinus (io., 15, 2) expressit: nolebant Galli apertam litem provocare cum Hispanis inconsulto rege.

² Augustinus Steuchus, de quo v. supra p. 194, adn. 10; p. 381, adn. 1.

³ At non Ferretto, sed Prospero de S. Cruce datus est episcopatus iam 22. Martii 1548: (Pontifex)

»referente vicecancellario providit ecclesiae Chissamensi tunc per obitum bo. me. Augustini Steuchi olim episcopi Chissamensis extra Romanam curiam defuncti vacanti de persona magistri Prosperi de Sancta Cruce clerici Romani, causarum palatii apostolici auditoris . . . cum retentione . . . etiam officii auditoratus causarum palatii huiusmodi . . .« (Acta consistorialia. cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 52*). Cf. infra ad 27. Aprilis 1548.

24. Martii, Sabbati.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de receptione suarum 17. datarum et de spoliis episcopi Chissamensis debitis et creditis¹, et quod hodie recessit archiepiscopus Aquensis versus Galliam.

Fui ad card. de Monte apud S. Michaellem in Bosco pro suprascriptis litteris expediendis.

Expedita fuit fides pro episcopo Thermularum, quod sit in concilio, et de breve 5 decimarum, cuius vigore fiunt exempti permanentes in concilio.

25. Martii, Dominica palmarum.

Mane Rras D. card. S. Crucis legatus concilii ivit ad audienda sacra in ecclesiam S. Proculi; noluit ire ad ecclesiam conciliarem S. Petronii, cum pro nunc suspensi sint omnes actus conciliares.

Rmus autem card. de Monte primus praesidens est apud S. Michaellem in Bosco 10 laborans podagra, et Rma D. card. Moronus legatus civitatis Bononiensis una cum magistratibus ivit ad ecclesiam S. Petr[onii]\

Rm DD. legati receperunt litteras a D. legato Venetiarum ---b datas.

26. Martii, Lunae sancta.

W Rm DD. legati receperunt litteras a Rmo card. Farnesio 22. huius datas, quibus significat qualiter eadem die fuerat congregatio generalis Rm⁷ cardinalium coram 15 S. Ste, in qua DD. deputati a concilio hoc Bononiensi (de quibus supra die 29. Februarii) comparuerunt coram S. B'lc iuxta breve S. Stis, praesentantes S. Bni litteras R¹⁰ prae sidentium sacri concilii, in quibus significatur eorum electio. Deinde D. archiepiscopus Materanus caput deputationis alloquutus fuerat quaedam verba satis opportuna, commen- 20 jdans auctoritatem conciliorum S. SH. Qui auditus fuit et excepti omnes a S. Stemagna cum animi exhilaratione².

Scribit item card. Farnesius, quod S. Stas est contenta, quod Rm legati concilii eant ad ecclesiam ad audienda sacra, sed nullum actum conciliarem faciant, item quod eodem modo audiantur theologi minores³.

Fui bis ad card. Moronum, ostendens litteras suprascriptas. Qui retulit novitates 25 ex Germania et Gallia, et quod timeatur de bello inter imperatorem et regem Galliae etc.

27. Martii, Martis sancta.

Rm legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum 22. datarum, quod non ibunt ad ecclesiam conciliariter, cum ipse scribat quod pontifex non vult, quod fiat aliquis actus conciliaris, sed unusquisque ibit ad particulares ecclesias 30 secundum cuiusque devotionem. Item quod non examinabuntur materiae a theologis eadem ex ratione⁴. Item de pecunia ordinaria pro subventionem praelatorum. Nam multis ex episcopis datur quolibet mense 25 aureos⁵ in auro pro eorum sustentatione, et hoc ex pecunia S. Stis.

Scripserunt item ad archiepiscopum Materanum in responsionem sua 35 rum 21. datarum de eorum comparitione coram pontifice.

Fui hac de causa ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte bis.

Reliqui onus peccatorum apud Celestinos et fr. Ioannem Baptistam Calandr. d Bo noniensem.

28. Martii, sancta Mercurii.

^ Nocte praeterita hora circiter quinta noctis applicuit Bononiam D. Iulianus Ardinghellus, qui revertitur ex Germania ab imperatore⁵, retulitque Rmis legatis, 40

a fissura in cod.; potest suppleri etiam Petri.
(1 nescio quomodo sit supplendum.

b lacuna in cod. c sic.

1 Cf. infra ad 7. Aprilis 1548.

2 Excerpta ex actis consistorialibus apud Raynaldum ad a. 1548, n. 36; Materani archiepiscopi allocutio ibid. n. 37; Le Piat IV, 7. Cf. Pallavicin. 10, 16, 1.

3 Aliter visum est legatis, cf. diem sequentem.

4 Postea mutarunt sententiam: v. infra ad 28. Aprilis 1548.

5 Cf. supra ad 9. Martii, p. 750, l. 25 et adn. 5.

qualiter tractaverat cum S. Mte Caesarea de rebus religionis, et quod venerint in hanc conclusionem, quod pro reductione Germaniae S. Stas mittat aliquos legatos in Germaniam cum plena facultate inveniendi modum concordiae cum illa natione. Qui legati celeriter eant Augustam *. Et quod hoc interim nihil fiat in concilio neque Bononiae neque alibi, et quod de reductione concilii Tridentum pro nunc amplius sermo non habeatur, quo usque res Germaniae non erunt compositae, quia tunc vel non erit opus concilio, pacatis Lutheranis, vel si erit opus, tractabitur vel de Tridento vel de alio loco neutro, hocque etiam interim nihil innovetur in iudicio translationis. — De rebus autem privatis nihil novi fert, nisi quod pontifex mittat aliquem ad S. Mtem, cum quo agatur de recompensatione Placentiae². Quae omnia retulit ipse D. Iulianus mane Rms legatis, deinde secutus est iter suum Romam versus.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium eorum iudicium circa ea, quae dixerat D. Iulianus Ardinghellus, videlicet quod probant missionem aliquorum praelatorum in Germaniam, sed non sit nisi unus cardinalis legatus, qui potest esse card. Sfondratus, qui iam est ibi apud imperatorem, ut evitetur aemulatio inter cardinales. Reliqui possent esse duo praelati, qui videntur apti, D. | archiepiscopus Rossanensis, qui alias ^{29^{or}} fuit nuncius apud Caesarem, et D. episcopus Alyphanus propter experientiam quam habet de concilio, vel alii duo similes. Et quod hoc interim nihil innovetur circa concilium hic Bononiae.

R^{ms} D. card. S. Crucis legatus concilii ivit ad audiendum matutinum in ecclesia S. Proculi privatim, ferendo tamen crucem ante se. Noluit enim ire ad ecclesiam conciliarem S. Petronii, ne fieret (ut necesse fuisset) aliquis actus conciliaris, quod prohibuit pontifex.

R^{ms} D. card. S. Crucis fuit ad card. de Monte, ubi conceptae fuerunt supra-scriptae litterae.

Fui ad card. Moronum, qui retulit novitates D. Camilli Ursini, et de D. Hieronymo Pepulo de violentia quam fecit, et de 4000 ducatorum pro stipendio militum, qui sunt ad custodiam huius civitatis.

29. Martii, sancta Iovis.

Rms D. card. S. Crucis ivit ad audienda sacra ad ecclesiam S. Proculi cum quibusdam episcopis, qui sociati sunt sacramentum.

W Rm DD. legati receperunt litteras a Rds DD. sex deputatis a concilio ad defendendam translationem, ex Urbe 24. huius datas, subscriptasque manu omnium ipsorum deputatorum. Quibus in litteris significant, qualiter die Iovis 22. praesentis mensis recepti fuerunt in generali congregatione omnium cardinalium a S. Stebenigne, eiusque pedes nomine sacrae synodi, R^{ms} praesidentium et suo deosculati fuerunt, commendantes S. Bni causam Dei et auctoritatem sacri concilii Bononiensis erga S. Bnem. Quae exposita fuerunt per organum Rd D. archiepiscopi Materani, decani deputationis. Deinde D. Hercules Severolus promotor concilii praesentavit S. S^t processum auctenticum ipsius translationis³, et de omnibus petierunt a secretario pontificis et notario fieri publica documenta. Fuerunt a S. Stebenigne auditi et commendata obedientia concilii, remisitque S. B^o eos ad quattuor Rms DD. cardinales deputatos super ipsa cognitione validitatis translationis, videlicet Rms DD. Parisiensis⁴, Burgensis⁵, Crescentio et Polo, et dimisit eos.

a sic.

¹ Hic modus proponebatur iam illo consilio anonymo, quod commemoravimus supra p. 686, adn. I «Discorso sopra il concilio.»

² Raynaldus ad a. 1548, n. 43 habet hanc Massarelli relationem, de Leva IV, 415 ss. summam eorum quae retulit Ardinghellus scriptorum per card. Ma drucium (maxime p. 417, adn. 1). Iam 30. Martii Ardinghellus pervenit Romam, de Leva IV, 417.

³ Raynaldus ad a. 1548, n. 38 exhibet et hanc relationem et deputatorum litteras, quae praeterea extant apud Le Piat IV, II.

⁴ Ioannes de Bellay, de quo cf. supra p. 696, adn. 3. L. Maynier, Etude historique sur le concile de Trente I (Paris 1874), p. 559, adn. I, de eo ait: «A la mort de Francois Ier se trouvant sans credit aupres d'Henri II

[sed epistulae ab hoc rege et cardinali inter se scriptae (D ruffel, Beitr. zur Reichsgesch. I, 73 ss. et apud Ribier) huic assertioni non favent], qui lui preferait le card. Charles de Lorraine, Jean Du Bellay se demit de l'aveche de Paris et de l'archeveche de Bordeaux en faveur de son cousin Eustache Du Bellay et se fixa a Rome. Paul III le crea eveque d'Ostie, et Jean Du Bellay mourut a Rome le 16 Fevrier 1560 dans un tres beau palais qu'il y avait fait construire, laissant trois livres de poesie latine et une Apologie de Francois Ier. Il etait frere des deux celebres historiens Guillaume et Martin Du Bellay, et parmi les hommes de lettres, proteges par lui, on compte Rabelais, attache a sa maison en qualite de secretaire et de medecin.»

⁵ Burgensis cardinalis (eius de translatione iudicium

In sero Rm⁸D. card. S. Crucis ivit ad audiendum mattutinum in ecclesiam S. Proculi. Dedi commodatum] D. Barth[olomeo] Senensi aureum unum.

30. Martii, Veneris sancta.

Rms D. card. S. Crucis ivit mane ad audienda sacra in ecclesiam S. Proculi cum praelatis quibusdam, sociatique sunt sacramentum et crucem deosculati sunt. In sero autem iverunt ad mattutinum in eandem ecclesiam, ubi cantores concilii cantaverunt lamentationes, *Benedictus* et *Miserere* cum maxima populi multitudine.

31. Martii, Sabbato sancto.

Rms D. card. S. Crucis ivit mane ad audienda sacra in eandem ecclesiam S. Proculi cum quinque episcopis, Malfectensi, Iserniensi, Sulmonensi, coadiutore Feltrensi, et archiepiscopo Naxiensi.

Mane dum cantaretur *Gloria in excelsis* in missa ep[iscopali] ad S. Petronium, quo iverat legatus et magistratus civitatis, et campanae pulsarentur strepitusque bombardarum fieret, una ex dictis bombardis, quae positae erant in platea S. Petronii, fracta est in plures partes duodecimque homines vulneravit, quorum hoc sero octo obierunt; res miserabilis dictu.

Fui ad card. Moronum pro commendatione Santhi¹ Hebrei in gratiam IIPrae D. Iuliae Caesarinae de Pepulis.

290V

In die paschatis resurrectionis D. N. I. Chr. i. Aprilis 1548, Bononiae.

Rmus D. card. S. Crucis legatus concilii et R⁹D. card. Moronus, legatus Bononiae, iverunt ad ecclesiam cathedralem S. Petri, ubi sacra audiverunt. Celebravit episcopus Sebastensis, interfuerunt aliqui praelati. Nam ob suspensionem actuum conciliarium praelatorum concilii quilibet ivit ad particulares suas devotiones, et card. de Monte laborat podagra apud S. Michaellem in Bosco.

Rm¹⁰D. legati receperunt litteras ex Galliis a Mondemerlo¹ 23. Martii in Fontebellea² quas, quibus significat regem scripsisse ad suos praelatos qui sunt hic Bononiae in concilio, ne recedant sine licentia S. Stis.

Item a Rm¹¹D. card. Farnesio 27. Martii Romae datas una cum copia litterarum cardinalis Sfondrati 17. dicti mensis Augustae datarum etc.

Item a D. episcopo Alyphano de eo quod egerat apud S. Stw¹ circa res concilii, et quod pontifex ei dixerit se velle venire Bononiam et assistere concilio etc.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi dictas litteras, et ad card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco.

Rm¹²D. card. S. Crucis communicavit mane suos familiares, cum celebrasset domi private. Intromissus fui primum¹ ad mensam Rm¹³D. cardinalis S. Crucis.

2. die paschatis, Lunae, 2. Aprilis.

Rms D. card. S. Crucis ivit ad audienda sacra ad ecclesiam S. Proculi.

R DD. legati scripserunt ad episcopum Cenetensem nuncium apud regem Chrm¹⁴ de receptione litterarum Montismerli 23. Martii datarum, et de eo quod retulerat D. Iulianus Ardinghellus de negotiis¹⁵ per eum cum imperatore, de quibus supra.

Fui ad card. Moronum, cui commendavi Santhum Hebreum². Restituit eum in suam possessionem.

ms D. card. de Monte reversus est Bononiam ex S. Michaelle in Bosco.

(P. 757^a sic, ¹¹ lectio non est certa; ita scripsi secundum lectionem ad 2. (l. 37 huius frag.) et ? Afiritis c lectio non est certa.

v. supra p. 633, l. 9 ss.) tunc erat Ioannes Alvarez Toletanus ord. Praed., natus 1488, cardinalis factus 20. Dec. 1538; inde ab anno 1550, quo translatus est Compostellam, card. S. Iacobi vel Compostellanus appellabatur. Praeter Ioannem Petrum Caraffam maximus inter cardinales erat inquisitionis fautor. Mortuus est 15. Sept. 1557. Ciacon. III, 644.

1 Fuerat secretarius card. Farnesii (cf. Friedensburg, Nuntiaturber. IX, 133, adn. 1), quem a. 1546 in Germaniam secutus erat (eius litterae ibid. p. 258 ss.). A card. Bellayo (apud Druffel, Beitrage I, n. 200) vocatur *secrétaire des nunces* (apud Gallos). Litteras eius 4. Nov. 1547 datas citat de Leva IV, 389, adn. 1.

2 Supra ad 31. Martii (l. 15 huius pag.).

3. die paschatis, Martis, 3. Aprilis.

R^{us} D. card. Moronus consecrav^t R^{dm} D. Pompeium Zambecarium episcopum Sulmonensem¹ in ecclesia monasterii monialium Corporis Christi.

Fui ad card. Moronum pro commendatione Hebrei Santhi.

4. Aprilis, Mercurii.

W R^m DD. legati receperunt litteras a card. Farnesio 31. Martii datas,²
 5 quibus mittit alligatum exemplum litterarum, quas scripserunt praelati qui Tridenti remanserunt post translationem, ad breve STM D. N., quo vocabat eos ut Romam se conferrent ad praesentiam S. Stis, si aliquid habent quod opponant translationi³. Quarum litterarum summa haec est, quod agnoscant S. St^m pro vero pontifice, successore b. Petri, et Christi in terris vicario; quod non permanserunt Tridenti post translationem in con-
 10 temptum S. St^s, neque ut ei non obediret^b, cum scirent ipsam translationem fieri sine scitu et voluntate S. Bⁿⁱ, sed ut ibi expectarent reditum concilii, cum legati et praesidentes promiserint in eorum recessu se redituros, quamprimum morbus lenticularum, qui tunc Tridenti vigeat, recessisset. Quoad iudicium de validitate translationis, quod ipsi nolunt litigare neque contendere, sed haec remittunt cognoscenda S. Stⁱ, quam rogant
 15 ut dignetur reducere concilium Tridentum, cum ita expediat reipublicae christianae | ob reductionem errantium Germanorum, qui virtute imperatoris consenserunt in ipsum concilium Tridentinum.

Quae litterae sunt sub data Tridenti 10. Kal. Aprilis 1548, et subscriptae: Eiusdem V. Stis humillime creaturae et devoti oratores cardinalis Geennensis, archiepiscopus
 20 Turritanus, archiepiscopus Panormitanus, episcopus Bossanensis, Castellimaris, Algarensis, Lancianensis, Siracusanus, Pacensis, Astoricensis, Oscensis, Calaguritanus, Canariensis, et inscriptae: Sanctissimo Domino Nostro Papae⁴.

Scribitur ex Urbe, quod R^{ms} et Ill^{ms} D. Augustinus Trivultius, S. Hadriani diaconus cardinalis, vulgariter nuncupatus Trivultius ex nobili familia Mediolanensi,
 25 obierit Romae die Veneris sancta, quae fuit 30. Martii, hora circiter 22.5

5. Aprilis, Iovis.

W R^{ti} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum
 31. Martii datarum, et respondentes ad praedictas litteras praelatorum Tridentinorum in eo quod dicunt se expectasse Tridenti reditum concilii tanquam promissum ab ipsis R^{ti}⁵ legatis etc., quod hoc non est verum, sed referunt se ad decretum ipsius translationis,
 30 et dato quod aliquid privatim dixerit^b (quod tamen non dixerunt), nihil valet quoad obligandum concilium, ut Tridentum revertatur⁶. Item quod probant id quod proponit imperator de reformatione facienda in Germania per nuntios apostolicos illuc mittendos, et eo interim fiat reformatio aliarum nationum Romae coram S. Ste cum praesentia praelatorum ipsarum nationum, et quod vocentur praelati qui sunt Tridenti et qui sunt hic
 35 Bononiae ad dictam reformationem faciendam etc.⁷

W Scripserunt item ad R^{ds} DD. sex deputatos concilii in responsionem suarum litterarum 24. Martii Romae datarum, laudantes eorum diligentiam et fidem etc., et mittentes eib capitulum litterarum scriptarum ad card. Farnesium super oppositione Tridentinorum, de qua supra.

40 [^] Item ad D. episcopum Alyphanum in responsionem suarum 26. Martii datarum, eius gesta commendantes et respondentes obiectioni, quam fecit quidam ex R^{ms}

a *cod.* vicarii.

b *sic.*

1 Cf. supra p. 692, adn. 3. Alter illorum duorum Bononiensium, qui simul episcopi facti erant, est Peregrinus Fabius episcopus Vestensis.

2 Simul Maffeus scripsit Cervino, quarum litterarum exhibet partem *de Leva* IV, 417> adn. 3.

3 Cf. supra ad 25. Febr. et ad 1. Martii 1548.

4 Extant litterae apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 39; *Le Piat* IV, 8; cf. *Pallavidn.* 10, 15, 3. 4; *de Leva* IV, 414.

5 Cf. supra p. 408, adn. 3. Trivultius etiam protector regni Galliae fuerat, cf. infra ad 27. Aprilis 1548, *de Leva* IV, 319. — Cum de die mortis dubitetur (*Ciacon.* III, 407), haec relatio Massarelli, quae in litteris statim post mortem scriptis nititur, non est spernenda.

6 *Raynaldus* ad a. 1548, n. 42 haec verba transsumpsit et litteras excerptis. Cf. *Pallavidn.* 10, 15, 4.

7 *Raynaldus* ad a. 1548, n. 44. Cervini litteras eodem die ad Maffeam datas excerptis *de Leva* IV, 418,

DD. commissariis iudicii translationis, qui dicebat quod ultima clausula decreti translationis fuerit addita ab ipsis legatis post eius promulgationem — quod hoc est mendacium, quia adsunt etiam nunc, qui non solum illud decretum legi audiverunt, sed etiam illi praelati, qui dictam clausulam ante confectionem decreti suggererunt et ponendum omnino admonuerunt ipsos Rm̃s legatos, inter quos fuit Rd̃s D. archiepiscopus Armacanus, 5 qui ideo in voto suo in ipsa die translationis dixit *placet decretum cum clausulis adiectis*, ut intelligeret clausulam illam, quam ipse poni monuerat, quae clausula talis est, ut post quam Bononiam perventum fuerit, concilium ibi celebretur, donec S¹⁰ D. N. et ipsi concilio expediens visum fuerit, ut vel Tridentum vel alio concilium reducatur, communicato consilio cum imperatore, rege Chrm̃et caeteris regibus et principibus christianis. 10

Expediuntur litterae patentes commendaticiae pro Rd̃o Iacobo de Alia Germano¹, abbate Basiliensi ord. s. Benedicti, expulso ab haereticis, qui proficiscitur ad Sm̃m D. N., ut recipiatur cum charitate ab aliis religiosis, ad quos in hoc itinere peragendo declinare contigerit, subscriptae per Rm̃m card. S. Crucis.

29IV

6. Aprilis, Veneris.

Fui ad card. Moronum, cui commendavi mag[istru]m Iacobum de Fav[entia]; 15 annuit ad vota.

Inceptae sunt collationes sessionum Tridentinarum, in quo totam diem consumpsi.

7. Aprilis, Sabbati.

Rm̃ DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de pecunia episcopi Chissamensis, quae est penes D. Cornelium de Malvania, quam solvere nolit sine mandato camerali². 20

Fui ad card. Moronum, cui commendavi nomine cardinalis S. Crucis quosdam in carceribus positos.

8. Aprilis, Dominica.

Rm̃ DD. legati receperunt litteras ab archiepiscopo Materano 31. Martii datas super eo quod egerit post alias communiōes DD. deputatorum.

Item a vicelegato Romandiolae de apparatu bellico, quem facit dux Florentiae et 25 Ferrariae.

Fr. Lucius de Anguiscioli de Placentia ord. Convent. s. Francisci incarceratur iussu Rm̃ cardinalis S. Crucis ob suspicionem haeresis³. Fui ad videndum eius libros in conventu S. Francisci.

Ostendi litteras vicelegati Romandiolae card. Morono. 30

9. Aprilis, Lunae.

Rm̃ DD. legati scripserunt ad vicelegatum Romandiolae de receptione suarum et de captura unius ex illis, qui fuit praesens in interfecione Ianu[ensis]b Dor[iae], a commissario Barga etc.

Fui ad D. Oct[avium] Fer[reum] pro cardinali de Monte, de tertio ab eo petitus.

10. Aprilis, Martis.

Rm̃ DD. legati receperunt litteras a D. Hieronymo Franco Sancto- 35 severinate, nuncio apostolico apud Helvetios⁴, datas in Altorf' 24. Martii⁶ una cum propositione quam fecerat in dieta illius nationis, et responsione quam habuerat etc. de

a *sic*? b *vel lannfettini*? c *cod.* Astorf.

¹ Gens Basileensis *von Halle* commemoratur Urkundenb. d. Landsch. Basel I (Basel 1881), 415.

² Cf. supra ad 19. 20. 22. 23. 24. Martii, infra ad 29. Aprilis.

³ Cf. de eo infra ad 14. Iunii (p. 773, l. 5 et adn. 2) et ad 18. Aug. 1548.

⁴ Cf. ad 8. Martii, supra p. 750, adn. 3.

⁵ Litterae (sed 25. Martii datae) excerptae sunt a C. Wirz, iVkten iiber die diplom. Beziehungen der rom. Curie zu der Schweiz 1512 — 1552 (Basel 1895), p. 441, n. 293; ibid. p. 439, n. 292 sunt litterae eodem die ab eodem datae ad Farnesium.

bona mente et affectione illius nationis erga summum pontificem et sedem apostolicam etc., et quod excusaverat summum pontificem a calumniis quae dantur a Caesarianis S. Sfi.

Quae litterae dirigebantur card. Farnesio, cui illico missae sunt una cum nostris.

Scripsimus ad card. Farnesium de receptione suprascriptarum litterarum,
5 quas ei misimus.

11. Aprilis, Mercurii.

Rm DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 7. huius datas, quibus significat Sm^m D. N. velle proseguire iudicium translationis concilii¹.

Item ab archiepiscopo Materano de eo quod egerint DD. deputati a concilio post eorum litteras, et petit quaedam a Rm DD. legatis.

10 Scripserunt ad card. Sfondratum in responsionem suarum 22. Martii datarum, et de transitu D. Iuliani Ardinghelli². Cum quibus mittuntur litterae D. generalis Heremitarum.

Item ad D. Hieronymum Francum, nuncium apostolicum apud Helvetios, de receptione suarum 24. datarum, et de missione aliarum ad card. Farnesium.

Fui ad Iacobum Hebreum³ una cum D. Octavio] Pelegrino] et Trifone]; vidimus
15 lapides preciosos.

12. Aprilis, Iovis.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras cum novitatibus ex Venetiis, de rebus Turcicis, et ex Augusta etc., et commendavi Sald.⁴

Rm DD. legati fuerunt insimul pro litteris die crastina ad card. Farnesium scribendis et DD. deputatos.

20 Cum Lor[enzino], Persfeo], Car[occio] cen[avi] etc.

13. Aprilis, Veneris.

292r

Rm DD. legati receperunt litteras ab Illmo D. Camillo Ursino ex Parma 11. datas, una cum litteris D. Hieronymi Franci ex Helvetiis ad card. Farnesium, quod natio illa timeat amicitiam pontificis cum Caesare⁴.

Scripsimus ad card. Farnesium de receptione suarum 7. datarum, et mittentes lit-
25 teras D. Camilli et D. nuncii apud Helvetios.

Rtm D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium pro licentia eundi Romam.

Tota die in his laboravimus.

14. Aprilis, Sabbati.

W Receperunt Rm DD. legati litteras a Rm card. Farnesio 10. huius datas per staffettam, una cum copia facultatum quas imperator petit dari legatis mittendis in
30 Germaniam pro concordia ineunda in illa provincia in rebus religionis⁵, et exemplo litterarum card. Sfondrati legati ex Augusta 29. Martii et 5. Aprilis datas circa eandem materiam, petens eorum iudicium.

W Scripserunt D^{nes} S. R^{mae} eadem hac die ad card. Farnesium in responsionem supradictarum litterarum, mittentes eorum sententiam circa dictas facultates et missionem
35 legatorum in Germaniam, ut scilicet omnino mitti debeant, cum id etiam promissum sit a S. Ste in responsione, quam dedit ad protestationem factam a D. Didaco oratore Caesareo, et ita expediat pro reductione illius provinciae⁶. Quae litterae mittuntur per staffettam solutam per me.

15. Aprilis, Dominica.

Fuit apud Rm legatos card. Moronus pro expeditione hesternae, separat[e]⁷.
40 Tota die pluit, et cum Rm DD. legatis de supradictis egi.

a quomodo supplendum sit nescio.

¹ Litterarum a Maffeo ad Cervinum eodem die datarum epitomen exhibet *de Leva* IV, 418 s.; de eis quae litterae continebant cf. infra ad 19. Aprilis.

² Ardinghellus transierat Tridentum iam 28. Martii (supra p. 754 s.); si legati hoc non ante 11. Aprilis Sfondrato nuntiabant, raro tunc videntur ad eum scripsisse.

³ Iacobus Sforus, cf. 13. Nov. 1548; 4. Oct. 1549.

⁴ Litterae datae sunt Rappersvili 5. Aprilis 1548 et leguntur apud *C. Wirz*, Akten p. 442, n. 294.

⁵ Facultates exhibet *Raynaldus* ad a. 1548, n. 45; *Le Piat* IV, 18.

⁶ *Raynaldus* ad a. 1548, n. 46 exhibet hoc iudicium; item *Le Piat* IV, 24. Cf. *Pallavicin.* 10, 16, 2.

⁷ i. e. separate utrumque legatum visitavit.

16. Aprilis, Lunae.

Litterae Rmi D. cardinalis Sfondrati legati apud Caesarem applicuerunt Bononiam, 11. huius Augustae datae, quae dirigebantur ad card. Farnesium, ad quem illico missae fuerunt per staffettam.

Fui ad D. Ioannem Antonium mag[istru]m curs[orum] cum D. Triffone], cui D. Ioanni Antonio dedi litteras ad card. Sfondratum cum alligatis generalis s. Augustini.

17. Aprilis, Martis.

Rmi DD. legati receperunt litteras ex Urbe 13. huius datas, privatas tamen. Fui cum D. Tritfone] vis[itatu]m Frfanciscumr'] Bonfoniensem r'] om. Bo. oc. m. et al. p. a Rnmf £) card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco.

18. Aprilis, Mercurii.

Rmi DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de discessu episcopi Sagiensis Galli, qui cras dixit se recessurum Galliam versus cum licentia sui regis, et quod hoc futurum sit malum exemplum pro aliis qui supersunt.

Primum una cum D. Triffone] allfocutus] f[ui] N. Bon[oniensem] ex[tra] pfortam] S. Mjammoli].

Rmus p] card. de Monte fuit ad S. Michaellem in Bosco.

Incipitur liber sessionum Tridentinarum a Iofanne] scriptore, ut scribat quinque chartas in die quolibet.

19. Aprilis, Iovis.

Rmi DD. legati receperunt litteras a Rm D. card. Farnesio 15. huius datas, quibus significat cardinales Gallos interponere difficultates ante S. Stm ne mittat legatos in Germaniam, prout petit imperator, cum vereantur ex hoc Caesarem fieri ab solute dominum illius nationis et deinde facile conversurum se ad bellum contra regem, propterea Bd S. adhuc aliquid certi non statuit, et quod etiam Rd DD. deputati in hoc sint discordes 1.

> Receperunt item litteras a Rds DD. deputatis concilii sub data Romae 14. Aprilis praesentis, in quibus significant quid egerint post eorum alias litteras, vide licet quod responderint quibusdam dubiis eis propositis ex parte S. Stis. Quae fuerunt: [i.] an legati essent mittendi in Germaniam — ad quod responderunt quod sic;

2. quae facultates eis dandae — limitarunt missas a Caesare;

3. an supersedendum sit in iudicio translationis vel ferenda sententia — quod feratur sententia 2.

Item quod interrogati sint super litteris scriptis a praelatis Tridentinis ad S. Stm, quibus adhuc nihil responderunt 3.

Rmus j) card. de Monte ivit mane ad S. Michaellem in Bosco, quo post prandium ivit Rmus S. Crucis, ubi fuerunt insimul per 4 horas super praedictis litteris loquuti et pont[ifice] creantdo].

Rmus j) carcj g. Crucis fuit postea ad monasterium S. Salvatoris] ad videndum simplices herbarum i.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras cardinalis Farnesii superscriptas.

20. Aprilis, Veneris.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, ubi concepimus litteras ad DD. deputatos concilii in responsione superscriptarum.

Tota die in his laboravi.

40

a nescio quomodo hae notae sint supplendae.

1 Raynaldus ad a. 1548, n. 49. Cf. Pallavicin. 10, 16, 3. Cervinus a Maffeo accepit litteras privatas 16. Apr. datas, quarum epitome est apud deLevaTV, 419.

2 Relationem transumpsit Raynaldus ad a. 1548, n. 48 et partem responsi ibidem, quam repetit Le Piat IV, 25.

3 Postea responsum dederunt, quod exhibet Raynaldus ad a. 1548, n. 40. 41; Le Piat IV, 12. Etiam cardinales iudicium dare iubebantur, quod extat apud Le Piat IV, 21 (ex Martene, Vet. monum. coli. VIII, 1180).

4 Semplici lingua Italicorum vocantur herbae medicinales.

21. Aprilis, Sabbati.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in responsionem suarum
15. datarum, quod expectent magno cum desiderio deliberationem pontificis super con-
cilio, et quod episcopus Malfectensis recedet die Mercurii, et Thermularum crastina die,
ut dixerunt; et quod omnes alii recedent stantibus rebus in praesenti suspensione concilii.

5 *kj* Item ad Rds DD. deputatos concilii, quod receperint suas 14. huius datas
super responsione data pontifici circa facultates legatorum mittendorum in Germaniam,
quod est conforme cum opinione ipsorum Rm DD. legatorum concilii transmissa ad S. Ste*
super eadem re; et quoad litteras praelatorum Tridentinorum, quod non videtur respon-
dendum ut eis transmittatur responsio, sed ut constet apud acta iudicii translationis pro
10 iuriorum nostrorum maiori dilucidatione.

Scripserunt item ad archiepiscopum Materanum in responsionem suarum
7. huius datarum, et quod litterae, quae scribuntur ab ipsis deputatis concilii communiter
directaeb ad ipsos Rms legatos et patres concilii hic Bononiae commorantium*, non pos-
sunt ostendi ipsis praelatis, cum haberi congregationes non possint. Quare in futurum
15 provideant ut eis videbitur.

22. Aprilis, Dominica.

Receperunt Rm DD. legati litteras a D. Camillo Ursino ex Parma
21. huius datas. Qua de causa fui ad card. Moronum, qui retulit novitates de captis
hic Bononiae D. Nicolao Spinola et aliis.

Fui extra portam Siradozanamj cum Ni[colao] Sartioj Bofnoniensi] et in se[ro] apudj
20 me[nia] civitatis] p[ro] frumento].

23. Aprilis, Lunae.

Rms j) card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco ibidem pernoctans.

Rm DD. legati receperunt litteras ex Urbe 18. datas, privatas tamen,
quibus scribitur rem adhuc esse sub discussione circa mittendos legatos in Germaniam.

Fui ad sorfores] S. Aug[ustini] prope dojnum] Zambjeccariorum] in ecclesia cum
25 so[rore] Viol[a.] et Dionjysia?] loquutus.

24. Aprilis, Martis.

Fui ad S. Michaellem in Bosco cum Rm D. card. de Monte per tres horas, de
concilii exitu loquutus.

Fui ad card. Moronum, cui dedi iudicium de capiendi bibliopola¹.

Rm DD. legati receperunt litteras a nuncio apud Venetos 21. datas,
30 una cum novitatibus ex Augusta 9. huius datas, de *Interim* iam concordato inter Ger-
manos² etc.

25. Aprilis, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium in commendationem
D. Gabriellis Paleotti Bononiensis pro advocacione consistorii vacante per obitum D. Hier-
onymi de Castello³.

35 Receperunt litteras ab Illmo D. Camillo Ursino de mittenda pecunia pro
stipendio militum illius civitatis pro praesenti mense, et de novitatibus Placentinis.

Quidam Illyricusd nauta fecit mirabilia supra cordam quandam ductam a turre
maiori plateae publicae S. Petronii usque ad infimum ipsius plateae.

26. Aprilis, Iovis.

Rm DD. legati receperunt litteras non a card. Farnesio, sed privatas
40 21. huius datas, quibus significatur obitus D. Hieronymi de Castello advocato consistorii
die Iovis 19. praesentis. Item quod nihil adhuc actum fuerit super missione legatorum.

a *sic*. b *cod.* directas. c *cod.* 23. d *cod.* Iliricus.

¹ Cf. ad 26. Aprilis.

² Cf. infra ad 27. Aprilis, p. 762, 1²⁹ ss. et
adn. 8.

³ Iam 28. Sept. 1547 Cervinus Paleottum pro eius-

Concilium Tridentinum. I.

modi munere commendaverat, cf. Romische Quartal-
schrift XI (1897), 337 et quae dicuntur in prolegomenis
ad Paleotti diaria. Iterum commendatio videtur frustra
fuisse.

Fui ad card. Moronum, qui retulit novitates ex Augusta 15. et 16. huius datas: quod imperator dederit filiam suam filio fratris sui regis Romanorum, et quod mittatur filius D. Grandvelle in Hispaniam ad desponsandum dictam filiam Caesaris¹ etc. Item quod concordaverint in modo vivendi in religione usque ad determinationem concilii², et quaedam alia.

5

Capiuntur Franc[iscus] 3 et Iordanus] bibliopolae ob libros Lutheranos. Quam ob causam fui in sero ad card. Moronum.

27. Aprilis, Veneris.

R^m DD. legati receperunt litteras a nuncio apostolico apud regem Chrm^m ultima Martii Melluni datas, quibus significat electionem praelatorum factam a concilio, qui iverunt ad Sm^m D. N., fuisse gratam S. M^o Chrm^{ae}, et quod parabatur subsidium mittendum in Scotiam ab ipso rege.

Scribitur ad oratorem Gallum in concilio, quod card. Ferrariensis fuerit factus protector regni Galliae⁴ in locum cardinalis Trivultii⁶, qui obiit die 30. Martii praeteriti.

Scripserunt ad card. Farnesium, mittentes litteras nuncii apud Gallos, quas 15 receperunt ab oratore D. Durfe in concilio.

Scripsi ego ad nuncium apud Helvetios, D. Hieronymum Francum, de receptione suarum 24. Martii datarum ad card. Farnesium, et quod Rm DD. legati ei scripserint 11. huius super eadem re.

Cum Sart[o] Bonjoniensi] propter men[ia] civitatis].

20

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras nuncii apostolici apud Gallos, de quibus supra.

Eadem die. Hora 2. noctis Rm DD. legati receperunt litteras R^{ra} D. card. Farnesii 24. huius datas, quibus significat S. St^m statuisse velle mittere in Germaniam legatos, sed quod in facultatibus eis dandis est aliqua difficultas; velle pro 25 nunc mittere D. episcopum Chissamensem, D. scilicet Prosperum S. Crucis⁶, in Germaniam, ut omnia referat S. M^o Caesareae, et morae rationem reddat.

Misit cum dictis litteris Rm^{us} D. card. Farnesius litteras card. Sfondrati, legati apud Caesarem, 11. huius Augustae datas, una cum exemplo modi, quem tractarunt Germani in dieta, secundum quem vivere debeant usque ad decisionem concilii⁷ in rebus 30 religionis tam Lutherani quam alii⁸.

28. Aprilis, Sabbati.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de receptione suarum 24. datarum cum scripturis Germaniae etc. Item quod possint examinari articuli qui restant a theologis minoribus, ut praelati qui sunt hic libentius remaneant⁹. Quod fieri posset absque praeiudicio cognitionis causae de validitate translationis, quodque detur 35 aliquod subsidium pauperibus praelatis etc.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi supradictas scripturas ex Germania, et ad Turonensem¹⁰ pro bibliopjolis] Luth[eranis] suspectis u.

1 Cf. *Pallavidn.* 10, 16, 4, et *de Leva* IV, 420 s., ubi referuntur verba pontificis, qui Madrucium hac legatione functurum esse videtur putasse.

2 *Raynaldus* ad a. 1548, n. 51.

3 Nomen integrum est Franciscus Linguardus, cf. infra ad 19. Nov. 1548.

4 De domus ducum Ferrariensium cum regibus Gallorum amicitia cf. supra p. 693, adn. 1.

5 Cf. supra ad 4. Aprilis, p. 757, l. 23 ss. et adn. 5.

6 Cf. supra ad 19. Martii, p. 753, adn. 3; *Pallavidn.* 10, 16, 3. 4.

7 Cf. *Raynaldum* ad a. 1548, n. 51, qui confundit quae a Massarello de hac re dicuntur ad 26., 27. et 30. Aprilis.

8 Est scriptura illa celeberrima, *Interim* simpliciter vocata, quae apud *Le Piat* IV, 32 ss. (non integra apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 59) et permultis aliis locis est impressa. Cf. *Pallavidn.* 10, 16; *de Leva* IV, 432 ss. Nostris diebus tot libri hac de re editi sunt, ut longum esset omnes afferre.

9 Aliter scripserant 27. Martii, cf. supra p. 754/1. 30 s.; Farnesius audiri theologos (sed non conciliariter) voluerat, cf. ad 26. Martii (supra p. 754, l. 22 ss. et adn. 3).

10 De natura et historia huius tribunalis, cum opera de Bononia eiusque institutis tractantia mihi desint, frustra indagavi. Cf. infra p. 768, adn. 6; p. 7⁵⁵ l. 7 et adn. 1.

11 Cf. supra ad 26. Aprilis (l. 6/7 huius pag.).

29. Aprilis, Dominica.

Cum D. Cornelio de Malvag[ia] egi de spoliis episcopi Chissamensis, cum card. Farnesius miserit mandatum cameralem^{8,1}.

Emi anulum cum adamante ab Ordonio aureis 15.

Fui ad iudicem I Turon[is] pro examine Franc[isci] bibliop[olae] super haereticis libris.

Ultima Aprilis, Lunae.

5 Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras Illm D. Camilli Ursini gubernatoris ecclesiae, ex Parma 29. datas, quibus significat novitates etc.

Rm DD. legati fuerunt insimul et examinarunt scripturas quae venerunt ex Germania, quas vocant *Interim* i. e. modus, qui observari debeat in religione in illa provincia interim quod concilium ea determinet,

ro Retuli quae gesseram cum card. Morono de ipsis scripturis, quas ei ostenderam. In sero p[ri]mor] cum Anib[ale] Doceb Venfeto] exer. 2

X. Maii, Martis, 1548. Bononiae.

Fui pransum cum vexillifero civitatis Bononiensis D. Raynaldo de Marsiliis et multis nobilibus, ut moris est in mutatione magistratus.

Fui ad card. Moronum pro scripturis *Interim* etc.

Cum Anib[ale] Do[ce] secundo exer. Ven[eto] 3.

2. Maii, Mercurii.

Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, quod viderant et examina verunt scripturam, quam *Interim* vocant; quam duas in partes diviserunt. In prima continentur materiae publicatae Tridenti in concilio de peccato originali et iustificatione, et quoad hanc partem nihil a Smo D. N. innovandum censent, sed decreta Tridentina illibata permaneant. In secunda continentur materiae nondum publicatae, et in hac multa adnotarunt, quae in scriptis ei demandabunt².

Cum R^{mo} D. card. de Monte ad primfiera] lus[um] et [cum] D. Bald[uino] fr[at]re⁵, D. Ant[onio] Mus[otto], Pompfeio] de Spfiritibus]; 2 am[isi].

Rmus]3 cardinalis S. Crucis scripsit ad card. Farnesium in commendationem episcopi de Nobilibus.

Item ad eundem in commendationem D. Vincentii Bovii⁶ et de pecunia spoliorum] Chiss[amensis] 7.

3. Maii, Iovis.

W Applicuit Bononiam D. Prosper Sanctae Crucis Romanus, episcopus Chissamensis, auditor rotae Romanae, qui proficiscitur ad regem Romanum, apud quem nuncius apostolicus erit, et cum imperatore acturus erit de rebus concilii et de praesentibus difficultatibus mittendorum legatorum in Germaniam⁸.

Fui ad S. Michaellem in Bosco cum cardinali de Monte, cum quo et societate] lusi prim[iera]; 4 am[isi].

4. Maii, Veneris.

35 Rm DD. legati scripserunt ad card. Farnesium, qualiter loquuti fuerunt cum D. Prospero S. Crucis de sua commissione apud imperatorem, videlicet de iudicio

a sic. b cod. Do. (== dogei^/ sed cf. supra p. 744, l. 17.

exercente (— mercatore)? An cum Anibalis dogo (= cane) venationem exercui P

1 Cf. supra ad 7. Apr. (supra p. 758, l. 18 ss. et adn. 2).

2 Cf. supra p. 744, l. 17 s. (ubi legendum videtur *Veneto*), et infra ad 1. (l. 15 huius pag.) et 12. Maii (P. 765 l. 1. 28).

3 Cf. ad 30. Aprilis.

4 Raynaldus ad a. 1548, n. 51 hanc relationem transumpsit; cf. de Leva IV, 441, adn. 2.

5 i. e. fratre cardinalis de Monte, cf. supra p. 711, adn. 8.

6 Cf. ad 23. Febr. 1548 (supra p. 746, l. 7 ss.).

7 Cf. supra ad 23. Febr. et infra ad 4. Mai 1548.

8 De Prosperi missione v. A. Pieper, Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiatoren p. 149, cf. p. 108 s. (p. 109, adn. I citantur instructiones ei datae). Cf. Pallavicin. 10, 16, l. 3; de Leva IV, 419 ss.; H. Ldmmmer, Monumenta Vaticana (Friburgi 1861) p. 393 s. (ubi falso annus est ascriptus 1542).

translationis supersedendo, de legatione cardinalis Tridentini in Germania¹ et de rebus Placentinis. Quibus in capitibus dixerunt eorum opinionem: quod ostendatur necessitas terminandi iudicii; nihil asseratur certi de legatione; stetur promissis factis D. Iuliano Ardhinghello de Placentia. De aliis scribent postea, videlicet de *Interim*.

D. Prosper supradictus fuit cum Rm DD. legatis et de rebus supradictis locutus. 5
Remittuntur 100 aurei Romam D. episcopo Massanjo² de spoliis episcopi quondam Chissamensis per card. S. Crucis de mandatis card. Farnesii.

5. Maii, Sabbati.

R^m DD. legati scripserunt ad card. Farnesium de pecunia pro stipendio militum huius civitatis ad nutum R^m D. card. Moroni.

Fui ad eundem card. Moronum, cui commendavi Iordanum³, et signavit licentiam i^o deferendi arma pro Hieronymo de Venturinis Bononiensi⁴ amico charissimo.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, ut litteras ad Urbem formare mus; prim[iera] lud[imus].

6. Maii, Dominica.

Applicuit Bononiam cursor ex Galliis cum litteris ad card. S. Crucis 14. Aprilis datis Nolliani a Montemerlo⁵ cum alligatis ad card. S. Angeli et nuncium 15 Venetum.

Fui ad card. Moronum pro relaxatione Iordan[um], retulitque quod gesserat cum cardinali S. Crucis de rebus suis privatis.

Rm DD. legati fuerunt insimul pro examinanda scriptura, quae *Interim* vocatur.

Scripserunt ad gubernatorem Ariminensem, mittentes ei litteras ad card. S. Angeli, 20 quae venerunt ex Gallia.

7. Maii, Lunae.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cum quo examinavimus scripturam quae dicitur *Interim*, ut iudicium super ea ad Sm^u D. N. scribatur. Cum eo cefnavi]. Venturinus* Bononiensis ple. fru. ad lib. 6187b ca. m. '.

Fit processio, in qua defertur imago b. Mariae virginis, quam a b. Luca evange- 25 lista depictam credunt⁶; comitantur omnes magistratus et R^m B legatus.

294V

8. Maii, Martis.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte formavimusque litteras ad card. Farnesium super iudicio scripturae *Interim*, et de iudicio translationis supersedendo vel non etc.; ubi totam diem consumpsimus.

9. Maii, Mercurii.

R^m DD. legati receperunt litteras ab Illmo D. Camillo Ursino 8. datas 30 Parmae de exploratore, qui dicit imperiales quaerere capere Parmam per tracta[tus] 7, et qualiter militum numerum auxerit.

Item receperunt litteras ab eodem 9. datas una cum litteris D. Hieronymi Franci 29. Aprilis Rapisvil datis, cum quibus mittit litteras ad card. Farnesium 8.

a cod. Venduri? (cf. lin. n.).

¶ sic?

c quomodo sit suffiendum, ne coniecturam quidem ausim.

1 Cf. *Pallavicin.* io, 16, 4.

2 Bernardinus Maffeus, cf. supra p. 657, adn. 6. Cui simul scripsit Cervinus, cf. *Pallavicin.* io, 16, 3.

3 Cf. supra ad 26. Aprilis (p. 762, l. 6).

4 Hic Hieronymus saepissime occurrit in hoc diario; postea eum a Massarello inter familiares assumptum esse apparet ex huius testamento (Arch. Vat. *Concil.* t. 22, f. 16; cf. Prolegomena), quo ei aliquid legavit. De calamita tibus Hieronymi v. infra ad 4. Febr. et 17. Apr. 1549.

5 Cf. supra ad 1. Aprilis p. 756, l. 22 ss., adn. 1.

6 De hac imagine et de processionibus cum ea

factis (maxime diebus rogationum) agit P. Mattioli in lepido libello *Guida storica pei divoti della Madonna di San Luca* (Bologna 1894) p. I ss. 41 ss.

7 Iam mense Septembri 1547 Ferrandus Gonzaga de acquirenda Parma egerat, sed ab imperatore iussus erat desistere: *de Leva* IV, 373. Quae machinationes tunc videntur esse redintegratae, cum Placentia non secura videretur ob Farnesianos vicinos. Postea aperte Caesar a pontifice petebat, ut Parma traderetur, cf. *de Leva* V, 30.

8 Hae litterae desunt in collectione a C. Wirz edita.

Scripserunt ad card. Farnesium, mittentes supradictas litteras D. Hieronymi Franci, et quasdam D. Camilli, una cum quibusdam ad IU[†]™ D. Octavium Farnesium.

In die aptatum fuit iudicium R^{morum} DD. super *Interim*. Quare diu cum Monte et S. Crucis fui.

IO. Maii, Iovis, in die ascensionis.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad Ill^m™ D. Camillum Ursinum, gubernatorem exercituum ecclesiae Parmae, de receptione suarum 8. et 9. datarum una cum litteris Helvetiorum, quae Romam missae fuerunt ad card. Farnesium.

R^{mi} DD. legati fuerunt insimul et reformarunt litteras scribendas ad card. Farnesium super scripto, quod vocant *Interim*.

11. Maii, Veneris.

10 Datur facultas absolvendi decem Lutheranos in civitate Faventina¹ (dummodo publici non sint, vel non fuerint hactenus de haeresi ipsa inquisiti, et iniuncta eis poenitentia salutari), si ex corde poenituerint etc., fratri Reginaldo de Genua² ord. Praed., lectori in conventu S. Andreae Faventini. Signatur manu cardinalis S. Crucis concilii praesidentis et apostolici de latere legati, qui hanc potestatem habet una cum R^{mo} cardinali de Monte suo collega a S^{mo} D. N. Paulo papa III.

15 Fui ad card. Moronum, cui dedi litteras a card. S. Florae in commendationem Popul^{orum}]³.

12. Maii, Sabbati.

R^{mi} DD. legati scripserunt ad card. Farnesium eorum iudicium circa scripturam, quae dicitur *Interim*, quod videlicet quoad materias iam determinatas Tridenti nullo modo admitti vel approbari debeat, et quoad alias miserunt notulas multas, in quibus ille libellus a catholica veritate discordat. Quae notulae excerptae fuerunt ab episcopo Minorienti, et generali Heremitarum s. Augustini. Quare si non reformetur, nullo modo comprobandus est. Et quoad sententiam ferendam super validitate translationis, si certa concordiae spes ex dilatione appareat, differendam esse, alias cito ferenda]⁴. Item de discessu episcopi Angolismensis, qui recessit hoc mane versus Galliam, habita licentia a suo rege. Item de 500 scutis pro subventionem praelatorum pauperum, et de custodia pro civitate Parmae, ne fruges devastentur.

An[nibal] Doce⁰ fru. Ven. exer.B.

Totam diem consumpsimus in scribendis litteris supradictis et notulis.

13. Maii, Dominica.

296

30 R^{mi} DD. legati receperunt litteras a nuncio apostolico apud Gallos 19/ et 21. Aprilis datas.

R^{mus} p^{er} card. S. Crucis scripsit in commendationem card. Moroni legati Bononiae pro episcopatu Comensi, vel pensione super eo imponenda.

35 Fui ad card. Moronum supradicta ex causa, et ei commendavi licentiam extrahendi oves ex territorio Bononiensi.

R^{mi} DD. legati receperunt litteras ab Ul^{mo} D. Camillo Ursino 12. Parmae datas, quibus significat necessitatem, in qua est civitas illa; propterea cuperet novos de scribere milites, qui hinc mittantur.

Item ab eodem D. Camillo 13. datas, quibus revocat ea, quae hoc mane per 40 dictas suas 12. datas scripserat.

In sero R^{us} D. card. Moronus scripsit communi nomine ad D. Camillum Ursinum probando descriptionem militum.

a cod. excerptae.

b cod. suventionem.

0 cod. Do. (cf. supra p. 763, l. 11 et adn. b et c).

a cod. 29.

¹ Cf. supra ad 2. Iulii 1547 (p. 669, l. 15 et adn. 2).

² Videtur fuisse e numero haeticorum, de quibus supra p. 669, l. 15.

³ Nescio an hoc intellegendum sit de Hieronymo Pepulo, de quo v. supra ad 28. Martii (p. 755» 26/27).

⁴ Raynaldus ad a. 1548, n. 54; cf. de Leva IV, 441 2.

⁵ Cf. supra ad 30. Aprilis et 1. Maii.

14. Maii, Lunae.

Scripti ad generalem Minorum Conventualium pro praedicatione Lendinariae*1 in commendationem fratris Iulii de S[ancto] S[everin]o2.

Fui ad card. Moronum pro negotio bibliopol[arum] in carceribus detentorum3.

Fui ad generalem s. Augustini, cui dedi iudicium deputatorum concilii quoad litteras praelatorum Tridentinorum ad Smum D. N. 4, ut eius intelligeremus opinionem. 5

Item ad generalem Servorum, cui ostendi scripturam, quae dicitur *Interim*, ut super ea eius iudicium intelligatur.

(Card. S. Crucis absolvit presbyterum episcopi Sulmonensis ab irregularitate, quia fuerit in castris Caesareis et quendam vulneraverit)b.

15. Maii, Martis.

Rm DD. legati receperunt litteras a nuncio apostolico apud Venetos 10
12. datas, quibus significat quasdam novitates ex Augusta per litteras 24. Aprilis datas, quod imperator mittat in Hispaniam pro nuptiis filiae suae cum filio fratris sui Ferdinandi Romanorum regis.

Fui ad card. Moronum, qui creavit notarium D. Ioannem Baptistam Palmerium de Spoleto5, familiarem cardinalis de Monte. Retulit de libris Lutheranorumj ihventis 15
apud Franc[isc]um bibliopolam; quos vidit cardinalis S. Crucis, et quae occurrerunt, eidem postea retuli, ut examinaretur Bartholomaeus eius famulus, pro quo dedi interrogatoria.

Fui ad mofnasterium] loqfuutus] cum D. Viol[a?] et Lion[a] "6; pet[ierunt] 2 aur[eos] mut[uatos]. J 2G

16. Maii, Mercurii.

Rmus d. cardinalis S. Crucis die lunae praecedenti, 14. scilicet huius, absolvit quendam presbyterum Sulmonensis diocesis, nomine — d, ei praesentatum ab episcopo Sulmonensi, ab irregularitate, quam incurrit, cum fuerit in castris Caesarianis in Germania6 ut miles saecularis et quendam vulnerarit, deditque ei pro poenitentiae satisfactione, ut per unum annum integrum singulis sextis feriis ieiunaret 25
iisdemque diebus diceret genibus flexis septem psalmos poenitentiales cum laetaniis consuetis, praesente ipso episcopo Sulmonensi et me Angelo Massarello de S. Severino Cameriniensis diocesis, sacri concilii secretario et prothonotario apostolico, Bononiae in viridario Mag" D. Bartholomaei Volta, in cuius domo nunc cardinalis ipse inhabitat.

^ Hac die 16. applicuit Bononiam cursor ex Urbe cum litteris card. Farnesii 30
14. huius datas, quibus significat nomine S^m D. N., ut cardinalis S. Crucis eat quam primum Romam ad S. Sten, quae eius iudicium circa res praesentes deliberandas quoad concilium et Galliae regem etc. intelligere cupit; quare eat equis dispositis; mittens ipse card. Farnesius exemplum litterarum nuncii apostolici apud Gallos 2. huius Villenovae datarum, quibus significat regem Chr[ist]maegre ferre, quod legati vel nuncii apostolici 35
mittantur in Germaniam, cum hoc tendat ad tyrannidem imperatoris augendam, non autem ad bonum publicum. Quare protestatur, si mittantur, se velle revocare suum oratorem et praelatos Gallos a concilio Bononiensi. Alias pollicetur omnem suum favorem et vires pro defensione sedis apostolicae, prout sui antecessores semper fecerunt7.

Card. S. Crucis fuit visitatum card. Moronum legatum Bononiae, a quo petiit 40
licentiam, conferens cum eo omnia.

Fui ad Ulmum D. Durfe oratorem Gallum, cui contuli suprascriptam vocationem. Commendavit res sui regis ipsi Rm D. cardinali, quem semper se promovisse apud regem asserebat.

a (forma nominis latina).
p. j6 i, l. 23, Dion.J/ Lionissa?

b postea add., cf. infra ad 16. Maii.
d lacuna in cod. 6 cod. Germaniam.

6 cod. Lion. (non, ut

1 Lendinaria est oppidum inter Ferrariam et Patavium situm; cf. infra ad 10. Iunii 1548.

2 Quod generalis concessit: v. infra ad 10. Iunii 1548.

3 Cf. supra p. 762, l. 6; p. 764, l. 10.

4 Cf. supra p. 757, l. 4 ss.; p. 760, l. 30 et adn. 3;

p. 761, l. 8 (quae litterae videntur intellegi); infra ad 21. Maii (p. 768, l. 9/10 et adn. 2).

" De quo v. supra p. 639, adn. I.

6 Cf. supra ad 23. Aprilis (p. 761, l. 24/25).

1 Cf. supra ad 19. Aprilis et Pallavicin. 10, 17, 4'

17. Maii, Iovis.

^ r - d Marcellus Cervinus de Montepolitiano, tituli S. Crucis in Hierusalem S. R. E. praesbyter¹ cardinalis, sacri concilii praesidens et apostolicus legatus de latere, recessit mane summo ex Bononia Romam versus, vocatus a Smo D. N. per litteras R¹ D. card. Farnesii 14. huius in Urbe datas, ut eius consilium intelligat super rebus
5 praesentibus concilii etc. deliberandis.

Fui ad card. Moronum, qui contulit ea, quae heri sero cum card. S. Crucis discusserat, et ei retuli quae cum Canobio et cardinali S. Crucis actum fuerit circa frumentum concilii et cum D. Oct[avi]o Peregr[in]o.

Cum card. de Monte pr[ansus] et [cum] Rofmulo] cefnavi].

18. Maii, Veneris.

10 Fui ad card. Moronum sollicitans rem Franc[isci] bibliopolae, qui cum esset aegrotus et de eius vita dubitaretur, cardinali visum est e carceribus liberare cum fideiussione de se repr[aesentando], ostenditque litteras, quas scribebat ad card. Farnesium, et rogavit, ut ego scriberem ad card. S. Crucis super liberando eo a legatione Bononiae¹. Ostenditque etiam litteras D. Camilli Ursini de militibus conscribendis pro
15 civitate Parmae. Retulit quae cum card. S. Crucis cupiebat agi a suo abb[ate]² in Urbe. Allocutus] primum fui D. Alf[onsum] Org³.

19. Maii, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis, qualiter card. de Monte non scribit, cum sit occupatus in rebus privatis Papiensibus⁴;

quod liberatus sit Iordanus a fideiussione;

20 de Francisco aegrotto liberato a carceribus;

de libris Calvinisb cardinali Morono oblatis⁵.

Misi notulam praelatorum qui interfuerunt septimae sessioni; rogavi pro subventionem praelatorum pauperum, et de discessu D. Pauli Vitelli, qui hodie recessit ex Bononia.

25 3^o Ulmus -q pauius Vitellus, qui erat hic Bononiae pro custodia civitatis cum peditibus Italicis et 150 Helvetiis et 40 equitibus levis armaturae, recessit ex Bononia Romam versus; in cuius locum permanet D. Ioannes eius frater.

Prfansus cum]0 card. Monte.

20. Maii, Dominica pentecostes.

Cum D. Octavio Peregrino in S. Dominico sacra audivi, et vespas cum D. Ant[oni]o Musot[to] in S. Petro, S. Martino, S. Iacobo et S. Francisco; in quo diem
30 consumpsi.

Rms D. card. de Monte fuit ad S. Michaellem in Bosco cefatum].

*

21. Maii, Lunae.

W Rms D. card. de Monte_ recepit litteras ex Augusta 16. huius datas a R D. episcopo Chissamensi nuncio apostolico, qui scribit se applicuisse Augustam
11. huius et non potuisse habere audientiam ab imperatore ante diem 15., in qua die
35 hora 20. publicavit scripturam, quam *Interim* vocant, ut secundum eam status Germaniae vivere debeant in religione usque ad determinationem concilii. Et hora 21. audit dictum D. Chissamensem, qui frigide nimis exposuit suam commissionem, cum tota eius vis consisteret circa ipsum *Interim*, quod cum publicatum fuisset, nihil restabat, quod cum S. Mte nomine Smi D. N. ageret. Imperator excusavit se de huiusmodi publicatione,

a sic. > lectio incerta. c nescio num recte suppleverim.

¹ De causis quae eum moverint v. infra ad 25. Iunii
1548. ...

Qui procurator eius videtur fuisse.
³ Nescio quis dicatur.

⁴ Cf. supra ad 15. Martii (p. 752, l. 1 ss.).

⁵ Praeterea scripsit de Morono liberando a legatione, quod is petierat. Litterae extant in tabulario Florentino *Carte Cervin.* vol. XVIII (cf. supra p. 719, adn. 1).

asserens se non posse amplius retinere dietam Augustae, et sciebat quod ipse Chissamensis non habebat in mandatis a S. Ste aliquid momenti. Circa civitatem Placentinam respondit imperator velle prius agere de rebus publicis, deinde de privatis; nam res privata est agi de Placentia, cum ea pertineat ad domum Farnesianam. Et quod ipse imperator dixerit se nunquam egisse aliquid, quod non esset boni et catholici principis K 5

Scrpsit card. de Monte ad card. S. Crucis, mittens ei litteras supradictas <per staffettam>a, inquiens se non videre remedium magis praesentaneum praesentibus calamitatibus, quam quod declararet translationem esse validam, et concilium Romam transferatur. — Scrpsit item super litteris praelatorum Tridentinorum, mittens eius iudicium et sententiam episcopi Minorienensis et generalis Heremitarum², ut omnia conferre posset 10 cum DD. deputatis concilii, qui sunt Romae³.

Fui ad card. Moronum et oratores Gallos, quibus retuli nomine cardinalis de Monte ea, quae scribebat D. Chissamensis.

296r

22. Maii, Martis.

Recepimus litteras ex Venetiis a R^{mo} D. archiepiscopo Beneventano nuncio apostolico, 19. huius datas, quibus significat quasdam novitates ex Augusta 5. huius: 15 quod in illa civitate construebatur arx etc.

Rmu» carcj c^{de} Monte fuit ad S. Michaellem in Bosco cen[atum]j.

In sero cum Vent[urino] prope men[ia] civ[itatis] ad] Rhenjum] Ven. ex.

23. Maii, Mercurii.

Fui cum D. Bartholomaeo equite Volta et equite Bolognetto ac Hieronymo Ferr[eo], Rom[ulo] Cerv[ino], guard[arobba] et camferario] Volt[ae] cen[atum] extra 20 portam S. Vitfal[is] ad locum Volt[arum].

Fui ad card. Moronum, cui commendavi licentiam extrahendi arietes.

24. Maii, Iovis.

R^{ma} D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de suspensione concilii, quae consultitur ab oratoribus [regis] Chrm post latam sententiam super translatione. Item de fratre S. Dominici, qui dixit se locutum cum quadam vetula in dominio Bri- 25 xiensi, quae qualibet die Veneris rapitur in spiritu et in estasis et emittit sudorem sanguinis in manibus ad similitudinem stigmatum et praedicit futura; quae mulier dixit, quod imperator morietur infra sex menses, et quod pontifex supervivet, sed infra annum etiam ipse morietur⁴.

Mittitur forma litterarum pro responsione ad praelatos Tridentinos concepta ab 30 episcopo Minorienensi⁵ cum suis litteris ad card. S. Crucis.

Scripsi ego ad card. S. Crucis part[iculariter] de bibliopola Francisco⁶ et misi litteras ex Venetiis etc. et Mirapicensis⁷.

Recepimus litteras a D. Hieronymo Franco, nuncio apostolico apud Helvetios, 17. huius Zug datas, cum litteris ad card. Farnesium⁸ et exemplo propositionis 35 per eum factae in dieta 10. huius celebrata, et litteris ad card. Verulanum.

Item recepi litteras privatas sub eadem data in responsionem mearum, et de legatione sua mihi demandanda⁹.

a supra lineam add.

b sic.

1 Cf. Raynaldum ad a. 1548, n. 55.

2 Cf. supra ad 14. Maii (p. 766, l. 5 et adn. 3).

3 His litteris usus est earumque dat epitomen G. de Leva, Storia doc. di Carlo V, vol. IV, p. 442 (adn. 3), et vol. V (Bologna 1894), p. 2; cf. Pallavicin. 11, 1, 2, 3.

4 Hoc modo futura praedici possunt sine ecstasi et sine emissionem sanguinis: imperator plus decem annos ab eo tempore vixit, pontifex obiit 10. Novembris 1549. Mirum videtur, legatum concilii hanc prophetiam tanti fecisse, ut collegae Romam scriberet. Ceterum de his litteris cf. de Leva IV, 442, adn. 3; V, 2 et maxime (de consilio oratoris Galli) 43.

5 Nescio utrum hic et responsum praelatis Triden-

tinis (p. 766, l. 4) et aliud procuratoribus Caesaris datum (cf. infra p. 770, adn. 1 et ad 16. Iunii p. 773, l. 16) praeparaverit, an Pallavicinus II, 1, 3 rem confuderit.

6 In litteris (cf. p. 767, l. 21 et adn. 5) praeterea legitur: »questo novo iudice dei Torone par che stia mezo amalato*; cf. supra p. 762, l. 37; infra p. 785, l. 7-7 Cervinus 29. Maii (Arch. Vat. Concil. 139> 10 > cf. infra ad 5. Iunii) scribit Massarello se tradidisse litteras »di Mons' Mirapo[is] dirette al Vescovo di Vasona*.

8 Litterae ad Farnesium missae sunt apud C. Win, Akten p. 443, n. 296.

9 De hoc consilio aliunde nil scimus, sed mense Ianuario 1549 Francum com meatum petiisse constat, cf. Wirz l. c. p. xxx.

25. Maii, Veneris.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras Helvet[icas], de quibus supra.
Misimus Romam dictas litteras per staffettam.

Cum Vent[urino] exfercui] Ven.a retfro] domjum] Camfpegiorum] 1.

Auctenticavi (iubente Rmo card. de Monte) decretum secundum quintae sessionis
5 Tridentinae, ubi agitur de lectionibus et praedicationibus etc., pro episcopo Calaguritano.

26. Maii, Sabbati.

Rm'a D. card. de Monte scripsit ad Rmum D. card. S. Crucis de pecunia
pro subventioneb praelatorum.

Scripsi ego ad eundem dominum meum in commendationem D. Octavii Peregrini
pro sua causa cum D. Iac[oba] Bentivo[la]2.

10 Fui ad Rmm D. card. Moronum pro causa Francisci bibliopolae.

27. Maii, Dominica trinitatis.

Recepimus litteras ab Illmo D. Camillo Ursino, quod milites Caesariani
augeantur in dies, et propterea oporteat, quod etiam nostri augeantur Parmae.

Fui ad card. Moronum propter causam suprascriptam, ut omnia ad Rmum D. card.
Farnesium referantur.

15 Rms D. card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco.
Alloquutus fui D. comitissam Bagnfi]3.

28. Maii, Lunae.

Fui cum D. Rom[ulo] Cervfino] et Antfonio] Lorenz[ino], Virg[ilio ?] Marsil[io] 4 ad
villam D. Hieronymi Ferri 5 milliaria extra Bononiam.

29. Maii, Martis.

Hora 21. reversus fui ex dicta villa et statim ivi ad card. Moronum pro re D. Antfonii]
20 Manuzii de libris datis Francisco bibliopolae. Remisit totum id negotium mihi decidendum.
Cum Vent[urino] extra palfatium] nu.c

30. Maii, Mercurii.

236

RmTM card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio 27. datas,
quibus significat Smum D. N. brevi terminaturum res concilii, et quod cito redibit Rm]3
D. card. S. Crucis. Interim hortatur, ut patienter hic maneant, misitque litterarum car-
25 dinalis Sfondrati exemplum 16. Augustae datarum.

Item recepit litteras a card. S. Crucis 26. datas, quibus significat se brevi
rediturum Bononiam et res conciliares terminat[urum] d.

Recepi ego litteras a cardinali S. Crucis, quibus significat loquutum fuisse cum
pontifice pro cardinali Morono, pro quo ego scripseram 5.

30 Loquutus fui cum Francisco bibliopola, eumque hortatus fui fraterne, ut delicta
sua mihi patefaceret, prout aliquando patefecit de libris Lutheranis.

a venationem/3 b cod. suventione. c nescio quomodo sit supplendum. d vix aliter supplendum est.

1 Cf. infra ad 29. Maii et 5- 6. 7. Iunii.

2 Cf. supra p. 719, adn. 1. Cervinus rogatur, ut
intercederet apud Pighinum et Puteum, et 30. Maii
respondet se id facturum »a bona occasione«. Cf. infra
ad 18. et 29. Aug. 1548. — Praeterea in illis litteris
Massarellus nuntiat Cervino nomine archiepiscopi Ar-
macani, »come gia tre o quattro giorni sono parti de
qui [Bononia] un Nicolo Bodivello [sic] Spagnolo della
compagnia di questi pretini, che vien di Germania alia
volta di Roma«, et qui de rebus Germanicis possit
referre; 30. Maii Cervinus respondet (cf. infra ad

Concilium Tridentinum. I.

5. Iunii: »11 Bobadiglia e arrivato in Roma et io gli
parlero.« De Bobadillae reditu cf. B. Duhr, Rom.
Quartalschr. XI (1897), 580 s.

3 Cf. infra ad 5. Iunii (p. 771, l. 15 et adn. 6).

4 Nescio utrum ita supplendum sit, an Virg[ilius] et
Marsilius sint separandi, et Virgilius sit ille Virgilio
Corso cantor concilii, quem Manellus (f. XXX) ait
venisse Bononiam ineunte mense Septembris 1547-

3 Hae epistolae et plurimae aliae tunc a Cervino
ad Massarellum missae extant in codice tabularii Vatie,
Concil. 139.

31. Maii, Iovis, in festo corporis Christi.

Fit processio sollemnis, fertur sacramentum ab episcopo Sebastensi Bononiae suffraganeo; sociantur sacramentum Rms D. card. Moronus Bononiae legatus et archi episcopus Ragusinus vicelegatus una cum omnibus magistratibus Bononiensibus. RmM D. card. de Monte et alii episcopi conciliares non iverunt in processione, ne actum conciliarem facere viderentur, cum id prohibitum sit a pontifice.

5

Rms j} Card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, mittens litteras Illm D. Camilli ex Parma, quibus significat Caesarianos milites in dies augeri.

Item ad card. S. Crucis, quod mittentur acta duarum congregationum, quae praecesserunt translationem, et de concilio Romam transferendo 1.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de receptione cedulam 500 aureorum pro 10 subventionem praelatorum pauperum, et quod loquutus fuerim cum card. Morono de capitulo suarum litterarum, et de processione hodierna.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras heri receptas ex Urbe, nomine cardinalis de Monte.

Tota die in scribendis litteris elaboravimus.

15

1. Iunii 1548, Bononiae, Veneris.

Fui ad S. Michaellem in Bosco ad card. de Monte, cum quo aptavi congregationem primam ante translationem concilii Tridenti habitam, ut Romam transmitti possit; ibique cenavi, et tota die permansi.

Cum Cat. Ven. ex.a

2. Iunii, Sabbati.

Rms j} card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, quod acta congrega- 20 tionum duarum ante translationem mittentur.

Mittuntur ad Urbem ad card. Farnesium litterae Illm D. Camilli Ursini ex Parma 1. huius datae, quibus significat ea, quae Caesariani milites post ultimas litteras fecerint.

Perfeci primam congregationem ante translationem, in qua tota die laboravi.

3. Iunii, Dominica.

Perfeci saecundam b congregationem ante translationem Tridentinam, ut ad card. 25 S. Crucis transmittatur.

Recepimus litteras ab Illmo D. Camillo Ursino 2. huius Parmae datas, quibus gratias agit de officio, quod gessimus apud card. Farnesium pro stipendio militum in ea civitate permanentium.

Cum Vent[urino] ret[ro] pal[atium] legati. 2

30

4. Iunii, Lunae.

^ Rms card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de reversione sui D. Fran- c[isci] d'A spras.

Item ad cardinalem S. Crucis, cui missa fuerunt acta duarum congregationum habitarum Tridenti ante translationem, auctenticata in publica forma a me Angelo Mas-

a Cum Catone [nomen hominis vel canisP cf. infra ad 2. Sept.] venationem exercui?

b sic.

1 Litteras excerpit de Leva V, p. 2 et Pallavicin. II, 1, 3. Praeterea (secundum Pallavicinum) card. de Monte loquebatur de responso ad protestationem procuratorum imperatoris dando, praeparato per Ambrosium Catharinum episcopum Minoriensem; sed cf. supra ad 24. Maii (p. 768, adn. 5).

2 Cf. supra ad 25. et 29. Maii.

3 Unde et quo reversus sit nescio. Franciscus Massarius de Aspra tunc procurator cardinalis de Monte erat Romae, cf. infra ad 13. Aug. 1548; mense Februarii 1550 a Iulio III camerae apostolicae praesidens creatus est (cf. diar. VI, f. 341r), quo in

documento 10. Febr. dato pontifex eum vocat «laicum Sabinensis diocesis, cubicularium secretum de numero assistentium et antiquum familiarem nostrum» (lib. of ficiat. p. 28, apud Garampi Saggi etc., App. p. 290, adn. 11, cf. ibid. p. 288, adn.). »Da questo ufficio passo poi a quello di tesoriere generale ai 15 di Novembre dell'anno 1551 (l. c. p. 43. 50), ch'egli rassegnò ai 12 di Luglio dei 1555 > essendogli successo il [Girolamo] Sauli. . . . Una sua lettera dell'anno 155° [r7- lan- ad Franciscum da Fabriano data] e stampata fra le facete raccolte dal Turchi [in Vinegia 1601] l. II, p. 191« (Garampi l. c. p. 290).

sarello de S. Severino, sacri concilii secretario, quibus omnibus illis congregationibus solus, extra praelatos, interfui semper, et omnia in notam sumpsi, prout in aliis omnibus.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de prioratu S. Severini, quod loquatur cum card. S. Georgii etc., cum obierit D. Severinus Buccaurat[us]

5. Iunii, Martis.

297r

5 Recepimus litteras a Rm^e D. card. S. Crucis 30. huius datas, quibus significat receptionem nostrarum 26. datarum et de difficult[atibus] ort[is] circa confoederationem cum Gallis³ et de congregationibus faciendis in concilio.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras cardinalis S. Crucis de re sua particulari et abbat[ia] Cremonensi³. Qui ostendit mihi litteras secretarii cardinalis Carpensis, 10 quibus significat, quod in confoederatione pontificis cum rege Gallorum orta sit difficultas circa depositum; quapropter mittet S. Stas D. episcopum Imolensem in Galliam ¹. Item mittet episcopum Fanensem in Germaniam ad imperatorem, ut una cum card. Sfondrato legatus agat pro rebus religionis in illa provincia et inveniant modum tolerandi scripturam, quae *Interim* vocatur, et quod supersedetur in sententia translationis⁵.

15 Scripsi ad D. comitissam de Balneo⁶ in favorem Don Ioannis Baptistae de Tegna Sanctoseverinate, qui est in Montescudulo⁷.

6. Iunii, Mercurii.

Solvuntur 150 aurei argentei de Gabriellis pro residuo quingentorum Rm^s legatis commodatorum, et solvitur interesse pro quattuor mensibus, et destruitur hoc debitum.

20 Reperi litteras ab Illma D. comitissa Balnei in responsionem mearum in commendationem Don Io. Baptistae de Tegna, quod eum habebit commendatum.

Fui pransus] cum sacris[ta] S. Petrijonii] et Antfonio] Man[ello].

Scripsi ad card. S. Crucis de iis, quae heri a card. Morono audiui, et de prioratu S. Severini, et de solutione 150 scutorum supradictorum a, et de liquidatione depositorum cum Bonfigli[iis].

25 Applicuit Bononiam R^{ms} episcopus Lavellensis.

Item applicuit R^{ms} D. episcopus Parentinus.

7. Iunii, Iovis.

Missae fuerunt litterae hesternae Romam ad card. S. Crucis, cui scripsit etiam card. de Monte⁸.

a cod. sup[er]tis.

1 In litteris (cod. tabui. Florentin. *Carte Cervin* adn. 3; p. 794, adn. 1. Addit Cervinus: »Dite a XV^{III}, cf. supra p. 719, adn. 1) dicit: »Son stato avisato da Roma che il fratello di Mr Hieronimo Buccaurato, chiamato Mr Severino, quale stava con il card. S. Giorgio et havea quel benedetto priorato di S. Severino de mio zio, e morto alii giorni passati«, cardinaleque officium dedisse »a un Mr Virgilio, canonico di S. Pietro, per dario poi a chi le para de quelli di S. Severino«. Massarellus desiderat prioratum non propter pecuniam, cum reditus sint pauci et insuper pensione sit gravatus, sed ob honorem suae domus, quae illum habuerit per triginta annos; paratus est omnia concedere Virgilio, sola denominatione sibi reservata; si cardinalis [S. Georgii] diceret prioratum esse reservandum Hieronymi cognatis, respondet hos esse pueros nondum decem annorum, facileque fratrem Hieronymi assensurum. Quibus respondet Cervinus litteris 9. Iunii Romae datis (*Concil.* t. 139, f. 11): »Ho parlato coi Rmo card. di S. Giorgio di quel priorato di San Severino, come voi mi scrivete. Mi dice d' haverlo conferito a Mr Virgilio Capo di ferro, perche se P habbia, in modo che bisogna tentare, con lui il partito vostro. Il che faro fare per qualche mezo che sia giudicato piu a proposito.« Cf. infra p. 776, 1. 6 et

magister Grandis ch' io ho ricevuta la sua lettera insieme con le considerationi, quali ha fatte sopra l' *Interim*, et che con la prima buona occasione le presentaro in suo nome a N. Sre.«

2 De quibus difficultatibus cf. *de Leva* IV, 425 s.; V, 10 ss. *Pallavicin.* 11, 1, 4; infra p. 786, 1. 11 s.

3 Quae secundum litteras Cervini 30. Maii datas (cf. 1. 5 ss.) ei in compensationem pro dimissa legatione danda erat, si vacasset.

4 Cf. adn. 2 huius pag. et infra ad 11. Iunii. De Dandino v. supra p. 252, adn. 3; p. 644, adn. 4; *Pallavicin.* 11, 1, 7; *de Leva* V, 10 ss.; *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. d. stand. Nuntiat, p. 132.

5 *Raynaldus* ad a. 1548, n. 56. *Pallavicin.* 11, 1, 6. *de Leva* V, 4 ss. *Pieper* 1. c. p. 98. De Bertani vita v. supra p. 195, adn. 1; cf. p. 540, 1. 6 ss. et adn. 2 (quae adnot. corrigitur p. 566, 1. 4 et adn. 3); p. 565, 1. 2 ss. 11 ss.; p. 668, 1. 46; p. 669, 1. 1 et adn. 1; p. 698, 1. 38 s.

6 Cf. supra ad 27. Maii, infra ad 6. et 7. Iunii.

7 Videtur intellegi castellum *Montescudum* hodie vocatum, quod prope Ariminum est situm.

8 *Pallavicin.* 11, 1, 1. 3; *de Leva* N, 3 et adn. 1.

Item ad card. Farnesium de rebus suis Papiensibus.

Fui ad card. Moronum loquutus de litteris Illm D. Camilli Ursini, et bibliopola Francisco, quod in carcerem detrudatur.

Recepi litteras a Don Ioanne Baptista Tegna 4. huius e Montescudulo, ut eum commendem Illm D. comitissae a Balneo.

8. Iunii, Veneris.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras ex Papia nomine cardinalis de Monte, quibus significat¹ quod Caesariani spoliaverint ipsum card. de Monte episcopatu Papiensi, et quod omnes redditus et omnia bona sequestraverint, et haec omnia de facto nulloque iuris colore, nisi hac una ratione, quod card. de Monte adversus fuerit rebus imperatoris, et ut faveatur Hieronymo de Rubeis sicario, olim episcopo Papiensi, sed ob homicidium a pontifice privato ¹.

Ostendique dictas litteras oratoribus Gallis, ut regi Chrmo significarent hoc enorme factum etc.; obtulerunt se prontissimos etc. (Bis fui apud eos, et egi de cardinali regis servo)² etc.

g. Iunii, Sabbati.

Rmus ³ card. de Monte scripsit ad⁴ card. S. Crucis de sermone habito cum quodam praelato eius amico, quem cum primis sig[nifica]bit.

Item ad card. Farnesium de rebus suis Papiensibus².

Ego scripsi ad card. S. Crucis, accusando receptionem suarum, et cerem[oniose].

Fui ad card. Moronum super litteris scribendis ad Illm D. Camillum Ursinum de militibus Caesarianis.

10. Iunii, Dominica.

Fui ad oratorem Gallum nomine cardinalis de Monte et de re sua Papiensi loquutus, eique dedi scripturam *Interim* vocatam.

Scripsi ad generalem Conventualium s. Francisci, agens gratias de praedicatione Lendinarae³ pro fratre Iulio Sanctoseverinate³.

11. Iunii, Lunae.

⁴ Applicuit Bononiam D. episcopus Imolensis Hieronymus Dandinus, qui proficiscitur ad regem Chr^m, missus a summo pontifice pro rebus confederationis et privatis et concilii⁴; it per equos dispositos.

Recepimus litteras a card. S. Crucis 6. huius datas⁵, quibus accusat receptionem nostrarum ultimo Maii et 2. huius datarum, et quod de rebus concilii exspectabitur, quid D. Dandinus cum rege egerit.

Rmos p card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio 8. huius datas una cum litteris card. Sfondrati ex Augusta 26. Maii datis et prohemio super scriptura *Interim* vocata, et notationibus super locis mutatis a prima publicatione.

Fui ad card. Moronum, cui nomine cardinalis de Monte ostendi supradictas litteras; quo tempore venit Dandinus.

12. Iunii, Martis.

D. Dandinus recessit heri hora 20. Galliam versus per equos dispositos.

Rmus p. card. de Monte ivit ad Bertholottos⁶.

13. Iunii, Mercurii.

Recepimus literas a R^o D. archiepiscopo Venetiarum cum novitatibus ex Augusta de scripto *Interim* reformato et a principibus recepto.

Fui ad Rm^m card. Moronum pro causa Francisci bibliopolae, quae mihi demandata est.

a sic. b cod. in cifra: ckt gxx bgxe fpt fu fhk cf dbckobmk sfhk tfsxkfp, proprie . . . egi be carbinali regi servieno (confunditur serviente et servo / alius error saepius invenitur apud Massarellum, cf. supra p. 740, adn. b). c sic (forma italica.)

1 Cf. supra ad 15. Martii 1548.

2 Sed etiam de aliis, cf. de Leva V, 2 et adn. 4. Rursus in litteris Cervino scriptis loquitur de Papiensi: de Leva V, 17, 18, adn. 1,

3 Cf. supra ad 14. Maii 1548.

4 Cf. supra ad 5. Iunii (p. 771, l. 11 et adn. 4).

5 Hae litterae non inveniuntur in cod. Concil. 139.

6 Cf. infra ad 21. Iunii 1548.

14. Iunii, Iovis.

Rmus £). card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de receptione suarum 6. huius datarum et de re sua privata Papiensi ac de iudicio translationis et sententia ferenda, in quo sit perplexus, adducens rationes pro utraque parte¹.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de receptione suarum 6. datarum et de 5 Francisco bibliot[hecario], qui detrudetur in carcerem, et de fratre Lucio², quid de eo faciendum sit, et de transitu D. Dandini.

Fui in S. Michaeli in Bosco tota die pro expeditione supradictarum litterarum. Lusi prim[ieram] cum cardinali, amisi tres aureos.

15. Iunii, Veneris.

Cognovi causam Dossenaë bibliopolae³ cum Giunt[ia] Veneto et Manutio.

10 Applicuit Bononiam D. Vincentius de Massatio, qui nobiscum] hospitatus est.

Formavimus responsum ad card. Farnesium super scriptura *Interim* cum episcopo 15 Minoriensi *i*.

Cum cardinali de Monte, Pomp[ei]o et equi[te] prim[ieram] lusi.

16. Iunii, Sabbati.

Rmus carc] -ie Monte scripsit ad card. Farnesium de prohemio et locis 15 mutatis in scripto *Interim*.

Item ad cardinalem S. Crucis de responsione danda protestationi imperatoris factae contra concilium 5.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de receptione suarum 6. huius datarum et de prioratu S. Severini.

20 Cum D. Tryphone?] et Ven[turino] in ca. car. etc.

17. Iunii, Dominica.

Rds D. episcopus Fanensis, D. Petrus Bertanus Mutinensis ord. Praed., applicuit Bononiam, proficiscens nuncius apostolicus ad imperatorem, ut cum S. Mte tum de rebus concilii, tum de Placentia agat⁶. Recessit hora 18.

Quidam Dalmatus evolavit supra cordam a summitate turris Asinellorum usque ad angulum destrum palatii publici. Quod fuit mirabile visu, cum antehac quid tale factum non fuerit.

Fui ad S. Michaeli in Bosco cum Rmo card. de Monte, cum quo pr[ansus] et ce[natus], et D. Trif[one] et Vinc[entio] de Mass[at]is]. Unde volentem vidimus.

18. Iunii, Lunae.

^ Recepimus litteras a Rmo card. S. Crucis 16. huius datas, quibus significat pontificem velle o[mnino] pronuntiare in causa translationis concilii, et quod propterea 3^a causa ventiletur et dubia discutiantur⁷.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras cardinalis S. Crucis publicas et privatas, in quibus agebatur de Francisco bibliopola. Retulit quae habuerat ab episcopo Fanensi de sua negotiatione.

19. Iunii, Martis.

Rmus j) carc] (je Monte recepit litteras a nuncio apostolico apud 35 Helvetios, Zug 13. huius datas una cum litteris ad card. Farnesium⁸, in quibus significat milites Caesarianos descendere in Italiam.

a haec ab alia manu addita sunt in margine interiore, cum marginis exterioris particula avulsa sit.

1 Cf. Pallavicin. 11, 1, 5; de Leva V, 3. 15 (adn. 1. 2).

2 Cf. supra ad 8. Aprilis 1548. Cervinus 20. Iunii respondit (Concil. t. 139, f. 13 bis) fratrem Lucium posse ire Placentiam (in patriam suam) data una bona et sufficiente sicurtate se reversurum esse intra 15 vel 20 dies. Cf. infra ad 26. Iunii 1548.

3 Qua de causa v. infra ad 25. Iunii, ad 6. Aug. et 18. Sept. 1548.

4 Cf. Raynaldum ad a. 1548, n. 56.

5 Pallavicinus ii, 1, 3 citat epistolam primi praesidentis 26. Iunii datam; qui mihi videtur error typographi esse pro 16. Cf. supra ad 24. Maii (p. 768, 1. 30/31, adn. 5) et 31. Maii (p. 770, adn. 1) 1548.

6 Cf. supra ad 5. Iunii (p. 771, 1. 10/11 et adn. 4; infra ad 9. et 25. Iulii.

7 Hoc die potuerunt praesentari litterae 13. Iunii a Cervino ad cardinalem de Monte datae, quarum particulam exhibet de Leva V, 3> adn. 3.

8 Neutra epistula invenitur apud Wirz, Akten etc.

Item recepit litteras ab Illmo D. Camillo Ursino 18. datas, quibus significat praeparationem Caesarianorum ad bellum.

Scrpsimus ad card. Farnesium et card. S. Crucis de episcopo Fanensi, quod non venerit visitatum ipsum cardinalem de Monte

Scrpsi ego ad card. S. Crucis, cui misi computum 500 scutorum expositorum 5 hoc mense Iunii pro necessitatibus concilii. Item de fuga Francisci bibliopolae2.

20. Iunii, Mercurii.

^A Rm's D. card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio et S. Crucis, qui ambo significant, quod Sm's D. N. decreverat dare ei legationem Bononiae, ut una cum legatione concilii eam exerceret, et hoc in recompensationem episcopatus Papiensis, qui ei ablatum est ab imperatore de facto insolenter, ut superius notatum est. 10

Fui ad card. Moronum, cui ostendi nomine cardinalis de Monte dictas litteras; qui ostendit mihi alias similes, quas ei scripserat card. Farnesius, videlicet ut praepararet se ad iter, quoniam S. Stæcupiebat eum iturum Romam. Egit gratias cardinali S. Crucis, cui acceptum fert hoc, ut ipse card. Farnesius testatur in suis litteris, et brevi se disces surum dicit. Et gratias egit cardinali de Monte, qui cum eo ita benigne se gesserit, ut 15 si non libenter delinquat legationem Bononiae, ipse card. de Monte eam non acceptaret.

Redii ter ad card. de Monte eadem ex causa supradicta.

Scrpsi ad card. S. Crucis de receptione supradictarum litterarum, et quod card. Moronus ceperit magnam laetitiam huius revocationis, sed cupiisset prius habere aliquam recompensationem], et quod ibit Mutinam, cum Romae non possit se et suos 20 commode sustentare. Et hoc scrpsi ad instantiam et preces ipsius card. Moroni.

21. Iunii, Iovis.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi litteras, quas card. de Monte scribit ad card. Farnesium et cardinalem S. Crucis super deputationem legationis. Expediuntur dictae litterae per staffettam.

Commendavi card. Morono Iohannem] Ferr[eum]8 pro 130 scutis fideiussis etc. 25 Annuit; et de biblioth[ecario] et de suo discessu loquutus; quater ad eum ivi.

Rmus carc[<]je Monte fuit ad Bertholfottos]

22. Iunii, Veneris.

Rmus car(j Moronus venit visitatum Rmum card. de Monte ob novam legationem Bononiensem.

Fui ad card. Moronum ob negocium bibliopolae et loquutus de legatione nomine 30 cardinalis de Monte.

Cum D. Michfaele] auditore civili legat[ionis] egi de executione facienda contra bibliopolam 5.

23. Iunii, Sabbati.

^A Rmus j} card. de Monte scrpsit ad card. S. Crucis, gratias agens de officio pro legatione, et quod praelati et oratores gavisi sint. 35

Scrpsit deinde hora 23. cum litteris Illmi D. Camilli Ursini et novitates ex Placentia de Caesarianis et de eo, quod Don Ferrandus significaverat ipsi D. Camillo de comite Rangono.

Applicuit hora 2. noctis Bononiam capitaneus Mengus de Montedolio, missus ab Illmo D. Camillo ex Parma, qui retulit se fuisse Mantuae, ubi audiverat prin-

¹ Bertanus ideo non visitavit cardinalem, quia sciebat minime imperiales illi favere, ne daretur causa difficultatum; quod aegerrime tulit primus praesidens, cf. *Pallavicin.* ii, i, 6. — Ex litteris particula apud *de Leva* V, 16, adn. i.

² Responsum Cervini 4. Iulii datum v. infra p. 779, adn. 1.

³ Hic Ioannes Ferreus vel Ferrus (*Ferro*), qui a Massarello in litteris 27. Iunii ad Cervinum datis (in

codice tabui. Florent. *Carte Cervin.* XVIII, cf. infra ad 27. Iunii) vocatur *fratello dei nostro M r Federico* (familiari cardinalis, cf. supra p. 186, l. 12, adn. 7) videtur accusatus esse, quod libros haereticos legisset vel omnino de haeresi. Cf. infra ad 8. Iulii p. 778, l. 41 ss.

⁴ Cf. supra ad 12. Iunii 1548.

⁵ Christophorum Dozzenam, cf. infra ad 25. Iunii 1548.

cipem Maximilianum nepotem imperatoris hodierna die applicuisse Tridentum, et quod brevi erit Mantuae cum mille equitibus et 3000 peditibus, et quod timeatura.

Scribitur statim hora eadem noctis 2. ad card. Farnesium super omnia per staffettam 1. Card. de Monte fuit visitatum card. Moronum.

S Fui ad eundem, de rebus D. Camilli loquutus.

24. Iunii, Dominica.

Rmils D. card. de Monte misit ad ducem Ferrariae D. Anibalem comitem Curciolensem, cui significat ea, quae retulerat capitaneus Mengus, rogans ut diceret, si quid aliud haberet; et ut ei significaret novam deputationem legationis Bononiensis, offerendo se paratissimum. Dedi ei ego 12 scuta².

10 Remittitur capitaneus Mengus ad Illmum D. Camillum cum informatione omnium supradictorum et offerendo se paratum etc.

Fui ad card. Moronum, cui retuli ea, quae Romam scripsimus et ad ducem Ferrariae, et scribitur idem ad Illmum D. Camillum Ursinum per staffettam 3.

25. Iunii, Lunae.

tj» Inceptum fuit inventarium librorum Christophori] Dozzenae¹, ut creditoribus satisfiat⁴.

15 Rms D. card. Moronus recepit litteras a Rmo card. Sfondrato ex Augusta 19. huius datas, quibus significat imperatorem proposuisse <14. huius> in dieta reformationem cleri Germanici et eisa modum vivendi quoad mores praescripsisse, ita ut iam unusquisque videat imperatorem hunc Carolum usurpasse sibi omnem iurisdictionem ecclesiasticam; nam die 15. Maii praeteriti praescripsit modum credendi quoad dogmata
20 fidei; nunc autem 14. huius mensis formam vivendi quoad mores Germaniae dedit⁵.

Cum Ventfurino] a prandio merjendavi?].

26. Iunii, Martis.

Fui ad card. Moronum, qui retulit ea quae habuerat ab Urbe de cardinalibus Gallis, quod insteterint apud pontificem pro eius revocatione a legatione ob res Parmae, cum ipse habeatur addictus imperatori⁶, et de eius recessu antequam mittatur breve
25 legationis ex Urbe.

Quae omnia ego retuli cardinali de Monte apud S. Michaellem in Bosco, et scripsit ad episcopum Arcimboldum Mediolanensem, et consuluit ne card. Moronus recederet antequam breve recipiatur. Quod ipsi card. Morono retuli, et annuit.

Recepi litteras a card. S. Crucis 20. huius datas, quibus significat licentiam
30 dandam fratri Lucio Placentino cum cautione, et de computo mittendo Romani expensarum huius mensis pro concilio⁷.

in marg. A tta (—

b lectio dubia.

add. in marg.

1 Manellus (f. LIII) ad i. Iulii: »A Mr Gio. Ambrogio, mastro della posta di Bologna, scudi dodici d'oro, quali sono per una staffetta spedita da lui a Roma per ordine delli Rmi legati alii 23 di Giugno passato, co' lettere dei Sor Camillo, da Parma, et per il detto Mr Gio. Ambrogio a Mr Angelo Massarello, che haveva pagati delli suoi.« Quare ad diem sequentem mihi videtur errare Massarellus, ubi Hannibali comiti ait se dedisse 12 scuta, cum id contradicat eis, quae dicit Manellus, cf. adnotationem sequentem.

2 Manellus (f. LIV) ad 4. Iulii: »A Mr Angelo Massarello, secretario dei concilio, scudi diece d'oro, quali sono per altri tanti dati da lui al conte Anibale Fogliani ali'andata che egli fece alii 24 dei mese passato a Ferrara in posta per conto delle cose di Parma.« — Sermo est de Hannibale Foliano comite Querciologiae, quem a. 1550 Iulius III fecit architrclinum (diar. VI, f. 341v); cf. infra ad 9. Iulii, 8. Aug., 30. Sept., 24. Oct. 1548. Qui eodem die 24. Iunii videtur reversus esse Bononiam; nam ad eundem 4. Iulii legitur

apud Manellum (f. LIV): »A Mr Gio. Ambrogio, mastro della posta di Bologna, scudi quattro d'oro, quali sono per una staffetta che egli spedi a Parma coi reporto dei conte Anibale da Ferrara alii 24 dei mese passato, et per il detto Mr Gio. Ambrogio a Mr Angelo Massarello che lui haveva pagati dei suo.« Cf. infra l. 12 s.

3 Cf. adnot. praecedentem.

4 Cf. ad 22. Iunii (p. 774, l. 37) et 6. Aug. 1548.

5 Raynaldus ad a. 1548, n. 57. Caroli V formula reformationis ecclesiasticae legitur apud *Le Piat* IV, 73—107; summarium apud *Raynaldum* ad a. 1548, n. 61. Cf. *Pallavicin.* 11, 2, 1; *de Leva* IV, 443; infra ad 9. Iulii 1548.

6 De fide card. Moroni videtur dubitatum esse etiam ea de causa, quoniam eius affinis cum Ferrando Gonzaga tractaverat, cf. infra ad 27., 29., 30. Iulii; 20., 23. Sept.; 17., 18., 27., 30. Oct. 1548; *Pallavicin.* 11, 2, 2 videtur rem velare.

7 Cf. supra p. 773, adn. 2.

27. Iunii, Mercurii.

Recepimus litteras ex Urbe 22. datas. Card. S. Crucis scribit cardinali de Monte de impressione responsionis datae per pontificem litteris statuum ecclesiasticorum Germaniae mensibus superioribus 1.

Recepi litteras a card. S. Crucis², quibus significat, quod ei mittantur notationes episcopi de Nobilibus super congregatione conciliorum per imperatorem³, et de officio, quod facturus est in prioratu S. Severini⁴.

Scripsi ad card. S. Crucis, mittens dictas notationes episcopi de Nobilibus⁵, et de cautione remissa D. Ioanni Ferreo in causa Francisci bibliopolae⁶ et de eo, quod mihi dixerat card. Moronus de cardinalibus Gallicis heri; et de sua abbatia Cavensi et de missione secretarii card. Moroni ad principem Maximilianum Mantuam.

Scripsi ad D. Ioannem Baptistam Cervinum, cui misi sex aureos, quos pro me exposuisse ascripserat, et misi litteras Bottis⁷, qui scripserat mihi se dedisse 6 scuta D. Rugg[er]io nomine meo.

Scripsique ad ipsum Rugg[er]ium, ut ea remitteret Romam ad Cervinum⁸.

Ventfurinus[me[cum] do. p[rimu]m et m[er]itum?] p[ro]p[ri]us[us].

299

28. Iunii, Iovis, Bononiae 1548.

R[ati]o[n]e j) card. de Monte recepit litteras ab Illm^o D. Camillo Ursino 27. huius Parmae datas, de transitu Maximiliani filii Ferdinandi regis per dominium Placentinum, et de militibus Caesarianis, qui cum eo veniant, et de provisionibus Parmae faciendis.

Fui ad card. Moronum, cui ostendi dictas litteras, et cum eo loquutus de legatione Bononiensi revocat[a].

Fui eadem ex causa ad card. de Monte in S. Michaeli in Bosco, et dictis litteris respondimus.

Ventfurinus[me. d. pm.

29. Iunii, Veneris, in die festo s. Petri.

Fui ad S. Michaeli in Bosco ad card. de Monte, cui dedi alias litteras Illm^o D. Camilli 28. datas.

Recepimus litteras Ulmi D. card. Farnesii 25. huius datas una cum litteris card. S. Crucis et D. archiepiscopi Materani, qui mittit quindecim dubia proposita a iudicibus translationis DD. deputatis a concilio, cum responsione ipsorum deputatorum ad dicta dubia⁸.

Vidimus in S. Michaeli in Bosco dicta dubia et responsionem, quam examinavimus.

Fui ad card. Moronum, qui retulit ea, quae habuerat ex Germania, Tridento et Placentia de transitu principis Maximiliani, et praelatis Tridenti commorantibus; quae per schedam cardinali de Monte significavi.

Curritur bravium e velluto carmesino; eq[ui] ducis Mantuae hab[ui]t.

Recepi litteras card. S. Crucis de officio, quod fecit pro card. Morono cum pontifice super recompensatione ei danda pro legatione 9.

a sic. b leguntur duae litterae tantum, et ultro dubium est, num sint Ce an Se.

1 Cf. p. 711, adn. 3; infra p. 779, l. 22 s. et adn. 10.

2 Datae sunt 22. Iunii (Concil. 139, f. 14).

3 Massarellus iubetur mittere »tutti quei luoghi raccolti da lui (Monsr di Nobili), dove si mostra che se l'imperatori antichi scrivevano lettere per congregare li concilii, lo facevano per l'autorita et consenso de la sede apostolica, quale sempre precedeva, et perche ancora io ho raccolto di cio qualche esemplo, desidero in spetie quello dei concilio Niceno et dell'Ephesino. Appresso cercate nell'ottava synodo latina, quale e in penna fra miei libri costi, et troverete non troppo lontano dal principio una epistola dei papa ali'imperatore Basilio, ne la quale si vede quanto di sopra e detto, et il parafo [sic] comincia Volumus, notato in margine di mia mano. Fatene copia et mandatemela con la prima cavalcata, scrivendo tutta quella sententia» (in epistula citata). Eandem de conciliorum congregatione sententiam protulerat iam 4. Iulii 1547 Sirletus (cf.

supra p. 537, adn. 3) in litteris ad Cervinum datis, quas excerpti in Rom. Quartalschrift XII (1898), 88. De tota quaestione cf. F. X. Funk, Kirchengeschichtl. Abhandl. u. Untersuchung. I (Paderb. 1897), 39—46.

4 »Mettendovi etiam per mezzo Monsr Maffeo, quale e parente dei Rmo card. di S. Giorgio« (epist. cit.).

5 Quae si inveniri potuerint, imprimantur cum actis, Cf. infra ad 4. Iulii 1548.

6 Cf. supra ad 21. Iunii (p. 774, l. 30 s. et adn. 3).

7 Cf. supra ad 11. Ian. 1548.

8 Dubia et responsio deputatorum edentur inter acta. Interim v. Pallavidn. 11, 2, 3. Cf. infra ad 23. Iulii 1548.

9 Datae sunt litterae 25. Iunii (Concil. 139, f. 15) »Quando S. Sta si risolse di sgravar il card. Morone de la legatione, io non mancai di ricordare a S. Sta i suoi bisogni, et non separai l'uno offitio dal altro«; pontificem promississe »di volerli provvedere in ogni modo«.

30. Iunii, Sabbati.

Recepimus litteras a card. Farnesio et S. Crucis 27. huius datas. Mit-
titur forma reformationis, quam imperator proposuit in dieta Angustana pro clero Ger-
maniae, et quod in primo consistorio declarabitur legatus Bononiae card. de Monte, quod
erit die 4. Iulii subsequenti².

5 Recepi litteras a card. S. Crucis de officio, quod fecerit, pro card. Morono
cum pontifice tenoris supradictarum³.

Rmus carc[. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, mittens eius iudicium circa
responsionem deputatorum concilii ad quindecim dubia proposita super translatione.

10 Item ad card. Farnesium de receptione supradictarum et causa Papiensi et de
legatione Bononiensi.

Item ad archiepiscopum Materanum de receptione supradictae responsionis.

100 Recepi litteras a D. Fed[er]ico Ferreo, quod habuerit meas litteras cum schedula
scutorum archiepiscopi Materani.

15 Tota die in scribendis litteris et consideranda responsione supradicta elaboravimus.
Vent. m. d.

I. Iulii, Dominica, Bononiae 1548.

Fui ad card. Moronum, qui ostendit litteras card. Farnesii et S. Crucis, quibus
significant S^m D. N. velle omnino providere necessitati ipsius Rm D. Moroni eodem
tempore, quo legatio Bononiensis ei auferetur, dixitque ipse card. Moronus, quod die
sabbati proxime futuri recedere vult Mediolanum versus.

20 Ingreditur praetor Bononiensis officium; coram legato iuramentum praestat.

Ostendi litteras meas privatas card. Morono a card. S. Crucis receptas, de officio
quod fecerit apud pontificem super recompensatione ei danda pro legatione Bononiensi⁴.

2. Iulii, Lunae.

299 V

Fui tota die apud S. Michaellem in Bosco cum card. de Monte, ubi formam re-
formationis ab imperatore in Germania propositam examinavimus⁵.

25 Allatum fuit nobis ducem Florentiae habuisse alium filium masculinum die 29. prae-
sentis mensis adveniente nocte ex filia Don Petri de Toletto viceregis Neapolitani⁶.

Rmus card. de Monte accepit mutuo a D. Cornelio de Malvania mercatore Bono-
niensi ducatos 270 auri in auro pro solutione subventionum pauperum praelatorum con-
cilii pro hoc mense Iulio.

3. Iulii, Martis.

30 R^{ms} D. Caesar Burgognonus Mirandulensis, electus episcopus Limo-
vicensis⁷, comparuit coram R^{mo} et Ill^{mo} D. card. de Monte sacri concilii praesidente
in domo eius solitae habitationis in aula, ubi praelati concilii convenire solent, et ex-
hibuit se paratum ad omnia obsequia ipsius concilii et ad permanendum in hac civitate
Bononiensi una cum aliis praelatis ad concilium celebrandum congregatis, et omnia
35 facienda, quae in celebratione sacri concilii necessaria fuerint et opportuna. Qui D.
episcopus exceptus fuit amanter ab ipso R^{mo} D. card. de Monte et admissus, ita ut
omnibus privilegiis, quibus interessentes in sacro concilio potiuntur, frui et gaudere possit.
Factaque fuit fides huius comparitionis signata manu Rm D. praesidentis et mea Angeli
Massarelli de S. Severino Picenatis, sacri concilii secretarii, et sigillo solito munita.

40 R^{ms} D. card. de Monte venit ex S. Michaelle Bononiam et illuc in sero reversus
fuit; cum quo in die formam reformationis cleri Germaniae examinav[i].

a sic.

1 Cf. supra ad 25. Iunii (p. 775, l. 15 ss. et adn. 4).

2 Rogante ipso cardinali (cf. infra ad 7. Iulii)
dilata est declaratio ad 13. Iulii, cf. infra ad 16. Iulii
1548.

3 Litterae datae sunt 27. Iunii (*Concil.* 139, f. 16);
ait Cervinus pontificem, si daturus sit legationem Bo-
noniensem cardinali de Monte, suppeditaturum etiam
Morono »da poter vivere«.

Concilium Tridentinum. I.

4 Cf. supra l. 2 et adn. 1 huius pag.

5 *Raynaldus* ad a. 1548, n. 62.

6 Nomen pueri erat Garcia, qui obiit a. 1562 (eodem
anno etiam frater eius, card. Ioannes de Medicis, mortuus
est, cf. *Ciacon.* III, 890).

7 Hinc apparet errare *Gamsium* (*Series episc.* p. 565),
qui a. 1555 Burgognonum electum esse ait. Cf. infra
ad 15. Iulii 1548.

4. Iulii, Mercurii.

Rmus p carci. de Monte scripsit ad card. Farnesium de legatione Bononiensi, et de eo, quod fertur de pensione, et de forma reformationis propositae ab imperatore clero Germaniae.

Item ad card. S. Crucis in responsionem suarum 30. praeteriti datarum, et de forma reformationis supradicta. 5

Scripsi ego ad card. S. Crucis de receptione suarum 30. datarum 1 cum cedula mille aureorum pro subventionem pauperum praelatorum. Misi aliquas notationes episcopi de Nobilibus de convocatione conciliorum 2, et de Maximiliano filio regis Ferdinandi, qui die lunae praeterita discesserit ex Mantua Mediolanum versus, et deinde Genuam.

Recepi litteras a cardinali S. Crucis 30. praeteriti datas cum cedula mille aureorum pro subventionem praelatorum concilii 3. 10

Item a D. Fed[er]ico Ferreo cum cedula centum aureorum receptorum ab archiepiscopo Materano, quos ego ei commodaveram.

Fui bis ad card. Moronum, qui retulit quae habuerat ex Mantua per suum secretarium et ex Urbe de legatione et de pensione. 15

Recepi a D. Cornelio de Malvania supradictos centum aureos.

5. Iulii, Iovis.

Recepi 730 aureos a D. Cornelio de Malvania pro subventionem pauperum praelatorum concilii.

Solvi provisiones conciliar[ium] officialium.

Retuli cardinali de Monte quae habui a card. Morono circa consilia ei 20 danda super regimine civitatis Bononiensis, videlicet ut audiat omnes benigne et quotidie, ut mandat exequutioni constitutiones noviter factas super officialibus et pompis etc., ut servet aequanimitatem ut caveat ne domus Pep[ulorum] cornua erigat etc.

Ventfurinus] m. d. 3 d. a.

3°r

6. Iulii, Veneris.

Fui ad card. Moronum ob legationem Bononiensem, ut ab eo informationes 25 caperem super officialibus constituendis a card. de Monte; et ad vicelegatum archiepiscopum Ragusinum.

Concepimus litteras ad card. Farnesium et scripsimus ad Illm D. Camillum Ursinum Parmam de pecunia pro stipendio militum illius civitatis.

Item ad vicelegatum Romandiola de licentia frum[entum] extrahendi]. 3°

7. Iulii, Sabbati.

Rmus j} card. de Monte recepit litteras a card. S. Crucis 3. huius Romae datas, quibus significat receptionem suarum super legatione Bononiensi.

Scripsimus ad card. S. Crucis et ad card. Farnesium super retardatione legationis Bononiensis.

Item ad D. Franciscum Aspr[a]4 de pensione et retardatione usque ad septimum. 35

Scripsi ego ad card. S. Crucis officiose, dirigens alligatas.

P'ui tota die hac de causa in S. Michaeli in Bosco cum card. de Monte.

8. Iulii, Dominica.

Rmus p card. de Monte recepit litteras a Rmo card. S. Crucis una cum breve apostolico super licentia extrahendi ex Romandiola mille salmas frumenti, et 500 hordeia pro usu praelatorum concilii. 4°

Recepi litteras a card. S. Crucis super re D. Ioannis Ferrii5 et eius opi-

¶ cod. orde.

1 Sunt *Concil.* t. 139, f. 17.

2 Cf. supra ad 27. Iunii p. 776, l. 4/5 et adn. 2.

a Cf. lin. 6/7 et adnot. 1.

4 De quo v. supra ad 4. Iunii 1548 (p. 77°)

1. 31/32 et adn. 3.

5 Cf. supra p. 774, adn. 3.

nionibus circa fidem, et de pecunia pro usu et necessitatibus concilii, et de notationibus episcopi Aciensis et eius commendatione

Fui ad card. Moronum, cui retuli nomine Rmi de Monte ea quae scripserat card. S. Crucis. Item quod cum legationem capiet Bononiensem, non mutabit vice-
5 legatum; quod et ipsi vicelegato significavi, contrarium enim credebant.

Habui alias informationes pro regimine cancellariae et secr[etarius] Bononiensis.

Recepimus litteras a D. Hieronymo Franco, nuncio apostolico apud Helvetios, quas misimus Romam ad card. Farnesium 2, ad quem etiam scripsimus.

Item ad card. S. Crucis de receptione suarum 4. datarum.

9. Iulii, Lunae.

10 Rmus D. card. de Monte scripsit ad cardinales Farnesium et S. Crucis de comite Hannibale³, qui iturus est Romam pro negociis ipsius card. de Monte/.

Item ad episcopum Ferentinum⁵ et D. Puteum auditores Rotae.

Vefnturinus] ient[aculum] in d[omo] fe[cit] m[ecum].

Recepimus litteras ex Augusta 3. huius datas, quibus significatur, quod
15 die secunda huius mensis factus fuerat recessus dietae Augustanae, in qua publicata fuerat scriptura, quae dicitur *Interim* et reformatio cleri Germaniae⁶, et quod indicta fuerat alia dieta Argentinae ad libitum imperatoris⁷.

10. Iulii, Martis.

Fui cum card. Morono, qui retulit quae habuerat ex Augusta⁸ et Urbe, et de pensione imponenda in legatione Bononiensi⁹, ut cum cardinali de Monte loquar.

20 Tota die postea fui ad S. Michaellem in Bosco cum card. de Monte de supra- dictis loquuti et imprimenda responsione data a pontifice statibus ecclesiasticis Germaniae de reductione concilii Tridentum¹⁰.

Habui opera omnia Ciceronis et bibli[am] in 5 voluminibus Grif[ii] n.

11. Iulii, Mercurii.

30 O V

t,Rmus q carcj Monte recepit litteras a card. Farnesio 8. huius datas,
25 quibus significat, quod S^m f^m D. N. in primo consistorio decreverat illum creare legatum Bononiae¹².

Item ad card. S. Crucis, qui idem scripsit.

a abhinc alius ductus manus.

b ad primani lineam 11. Iulii et ad primam 12. ponitur B et A, quibus indicatur mutandum esse ordinem; sed non clarum est, utrum ad primas propositiones an ad totas relationes id pertineat.

1 Litterae extant in cod. *Concil.* 139, f. 18 et datae sunt 4. Iulii (cf. 1. 9 huius pag.). »Quanto a Mr Francesco libraro, poiche e fuggito [v. supra ad 19. Iulii 1548], non occorre dirne altro; et perche potria esser che Mr Gio. Ferro [v. supra ad 21. Iulii 1548] per la communione et familiarita, quale si vede ch' haveva con Francesco, fusse ancora lui in qualche errore«, de hoc inquirendum esse.

2 C. Wirz, Akten p. 444, n. 297, habet litteras Franci ad Farnesium 2. Iulii 1548 Altorfii datas.

3 Hannibal Folianus comes Querciolae, cf. p. 775, 1. 6.

4 Litterae ad Farnesium datae excerptur a Leva V, 43 s. (de Ebrodunensi aliisque Gallis discessum minantibus); ad Cervinum ibid. p. 16. Cf. infra p. 782@.

5 Sebastianus Pighinus, qui 3. Iulii ab ecclesia Alifana translatus erat ad Ferentinam; v. infra ad 18. Sept. 1548.

6 Cf. supra ad 27. Aprilis (p. 762, 1. 28 ss., adn. 8) et 25. Iulii (p. 775, 1. 15 ss. et adn. 4) 1548.

7 Litterae videntur scriptae esse a Petro Bertano episcopo Fanensi nuntio, qui eodem die scripsit Romam, postquam 30. Iulii venerat Augustam (cf. Cervini litteras 13. Iulii ad card. de Monte datas apud de Leva V, 5, adn. 3); infra quidem ad 12. et 14. Iulii sermo est de litteris Fanensis.

8 Cui idem Fanensis ab ipso dilectissimus (cf. supra p. 540, 1. 6 ss. et adn. 2; p. 566, adn. 3) sine dubio scripserat.

9 Data est ei pensio super legatione concilii, cf. infra ad 16. Iulii.

10 Cf. supra p. 776, 1. 1 ss. et infra p. 781, 1. 10 ss. Quod mandabatur »perche in Germania s' era stampata la lettera degli ecclesiastici Tedeschi al pontifice per la riposizion dei concilio in Trento (cf. supra p. 711? 1. 3 s. et adn. 1), e il protesto dei Mendoza.« *Palavicin.* 11, 2, 15.

11 »Il y avait a Venise, de 1544 a 1568, un 'm' primeur qui s'appelait J. Griffio: c'est probablement le nom de *Gryphius*, traduit en italien«, dicit A. Beuchot apud (*Michaud*,) *Biographie universelle* XVII (Paris, s. a.), 651. Qui Griffius hic videtur intellegi. Ibi dem enumerantur Sebastianus Gryphius, natus in oppido Reutlingen Sueviae a. 1493, qui annis 1528 ad 1556 impressor erat Lugduni; eius filius Antonius Gryphius, qui Lugduni artem patris propagavit; Franciscus Gryphius, frater Sebastiani, imprimebat libros Parisiis 1532—1542, et alii, et citatur/. *Th. Leubscher*, *Schediasm* a de claris Gryphiis, Brieg 1702, 40.

12 Quod factum est 13. Iulii, cf. infra ad 16. Iulii.

Fui ad S. Michaellem in Bosco mane "cum supradictis litteris, quo venit card. Moronus, qui petiit licentiam abundi.

Vent[urinus] m. d.

Card. de Monte reversus est Bononiam; cum eo pr[ansus] et c[enatus].

12. Iulii, Iovis.

brms card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de concilio suspendendo, 5 ita ut ad alium etiam locum transferri possit, et de litteris Fanensis]1.

Scripsi ad card. S. Crucis de litteris pontificis ad status ecclesiasticos Germaniae impress[is], et quid de eis sit faciendum, et de Ioanne Ferrfeo], quod nihil reprehensibile quoad haereses in eo invenerim et quod videatur mihi catholicus2.

Fui tota die ad S. Michaellem in Bosco cum card. de Monte.

10

13. Iulii, Veneris.

RmD D. card. de Monte ivit visitatum card. Moronum mane hora 12., cum crastina die recedere vellet.

Aptavimus responsionem dandam imperatori ad suam protestationem contra concilium a Minorienti primo formatam, in qua totam diem consumpsimus3.

14. Iulii, Sabbati.

RmD card. de Monte scripsit ad card. Farnesium mane hora 12. de archi- 15 episcopatu Ravenn[ae], qui est cardinalis Ravenn[atis], dando cardinali S. Angeli.

Item ad card. S. Crucis de litteris Fanensis.

Deinde hora 24. scripsit ad eundem card. S. Crucis de censura litterarum Fanensis super mittendis facultatibus in Germaniam, quod non videantur mittendae.

Scripsi bis ad card. S. Crucis, mane de card. Morono, qui hodie recessit ex 20 Bononia, et de Ioanne Ferreo, quod nihil invenerim in eo damnable quoad haereses, de quo verebatur4; in sero misi exemplum litterarum pontificis ad status ecclesiasticos Germaniae impressum, et quod si[gnifice]t modum easdem publicandi etc.

^ r TM p Ioannes Moronus tituli S. Vitalis S. R. E. cardinalis recessit ex 25 Bononia, ubi egerat legatus per quadriennium5.

Fui cum card. Morono et informationes legatfionis] sumpsi pro card. de Monte.

Vent[urinus] m. d.

15. Iulii, Dominica.

Scripsimus ad IHmum D. Camillum Ursinum gubernatorem ecclesiae Parmae de novitatibus, quae habentur de militibus Caesarianis.

W Facta fuit fides Rm D. Iacobo Spiphame episcopo Niverniensi6, quod a 3o mense Septembris proximi fuerit in concilio, celebrando una cum aliis praelatis actus conciliares, et quod propterea omnibus privilegiis in concilio generali existentibus concessis frui debet et potest.

Item facta fuit fides eidem episcopo Niverniensi, quod die 9. mensis Novembris7 proxime praeteriti anni 1547 in congregatione generali deputatus fuit una 35 cum episcopis Caesenatensi, Fesulano et Bituntino ad conficiendum canones super sacra mentorum abusibus.

30ir Fit etiam alia fides pro eodem episcopo Niverniensi de breve exemptionis solutionis decimarum, et de percipiendo fructus in absentia, quod Paulus papa III concessit praelatis in concilio existentibus sub data Romae 1. Ianuarii 15468. 4o

a abhinc alius ductus manus.

J v. adn. b pag. 779.

1 Quas hic miserat praesidenti concilii, cf. supra ad 9. Iulii et infra ad 14., 1. 17.

2 Cf. infra ad 14. Iulii, 1. 20 ss.

3 Cf. Raynaldum ad a. 1548, n. 64.

4 Cf. supra ad 12. Iulii, 1. 8. Nescio num bis idem scripserit vel tantum bis referat.

5 Cf. supra p. 700, adn. 2.

6 Cf. supra p. 701, 1. 27 et adn. 2.

10. Novembris 1547 illi deputati sunt pro conficiendis canonibus super abusibus sacramenti poenitentiae: supra p. 7x8, 1. 28 ss.

8 Cf. supra p. 12, 1. 20 ss. et adn. 3.

Fit fides eiusdem brevis pro electo episcopo Limovicensi D. Caesare Burgognono Mirandulano sub data Bononiae 3. huius mensis; qua die comparuit ipse episcopus, ut superius notatum est.

16. Iulii, Lunae.

^ Rm's card. de Monte recepit breve a Sm^e D. N. 13. huius [datum], in quo
5 constituitur legatus civitatis Bononiensis cum facultate retinendi etiam legationem concilii, cum litteris card. Farnesii 14. huius datis¹. Itaque expirat legatio card. Moroni, cui assignata sunt ducenta scutata³, centum super legatione concilii, et alia centum super datariatu pro subventionem et sustentationem suam.

Fit per civitatem Bononiae publica laetitia ob supradictam novam legationem.

10 Recepti litteras a Rmo card. S. Crucis 13. et 14. datas², quibus mandat im-
primi etiam responsionem datam a pontifice D. Didaco oratori Caesareo super reductione
concilii ex Bononia Tridentum³.

17. Iulii, Martis.

W R^{mus} et IIP^{ms} D. Ioannes Maria episcopus Praenestinus S. R. E. cardinalis de
Monte vulgariter nuncupatus, sacrosancti oecumenici concilii praesidens et apostolicus
15 de latere legatus, accepit possessionem legationis Bononiensis civitatis. Mane
igitur hora 12. Dñs S. Rma accessit ad cathedralem ecclesiam S. Petri, comitatus a ma-
gistratibus et nobilibus Bononiensibus — maximaque populi multitudine astante a palatio
Camepiorum in via S. Mammuli (ut dicitur) usque ad ipsam ecclesiam hinc inde ordi-
natim cum suis crucibus et insignibus religionibus¹ et clero civitatis (cum processio ob
20 brevitatem itineris haberi non potuerit), nec non militibus, qui sunt ad custodiam civi-
tatis, numero 450 —, deferens ante se crucem, habens manu sinistra vexilliferum civitatis,
quae suprema dignitas est, et praeerantibus ante crucem antianis et prioribus, et sequen-
tibus post cardinalem episcopis et praelatis concilii. Cum ad ipsam ecclesiam ventum
est, ipse Rm's D. cardinalis deosculatus fuit crucem per manus Rd D. episcopi Sebastensis,
25 Bononiensis suffraganei, a quo receptus est ante portam ipsius ecclesiae. Deinde accessit
ad altare maius, ubi post lectas solitas orationes benedixit signo crucis populum, cui
dedit indulgentiam septem annorum in forma consueta. Postea eodem ordine ivit ad
palatium civitatis eiusque possessionem cepit, ibique immoratur.

Fit in sero laetitia publica per totam civitatem igne, strepitu bombardarum
30 et clamoribus plebis, liberantur a carceribus omnes qui in levioribus sunt criminibus, et
fit hic dies festus.

Fui cum ipso Rmo D. cardinali tota die in ordinandis iis, quae ad legationem pertinent.
Ventfurinus] fr.

18. Iulii, Mercurii.

In sero et in die fit laetitia publica per civitatem ob eandem causam legationis.
35 R^{mus} card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de receptione brevis et
de possessione legationis.

Item ad card. Farnesium et S. Crucis de receptione suarum 14. huius datarum.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de imprimenda responsione data D. Didaco
super reductione concilii Tridentini ad Tridentum³ et de ordine captae⁰ possessionis lega-
40 tionis Bononiensis.

Fui cum ipso Rmo card. de Monte tota die super ordinanda legatione.

r^{as} £, card. de Monte recepit litteras ab Ulmo D. Camillo Ursino
12. datas super frumento pro civitate Parmensi providendo.

19. Iulii, Iovis.

30lv

Fui cum Rmo card. de Monte. Examinavimus secundam partem reformationis, quae
45 publicata est in Germania, cum episcopo Minoriensi, cum quo et D. Mariano Sozino pransus.

* sic. b cod. religionum. c cod. cept.

1 Cf. *Pallavicin.* ii, 2, 2; Acta consistor, ad 13. Iulii,
cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 70r.

2 Hae litterae desunt in cod. *Concil.* 139; litterarum,

quas Cervinus scripsit cardinali de Monte, particulam
exhibet *de Leva* V, p. 5, adn. 3; p. 6, adn. 3.

3 Cf. p. 779, 121 ss. et adn. 10; p. 785, 19 et 16 s.

Dedi executionem trium bull[ettarum]a libr[orum] pro D. Petro Taxis et Macchia-
vello Ferrar[iensi].

Recepimus litteras a nuncio Venetiarum 14. datas cum novitatibus Turcicis et ex
Germania.

20. Iulii, Veneris.

Rm̃a D. card. de Monte recepit litteras ab Illmo D. Camillo Ursino 5
19. huius Parmae datas, quibus significat opus esse frumentum pro illa civitate, et de
applicatione principis Maximiliani Genuae.

Fui tota die cum card. de Monte; de tract[u] frumenti et de officiis distribuendis egimus.
Vicelfegatus] cenfavit cum] card[inali].

21. Iulii, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis de card. Morono, quod non fuerit receptus Mutinae 10
a duce Ferrariae] 1. et edictum frumenti factum a card. de Monte hoc mane2.

Rm̃s D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de ordinanda lega
tione et de inopia frumenti.

Item ad card. S. Crucis, quod de negotio non scribat ob occupationes publicas
legationis. *

Cum Rm̃ card. de Monte litteras supradictas scripsi.

bRecepi litteras a card. S. Crucis 17. huius, de Plinio3.

15

22. Iulii, Dominica.

Scribitur ad card. Farnesium de provisionibus pro civitate Parmensi. Venit
enim quidam missus ab Illmo D. Camillo Ursino, qui missus ivit deinde Romam.

Recepimus litteras ex Galliis a D. nuncio Dandino4, quae mittuntur Romam 20
per eundem missum Camilli Ursini.

Rm̃s D. card. de Monte venit habitatum in palatio Campegiorum mane pransus
et in sero cenatus. Deinde reversus fuit [in] palatium civitatis.

23. Iulii, Lunae.

Recepimus litteras a card. Farnesio 21. huius datas: card. Farnesium la
borare strangulationibus]5; de causa Oct[avii] Pelleg[rini]6 a card. S. Crucis. 25

Recepi litteras a card. S. Crucis 21. datas7 de imprimenda responsione data
D. Didaco oratori Caesareo a pontifice super reductione concilii a Bononia ad civitatem
Tridentinam.

Fui cum Rm̃ card. de Monte pr[ansus] et ce[natus], de concilio loquutus.

Cum Vent[urino] do. pl. fr.

3°

W Recipiuntur a DD. deputatis concilii, qui sunt Romae, allegationes et
responsiones ad 15 dubia proposita eis super translatione concilii8, cum litteris archi
episcopi Materani 21. datis.

24. Iulii, Martis.

Rm̃,s card. de Monte recepit litteras ab Illmo D. Camillo Ursino 23. datas.

Item ab episcopo Fanensi ex Augusta.

35

Scripsit ad ipsum D. Camillum in responsionem suarum supradictarum.

Fui tota die cum Rm̃ D. card. de Monte in scribendis dictis litteris.

vel ballarum P h abhinc alius ductus manus.

1 Quia Moronus cum imperialibus sentire dicebatur
(cf. supra ad 26. Iunii), dux Ferrariensis non ei erat
amicus, cf. supra p. 693, adn. 1.

2 In litteris 25. Iulii datis (*Concil.* 139, f. 20) Cer
vinus praeterea gratias agit pro novis locis ad con
ciliorum convocationem pertinentibus (cf. supra ad
27. Iunii et 4. Iulii) et cum epistula 21. Iulii missis.

J Litterae desunt in cod. *Concil* 139; de Plinio v.
infra ad 25. Iulii (p. 783, l. 9 et adn. 2).

4 Cf. supra ad 12. et 13. Iunii 1548.

5 Cf. infra ad 31. Iulii.

6 De qua v. ad 26. Maii 1548.

7 *Concil.* 139, f. 19; in fine Massarelli iubetur dicere
episcopo Ambricensi, Cervinum accepisse eius litteras et lo
cuturum cum pontifice (cf. p. 783, l. 6 s.). De scriptura illa
imprimenda et impressa cf. p. 779, adn. 10; p. 785, ■ s-

8 Cf. supra ad 29. Iunii 1548.— Videtur 23. Iulii abisse
episc. Ebrodunensis, cf. p. 7794; 783, l. 7; *Levaci*, 44'

25. Iulii, Mercurii.

Rmus 13 legatus ivit cum omnibus magistratibus civitatis ad ecclesiam S. Iacobi propter hodiernam eius festivitatem.

Recepit litteras nuncii apostolici episcopi Fanensis ex Augusta 12. et 17. huius datas, quibus significat se habuisse cum ministris Caesareis diversa colloquia 5 super concilio, sed nihil potuisse concludere*.

^ Scripsit ad R^m DD. cardd. Farnesium et S. Crucis de receptione suarum 21. datarum, et de episcopo Abrincensi, qui nudius tertius hinc recessit Venetias versus [cum] animo redeundi in Galliam.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de Plinio notatfo] ab Augusto Patavo, quod 10 sit penes magistrum Ioannem de Sanit[ate]2. Item de tractfu] frumenti ex Romandiola pro concilio, et de recessu Abrincensis.

26. Iulii, Iovis.

Rmus p Franciscus card. Sfondratus Cremonensis, qui iam per annum egit legatus apostolicus apud imperatorem in Germania3, rediens ex sua legatione applicuit Bononiam; cui obviam ivit R^m9 D. card. de Monte cum praelatis concilii et nobilibus 15 civitatis usque extra portam S. Felicis ad ictum archibusii.

Fui bis ad oratorem regis Chrm pro conciliando eius animo propter rixam, quae nocte praeterita accidit inter quendam suum nobilem et D. Marcum Antonium Malvetium, qui habitabat prope S. Petrum, et propter recursum D. Cornelii de Pepulis, qui turbas paraverat concitari4. Res successit ad vota, et quasdam gratias petiit.

27. Iulii, Veneris.

20 Rms D. card. Sfondratus recessit mane hora 10. Romam versus per equos dispositos; comitatus fuit a Rmo card. de Monte usque ad ecclesiam cruciferorum extra civitatem.

Fui cum Rmo D. card. de Monte, qui retulit tractatum, quem facere decreverat in hac civitate cog[na]tus {cardinalis Moroni}a pro Don (Ferrarit[ej]a cum locumt[en]ente] 25 equitum] lev[is] armatura] Bon[oniensi] 5.

Fui ad Illm comitissam Baln[eij], quae commendavit quendam fratrem ord. Min. Conv. Faventinum J6 apud card. S. Crucis°.

28. Iulii, Sabbati.

Scripsit Rm's D. card. de Monte ad card. Farnesium de 300 militibus manutenendis pro custodia huius civitatis, qui omnino necessarii sint.

30 Item ad card. S. Crucis de rixa inter D. Marcum Antonium Malvetium et quendam nobilem Gallum ex familia oratoris regis Chrm, et carceratione D. Marci Antonii Malvetii, filii D. Herculis, et exilio D. Cornelii de Pepulis7.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de adventu et discessu card. Sfondrati, misi-

a in cifris.

b cod. Favenzium.

c hic repetitur ord. min. conv.

fl cod. mantendis.

1 Bertanus pervenerat Augustam 30. Iunii: *de Leva* V, p. 5, adn. 3; cf. *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 98 s.; supra p. 779, adn. 7.

2 »Ho pariato a Gio. Battista Raimondino dei Plinio corretto et notato di mano di Mr Augusto Patavo (*corr. pro Fausto*)«; librum esse »in mano di mastro Giovanni della Sanita«; cuius sit proprius; Massarellum locutum esse cum huius uxore, cum ipse sit Romae. Cf. infra ad 28. Iulii. In litteris 3. Augusti datis (*Concil.* 139, f. 21), quae respondent Massarellianis 25. et 28. Iulii datis, Cervinus se loqui ait de Plinii exemplari, quod ipse nactus sit ante aliquot annos quodque nunc sit penes Paulum Manutium, qui illud commodaverit ad editionem Plinii bonam curandam. Quem codicem Massarellus recuperavit, cf. infra ad 1., 16. et 31. Dec. 1548. — Eodem

die 25. Iulii data est illa fratris Richardi Cenomani »epistula de differentiis inter Graecum et Latinum novi testamenti textum« ad Cervinum directa, quae legitur apud *Le Piat* IV, 104—110. Cf. infra p. 791, adn. 5.

3 Cf. ad 16. Aprilis 1547 (supra p. 641, 1. 1 ss. et adn. 1. 2); *Raynaldum* ad a. 1548, n. 65; *Pallavicin.* 11, 1, 6.

4 Cf. infra ad 28. (et 30.) Iulii.

5 Affinis ille cardinalis Moroni erat Catalanus Galera Mediolanensis (v. infra ad 29. Iulii); locumtenens intra ad 17. Oct. 1548 vocatur Octavianus. Cf. praeterea de hac re infra ad 20. Sept. 1548; supra p. 740, 1. 29; p. 744, 1. 2; *Pallavicin.* 10, 14, 1; 11, 3, 1; *de Leva* V, 35.

6 Dubito num dicatur ille p. 788, l. 18 de Caesena vocatus.

7 De Cornelio de Pepulis cf. ad 6. Febr. 1548,

que litteras Ioannis Baptistae Raimondini ad magistrum Ioannem de Sanitate super Plinio ab Augusto Patavo notato habendo¹.

Tota die fui ad card. de Monte litterasque ipsas scripsi.

29. Iulii, Dominica.

Aptavimus narrationem facti locumtenentis equitum levis armaturae cum D. Catalano Galera Mediolan[ensi]².

5

Rms D. card. de Monte venit ad audiendam missam in ecclesia S. Proculi, et cum eo pr[ansus] et cejnatus] vicelfegatus] et nosa.

Recipiuntur litterae ab 111mo D. Camillo Ursino super 400 aureis ei commodatis a D. Corfnelio] Malvasfia] cum quibusd qui Romam dirigebantur.

30. Iulii, Lunae.

Accidit casus ille inter Bononien[ses] et Gallos, videlicet D. Camillum 10 Gozadinum, Ridolphum Lignanum et Petrum Siculum de Beccadellis, Bononienses, et duos nobiles ex familia Illmi D. Durfe, oratoris regis Chrm in concilio, et unum eorum famulum, qui interfectus fuit, et D. Ridolphus et Camillus vulnerati.

Fit maxima inquisitio pro haben[dis] delinquentibus].

Fui hac de causa ad oratorem Gallum et cum cardinali tota die.

‘5

Scripsi ad card. S. Crucis familiariter, mittens litteras episcopi Sarsinensis.

Card. de Monte scripsit ad card. Farnesium; mittitur cifra de casu D. ocumtenentis cum D. Catfalanol³.

302V

31. Iulii, Martis.

Recepimus litteras a card. Farnesio 28. datas, quibus significat eius convalescentiam⁴.

20

Rms carcj (je Monte scripsit ad card. S. Crucis de receptione suarum 25. datarum. Cum Ventfurino] di.

Mittuntur ad card. Farnesium litterae Rd D. episcopi Chissamensis, nuncii apud regem Romanum⁵.

Fui ad oratorem Gallum pro rixa hesterna nomine cardinalis de Monte; 25 composui eius animum, ut cum familiis percussorum benigne agat⁶ etc., offerens etc., loquutus et de Franc[isc]o bibliop[ol]a salvoc[onduct]oc.

1. Augusti, Mercurii, 1548. Bononiae.

Rms j) card. de Monte recepit litteras a Rd D. episcopo Fanensi, nuncio apostolico apud imperatorem, quibus significat egisse cum ministris Caesaris et concordasse, quod concilium suspendatur per sex menses, et quod interim supersedeatur 30 in sententia translationis, et quod mittantur facultates, quas petit imperator, et quod fiat reformatio ubi voluerit pontifex cum interventu praelatorum omnium nationum, quod imperatori placeat⁷.

Cum D. Ulixie argent[ari]o⁸ et Triphjone] Bent[io] ac Iofanne] Andr[ea] Garisendo⁸ pransus et Rom[ulo] Cer[vino] cen[atus].

35

2. Augusti, Iovis.

Scripsit Rms D. card. de Monte ad card. S. Crucis super litteris Fanensis, quod placeatb quae scribat.

a lectio incerta. b sic. c nescio supplere has notulas. d vel Argentino (nom. propr.) ? vel [de] Argenta (cf. infra ad /J. Aug. et 25. Dec. 1548) ? e cod. Carinsendo.

1 Cf. supra ad 25. Iulii (p. 783, l. 9 s. et adn. 2). Epistulas 25., 28. et 30. Iulii datas se recepisse scribit Cervinus 3. Augusti (Concil. 139, f. 21).

2 Cf. ad 27. Iulii.

3 Cf. ad 27. (supra p. 783, l. 23 ss. et adn. 5) et 29. Iulii.

4 Cf. supra ad 23. Iulii.

5 Cf. supra ad 3. Maii 1548⁹

6 Cf. infra ad 9. Aug. 1548.

7 Raynaldus ad a. 1548, n. 65; de Leva V, p. 5 ss⁹⁻⁹

8 Hoc nomen erat poetae Bononiensis mortui a. 1525 (Fantuzzi, Notizie degli scrittori Bolognesi IV, 72 ss.); videtur huius consanguineus eiusdem nominis intellegi.

Scripti ego ad eundem card. S. Crucis de praelatis multis, qui recesserint, et de rixa inter Bononienses et Gallos, et quod grave tulerit orator Gallus.

Rms D. legatus venit pransum in domum Campegiurum, ubi supradictas litteras scripsimus.

3. Augusti, Veneris.

5 Recepit RmM card. de Monte litteras ab 111mo D. Camillo Ursino ex Parma 2. huius datas, super frumento in eam civitatem pro munitione mittendo.

Applicuit Bononiam D. Tarus[iu]s de Monte[politiano] *, auditor] civilis].

Cum D. de Mei. d. v.a

10 Aptavi litteras respon[s]orias] D. Didaco de Mendocia super reductione concilii Tridentum nomine Sni D. N. 2

4. Augusti, Sabbati.

Scriptis ad card. tarnesium cardinalis de Monte super pecunia Parmam mittenda et 300 militibus pro custodia huius civitatis, et de littera regis Gallorum ad eum scripta, quae ad eum mittitur.

15 Item ad card. S. Crucis, quod expectet deliberationem Sm D. N. super litteris episcopi Fanensis quoad concilium 3.

Scripti ego ad card. S. Crucis, mittens exemplum responsionis datae D. Didaco de Mendoza oratori Caesareo super reductione concilii Tridentum impressum 2, et de reditu fratris Lucii Minorum Convent. ex Placentia 4, et de Plinio translato in linguam vulgarem per Christophorum] Landinum 3.

20 Scribuntur supradictae litterae in palatio civitatis, ubi tot[a] di[e] fui.

5. Augusti, Dominica.

Rm 8 D. card. de Monte, legatus civitatis Bononiae et concilii, ivit cum magistratibus civitatis ad ecclesiam divi Dominici, cuius festum hodie celebratur; deinde ivit cenatum extra portam Siracozanam ad locum Helephantinorum bfi.

25 Recipiuntur litterae ab 111mo D. Camillo Ursino super tractatu 10 virorum ex Roccaalba, qui capti fuerint apud castrum S. Ioannis a Caesarianis, cum irent ut interficerent occisores ducis Placentiae Petri Aloysii, sed traditi fuerunt ab iis, qui eos conducebant 7.

6. Augusti, Lunae.

3°3r

Rms D. card. de Monte venit pransum et cenatum in domum Campegiurum; cum quo tot[a] di[e] fui.

30 Venit Bononiam Christophorus] bibliopola, cui datur salvus conductus ad bene placitum cum dis[d]jett]a 15 dierum 8.

Recipiuntur litterae a Rd D. nuncio apostolico apud Venetos de novitatibus ex Germania.

a nescio supplere has notulas.

b sic.

1 De aliis ex hac gente v. *Spinello Benci*, Storia di Montepulciano (cf. supra p. 152, adn. 4; p. 710, adn. 3) p. 97; de hoc ipso ibidem p. 119 s.: »Mr Tarugi Tarugi (padre dei cardinali di questo nome) ... era stato luogotenente di Mr Francesco Guicciardini presidente di Romagna. Dopo quella carica il Tarugi fu auditore dei Torrioni di Bologna [quod nostro loco exprimitur], governatore delle prime città dello stato ecclesiastico, vicelegato di Bologna, ancorché ammogliato, mentre quella legatione era in persona dei card. Gio. Maria de Monti, et nella sede vacante di Paolo, durata quattro mesi, la governo con molta sua lode. Questo cardinale divenuto papa nominato Giulio III, gli permuto la vicelegatione nella dignità di senator di Roma [cf. *Massarelli diarium VI, f. 341**], stimata assai in quel tempo. ... Stimato il Tarugi sommamente in

Concilium Tridentinum. I.

quella corte per il sapere, prudenza et integrità sua, havendo servito con molta commendatione quattro pontefici, cioè Leone X, Clemente VII, Paolo III et Giulio III in carichi principali.»

2 Cf. supra p. 781, l. 10 s. 38 s.; p. 782, l. 26 s.

3 Monuit, ut acceptaretur: *de Leva V, 16*; cf. infra ad 12. Aug.

4 De quo v. supra ad 14. Iunii (p. 773, l. 5 et adn. 2), et infra ad 18. Aug. 1548.

5 Cf. infra ad 11. Aug.; *Tiraboschi VI, 3, 5, 51*.

6 Est nomen gentis Bononiensis; cf. infra ad 16. Aug.

7 De coniuratione tunc temporis contra Ferrandum Gonzagam (Octavio Farnesio non inscio) inita et irrita v. *de Leva V, 12 ss.*

8 Christophorus Dossena, de quo v. supra ad 15. et 25. Iunii, infra ad 18. Sept. 1548.

7. Augusti, Martis.

Recipiuntur litterae ex Urbe 3. huius datae, sed non publicae¹, de obitu Ill^{mo} D. Franciscæ Sfortiae, sororis R^{mi} D. card. S. Florae nepotis pontificis, et ipsius pontificis neptis.

Ill^{ma} D. Durfe una cum D. ab Hospitali, oratores Ch^{rm}i regis in concilio, venerunt ad R^{mum} card. de Monte; de foedere inter Suam M^{tem} et pontificem loquuti fuerunt.

R^mus j^j card. de Monte scripsit ad Ill^{mm} D. ducem Octavium Farnesium et IH^{mu} 5 D. Camillum Ursinum in responsionem suarum, de quibus supra.

Fui in palatio civitatis his litteris scribendis.

Aug. de Ravenn[a] fr. p.2

8. Augusti, Mercurii.

Recepimus litteras ex Urbe 4. huius datas, quibus significatur obitus Ill^{me} D. Franciscæ Sfortiae, sororis card. S. Florae, neptis pontificis ex filia naturali D. Con- 10 stantia³; item de congregatione R^{mum} cardinalium deputatorum super rebus concilii et foedere cum rege Galliae, quod res dilata fuerit ad alias congregationes⁴.

Tota die fui in palatio publico cum cardinali, et de litteris comitis Annibalis⁵ loquutus, qui suam quaerat protectionem.

«K»

9. Augusti, Iovis.

R^mus d card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de vicelegato mit- 15 tendo, et de 300 militibus qui sunt ad custodiam huius civitatis, et eorum stipendio;

item de tracta frumenti ex Romandiola propter usum concilii.

Misit litteras ducis Ferrariae super aquis et adventu regis Galliae in regionem Pedo- montanam, cui decrevit ire obviam⁶; mittuntur per stafiffetam, solvi 12 scuta⁷.

Scripsit item ad card. S. Crucis, quod expectet resolutionem rerum concilii. 20

Scripsi ego ad card. S. Crucis de breve tractus] frumenti pro concilio⁸, et de rixa inter Gallos et Bononienses, et quod orator miserit extra Bononiam illum, qui omnium causa fuerat⁹.

Card. de Monte venit in palatium Campegiarum, ubi pransus fu[it], et in sero re- 25 verffitur] in palatium civitatis.

<Recepi litteras card. S. Crucis 4. datas.)" 10

10. Augusti, Veneris, in die s. Laurentii.

R^mus p card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco, ubi pransus et cenatus fu[it] ob maximos calores aestivos, qui nunc in civitate hac vigent.

Fui ad S. Laur[entium] cum D. Au. b Ma. 11

a postea insertum.

b sic.

¹ Extant Cervini litterae ad Massarellum 3. Aug. datae *Concil.* 139, f. 21 (cf. supra p. 784, adn. I, infra adn. 10 huius pag.), in quibus nil de hac re.

² Videtur pertinere ad idem ac ¹ 26 huius pag.

³ De qua v. supra p. 195, ¹ 23 ss.

⁴ De difficultatibus hac in re ortis cf. *de Leva* IV, 425; V, 10 s.; *Pali.* II, I, 4; cf. supra p. 771, ¹ 10 s. et adn. 2.

⁵ Folianus, de quo v. ad 24. Iunii 1548.

⁶ Gallorum rex eo venit »sotto colore di visitarne le fortezze, in realta per rinfocare la sua parte in Italia e darie speranza di pronto appoggio», ut impediret, quominus Philippus princeps Hispaniarum veniret in Italiam, et pontificem retineret, ne approbaret quae inter Fanensem episcopum et imperatorem convenerant (*de Leva* V, 12. 14); dux Ferrariensis »per fermar ivi il matrimonio della primogenita sua Anna coi duca d'Aumale Francesco di Guisa» (¹ c. p. 14; *Druffel*, *Beitrage zur Reichsgesch.* I, 145 s., n. 201).

⁷ Manellus (f. LVI) ad 14. Aug.: »A Mr Angelo Massarello secretario dei concilio scudi dodici d'oro, quali sono per altritanti dati da lui a Mr Gio. Ambrogio

dalla posta per una staffetta che egli spedi a Roma alii 9 dei presente per conto della guardia di Bologna.»

⁸ Cui 15. Augusti (*Concil.* 139, f. 23) Cervinus respondit: »Quanto alia tratta dei concilio, io non son mancato di far qui tutto quel bono offitio che ho potuto appresso i padroni, havendo mandato a Monsr Jacomello le lettere dei Ill^{mo} Sor card. di Farnese dirette a Mr Ottavio Ferro et Taltra al thesoriere di Romagna, per le quali se lo commette, che non impedischino tal tratta. Ma io non posso servir qui per continuo sollecitatore, oltre che io non mi voglio impacciare ne esser in parte di questa cura di Monsr Jacomello, essendo sua, et havendo io hora delle altre occupationi, et parendomi che questa faccenda non sia bene incaminata. Onde io la rimetto a S. Sna Rda come ho fatto sempre.»

⁹ Cf. ad 26., 28., 30., 31. Iulii.

¹⁰ Nescio utrum post litteras 3. Aug. datas (cf. adn. 1 huius pag.) Cervinus iam 4. Aug. alias scripserit, an Massarello erret de die, quo datae sint.

¹¹ Cf. supra ad 7. Aug. (¹ 8 huius pag.).

11. Augusti, Sabbati.

Rmus j) carcj s Crucis scripsit de Plinio translato a Christop[hor]o Land[ino], quod non mittatur Romam 1.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum et de f<ratre Lucio)a libe rando vel condemnando, vel ei salvum conductum con[cedend]o2.

- 5 Card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de iis, <quae scripserata D. Franciscus de Aspra de Malve[tiis] et Pep[ulis].

12. Augusti, Dominica.

3°3V

RmSD. card. de Monte recepit litteras ab Illmo duce Ferrariae n. datas, quibus significat se velle in crastina die versus regionem Pedemontanam obviam ire Chrm regi, qui venit Taurinum3.

- 10 Mittuntur supradictae litterae ad card. Farnesium.

Recepimus litteras a card. S. Crucis de auctenticandis sessionibus et de cretis Tridentinis, et quod forma concordiae, quae proposita fuit ab episcopo Fanensi, nuncio apud imperatorem, non spernatur a pontifice4.

13. Augusti, Lunae.

- 15 Fuerunt auctenticatae et redactae in publicam formam omnes sessiones Tridentinae cum decretis, votis et aliis adiacen[tibus] per me Angelum Massarellum de Sancto Severino Camerinensis diocesis, ipsius concilii secretarium et prothonotarium apostolicum, et D. Claudium della Casa Gallum, ipsius concilii notarium.

- Rms D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de Malvetiis et Pepulis non oppr[imendis]6, et ad D. Franciscum d'Aspra eius agentem, ut card. Farnesio 20 ostenderet.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de sessionibus auctenticatis, et quod redigentur in volumen pro origin[ali].

Card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco cenatum.

14. Augusti, Martis, in vigilia assumptionis b. Mariae virginis.

- Rmu» j) legatus una cum magistratibus Bononiensibus et nobilibus civitatis pro- 25 ficiscitur ad aedem b. Mariae virginis supra montem extra Bononiam ad medium milliare, ibique offeruntur quaedam munera, videlicet vell[utum] rosac[eum] et quidam cerei albi nomine cuiuslibet artis. Feruntur vexilla et insignia omnia civitatis. Itur equesb. Cum ad aedem perventum est, fit oratio; deinde a monacis s. Benedicti Cass[inensibus] (sub cuius protectione locus est) fit ienctaculum tam ipsi Rmo legato, 30 quam caeteris omnibus ex fructibus secundum temporis conditionem. Postea eodem or dine, quo itur, revertuntur in civitatem6.

Incipiunt nundinae Bononienses, quae fiunt in platea publica.

15. Augusti, in festo assumptionis b. Mariae, Mercurii.

R"t8D. card. de Monte ivit ad monasterium S. Michaelis in Bosco mane hora 13., ubi pransus et cenatus fuit, cum prius celebrasset in aula suae habitationis.

a haec in cod. originali ob fissuram non iam leguntur, sed habet cod. Vat. 6688.

1 sic.

1 Cf. ad 4. Augusti. Cervini litterae (cf. adn. 4 nujus pag.) datae sunt 8. Augusti (Concil. 139, f. 22). »Plinio tradotto da Chr[istoph]o Landino non accadde mandarlo«, cum exemplar eius ipse habeat.

2 Cf. supra ad 14. Iunii et 4. Augusti. Cervinus 15. Aug. (cf. p. 786, adn. 8) respondit: »Ho due vestre di 9 et 11, et quanto a frate Lutio parmi che per hora se gli possa dar licentia d'andar fuori dei con vento etc., purché da lui si dia una buona securta di rappresentarsi totiens quotiens, et poi si potrà pen sare alia commissione della causa.«

3 Cf. supra ad 9. Aug.; de Leva V. 14.

4 Quod consuluerat etiam card. de Monte (cf. supra p. 784, l. 36/37); epitome litterarum Cervini (8. Aug- datae) apud de Leva V. 16, adn. 4; p. 18, adn. 2. — Litterae Cervini eodem die ad Massarellum datae advenerant iam 11. Aug., quare dubito utrum aliae 12., an et ipsae 11. Aug. advenerint.

6 Videtur agi de eadem re, quae tangitur infra ad 22. Aug.

6 De hac sollemnitate nil inveni apud P. Mattiolum (cf. supra p. 764, adn. 6).

Fui cum Dⁿⁱ S. R^{ma} tota die.

Datur potestas Sylvestro de Argenta eligendi sibi confessorem in ecclesia S. Dominici Bonon[iensis], ut absolvatur a censuris et poenis spiritualibus incursis* ob lectionem librorum haereticorum, et ab opinionibus haereticis, quas tenuit, iniuncta ei prius poenitentia salutaris in foro poenitentiae; et restituendi eum ad gremium et sacramenta ecclesiae 5 et gratiam sedis apostolicae.

16. Augusti, in festo s. Rochi, Iovis.

Recipiuntur litterae ex Urbe 11. datae a card. S. Crucis, qui scribit esse recipiendam formam, quam proposuit episcopus Fanensis, quibusdam mutatis

R^{mus} p. card. de Monte ivit cenatum ad villam Elephantutorumb² extra portam Siracozae ad medium mill[iare].

10

Fui cum D^{ne} S. R^{ma} tota die.

3^a4^r

17. Augusti, Veneris.

Scriptis R^{mus} card. de Monte ad card. Farnesium de stipendio militum, qui sunt hic ad custodiam civitatis, quod acceperit 600 aureos commodatos], ut eis stipendium hodie daret. Item de licentia extrahendi decem salmas frumenti pro usu civitatis Bononiensis, quae indiget quolibet anno 210 millibus corbis frumenti, et 10000 15 ut seminentur.

Scripti ad card. S. Crucis, mittens memoriale Ill^{mo} D. comitissae de Balneo Romandiolae in favorem fratris Pellegrini Fantaguzzi de Caesena ordinis Minorum Conv.. qui accusatur de haeresi³.

18. Augusti, Sabbati.

Scriptis R^{mus} D. card. de Monte ad card. S. Crucis de supplicatione et 20 commissione episcopi Briocensis, quod non sit Bononiae, sed iverit Venetias. Item de concordia inter Bentivolos et Peregrinos⁴.

Scripti ego ad card. S. Crucis de fratre Lucio, pro quo oraverit D. Marianus Sozinus⁵, ut detur ei licentia eundi per civitatem Bononiensem, data prius fideiussione de se repraesentando toties⁶ etc.

25

Ve[n]turinus] d.

Recipiuntur litterae ab Ill^{mo} D. Camillo Ursino 17. datae super provisione pecuniae pro stipendio militum.

Cum R^{mo} cardinali tota die de XL viris magistratus Bononiensis loquutus [sum], qui quadripartitus sit⁷.

30

19. Augusti, Dominica.

Recipiuntur litterae ex Urbe 14. et 15. datae, quibus significatur applicuisse Romam D. Didacum oratorem Caesareum, ut concordiam ineat cum S. Ste super concilio et Placentia, licet parum spei habeatur⁸ etc.

Recepimus litteras ab Ill^{mo} D. Camillo Ursino ex Parma 18. datas, super stipendio praesentis mensis.

35

R^{mus} j) carc[er]e Monte ivit mane ad audiendum sacra in ecclesiam S. Salvatoris et in sero cenatum ad S. Michaellem in Bosco.

Scribitur ad eundem D. Camillum Ursinum in responsionem suarum supradictarum.

a *cod.* incuris.

b *sic.*

1 Ita iam scripserat 8. Aug., cf. supra p. 787, vocato consistoriale. . . . Nel 56 mori, e fu sepolto nel chioostro di S. Domenico di

2 Cf. supra ad 5. Aug. (p. 785, l. 23 et adn. 6).

3 Cf. infra ad 30. Aug., 19., 20., 31. Oct.; 1. Nov. 1548; 26. Martii et 18. Maii 1549*

4 De quorum lite v. supra ad 26. Maii; cf. infra ad 29. Aug., 19. Sept. 1548.

5 Cf. supra p. 634, adn. 1; *Cantu*, Gli eretici d'Italia II (Torino 1866), 508 (ubi pro 1432 legendum est 1482): »Nel 1551 Giulio III lo dichiara av-

6 Idem fere petierat litteris 11. Aug. datis (cf. supra p. 787, l. 3/4 et adn. 2), sed epistolam, qua Cervinus respondebat, 21. demum Aug. accepit, cf. p. 789, adn. 4

7 Cf. infra ad 22. Aug. (p. 789, l. 12 ss. et adn. 5). s Mendoza tunc Senis commorabatur; de eius tractatu cum pontifice v. infra p. 794, l. 28; *de Leva* V, 8 ss. eius memoriale de concordia inter imperatorem et Fanensem inita apud *D ruffel*, Beitrage I, 131 ss., n. 180

20. Augusti, Lunae.

Vacatur aptationi decretorum concilii Tridentini, ut praelo dentur, et revidentur iam autenticata.

D. Goronus, frater episcopi Fanensis¹, fuit cum Rm^e card. de Monte, cui retulit ea quae scribit frater ex Augusta per litteras 5. huius datas de concordia, 5 quam sperat cum imperatore super concilio, et quod expectet responsionem ex Urbe. Cum cardinali principium concilii Tridentini concepimus²; pr[ansus] et ce[natus].

a21. Augusti, Martis.

Recepimus litteras a nuncio apostolico apud Helvetios de dieta per eos facienda, et quod imperator et rex Gallorum eos sollicitent, ut trahant in eorum factionem³.

Scribitur Romam ad card. Farnesium et diriguntur supradictae litterae⁴.
10 Item R^m D. card. de Monte ad Franciscum d'Aspra pro rebus legationis. Fui tota die cum D^{ne} S. R^{lia}.

22. Augusti, Mercurii.

Scriptis R^m D. card. de Monte ad card. Farnesium de divisione XL virorum magistratus Bononiensis, videlicet, quod 11 sint cum Pepulis, 13 cum Malveziis, 8 neutrales et 8 palatini⁶ (ut ipsi dicunt), et de duce Ferrariae, qui recesserit Taurinum 15 versus ad regem Galliae⁶.

Scriptis item ad card. S. Crucis, ut curet sibi dari responsum a card. Farnesio. 30.v

Scripsi ego ad card. S. Crucis, quod dederim scripturam, quam ipse ex Urbe miserat, fratri Riccardo Cenomano⁷;

item quod dabitur licentia fratri Lucio eundi per Bononiam cum fideiussione⁸;

20 item quod curavi, ut autenticata decreta imprimantur⁹.

Cum cardinali tota die litteras scripsi.

23. Augusti, Iovis.

Rmus car(j) dg Monte recepit litteras a cardinali S. Crucis, qui scribit, quod facta fuerit congregatio cardinalium deputatorum super propositione imperatoris de concilio et mittendis legatis in Germaniam, et quod fuerint varii inter se, et quod secre- 25 tarius regis Gallorum Albasina applicuit Romam cum conclusione foederis inter pontificem et S. M⁶ b¹⁰.

Recepit item litteras a card. Farnesio super Gozadino, stipendio militum 200, Facchinetto et Albasina.

Recepi ego litteras a card. S. Crucis, quod imprimantur cum decretis no- 30 mina praelatorum, qui interfuerunt in illorum promulgatione, et quod faveam rebus lor dani bibliopolae¹¹.

Fyi primum ad dfomum] D. Diamantiae⁰ et Rm^s cardinalis fuit ad S. Michaellem in Bosco, ubi pransus fuit.

* alius ductus manus.

b cod. S. S^lem.

0 cod. Diam. (cf. p. 790, adn. 10).

1 Goronus Bertanus ipse fuerat in Germania mensibus Ianuario et Februario 1547» *Pallavicin.* IX, 3, 2; *Pieper*, Zur Entstehungsgesch. p. 130. 147; *Friedensburg*, Nuntiaturber. IX, 434 ss.

2 Intellegit introductionem pro illa editione decretorum concilii, quae paulo postea typis exscribebatur Bononiae, de qua saepe infra.

3 Hae litterae desunt apud *C. Wirz*, Akten; ibid. P- 447> n- 299 sunt litterae septem civitatum ad Paulum IV 3. Aug. datae.

4 Secundum notam praesentationis recipiebantur hoc die a Massarello. litterae Cervini 15. Aug. Romae datae (*Concil.* 139, f. 23); cf. supra p. 786, l. 21 et adn. 8 et p. 787, l. 3 s. et adn. 2. Simul receptas esse a card. de Monte censendum est eiusdem Cervini litteras eodem die datas, quarum *de Leva* V, 10, adn. 1 exhibet particulam.

5 Cf. supra ad 18. Aug. (p. 788, l- 29).

6 Cf. supra ad 9. et 12. Aug.

7 Quae scriptura fuerit nescio, cum Massarelli litterae mihi non sint praesto nec omnes Cervini; de Cenomano v. infra ad 31. Augusti.

8 Id quod consuluerat Cervinus, v. supra ad 11. Aug. (p. 787, adn. 2).

9 Ipsoque eo die ait incepta esse imprimi (*Carte Cervin.* XVIII). Caeterum cf. infra ad 4. Sept. 1548.

10 De nuntiis Roma missis in rebus congregationis v. infra ad 30. Aug. — Secretarius Aubespine missus erat Romam, ut pontificem urgeret ad approbandas condiciones foederis a rege Gallorum propositas (et ad reprobandam concordiam cum imperatore); sed re infecta 26. Aug. Roma discedebat: v. *de Leva* l, 14 s. et documenta ibi laudata.

11 Quo sensu id dictum sit, apparet ex Massarelli responso infra ad 25. Augusti. Litterae non extant in cod. *Concil.* 139.

24. Augusti, Veneris, in die s. Bartholomaei.

Curritur bravium equi et ancip.a
Cum cardinali [fui] tota die1.

<Die Sabbati **25. Augusti.)b**

RnTM card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis sententiam suam circa id, quod modo tractatur super concordia ineunda cum imperatore super mittendis legatis in Germaniam, quod sibi placeat, sed cum facultatibus solitis; in aliis habeant tantum auctoritatem faciendi processum super petitionibus, et quod sint cardinales, inter quos unus ex legatis concilii2.

Scripsit item ad card. Farnesium de vicelegato, de stipendio 200 militum, et aud[itore] Turrfonis]3.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de imprimendis decretis Tridentinis cum nominibus; de re lordani, quod eum non persecutus fuerim [ego]i, sed iustitia. Item de prioratu S. Severini5 etc.

26. Augusti, Dominica.

Proiicitur ex fenestra palatii publici Bononiensis sus assatuma ex consuetudine antiqua, magna populi astante corona.

Cum Rm^o card. de Monte tota die [fui].

Recepit litteras Illmⁱ D. Camilli Ursini 25. datas ex Parma; mittit litteras ad card. Farnesium et [scribit] de adventu regis in regionem Pedemontanam6.

Vacatur aptandis legibus sumptuariis Bononiensibus a card. Moronea aeditisa.

'27. Augusti, Lunae.

D. secretarius Albaspina regis Gallorum applicuit Bononiam, veniens ex Urbe, quo iverat, ut foederis conclusionem faceret. Revertitur ad regem7.

Card. de Monte ivit mane ad S. Michaellem in Bosco, ubi pransus fuit, deinde rediens misit D. Claudium della Casa suum secretarium ad regem Galliae, ut eius nomine eum visitaret etc., cum litteris ad S. M^{tem} et ad magnum contestabilem.

Fui ad episcopum Mirapicensem nomine cardinalis, ut intelligerem, quid retulerit D. secretarius Albaspina de foedere8.

28. Augusti, Martis, in die s. Augustini.

Habui memoriale ab episcopo Argentino9, ut ei fidem pro exemptione decimarum facerem, cum fide D. Baldjuini; med[ici] de eius infirmitate.

Fui ad card. de Monte pransum, et in die D. Diam[antiae] fuit ad me, de fi[lia] lo-
quuta.10. Inser[o] fu[i] ad d[omum] ? s[uam] et Hier[onymum] fi[lia] fr. in u.; pl. Marsilio].

a sic.

b in margine; antea haec scripta erant ad 24. Augusti.

c alius ductus manus.

1 In cod. *Concil.* 139, f. 99 extat epistula hoc die a fratre Richardo Cenomano ad Massarellum Bononiae data, quae quid contineat non mihi adnotavi, sed conicio ea, quae leguntur infra ad 29. Aug. (p. 791, l. 3/4 et adn. 2).

2 Litteras paene integras habet *de Leva* V, 16 s. De ultimo, debere esse inter eos cardinales legatos in *ogni modo* unum ex legatis, suspicatur *de Leva* V, 17 id dictum esse a praesidente »evidentemente per desiderio di andarvi egli stesso e di aver occasione a recuperare la benevolenza di Cesare« propter episcopatum Papiensem. Cf. supra ad 8. et 9. Iunii (p. 772, l. 6 ss. 17 et adn. 2).

3 Cf. infra ad 29. Aug.

4 Cf. supra ad 23. Aug.

5 Quibus litteris respondens cardinalis 1. Sept. (*Concil.* 139, f. 26) de prioratu ita scribit: »Parlai

con Monsr Maffeo (cf. supra p. 776, adn. 3) per conto dei priorato di San Severino, pregandolo che fusse contento farne ogni buono offitio coi Rmo card. San Giorgio suo parente, il che mi promise. Ma non me havendo fin qui risposto cosa alcuna, lo pregaro di nuovo dei medesimo et dei seguito vi daro poi avviso.«

6 Cf. supra ad 9., 12. et 22. Aug.

7 »Parti indignato da Roma a' 26 di Agosto e cinque giorni dopo fu deliberato di soddisfare l'imperatore nella chiesta missione de' prelati in Germania«: *de Leva* V, 15; cf. p. 789, adn. 10.

8 Quid retulerit, v. p. 789, adn. 10 et adn. 7 huius pag.

9 Videtur esse nomen proprium; nam Argentoratensis episcopus minime interfuit concilio. An cogitandum est de fraude? cf. infra ad 20. Oct. et 12. Nov. 1544*

10 Cf. ad 23. Aug. (p. 789, l. 32). Videtur agi de Hieronymo Venturino; cf. infra ad 11. Aug. 1549*

29. Augusti, Mercurii.

3° 5r

R^m D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, mittens formam concordiae, quam proponunt Pellegrini Bentivolis super eorum lite¹.

Scripsi ego ad eundem cardinalem de discessu Rd P. Riccardi Cenomani Galliam versus, qui retineri nequeat².

S Card. de Monte scripsit item ad card. Farnesium super militibus, qui hic sunt ad custodiam civitatis, et de vicelegato et auditore Turr[onis]³ et de relegatis in Urbe.

30. Augusti, Iovis.

Recepimus litteras a card. S. Crucis super forma concordiae proposita ab episcopo Fanensi inter pontificem et imperatorem*.

10 Item a card. Farnesio, quod dimittantur ducenti milites, qui fuerunt (iam sunt septem menses) in custodia huius civitatis Bononiensis. Qui milites hodie dimissi sunt.

Recepi ego litteras a card. S. Crucis, quod detur licentia fratri Riccardo Cenomano, si retineri non potest⁵, et de fratre Pellegrino Cesenatense, quod eat Romam ad inquisitorem, si sentit se gravatum⁶.

31. Augusti, Veneris.

15 Applicuit Bononiam Michaelangelus Massarellus frater, veniens ex S. Severino; em[i] ei res neces[sarias].

Fui ad fratrem Riccardum Cenomanum, quem rogavi nomine cardinalis S. Crucis, ne recederet ex Bononia³; sed non potuit retineri, fidemque petiit, se fuisse in concilio Tridentino et Bononiensi.

20 Revidimus decreta et sessiones Tridentinas sextaeb pro auctentican[do] et imprimen[do].

I. Septembris 1548, Sabbati, Bononiae.

RmMD. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de receptione suarum 27. datarum et de vicelegato et auditore Turr[onis] et de tracta 4000 salmarum frumenti ex Marchia Anconitana.

25 De quo scripsit etiam ad card. S. Florae camerarium, pro aliis 4000 extra hendis ex Romandiola pro usu civitatis Bononiensis.

Scripsit item ad card. S. Crucis de receptione suarum 22. datarum, quibus significaverat mittendos esse nuncios cum facultatibus in Germaniam, et quod speretur brevi conclusio foederis inter summum pontificem et regem Gallorum⁷.

30 Scripsi ego ad card. S. Crucis de discessu Cenomani et de fide, quam petit, et de discessu episcopi Lavellensis.

Cum cardinali usque ad tertiam horam noctis [fui] cum litteris scribendis.

a corr. (per aliam manum?) pro Tridento.

b sic.

1 De qua v. supra ad 18. Aug. (p. 788, adn. 4).

2 Cf. ad 30. Aug. (l. 12 ss. et adn. 5 huius pag.).

3 Cf. ad 25. Aug. et 1. Sept.

4 Excerptae sunt litterae (25. Aug. datae) apud de Leva V, 19, adn. 1.

5 Cervinus 22. Augusti dedit has litteras, quibus nuntiat scripsisse sibi fratrem Cenomanum de consilio redeundi in Galliam: »Haro charo che eshortiate S. in mio nome», ut remaneret. Quodsi prorsus abire vellet, monstrandam ei esse «qualche cortesia, facendosi dar copia delle annotationi ch'egli ha fatto sopra il testamento novo [nescio an harum adnotationum pars fuerit illa epistula commemorata supra p. 783, adn. 2], cioe di quelli quinterni che Mr Antonio [Lorenzino?] non havesse fatto trascrivere, et exhortando S. Pta a finir l'opera, in qualunque luogo si trovera. Quale poi salutarete da mia parte et ne certificarete che mi trovera sempre prontissimo a fargli ogni piacere

che posso per l'affettione che gli porto» (Concil. 139, f. 24).

6 In eisdem litteris (cf. adnot. praecedentem) scribit Cervinus se recepisse Massarelli epistulam 17. Augusti datam cum commendatione fratris Peregrini Fantagutii scripta petente comitissa Balnei. »S'io mi ritrovassi in concilio, non mancherei di far l'offitio che mi si convenisse. Ma per hora stando qui non posso dir' altro se non ch'io ho havuto mala informatione dei sop[radet]to fratre Pellegrino et che volendo egli purgarsi, c'e la via delli Rmi inquisitori, quale e aperta a tutti quelli che vengano a Roma per tale effetto». Quam viam ingressus est fr. Peregrinus, v. infra ad l. Nov. 1548; cf. praeterea p. 788, l. 17; p. 795, adn. 2.

7 Quae spes post secretarii Aubespine discessum (cf. p. 789, adn. 10; p. 790, adn. 7) vana erat nec foedus unquam ictum est; cf. supra p. 789, l. 24 ss. et adn. 10; p. 790, l. 24 s. et adn. 7.

2. Septembris, Dominica.

Vacavimus revidendis sessionibus Tridentinis, et cum Cato. re. ex. fuia.

Fui ad cardinalem mane cum episcopis Aquinatensi et Lavellano; cui dantur 50 aurei ex commissione card. Farnesii pro itinere ad Mirandulam¹.

Item dantur Cenomano 10 aurei pro itinere faciendo in Galliam².

Emi tres picturas Flandricas³ 24 iulii cum D. Petro³, secretario ducis Florentiae.

3. Septembris, Lunae.

R^{mus} P. Ricardus Cenomanus, sacrae theologiae doctor, ord. Min. de obs., qui iam a tribus annis fuit in concilio, recessit ex Bononia reversurus in Galliam. Datur ei fides, quod fuerit Tridenti et Bononiae in concilio et publicas conciones et disputationes habuerit, et rogantur principes, per quorum dominia transire contigerit, ut eum amicablem recipiant.

R^{mus} D. episcopus Lavellensis recessit ex Bononia Mirandulam versus propter haereses in ea civitate pullulantes¹.

R^{ms} D. episcopus Aquinatus recessit ex Bononia versus suam ecclesiam, cum fuisset iam per triennium in hoc sacro concilio⁵.

4. Septembris, Martis.

3^o5V

W Recepit R^{ms} D. card. de Monte litteras a cardinali S. Crucis, quibus significat: quod die Veneris ultima praeteriti mensis fuerit consistorium, in quo deputati fuerunt episcopi Veronensis et Alyphanus nuntii apostolici in Germaniam, ut eant cum facultatibus, quas petit imperator, dispensari cum Lutheranis ad gremium [ecclesiae] redire volentibus⁶.

Recepi ego litteras a cardinali S. Crucis cum caedula de re D. Francisci Raynucii⁷ et cum litteris fratris Antonii Mariae ord. Convent. s. Francisci, qui tenetur in carceribus ob labem haeresis Lutheranae⁸.

R^{mus} card. S. Crucis scripsit etiam de decretis Tridentinis imprimendis, ut una cum praelatis⁹ imprimantur.

Scripsit R^m card. de Monte ad summum pontificem de brevi suae

a sic; nescio supplere.

b cod. auri.

1 Manellus (f. LVII) ad i. Sept.: »A1... vescovo dei' Avello [sic] scudi venticinque d'oro, quali si li danno per lettere et comessione dei Rmo et Ulmo card. Farnese per l' andata d' esso vescovo alia Mirandola per ordine di N. Sre.« Simul ei tradebantur »scudi venticinque d'oro per sua suventione dei sopradetto mese« [Septembris] (ibidem). Cur missus sit v. 1. n.

2 Manellus (f. LVI) ad 25. Aug.: »A frate Richardo Cenomano... scudi diece d'oro per suo vivere ordinario d'un mese«; »a di 26 di detto al sopro frate... scudi cinque d'oro, quali si li danno oltra la provisione ordinaria per far governare due cavalcature, che ha compre per andarsene in Franza«; denique (f. LVII) ad 2. Sept. scribit data esse eidem »scudi diece d'oro, quali se li danno per potersene ritornare in Francia«. Iure igitur Cervinus 8. Sept. (Concil. 139» f. 28, cf. infra ad 12. Sept.) scripsit Massarello (cf. p. 791, adn. 6): »11 Padre Cenomani credo che l'harete lassato partire ben satisfatto« (caeterum cf. eiusdem litteras 25. Sept. datas, infra ad 2. Oct.).

3 Petrus Camaianus Aretinus, de quo v. supra p. 715, adn. 2 et infra ad 4. Iunii 1549.

4 Mirandula erat sub dicione Ferrariensi, Ferrariae autem ipsius ducis domus ab haeresi non erat libera.

5 Advenerat 12. Dec. 1545: supra p. 383, adn. 5; p. 401, l. 41.

6 Acta consistor. (cod. Barberin. XXXVI, 14, f. 75v) ad 31. Aug.: Fuerunt deputati nuntii apostolici ad provinciam Germaniae, videlicet R^{mus} P. D. Petrus episcopus Fanensis [Bertanus, qui iam erat in Ger-

mania] et Aloysius [Lippomanus] episcopus Veronensis ac Sebastianus Pighinus episcopus Ferentinus [qui antea fuerat Alifanus]. Cf. Raynaldum ad a. 1548, n. 72 (sed quae Massarelli verbis addit, sunt falsa); Palla vicin. 11, 2, 5 s.; de Zeva V, 19.

7 Cf. supra ad 23. Febr. 1548 et infra ad 12. Sept. Cervini litterae datae sunt 29. Aug. et extant Concil. 139, f. 25. Cedula illa deest.

8 »Un frate di S. Francesco me ha scritto, come vedrete, l'alligata lettera. Haro charo che voi li rispondiate come io non lo tengo prigione et non ne lo cavo, essendo queste resolutioni che toccano non a me, ma ali loro superiori, dei offitio de quali io non mi so[n] mai impacciato ne mi voglio impacciare.«

Hic frater Antonius Maria Thita 19. Aug. scripsit Massarello (Concil. 139, f. 97) protestans, si quid haeretici docuerit in sermonibus tempore quadragesimali eius anni habitis, id inscium fecisse, et quodcumque falsum docuerit, se revocare, iam quinque menses duro se carcere contineri, rogatque, ut cardinalis pro ipso intercedat. Quarum litterarum in tergo Massarelus ascripsit: »frate Antonmaria .O. Bolognese deli 19 d'Agosto, resp. a 29.« Hoc responsum non poterat esse definitivum, sed dilatorium, donec advenissent litterae Cervini, sine cuius iussu Massarellus vix quidquam fecisset. Cf. p. 795, l. 28 ss.; p. 796, adn. 3).

9 i. e. cum praelatorum nominibus, cf. supra p. 789, l. 29 ss. et p. 790, l. 10 ss. In litteris 29. Aug. ad Massarellum datis (cf. adn. 4. 5. 6) nil legitur de hac re; videtur Cervinus id scripsisse ad card. de Monte.

legationis, in quo non sit exarcatus Ravennae et Romandiolae in spiritualibus, rogans ut apponantur.

De quo scripsit etiam ad card. Farnesium et D. Franciscum d'Aspra.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de re D. comitis Raynucii cum card. de Monte, de incarceratis, et de fratre Antonio Maria, et quod decreta sola imprimantur, non autem sessiones omnes cum actibus suis¹; per staffettam.

Fui ad S. Franciscum et loquutus cum fratre Antonio Delphino, ministro huius provinciae, quod card. S. Crucis non detinet neque extrahit de carceribus fratrem Antonium Mariam, sed relinquit hanc causam suis superioribus decidendam et terminandam, quorum officium turbare non vult².

5. Septembris, Mercurii.

R^{um} D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, mittens duo capita litterarum Camilli Ursini, quod Placentiae in platea publica depicta sint insignia imperatoris et D. Ferrandi Gonzagae cum hac inscriptione:

Ab optimis civibus liberata patria et Caesari restituta;

et quod id fecerint occisores ducis Placentiae; sed eorum adversarii clam inscripserint haec verba:

*Proditā patria et Caesari vendita*³.

Cuius rei inquisitio a gubernatore illius civitatis fiat.

Scripsi ego ad card. S. Crucis, quod fuerim loquutus cum ministro S. Francisci Conv. de fratre Antonio Maria; et an velit quod impressor imprimat ea decreta, quae voluerit, ut ab eo vendantur⁴.

Isa[betha] pr[ansa] in ca[m]era fuit m[ecum] et ex[ivi] c[um] ea ve.; equum in stabulo cardinalis de Monte, renu[ente] D. Bla[sio], in S. C.

6. Septembris, Iovis.

Recepimus litteras ab Illmo D. Camillo Ursino de novitatibus Placentinis similibus supradictis.

Applicuit Bononiam Illmus D. Franciscus filius primogenitus Illmi D. magni contestabilis Galliae, primi a consiliis regis, qui filius fuit visitatum Rmum D. cardinalem de Monte legatum in palatio publico civitatis, a quo magno cum honore excipitur, dato ei ientaculo splendidissimo et toti suae curiae. Deinde recessit Ferrariam versus⁵.

7. Septembris, Veneris.

Scribitur ad Illmum D. Camillum Ursinum in responsionem suarum 5. datarum, de quibus supra.

Imprimuntur secundae sessionis Tridentinae decreta, cui tota die vacatur, et card. de Monte ivit spatiatum ad S. Michaellem in Bosco.

a cod. turpare.

b cod. Th.

c cod. inprimitur.

¹ In litteris citatis (29. Aug. datis, cf. p. 792, adn. 7. 8) scribit Cervinus: «Rispondendo alia vostra di 22 haro charo che mi dechiarate meglio quel che vuol dire: si stampanno li decreti soli et non le sessione [sic] intere, perche cosi non intendo quel che vogliate inferire. Quanto al decreto della traslatione me ne rimetto a Monsr Rmo di Monte; a me parera che, stampandosi, cio si facesse separatamente per poterio poi publicare o non publicare secondo che fusse giudicato a proposito. Nei resto mi rimetto a quel che circa questa materia ho scritto per altre mie.

² Cf. p. 792, adn. 8; p. 796, adn. 3.

³ Verba videntur esse citata ex memoria, nam in scripturis Cervinianis (Florentiae in tabulario publico conservatis) fil. 21, n. 14 inscriptiones leguntur: *Per optimos cives liberata patria et Caesari restituta*, et: *A proditoribus civibus conturbata patria et Caesari ven-*

dita. Cf. G. de Leva, Storia docum. di Carlo V, vol. IV, p. 369, adn. 1.

⁴ Respondet Cervinus 12. Sept. (Concil. 139, f. 27; cf. infra ad 17. Sept., quo die praesentabantur litterae): «La domanda fatta dal stampatore d'haver licentia di stampare quella quantita de decreti di Trento che li mettesse bene oltre quelli ch'egli stampa ad instantia nostra, mi pare che non se li debba concedere, facendosi cio alie spese dei concilio, come sapete; oltre l'altre cause allegate do voi. Haro charo che m'avvisate quanti di tali decreti disegnatte far stampare, et a che termine hora si sta, cioe o in principio o nei mezzo o in fine.»

⁵ Anna de Montmorency, magnus comestabilis Galliae, quinque habuit filios, quorum natu maximo nomen erat Franciscus, secundo Henricus, tertio Carolus, quarto Gabriel, quinto Guilelmus.

8. Septembris, Sabbati.

RmTM j} cardinalis scripsit ad card. S. Crucis de receptione suarum
3. huius datarum super mittendis nuntiis in Germaniam, et petiit pecuniam, ut daretur
praelatis ituris Romam pro reformatione facienda.

306r

Scripsi ego ad card. S. Crucis de prioratu S. Severini, iterum rogans enixe¹;
et de fratre Ioanne Petro inquisitore Iustinopolitano²; 5

item de pecunia pro praelatis³;

item de vita Colae de Renzio Rom[ani]⁴,

et de Francisco bibliopola, quod reverti cupiat ad gremium ecclesiae etc. et
quid promittat B

Scripsi item ad D. Gabrielem Pianerum de receptione suarum 3. huius datarum 10
cum litteris D. Marina de Mass[ac]cio.

Recepi litteras a card. S. Crucis 3. huius datas cum litteris inquisitoris
Iustinopolitani⁶, et de vita Colae Renzii, et de pecunia pro praelatis et de prioratu
S. Severini, quibus respondi ut supra.

Card. de Monte recepit item litteras a card. S. Crucis 3. datas de 15
deputatione DD. Sebastiani Pighini episcopi Alyphani⁷ et Aloysii Lyppomani¹ episcopi
Motonensis coadiutoris Veronensis, ut eant nuntii in Germaniam cum facultatibus quas
imperator petiit, de quibus alias supra 8.

9. Septembris, Dominica.

Mane mittuntur supradictae litterae per staffettam, quia heri sero
expediri non potuerunt ob ingruentissimam tempestatem, pluvias, ventos et fulmina 20
adeo potentia, ut a multis annis quid tale non fuerit in memoria hominum, adeoque,
ut fulmen accenderit ignem in quattuor domibus prope Catin[um?], et eas combureritb.

Fui ad Melam extra portam S. Mammuli cum Mich[aele] Angelo Mass[arello], cum
balishtar et archibusio b' sp[atiatum] et ad expedien[das] supradictas litteras mane in
pal[atio] cardinalis]. 25

10. Septembris, Lunae.

Recipiuntur litterae ex Urbe 5. huius datae, quod card. de Gamberab con
valescat, sed non Cortes[ius]⁹;

quod D. Didacus orator Caesareus discesserit ex Urbe Senas versus 10.

Fui ad virginem [in] mont[e] cum Mich[aele] Angelo Mas[sarello] et ad fra[ter]es ob
servantiae, cum arch[ibusio] et balpsta?, et ad card. de Monte, qui fuit visitatum D. Bal- 30
duinum fratrem suum in domo Pellegrinorum 11 etc.

Isab[etha] et Hierfonymus] frater] fru.

¹ lectio incerta; (sed cf. ad 8. Nov. 1549).

b sic.

c b an 6?

1 Cf. supra ad 4. Iunii et 25. Aug. Respondit Cervinus 15. Sept. (*Concil.* 139, f. 29): »Hier[onymus] comparse la vostra di 8, et quanto alii denari per li prelati dei concilio non mancaro di sollecitarle con ogni diligentia, et digia ho mostrata quella parte de la vostra lettera, che ne paria, a Monsr Maffeo, al quale anco ho ricordato il desiderio vostro dei priorato di San Severino, et terro cosi ben sollecitato [sic] S. Sria, che ne doveremo cavar qualche risposta.« Cf. infra ad 23. Sept.

2 De quo v. infra 1. 12/13 huius pag. et ad 12. Sept.

3 Scripserat Cervinus 1. Sept. (*Concil.* 139, f. 26): »Non so come il concilio sia finito a danari; e bene che, dovendo venire i prelati a Roma per la reforma, come potria essere, o pure restare Costi, che in qualunque modo havendone bisogno, cominciate da hora a scriverne et adomandare, percio che io digia ho littere da qualche prelato, che convenendoli venire a Roma sara necessario d'esser aiutato con l'anticipazione d'una paga, senza la quale non vi si potria condurre, come egli dice.« Quid idem responderit novis Massarelli litteris, v. adn. I huius pag.

* Cervinus 1. Sept. (cf. adn. 3 huius pag.) scripserat: »Mr Gentile Delphino, canonico di S. Maria Maggiore, havendo inteso che voi havete la vita di Cola di Rienzo, desiderarebbe che voi gli ne accomodate per pigliarne una copia, di che haro charo che li compiaciate, essendo persona <di qualche lettere et dei. Cerv.) da bene.«

5 Francisci promissa et cardinalis responsum v. infra ad 20. Sept. (p. 797, adn. 12).

6 »L'inquisitore dei Istria me ha scritto l'alligata lettera, sopra quanto vedrete li potrete pariare, dicendoli come io ho fatto l'offitio co'l nuovo vescovo di Pola« [qui erat Antonius Helius; v. infra ad 12. Sept.].

1 Immo Ferentini, quondam Alifani, cf. p. 792> adn. 6; infra ad 18. Sept. (p. 796, l. 25).

8 Ad 4. Sept.

9 Mortuus est 29. Sept. 1548 (*Ciacon.* III, 685); v. supra p. 182, adn. 2. De Gambera v. ad 19. Febr. 1549.

10 Cf. supra ad 19. Aug.

11 Ubi aegrotabat, cf. infra ad 13. et 16. Sept.

11. Septem bris, Martis.

Rums j) Card. de Monte fuit ad domum Pellegrinorum visitatum D. Balduinum fratrem suum hora 20.

Recipiuntur litterae ab Ill^{mo} D. Camillo Ursino 10. huius ex Parma.

Datur prelo tertia sessio Tridentina, cui tota die vacatur.

12. Septem bris, Mercurii.

5 Recepit Rms card. de Monte litteras a card. Farnesio et S. Crucis de expeditione nunciorum in Germaniam iturorum, quod brevi recedet episcopus Alyphanus¹.

 Scripsit card. de Monte ad card. Farnesium et S. Crucis in respon- sionem supradictarum, et quod cupiat videre facultates nunciorum in Germania.

10 Scripsi ego ad card. S. Crucis de fratre Petro Celso Caputistri[ensi], quod liberatus fuerit a carceribus, de quo ad me scripserat², et de decretis Tridentinis episcopo Alyphano dandis, cum huc pertransibit³, et de memoriali comitis Francisci Raynucci, quod sint calumniae⁴, et de Francisco bibliopola quid faciendum sit de eo⁶ etc.

 Recepi litteras a card. S. Crucis⁶, in quibus scripserat ea, quae supra con-
15 tinentur, prout a me responsum fuit.

 Recepi item litteras a D. Antonio Helio episcopo Polae in commenda-
tionem fratris Petri Celsi Iustinopolitani ord. s. Francisci Convent.⁷, quem liberavi a
carceribus.

 Scripsi ad eundem episcopum, quid fecerim pro fratre, quem mihi commendaverat,
20 ut supra.

13. Septem bris, Iovis.

Expediuntur supradictae litterae, cum heri sero ob pluviam ingentem expediri non potuerint.

Revidentur sessionis Tridentinae.

Cator. ven. ex.

25 Recipiuntur litterae ab Ill^{mo} D. Camillo Ursino ex Parma 12. huius datae.

Rms & car(j) Monte ivit ad domum Pellegrinorum visitatum D. Balduinum fratrem suum aegrotum.

14. Septem bris, Veneris.

 Scripsi ad R^{dm} D. Bonaventuram Pium Costacciarium, generalem * Mi-
norum Convent. s. Francisci, in commendationem fratris Antonii Mariae ord. s. Fran-
30 cisci, qui detentus fuerat per sex menses in carceribus, modeste tamen secundum christianam charitatem, cum promiserit catholice in futurum vissurum⁸.

Revidentur sessiones Tridentinae et decreta imprimenda.

Ill^{ma} D. Hieronyma Farnesia, nupta filio D. Laurae Pallavicin[ae], applicuit Bononiam, et recepta fuit a R^{mo} card. de Monte in palatio Campegiorum.

a *cod. generalis.*

b *sic.*

¹ Pighinus episcopus Ferrentinus intellegitur, v. p. 792, adn. 6; infra ad 18. Sept. (p. 796, l. 25).

² Cf. supra ad 8. Sept., p. 794, l. 12 ss. et adn. 6. In litteris 8. Sept. datis (cf. adn. 6 huius pag.) ita scribit cardinalis: i>Intendo che il ministro de' conventuali di S. Francesco ha messo prigione un frate di Capodistria, et forse per opera et instigatione di quel frate da Cesena [cf. p. 791, l. 13 s. et adn. 6], quale vi raccomandava la contessa da Bagno, per essere tanto quello di sana dottrina, quanto questo da Cesena di mal sana. Intendete la causa della sua captura, et quando non sia fondata et giustificata, ma solo per persecutione di quel frate Fantaguzzi o d' altri simili, pregate il ministro, che non gli lassi far torto.« Frater ille liberabatur e carcere, cf. l. 16 ss. huius pag.

³ Cervinus in litteris 8. Sept. datis (cf. adn. 6 huius pag.): *>Nel passar di Monsr Pighino fara per costa sara bene che li diate alcune di quelle lettere {stampate *add. Cervini*} che N. Sre scrisse alii stati ecclesiastici etc., perche li porti seco in Germania, et se ne fussero finiti di stampare li decreti di Trento, se gli ne potrebbe dar similmente qualche uno.«

⁴ Cf. supra ad 23. Febr. (p. 746, l. 7 ss.) et ad 4. Sept. (p. 792, l. 19 s. et adn. 7; p. 793, l. 4) et infra ad 17. Sept. 1548.

⁵ Cervini responsum v. infra ad 20. Sept. 6 Litterae extant in tom. *Concil.* 139, f. 28 et datae sunt 8. Sept., cf. adn. 4 et 5 huius pag.

⁶ Cf. adn. 2 huius pag.

⁸ Antonius M. Thita: p. 792>adn. 8; p. 796, adn. 3.

15. Septembris, Sabbati.

Rd,s D Hieronymus Dandinus episcopus Imolensis, rediens ex curia Galliae, ubi egit nuncius apostolicus per aliquot menses applicuit Bononiam, referens res non bene succedere] cum re[ge] de foedere².

Scripsit Rm,s D. card. de Monte ad card. S. Crucis de adventu supradicti episcopi Imolensis.

Scripsi ego ad eundem card. S. Crucis familiariter, dirigens litteras diversas].

Collationantur decreta Tridentina.

Tota die piu[it].

16. Septembris, Dominica.

Expediuntur litterae heri sero scriptae, quae propter ingentem pluviam mitti non potuerunt. Cum his litteris mittuntur litterae episcopi Fanensis ex Germania ad card. Farnesium.

aRd,s j) episcopus Imolensis recessit ex Bononia Romam versus hora 19.

Rm,s D. card. de Monte fuit ad domum Pelegrinorum visitatum suum fratrem aegrotum D. Balduinum.

Mittitur Venetias signum concilii, ut in-decretis impressis apponatur, in lig[n]o imprimendum].

17. Septembris, Lunae.

Recepimus litteras a card. S. Crucis 12. datas, quibus scribit cardinali de Monte se recepisse eius litteras 5. datas, easque ostendisse pontifici et card. Farnesio. Eratb enim super inscriptione posita supra insignia Don Ferranti Placentiae; de quibus supra die 8

Scribit ad me card. S. Crucis de fratribus S. Salvatoris et Montis Oliveti in diocesi Eugubina, qui visitari nolint³, et de memoriale comitis Raynucii⁴, et de decretis imprimendis⁶.

Card. de Monte fuit visitatum Balduinum fratrem etc.

18. Septembris, Martis.

W Rd,s D. Sebastianus Pighinus episcopus Ferrentinus Regiensis, auditor etiam Rotae Romanae curiae, qui destinatur nuncius apostolicus in Germaniam una cum episcopis Fanensi et Veronensi cum facultatibus recipiendi ad gremium ecclesiae

a alius ductus manus.

b sic.

c sic (recte 5, cf. p. ygj, l. 11 ss).

1 Cf. supra p. 644, adn. 4.

2 »Nuove e vane pratiche di lega tra il papa e il re di Francia« tunc temporis factas exponit *de Leva* V, 10 ss. Cf. supra ad 1. Sept., p. 791, l. 28/29 et adn. 7.

3 Epistula est in cod. *Concil.* 139, f. 27. In qua (neque in alia 15. Sept. data, cf. infra ad 20. Sept.) nil legitur de illis monasteriis, sed de fratre illo commemorato supra p. 792, l. 20 et adn. 8: »Io dissi al generale di s. Francesco, che attendesse ad haver bona cura alia sua religione, perche tutto il male o il bene che vi si faria s' attribuisca a lui. Le quali parole ho voluto replicare, parendomi che da esse non seguiti ch'io impedisca l'offitio di esso generale ne de suoi ministri, ne che loro debbino mancare di far giustizia. Onde hanno gran torto ad incolpare me dei fatto di fratre Antonmaria etc., (*ipsius cardinalis manu additur*: quale se non merita d'esser tenuto prigioniero, non ce lo devono tener, et se lo merita, non devono incolparne me«). De fratribus Inguvinis dicit Cervinus in epistula 25. Sept. Romae data (cf. infra ad 2. Oct.): »Mr Ant[oni]o [Lorenzino, cf. litteras infra ad 8. Oct. citatas] havendo visitato in Agobbio le parocchie de frati di Monte Oliveto et di quelli di San Salvatore, non ostante che loro non volessero, ha trovato che

in qualche parte mancano di quel che devono, come vedrete per l'inclusa copia d'un capitolo de la lettera di Mr Antonio, quale vi mando [*quae copia deest*], accioche la mostrate al Rmo protettore [card. de Monte, cf. infra p. 801, l. 8 s.] et anco al generale di San Salvatore in quel che tocca a ciascun di loro, perche, se non si provvede a questi disordini opportunamente, saro sforzato di provedervi io per debito dei offitio mio.«

4 Quod memoriale Cervinus miserat Massarello, ut ait in litteris 8. Sept. datis (cf. supra ad 12. Sept. P. 795> 1-12 et adn. 4 et 6). In hac epistula (12. Sept. data, cf. adnot. praeced.) scribit: »Mr Bern[ardi]no Bergonzi auditore dei Torrone me ha scritto una lettera sopra il memoriale dei conte F[rances]co Ranucci, ch'io vi mandai. Accusategline voi il ricevuto, et diteli come esso conte Francesco Ranucci (per quanto egli m'ha referito) puo provare il contenuto di detto memoriale coi testimonio dei padre proprio di quel che sta in prigione, dove si sta per altro conto che per questo, coi far giustizia, ne sara segno se ne lo liberanno presto. ... Se voi volete maggior informatione di questo negotio dei conte Francesco, pariate costi con la sua moglie o coi padre di quel che sta prigione.« Cf. infra ad 2. Oct. (p. 800, l. 20 et adn. 4).

5 Cf. ad 5. Sept., supra p. 793, l. 20 s. et adn. 4.

Lutheranos redire volentes et alia faciendi¹, prout in facultatibus, quas petiit a pontifice imperator, applicuit Bononiam veniens ex Urbe.

Scribitur ad card. Farnesium cum litteris nuncii apud Helvetios² et litteris Illm D. Camilli Ursini.

- 5 Rm^s D. card. de Monte dedit fratri Octaviano de Ravenna ord. Minorum Convent. auctoritatem absolvendi Christophorum Dossenam bibliopolam a censuris, quas incurrisset ob venditionem, lectionem et detentionem librorum Lutheranorum³, iniuncta ei poenitentia salutari etc. iuxta formam consuetam, et hoc quoad poenas spirituales tantum.

19. Septembris, Mercurii.

- Rd^B D. episcopus Ferrentinus habuit a me 50 copias litterarum scriptarum a summo pontifice statibus ecclesiasticis Germaniae super reductione concilii ad civitatem Triden-
10 tinam. Item 40 exempla responsionis pontificis datae¹ D. Didaco oratori Caesareo super eadem materia⁴.

- Scripsi ad card. S. Crucis de decretis datis D. episcopo Ferrentino, et de numero decretorum, quib⁵ imprimuntur, 150, de Eugubinis monacis⁵ etc., et misi instruc-
15 tionem causae Ioannis Golfarini⁶, ut habui ab auditore Turronis⁰ et vidi in registris.

Scripsit card. de Monte cardinali S. Crucis de concordia inter Bentivolos et Pelegrinos⁷.

Item ad card. Farnesium de brevi legationis mutando⁸.

20. Septembris, Iovis.

- Ill^m D. filius tertio-genitus D. de Vandomo applicuit Bononiam iturus Ferrariam.
20 Rd^B D. episcopus Ferrentinus recessit ex Bononia Germaniam versus, cui dedi decreta autenticata scripta in percamenob manu mea, et subscripta a me ut concilii secretario Angelo Massarello de S. Severino Camerinensis diocesis, et a D. Claudio della Casa Tullensis diocesis notario, et subscripta manu card. de Monte praesidentis et sigil-
lata sigillis appensis ipsius cardinalis de Monte et cardinalis S. Crucis secundi praesi-
25 dentis — decreta, scilicet Tridentina⁹. Mittuntur Romam litterae heri sero scriptae.

- rTM p card. de Monte recepit litteras card. Farnesii 17. datas per staffettam, quibus significat fuisse incarcerationum Romae in castro S. Angeli D. Cathalanum cognatum card. Moroni, et quod mittatur Romam locumtenens equitum levis armaturae, qui sunt hic Bononiae, ob causam alias ab ipso card. de Monte per ciffram
30 Romam scriptam de prodicione Bononiae¹⁰.

Scripsit ad IU^{mm} D. Camillum Ursinum et capitaneum Goitum, ut ipse Goitus quamprimum Bononiam se transferat. Mittuntur per cursorem solutum.

- Recepi litteras a card. S. Crucis 15. datas de pecunia pro praelatis mit-
tenda¹¹ et quod sit contentus, quod causa Francisci bibliopolae cognoscatur a card.
35 de Monte secundum tres articulos a me alias scriptos¹².

a cod. data. 1 sic. 0 cod. Turroni.

1 Cf. supra p. 792, l. 16 ss. et adn. 6; p. 795, l. 5 ss.

2 In collectione a C. Wirz edita post 10. Iulii 1548 usque ad 10. Oct. nulla extat epistula a Franco Romam missa.

3 Cf. supra p. 785, l. 30 s. et adn. 8.

4 Quae scripturae impressae erant, cf. supra p. 776, l. 1 ss.; p. 779, l. 22 s. et adn. 10; p. 781, l. 10 ss. locosque ibi citatos. V. adn. 9 huius pag. Pallavidn. II, 2, 15.

5 Responsum Cervini 25. Sept. datum v. supra p. 796, adn. 3; cf. infra ad 8. Oct. (p. 802, l. 18. s. et adn. 4).

6 Cf. infra ad 22. Sept. (p. 798, l. 15 s.)

7 Cf. supra p. 791, l. 1 s.; infra ad 22. Sept. (p. 798, l. 20 s.).

8 Cf. infra ad 21. Sept. et 11. Oct.

9 Manellus ad 2. Oct. (fol. 60) se expendisse re-

fert »a Mr Angelo Massarello, segretario dei concilio, scudo uno et mezo d'oro, quali sono per ligatura delli decreti di Trento scritti in carta pecora, che si son dati a Monsr Pighino per portare in Germania ligati in coro azurro, et per cordoni di seta et cassette et altre cose per autenticare essi decreti.« (Cf. p. 800, adn. 3).

10 Cf. supra ad 27. (p. 783, l. 23 ss. et adn. 5) et 30. Iulii (p. 784, l. 17 s.).

11 Cf. supra p. 794, adn. 1; infra p. 800, l. 26 s.

12 »Quanto a Franc[is]co libraro, Monsr Rn.^o de Monte non deve haver rispetto alcuno a me, onde S. Sria Rma se ne puo governare secondo che richiedera la giustitia. A me pareria che exequendo con effetto detto Francesco le tre cose, che voi mi scrivete [supra p. 794, l. 8], cioe di confessare et pentirsi delle male opinioni ch'egli ha tenute, di palesare tutti quelli a chi ha venduti libri prohibiti et consignare add. Cer-

21. Septem bris, Veneris, in die s. Matthei.

Rmus £) card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de receptione suarum 17. datarum, et quod miserit pro capitaneo Goito; et de brevi legationis Bononiensis, quod sit contentus quod card. S. Georgii utatur in Romandiola (ubi est legatus) facultatibus in spiritualibus, ubi habet temporalem jurisdictionem; sed ponatur nihilominus in suo brevi Bononiensi, quod habeat eandem potestatem in spiritualibus in Romandiola et exarcato Ravennae, qua tamen non utetur¹.

Scripsit item ad episcopum Ferrentinum, mittens ei litteras cardinalis S. Crucis 15. datas, quod ab eo audiet suam commissionem circa suum iter in Germaniam.

Item expedivit D. Ioannem Baptistam Palmerium, Regium et Parmam iturum ad affigendum monitorium 2.

Fuit Rmus D. card. ad videndum Balduinum fratrem apud Pellegrinos et deinde spatiatum.

Facta fuit iusta, et datum praemium a cathena aurea 20 scutorum victori ab Ilmo D. filio Domini Vandomi.

b22. Septem bris, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis de verbis auditis a D. Hercule Marescotto in causa 15 Ioannis Golfarini, et de processu eiusdem Ioannis in causa Ber[nardi]ni Genuensis' et eius uxoris, et de pecunia pro praelatis³, ac de card. de Monte, qui loquutus fuerit cum generali Montis Oliveti super Eugubinis monachis⁴, et de Francisco bibliopola, quod eius causa agetur⁵.

Rmus carcj. de Monte scripsit ad eundem cardinalem, mittens quandam 20 formam concordiae ei datam a Pellegrinis cum Bentivolis⁶ et de concilio⁷, quod loquutus fuerit de eo cum D. Achille de Grassis⁸, qui heri recessit ex Bononia.

Anfnibal] D[oce] or. fr.⁸

23. Septem bris, Dominica.

Recessit ex Bononia D. locumtenens equitum levis armaturae Romam versus, vocatus a card. Farnesio nomine pontificis ob causam suprascriptam 9 etc. 25

Rmus p card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de discessu eiusdem locumtenentis, et de equitibus gravis armaturae Caesarianis, qui ex Germania descendunt et ibunt in regnum Neapolitanum et petunt saluum iter.

Recepit litteras a card. S. Crucis cum summario facultatum, quae datae sunt nunciis ultimo loco in Germaniam destinatis¹⁰ pro reductione Lutheranorum, de 30 quibus supra.

Ego recepi litteras a card. S. Crucis, qui scribit: quod D. Maffeus loquutus fuerit cum D. Virg[ili]o super prioratu S. Severini, et quod responderit se (si daturus est) nulli nisi mihi daturum i¹.

24. Septem bris, Lunae.

Revidetur sexta sessio Tridentina pro decretis imprimendis.

Recipiuntur litterae ex Urbe 20. datae, quibus significatur, quod eadem die, quae fuit dies Iovis huius mensis, adveniente nocte obierit Rmus D. Gregorius Cortesius cardinalis patria Mutinensis, a Paulo III cardinalis creatus anno Domini 154(2)612.

a *cod. p. roraemium.*

b *alius ductus manus.*

c *Gennensis?*

d *cod. Grasis.*

6 *lacuna in cod.*

vinus manu propria) li altri, che fussero restati in sue mani, et finalmente di ritornare in prigione pigliata quella penitentia et castigo de suoi che gli sara (*cod. fara*) data. A me, dico, pareria, che con queste tre conditioni se gli potesse perdonare, quando si veda che lui le metta in executione da dovero, et che si penta con effetto dei mai fatto, come ho detto, rimettendomi pero in tutto ad esse Rmo card. di Monte.[«]

1 Cf. supra ad 19. Sept. et infra ad 11. Oct. et 23. Nov.

2 Quod videtur datum esse contra eos, qui civitates ecclesiae demere studerent.

3 Cf. infra ad 3. Oct., p. 800, l. 26 s. et adn. 7.

4 Cf. supra ad 17. et 19. Sept.

5 Cf. ad 20. Sept., p. 797, l. 34/35 et adn. 12.

6 Cf. ad 19. Sept., p. 797, l. 16.

7 De difficultatibus a Gallorum rege contra suspensionem concilii motis, cf. *Pallavicin.* 11, 2. 14.

8 Nescio num sermo sit de eodem qui commemoratur supra p. 744, l. 17; p. 763, l. 11.

9 Cf. ad 20. Sept., p. 797, l. 28 ss; infra ad 17. Oct.

10 De facultatibus nuntiorum cf. *Pallavicin.* 11, 2, 3 ss. Summarium 26. Sept. remittebatur Cervino, cf. infra p. 799, l. 14 et adn. 3.

11 Cf. supra ad 4. Iunii, p. 771, l. 3 s. et adn. 1, et infra ad 6. Nov. 1549.

12 Cf. supra p. 182, adn. 2.

25. Septembris, Martis.

Michelangelus Massarellus frater germanus recessit ex Bononia
versus S. Severinum patriam nostram; fert secum res nonnullas pro sororibus et ne
potibus, et pro dote Luciae sororis florenos 100, dico centum, adeo ut in bonis et
pecunia numerata portaverit hinc a me ei data scuta 78. Ivit cum Mattheo de S. Sjeverinjo
5 et recessit hora 16.

Ventfurinus] m. no. ad. Plautum emi, Ventjurinus] aur[eum] et b[aioccos] 24 ded[it].

Recepi litteras ab archiepiscopo Ragusino Perusii vicelegato in com-
mend[ationem] suae provisionis hinc recipien[dae] 1.

26. Septembris, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis de litteris, quas habui a generalibus Montis Oliveti et
10 S. Salvatoris in visitatione Eugubina, quas misi ad D. Ant[oni]um Laurenftinum] in ea
civitate commorantem 2;

item de adventu equitum gravis armaturae, qui pertranseant per dominium Bono-
niense et revertantur in regnum Neapolitanum;

item misi summarium facultatum datarum nunciis in Germaniam euntibus 3.

15 Scripsi ad ipsum D. Antonium Lauren[tinum], cui misi dictas litteras.

Scripsi item ad archiepiscopum Ragusinum Perusii vicelegatum in re-
sponsionem suarum 19. huius datarum pro provisione sua ex maleficiis huius civitatis
recipienda.

R[ati]o D. card. de Monte scripsit ad locumtenentem Romandiolae de transitu supra-
20 dictorum equitum.

27. Septembris, Iovis.

R[ati]o D. card. de Monte ivit ad S. Michaellem in Bosco et ad ecclesiam S. Petri,
ut videret lapides mar[more]os.

Helisabfeth] Ventur[ina] nups[it].

Revidentur decreta sextae sessionis imprimenda.

25 Fui ad episcopum Mirapicensem, ut intelligerem revocationem D. ab Hospitali,
oratoris secundi regis Chrm, qui eum revocavit ob adversam valetudinem.

Scribitur suspensio concilii Tridentini.

28. Septembris, Veneris.

Vacatur imprimendis decretis septimae sessionis Tridentinae.

Rmus jj carcj de Monte ivit spatiatum extra portam Sirac[ozanam] cum societate.

30 Pertranseunt per civitatem Bononiensem 200 equites gravis armaturae,
qui veniunt ex Germania, ubi militarunt contra Lutheranos pro Caesare, et revertuntur
in regnum Neapolitanum, pacata iam Germania.

Fui ad Melam cum balista/5 spat[iatum] et Hier[onymo] et Io[anne] servfo].

29. Septembris, Sabbati.

3·8v

35 Scripsi ad card. S. Crucis de pecunia pro subventionem praelatorum 4, cum iam
sit principium mensis Octobris. Subscribitur etiam a Rmo card. de Monte.

Recipiuntur litterae ex Galliis ab episcopo Cenetensi nuncio apostolico,
qui scribit, quod rex voluit facere unam congregationem praelatorum et theologorum
sui regni in Molinsb, in qua deliberabitur de mittendis praelatis Gallicis Romam pro re-
formatione facienda et de aliis concernentibus concilium 5.

40 Quae litterae mittuntur Romam per staffettam solutam.

a lectio incerta.

]J sic.

c alius ductus manus.

1 Qui antea fuerat Bononiae gubernator (cf. ex. gr. supra p. 682, l. 33 ss.). Litterae eius extant *Concil. 139* f. 100. Cf. ad diem sequentem et l. Oct. 1548 et 10- April. 1549.

2 Cf. infra ad 8. Oct., p. 802, l. iS s. et adn. 4.

8 Quod idem Cervinus miserat, cf. p. 798, l. 29 s.;

3. Oct. (cf. infra p. 802, adn. 4) scribit Massarello: *summario delle faculta rimandatom e comparso.*

1 Cf. infra ad 3. Oct., p. 800, l. 26 s.

5 Sententia ibi decreta apud *Le Piat* IV, 132/146; partim *Raynald.* 1549, n. 73 ss.; cf. *de Leva* V, 45 et adn. 2.

Rmus j} card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, quod rex iniuste de nobis conqueratur, quasi nos accuset de hac mora concilii, cum eius causa ita ut nostra, ne imperator irritaretur, facta fuerit, et respondetur septem rationibus*.

Recipiuntur litterae ab Illmo D. Camillo Ursino 27. datae de transitu equitum gravis armaturae.

30. Septembris, Dominica.

Rmus d. card. de Monte scripsit ad card. de Gambara in commendationem D. Ioannis Baptistae sui nepotis².

Item ad D. Franciscum d'Aspra de eo, quod scripserat heri card. Farnesius.

Item ad comitem Annibalem a Foglianum;

et ad Illmum D. Camillum Ursinum, de transitu equitum gravis armaturae.

Fui ad card. de Monte et litteras scripsi, et vacatur revidendis sextae et septimae sessionibus imprimendis.

1. Octobris 1548, Bononiae, Lunae.

Recepi litteras ab archiepiscopo Ragusino, ut sollicitarem suam provisionem recuperandam a maleficiis huius civitatis apud card. de Monte, cui rem ipsam commendavi.

Revidentur decreta septimae sessionis Tridentinae et dantur praelo.

Dantur ad lig[atorem] decreta et sessiones omnes Tridentinae autenticatae a me et a Cl[audi]o notario³.

2. Octobris, Martis.

Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 25. Septembris datas, quibus significat sibi satisfecisse quod egeram super memoriale comitis Francisci Raynucii⁴, et de decretis autentificandis numero decem⁵, et de operibus Erasmi super testamento novo, ut recuperentur a Rmo P. Cenomano⁶.

Rmus £), card. de Monte recepit litteras ab eodem card. S. Crucis, quod ipse scrip[ser]it hic non remansisse praelat[os].

Fui ad Hel[isabeth] ac n.

3. Octobris, Mercurii, in vigilia s. Petronii.

Recepimus litteras ab eodem Rmo S. Crucis 29. datas Septembris de pecunia pro praelatis concilii mittenda⁷.

a cod. Anibalem. b sic.

1 Cf. *Pallavicin.* II, 2, 14.

2 Ob res a Cortesio cardinali relictas, ut videtur: cf. infra ad 11. Oct. et ad 18. Nov. (et ad 10. et 20. Oct., 1. Nov.?) 1548.

3 Massarellus ad 20. Oct. (f. 61) notat inter expensa: »A m[astr]o Giannino ligator di libri scudi tre d'oro, quali sono per ligatura delle sessioni intiere di Trento in cordovano azzurro dorato et cassa d'esso libro« (cf. supra p. 797, adn. 9); et ad 27. Oct. (ibid.): a m[astr]o Gio. Battista calzolaro scudo uno d'oro bajochi settanta otto, quali sono per dui pelli di cordovano azzurri cremesini per ligare li decreti di Trento et di Bologna«; ad 30. Sept. 1549 (f. 75): »10 scudi«.

4 Litterae extant in cod. *Concil.* 139, f. 30. »Quanto al memoriale dei conte Francesco [cf. supra p. 796, adn. 4], ho veduta la diligentia stata usata da voi per saper come la cosa e passata. Di che vi laudo...« Similiter scribit in litteris 29. Sept. ad Massarellum datis, cf. ad diem sequentem.

5 »Havendo voi dato a Monsr Pighino le copie che dite [cf. supra ad 19. Sept., p. 797, 1. 13] della lettera scritta alii stati ecclesiastici di Germania et della risposta data a Don Diego, et etiam la copia di tutti li decreti di Trento autenticata, perche S. Sria Rda se

ne possa valere, sta bene... Potrassi poi autenticare otto o dieci di essi decreti come siano finiti di stampare et Mr Claudio sia tornato da Francia« (cf. supra p. 790, 1. 22; infra ad 3. Oct.).

6 »Il P. Cenomano aveva l'annotationi d'Erasmus sopra il testamento novo di nostro. Non so se avanti la sua partita ve l'haveva restituite. Quando non, potrete [far dei a Cervino] vedere se l'haveva lassate nel monasterio dove alloggiava, per ricuperarle quando vi sieno.« Cf. supra p. 792, adn. 2.

7 *Concil.* 139, f. 31: (Tanto ho fatto che add. *Cervin. supra lin.*) questa mattina m'è venuto a parlare Mr Gio. de Rubeis per conto de la soventione de prelati che hora si trovano al concilio, con animo (come credo) di non sborsar il danaro, fondandosi pure in quel che diceva haver scritto il Rmo card. di Monte [cf. 1. 23 s. huiuspag. et p. 801, 1. 1 ss.]. Ma io l'ho allegate tante ragioni et tanto predicato, che finalmente me ha promesso di dar commissione, che vi siano pagati detti denari (/) 500 add. *Cervin. supra lin.*) costi, de quali pero penso che bisognerà pagare la provisione di Monsr Armacano [cf. p. 801, adn. 9] et dar anco qualche cosa a Monsr Grechetto [cf. p. 802, adn. 5], che sta qui tuttavia raccomandandosi.«

Scripsit Rm^s card. de Monte ad card. S. Crucis de receptione suarum 25. et 29. datarum, et quod necesse sit dare viaticum praelatis concilii pauperibus, cum hinc recedent, et quod non scripserit hic non esse praelatos pauperes.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 25. et 29. datarum;
5 et quod rediverit D. Claud[iu]s et auctenticantur decreta, cum impressa fuerint¹;
et de pecunia pro praelatis, quia accepimus mutuo 200 aureos pro subventionem praelatorum²;

et quod locutus fuerim cum card. de Monte et generali S. Salvatoris de fratribus eorum Eugubinis³.

10 Hodie propter crastinum festum s. Petronii, patroni huius civitatis Bononiensis, fiunt vesperae solemnes in ecclesia S. Petronii, quibus interfuerunt Rm^s D. legatus et magistratus omnes et nobiles civitatis, cum prius ivissent processionaliter ad ecclesiam S. Stephani, ubi acceperunt caput s. Petronii et illud tulerunt ad ecclesiam S. Petronii], ut mos est quolibet anno in hac die, cum ordinarie conservetur in dicta ecclesia S. Stephani.

4. Octobris, in festo s. Petronii, Iovis.

3⁹r

15 Rm^s p. carcj de Monte, legatus concilii et civitatis Bononiensis, una cum magistratibus et nobilibus civitatis ivit ad ecclesiam S. Petronii, ubi audiverunt missam ob solemnitatem festi s. Petronii, patroni civitatis.

Curritur bravium e vell[ut]o ros[ace]o charfmesino; eqjuus] duc[is] Mantjuani] habuit.

5. Octobris, Veneris.

Ivit Rm^s D. card. de Monte ad S. Michaellem in Bosco, ubi pransus est; deinde
20 hora 20. revertitur civitatem.

Scripsit Rm^s cardinalis ad card. Farnesium de 10000 scutis a civitate solvendis et tractu frumenti et officio Spoletfani]

Item ad card. S. Crucis de subventionem necessaria praelatis concilii danda, cum hinc recedent, ob viaticum.

25 Scripsi ego ad card. S. Crucis de novitate quam habuimus hodie ex Venetiis, quod iurca revertatur Constantinopolim ab expeditione contra Sophi re infecta, de quo gratiae Deo agenda sunt. Quam novitatem scripsit card. de Monte card. Farnesio, mittens litteras ex Venetiis D. nuncii apostolici.

D. Iulius Cannanus⁶, qui heri ivit Ferrariam, reversus est Bononiam retulit-
30 que, quod ille Gabriel Rivaber⁶ Mantuanus, qui scripserat ad. card. de Monte, ut unum secretarium ad eum mitteret secreto, dixit se habere modum per viam sui nepotis de Bertolonfo], qui est cancellarius Don Ferr[an]di, liberandi ex carceribus D. Apoll[onium], secretarium quondam ducis Placentiae⁷.

i⁸ {Recessit ex Bononia D. ab Hospitale⁸, orator secundus regis Gallorum
35 in concilio, una cum doctore Pansa, misso etiam a rege.)a

Scripsi ad card. S. Crucis, quod venerit ex Urbe commissio D. Cornelio de Malvasia solvendi 500 scuta pro subventionem praelatorum pauperum concilii⁹; in qua scripsit card. de Monte, confirmans diligentiam etc.

a postea insertum inter lineas.

1 Cf. supra p. 790, l. 22; p. 800, l. 17 et adn. 3.

2 Cf. quae adnotat Manellus f. LVIII ad 20. Oct., et infra l. 37 et adn. 9 huius pag.

3 Cf. infra ad 8. Oct. (p. 802, l. 18).

4 Vel intellegitur Pompeius de Spiritibus Spoletanus magister caeremoniarum, qui suspenso concilio dimitti poterat; vel Ioannes Bapt. Palmerius (cf. p. 639, adn. i); vel sermo est de officio Spoletano vacante.

5 Iulius Cannanus a Manello ad 1. Iulii 1548 (f. LIII) vocatur »secretario dei Rmo card. di Monte«; mense Februarii 1550 eum secretarium pontificis Iulii III creatum esse una cum Massarello hic refert in diar. VI (f. 34 iv). In cod. Concil. 139, f. 118. 124 extant binae litterae 25. Aprilis et 9. Maii 1551 ab eo ad Massarellum Tridenti in concilio commorantem Roma

missae, e quibus stricto amicitiae vinculo ambos inter se coniunctos fuisse apparet.

6 Cf. infra ad 26. Oct. (p. 806, l. 15) et ad 18. Nov., ubi vocatur Rivabene, videtur esse ex gente notissima Mantuana Arrivabene.

7 Cf. infra ad 26. Oct., 18. Nov., 4. Dec. 1548.

8 Advenerat 16. Sept. 1547, cf. supra p. 698, l. 33. Cf. de eo Dupre Lasale, Michel de L' Hospital avant son elevation au poste du chancelier de France (Paris 1875) quem librum non vidi, et F. Geuer, Die Kirchenpolitik des Kanzlers M. de L' Hospital (Duisburg 1877).

9 Manellus (f. LVIII) ad 20. Oct. 1548 inter accepta ponit: »scudi cinquecento d'oro in oro . . ., quali ho ricevuti dal banco della Malvasia in tre partite, cioe alii 3 di detto scudi 200 d'oro me conto Mr

Rms card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, quod quidam offerat liberationem D. Apollonii, secretarii quondam ducis Placentiae, a carceribus (detinetur enim in arce Mediolanensi).

Em [i] vas far. mut. sol.

Recipiuntur litterae a nuncio Helvetiorum cum litteris ad card. Farnesium, quae mittuntur cum supradictis 1,

7. Octobris, Dominica.

Cum Pellegrino 2, praeposito 3, abbate S. Severini, Iulio Cannano etc. pransus. Fui extra portam S. Mamuli cum balista supra montem Melae, et cum card. de Monte et secretario Florentino.

Anibal, Ordfogna " et Hieronymus Venturinus exerc. ve.

10

8. Octobris, Lunae.

Datur praelo septima sessio, et praeparatur octava super translatione concilii ex Tridento Bononiam.

Rms D. card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio 4. huius datas, cum quibus misit duo brevia, unum directum episcopo Mirapicensi, alterum Noviomensi, qui sunt hic praesentes, qui vocantur ut eant Romam pro reformatione facienda. Item misit aliud breve pro episcopo Niverniensi, qui iam recessit ex Bononia, quo vocatur similiter, ut eat Romam; sunt enim tria eiusdem tenoris.

Recepi litteras a card. S. Crucis 4. datas super monachis Augubinis et litteris scriptis a generalibus Montis Oliveti et S. Salvatoris 4.

Fui super montem Melae cum balista e regione Cato. ve.

20

Recepi litteras a R^d D. archiepiscopo Ragusino vicelegato Perusii; commendat res suas apud legatum super receptione 800 scutorum suae provisionis.

309 V

9. Octobris, Martis.

Datur praelo octava sessio, in qua transfertur concilium ex Tridento Bononiam, die videlicet Veneris 11. mensis Martii 1547.

Rms D. card. de Monte laboravit chiragra et podagra.

25

Fui supra montem Melae, et cicchorias colligi hora 22., et hora 16. ad card. de Monte cum praeposito pransus.

10. Octobris, Mercurii.

Recepi litteras a card. S. Crucis 6. huius datas, quibus significat Sm^d M. D. N. ordinasse, ut solvantur centum scuta archiepiscopo Armacano ex 500, quae his diebus huc remissa fuerunt pro subventionem praelorum 5.

30

a cod. ord. (nescio num recte suppleverim).

Angelo Massarello [cf. p. 801, l. 6]; alii 16 scudi 100, quali si rimessero per una poliza di cambio alii Rucellaj in Roma, che fusser pagati ali' arcivescovo Armacano [secundum litteras Cervini 6. Oct. datas, cf. infra l. 28 ss. et adn. 5 huius pag. et Manelli relationem (f. 61) ad 16. Oct. 1548] per il tremestre cio e Ottobre, Novembre et Dicembre proximi, che ordinariamente li fa pagare N. Sre; et scudi 200 li hebbero... alii 20 d' Ottobre. Et detti denari sono per la suventionem ordinaria che si da alii prelati dei concilio per ordine di S. Sta.

1 De his litteris idem valet, quod dictum est supra p. 797, adn. 2.

2 Sine dubio est ille Octavius Peregrinus saepe commemoratus, ex. gr. p. 759, l. 14; p. 767, l. 8. 28; p. 769, l. 8.

3 Videtur idem esse, qui infra ad 15. et 16. Oct. vocatur praepositus Aretinus, consanguineus cardinalis de Monte, cf. infra ad 19. Iunii 1549.

4 Cf. supra ad 17. (p. 796, l. 21 s. et adn. 3), 19. (p. 797) 1^a H) et 22 Sept. Litterae Cervini (quae caeterum 3. Oct. datae sunt) extant in cod. *Concil.* 139, f. 32. »Sono dui giorni che Mr Antonio Lorenzini arrivo in Roma, onde le lettere che voi gli mandavate [cf. p. 799, l. 9 ss.] di quelli dui generali doveranno ragionevolmente esser capitate in mano dei vicario d' Agobbio o di Mr Filippo Zoboli: Staro aspettando d' intendere il seguito, et caso che fussero andato male, il che non credo; sarebbe necessario che voi ne faceste fare un duplicato et le inviate qui in Roma.

5 Cf. supra p. 801, l. 37 et adn. 9. Litterae (*Concil.* 139, f. 33) praeterea dicunt danda esse »circa cinquanta scudi a Monsr Grechetto« [cf. p. 800, adn. 7], et *Manellus* (f. 61) ad 20. Oct. habet: »Al vescovo Chironense [qui appellabatur *il Grechetto*] scudi sessanta d' oro in oro, quali sono a buon conto della sua suventionem, pagati per ordine d' una lettera dei Rmo et Illmo Farnese di 15 di detto, comparsa alii 18.

Scripsi ego ad card. S. Crucis de receptione suarum 3. et 6. datarum, et quod dabuntur centum aurei archiepiscopo Armacano 1;

quod imprimuntur etiam decreta Bononiensia;

quod card. de Monte expectet generalem Montis Oliveti pro fratribus Eugubinis; 5 si non veniet, ipse scribet.

Scripsit card. de Monte ad card. Farnesium de casu sui nepotis Ioannis Baptistae cum Hieronymo] Belinz[o]ne Mut[inensi] 2.

11. Octobris, Iovis.

Rms D. card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio, quod sit suscepturus patrociniū sui nepotis cum pontifice, et quod venit pro vicelegato D. Franciscus de Recaneto³, si ei placeat, et quod pontifex sit contentus, quod utatur facultatibus in civitatibus Parmensi et Placentina⁴.

Scripsit ad cardinalem eundem Farnesium, gratias agens de nepote, et per primas scribet de aliis.

Expediuntur litterae externae ad Urbem, cum heri non potuerint expediri propter 15 pluviam.

Fui scribendis litteris supradictis.

12. Octobris, Veneris.

Ordinantur undecimae sessionis prorogatio facta 14. Septembris 1547 hic Bononiae, ut praelo detur.

Fui supra montem Melae cum balfistar] et ad virg[inem] [in] mont[e], deinde ad 20 cardinalem. Commedia] fact[a] 5.

Revidentur comparitiones principum in concilio Tridentino⁶.

13. Octobris, Sabbati.

Scripsi ad Rmum D. card. S. Crucis, quod iam sint absoluta decreta Tridentina et impressa, et incepta Bononiensia, et quod card. de Monte non scribit, quia laborat chiragra.

25 Scripsit card. de Monte ad card. Farnesium, quod sit contentus habere Recanet[ensem] in vicelegatum, et breve super legatione Bononiensi habeat Romandiolam in spiritualibus tantum⁷.

Scripsit item ad D. Franciscum [de] Aspra et comitem Anibalem b Foglianum.

14. Octobris, Dominica.

30 Fui supra montem virginis] et ad ecclesiam S. Vincentii Ronzan[i] cum guard[arobba] et servis balist. a prandio usque ad 23. horam, deinde ad card. de Monte adhuc chiragra laborantem.

Vent[urinus] mecum cenat[um] et pernfectavit]. In ecclesia S. Petri Elis[abeth] et M.c vi[di]. Par turt[urum] 7] d. ve.

15. Octobris, Lunae.

35 Recepi litteras a card. S. Crucis 10. datas⁸, quibus significat, quod remittantur 100 scuta Romam pro D. Armacano⁹ ex commissione Smi D. N., et quod sibi placeat, quod translatio integra imprimatur¹⁰.

a sic (= hesternae.).

b sic.

c maritum P (cf. supra p. 799, l. 23).

1 Cf. infra ad 15. Oct. (l. 35 s. et adn. 9 huius pag.).

2 Nescio an agatur de eadem re ac supra p. 800, l. 6 s. et adn. 2.

3 Num venerit nescio (cf. ad 13. Oct.); infra ad 27. Iunii 1549 novi vicelegati adventus narratur.

4 Cf. supra p. 798, l. 1 ss.; infra ad 13. Oct. (l. 25 s. huius pag.).

5 Cf. infra ad 18. Oct. (p. 804, l. 27).

6 i. e. adventus oratorum, eorum orationes et legatorum responsa.

7 Cf. ad 11. Oct. (l. 9 s. et adn. 4 huius pag.).

8 Extant *Concil.* 139, f. 34.

9 »N. Sre ha ordinato che si diano li sui cento scudi a Monsr Armacano, onde scrivo che il guardarobba li rimetta al banco Rucellai per via dei Malvagia, et tanto li potrete dire aneor voi, soggiognendo che la lettera di cambio dica in persona di esso Monsr Armacano.« Quod factum esse 16. Oct. iam supra (p. 801, adn. 9) ex Manello ostensum est.

10 »Rispondendo a due vostre di 3 et 5 dei presente,

Cum locumtenen[te] Romand[iolae], praeposito Aretlino] 1 et Pomp[eiol] fal Spirifitibus apud card. de Monte prafnsus].

Datur praelo secunda sessio Bononiensis, in quo diem cons[umpsit].

3 i° r

16. Octobris, Martis.

Cum locumtenen[te] Romand[iolae] pr[ansus] et praep[osito] Aretin[o] 1, praesfidenterl cardinali de Monte.

Datur praelo tertiae sessionis Bononiensis prorogatio, quae fuit 14. Septembris 1547.

Fui ad locum D. Iacobi Hebrjaei] extra portam S. Mammlulil cum D. Pompleiol Bolognetto equite.

Rescribuntur nomina octavae et secundae sessionis Tridentinae ex summario concilii.

Applicuit Bononiam Illms D. Claudius Durfe, orator regis Chrm in concilio, rever tens ex Gallia, quo iverat diebus praeteritis2 accersitus a rege.

17. Octobris, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis, mittens litteras card. de Monte ad abbatem S. Petri Augubini de custodia habenda suarum ecclesiarum, et de desiderio oratoris Durfe, quod fiat notus S. Sli; et quod sint remissa 100 scuta archiepiscopo Armacano3, et quod die lunae dabitur praelo translatio integra.

Rm™ £) Card. de Monte recepit litteras a card. Farnesio 13. datas, per staffettam, quibus significat quod Smus D. N. dederit dono officium milit[is] S. Petri D. Octaviano locumtenenti equitum levis armaturae Bononiensi4 pro tractatu patefacto de Catalano, qui confessus sit omnia de capienda civitate Bononiensi.

Illms D. Durfe fuit visitatum R,mm card. de Monte, deinde me vocavit rogavitque, 20 ut ad card. S. Crucis scriberem de suo desiderio, de quo supra, et de card. de Monte] quod aux[iliu]m in pont[ifice] faceret], mihique plurimum se obtulit.

18. Octobris, Iovis.

Rmß D. cardinalis misit ad fiscalem Urbis depositionem D. Herc[ulis] Malvetii super dictis a Cathalano, qui est in carceribus Romae, de prodizione Bononiae6; et de adventu Illmi D. Durfe oratoris Galli, quem ei laudavit et commendavit, ut ipse petierat. 25

Mittuntur litterae hesterna die scriptae per staffettam hora 3. noctis.

Fit commedia* ante card. de Monte a Patavinis illis histrionibus6.

19. Octobris, Veneris.

Vacatur impressioni decretorum Bononiensium.

Egi cum fratre Pell[egrin]o Fantag[uzz]o ord. Minorum Convent. 7

Vent[urinus] me[cum] pern[octavit] et fe[cit] cefnaml.

Tota die pluit.

30

Mandata absentium praelatorum, qui miserunt ad excusandos se ob non comparitionem in concilio Tridentino8, summatfa sunt].

20. Octobris, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis de fratre Pell[egrin]o Fantag[uzz]o, an velit quod carceretur a ministro sui ordinis, cum card. de Monte nolit se intromittere in hac causa

35

a sic.

quanto^ piu si faranno autenticar li decreti, sara meglio, et pero dovete sollecitare la stampa. Circa alie cose della traslatione et al trattato che Monsr di Minori ha fatto in sua defensione, sono dei medesimo parere ch' e il Rm0 card. di Monte nel modo di stampare il tutto. Ma prima che cio si facesse, desiderarei che S. S™ Rma rivedesse detta defensione.«

1 Primum commemorabatur supra ad 7. Octobris (p. 802, l. 7).

2 Profectus videtur esse, cum rex esset in Italia, cf. supra p. 786, l. 18 (et l. 3). Mox ivit Romam, cf. p. 805, l. 6 ss.

3 Cf. supra p. 803, adn. 9.

4 Cf. supra ad 20. Sept. (p. 797, l. 27 ss.) et 23. Sept.; infra ad 18. Oct. (l. 26 huius pag.).

6 De qua v. supra p. 783, l. 23 ss. et adn. 5' p. 784, l. 17.

6 Cf. supra ad 12. (p. 803, l. 20) et infra ad 30 Oct T Cf. ad diem sequentem et supra p. 788, l. 17 ss.; p. 791, l. 14 s. et adn. 6.

s piurjma eorum extant in cod. Concil. 89.

9 Cf. ad 19. Oct. (l. 29 huius pag.), infra ad 31. Oct.

Scripsit card. de Monte ad card. S. Crucis, mittens libellos pseudocommissarii Argenten[is] cum suis excommunicationibus¹.

Item ad card. Gambara et Poli⁸ super re sui nepotis D. Ioannis Baptistae², et ad D. Nicolaum Farfarum³, cui misit tres depositiones contra Ioannem Hieronymum de Rubeis⁴, ut fiat contra eum monitorium penale.

21. Octobris, Dominica.

310 v

Fui ad IU[†]™ D. Durfe oratorem Gallum nomine cardinalis de Monte, cui gratias egi de oblatione ex par[te] reg[is] in prom[ovendo] eum in p[ontificem] et de procurando], ut Romam voc[etu]r. Bis fui, una cum praep[osit]o, altera vice solus. Confirmavit, quae mihi die Iovis dixerat.

Cum cardinali cenfavi] et diem cum oratore consumpsi etc., et quod cras recedet.

22. Octobris, Lunae.

> Illms D. Claudius Durfe, praefectus forensium, orator Chrm regis Henrici in hoc sacro concilio Bononiensi, recessit ex Bononia Romam versus⁵, ut assistat orator apud pontificem nomine eiusdem regis; et ita ab hac die cessat legatio regis Gallorum in concilio.

15 Signantur licentiae deferendi arma pro quattuor schjolaribus⁷ Gallis, quos commendaverat orator.

Ivimus sociatum D. oratorem cum D. praep[osit]o et familia cardinalis de Monte.

23. Octobris, Martis.

Recepi litteras a card. S. Crucis 17. datas, quibus significat eadem die applicuisse Romam cursorem Rd D. episcopi Fanensis ex Germania, et cum primis
20 scribet quid tulerit⁶; et de litteris Eugubinis⁷.

Fui supra montem virginis cum D. Antonio Manfello] et balis[ta].

Apud D. Antonium Ghisilard[um] cum D. praep[osit]o de Monte⁸ et Ming[oti]o fui et vin[um] nov[um] gust[avi].

24. Octobris, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 17. datarum, et quod card.
25 de Monte expectet quid tulerit cursor ex Germania, et de discessu oratoris Galli, pro quo rogavi, ut loquatur cum pontifice.

Rm⁸D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de licentia extrahendi frumentum ex Romandiola pro usu civitatis Bononiensis.

a sii:

1 Cf. infra ad 12. Nov. 1548 (et supra p. 790, l. 26 s. et adn. 6).

2 Cf. supra ad 30. Sept. et 10. Oct. 1548; infra ad 1. (et 18.?) Nov.

3 Qui erat procurator fiscalis (cf. infra ad 4. et 28. Nov.), quod munus susceperat mortuo Sylla Goro 18. Aug. 1545 (lib. off. Pauli III f. 20), resignavit 31. Ian. 1552. Successit ei Franc. Coltellus (*Garampi*, Saggi, app. 291 12).

4 Intellegi videtur ille Rubeus, de quo supra p. 752, l. 7 ss. et adn. 1; non ille a Cervino supra p. 800, adn. 7 et in aliis litteris 10. Oct. datis (*Concil.* 139, f. 34; cf. supra ad 15. Oct. p. 803, l. 35 et adn. 8) commemoratus.

5 Reversus erat Bononiam 16. Oct., cf. supra p. 804, l. 10/11 et adn. 2.

6 Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 35- Dolet Cervinus de cardinalis de Monte podagra et chiragra [supra ad 9., 13. et 14. Oct.], »et desidero che la lor cattiva compagnia duri poco®. . . »Questa mattina

e ritornato il corriere, quale fu spacciato a Monsr di Fano fino al principio di Settembre. Di quel ch'egli porta per ancora non ho mente, (trovandosi N. Sre alia casa sua di Campo di Fiora, il card. a S. Giorgio, et io in palazzo *add. Cerv. manu propria*)».

7 Iam 10. Oct. (cf. supra p. 803, l. 4/5) Cervinus scripserat Massarello: »Ho charo quanto avete fatto coi Rmo di Monte et coi generale di San Salvatore per conto de frati d'Agobbio etc. Dovrete di poi haver ricevuto la copia dei capitolo della lettera di Mr Antonio« [Lorenzino; cf. supra p. 796, adn. 3]. Deinde 17. Oct. scribit: »Le lettere de dui generali vennero a Roma d'Agobbio [cf. supra p. 799, l. 9 ss. et adn. 2], di donde alcuni di avanti era partito Mr Antonio [cf. p. 802, l. 18 ss. et adn. 4]. Rimandaile a Mr Philippo accioche le consignasse lui a chi andavano, et cosi stimo che hara fatto. Il generale di San Salvatore [v. supra ad 10. Oct., p. 803, l. 4/5] per ancora non e arrivato in Roma ch'io sappia.«

8 De quo v. supra p. 802, l. 7 et adn. 3.

Item ad D. Franciscum Aspra et D. comitem Foglianum de receptione suarum 20. datarum.

Fui ad card. de Monte tot[a] d[ie], prfatus et cefnatus].

Dantur praelo acta translationis concilii*.

25. Octobris, Iovis.

Recipiuntur litterae ex Urbe 21. datae, sed non pub[licae].

5

Fui supra montem Melae cum D. Herfule] Tombfesio] et balis[ta].

Habui decreta Tridentina et Bononiensia impressa numero 18 a D. Anselmo Giaccarello Bononiensi.

Signatur a card. de Monte licentia deferendi arma pro commend[atis] ab oratore Gallo.

Ventfurinus] mecum] cefatum]. Cum cardinali de Monte [fui].

10

26. Octobris, Veneris.

Rmus carci de Monte scripsit ad Hlm D. Camillum Ursinum de novitatibus Placentiae.

Dantur D. Anselmo impressori scuta 25 pro parte solutionis decretorum impressorum 2.

Incipiuntur acta translationis imprimi apud eundem D. Anselmum.

Cum card. de Monte prfatus]; qui retulit, quae gesserat cum illo phisico Mantuano 3. 15

27. Octobris, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod decreta non mittantur, quia non potuerim ea autenticare ob absentiam D. Claudii notarii¹; item quod episcopus Niverniensis iverit in Galliam.

Rmus j} card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de litteris ducis Florentiae ad eum super Boviis², et tractatu D. Cathalani⁶, quod loquutus fuerit cum 20 D. Nic[ola]o Campan[o], ducis secretario, et de litteris ducis in cifra ad eundem D. Nic[ola]um de 60 coniuratis contra Bonon[iam].

Cum cardinali tota die litteras scripsimus, et de tractatu loquuti; prfatus et] cefatus] [cum eodem].

28. Octobris, Dominica.

Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 25. datas⁷, quibus significat loquutum 25 fuisse cum pontifice de D. Durfe oratore Gallo, pro quo ego rogaveram, et de litteris cambii scutorum 100 pro Armacano⁸, et quod de conc[ili]o nihil novi habeatur, sed expectetur cursor e Germania, qui tulit facultates nunciorum⁹.

Recipiuntur litterae nuncii Helvetiorum de novitatibus curiae Caesarae et de Helvetiis¹⁰; quae mittuntur ad card. Farnesium.

30

Ordinantur decreta impraessaa Tridentina] et Bononfiensia] cum D. Anselmo Giaccarello imp[resso]re.

29. Octobris, Lunae.

Recipiuntur litterae ab 111mo D. Camillo Ursino 28. datae de novitatibus Placentinis.

1 Cf. supra p. 803, l. 37 et adn. io.

2 Manellus (f. 61) hoc adnotat ad 24. Octobris. Eandem pecuniam eidem datam esse refert 8. Dec. 1548 (f. 63); denique 28 scuta 10. Sept. 1549: »vinti sette et mezo ... per resto et ultimo pagamento de la sua fattura ... et mezo scudo d'oro si e dato a li garzoni di detto m[ae]str[o] Anselmo per mancio loro« (f. LXXIV).

3 Cf. supra p. 801, l. 29 ss. et adn. 7.

4 Qui, cum ex Gallia reversus esse dicatur supra ad 3. Oct. (p. 801, l. 5), iterum videtur abiisse.

5 Cf. supra p. 746, l. 6 ss.; p. 763, l. 26; infra ad 29. et 30. Oct. et 4. Nov. 1548.

6 Cf. supra p. 804, l. 18/19 et 24; infra ad 30. Oct.

7 Immo 23. et 24. Oct. datae sunt (Concil. 139, f. 36).

8 Quas litteras nuntiat advenisse.

9 Cursorem »che porto la bolla delle faculta«, 11. vel 12. Oct. Bruxellis fuisse oportere, cuius reditus expectetur. Praeterea in eadem epistula legitur: »La lettera che Monsr Rmo di Monte scrive ali' abbate di S. Pietro d'Agobbio e comparsa, et io la mandaro al mio vicario o a Mr Philippo Zoboli, che glie la faccino praesentare. Intratanto voi ringratiarete S. Sria Rma in mio nome de la diligentia che usa, perche lo spirituale di quel monasterio sia governato et tenuto come conviene«.

10 Apud WirZy Akten etc. p. 449, n. 301 est Franci epistula ad Farnesium Rappersvili 10. Oct. data, sed agit de foedere cum Gallis ineundo.

Vacatur impressioni translationis tota die, et fui ad card. de Monte, qui retulit quae habuerat ex Ravenna de Boviis incarceratis.

Autenticantur quattuor decretorum Tridentinorum et Bononiensium volumina impressa, a D. Claudio della Casa Tullensis diocesis, concilii notario, et a me Angelo Massarello de S. Severino Camerinensis diocesis, ipsius concilii secretario et prothonotario apostolico 1.

30. Octobris, Martis.

Fui supra montem Melae cum balfista? et D. Antonio Manelflo] a prand[io].

Autenticantur quattuor volumina decretorum impressorum 2.

Recipiuntur litterae a locumtenente Romandiolae super tractatu Bononiarum 10 viorum incarceratorum et D. Cathalano Mediolan[ensij] in Urbe incarcerato de proditiione Bononiarum.

Fit commedia in aula RTM card. de Monte legati 3 hora 1. noctis D. Bened[ict]o Cantin[fo] et Io[anne].

Cum cardinali pr[ef]ansus] et c[on]fatus].

Ultima Octobris, Mercurii.

15 Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 27. datas super fratre Pell[egrin]o Fantaguzo Cesen[atensi], quod eum audiet, si ibit Romam 4.

Rms D. card. de Monte recepit litteras a card. S. Crucis 27. datas, quod super concilio nihil certi habeatur de mente imperatoris, quae tamen expectatur.

20 Autenticantur decreta Romam mittenda cum tribus sigillis trium legatorum de Monte, S. Crucis et Poli.

1. Novembris, Iovis, 1548, Bononiae.

3. v

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 24. et 27. datarum, et de fratre Peregrino, qui discessit ex Bononia cum litteris commendatitiis cardinalis de Monte.

25 Misi duo exemplaria decretorum impressorum autenticatorum cum man[us] appositione D. Claudii notarii et mei secretarii, et appensione trium sigillorum, videlicet cardinalis de Monte, card. S. Crucis et card. Poli, et subscripta legalitus a card. de Monte.

Scripsit card. de Monte ad card. Farnesium, petens in gratiam D. N. Camerianum carceratum 5, et de nepote suo Ioanne Baptista.

Item ad card. S. Crucis, quod opus esset quod pontifex ferret sententiam validitatis translationis palam vel clam, ob duritiem imperatoris.

2. Novembris, Veneris.

30 Tota die pluit.

Fui ad card. de Monte cum Mut[io/] Melon[cello], et vacavi revidendae translationi, quae imprimitur, et tabulae seu indicis voluminis concilii, et cum fratribus Iulio S. Sfeverinate] 6 et Iustinopolitano 7.

Vent[urinus] cen[avit] do[mi].

3. Novembris, Sabbati.

35 Vacatur reviden[dis] decem fol[iis] translationis concilii imprimen[dis] et litteris Romam mittendis.

1 Manellus ad i. Dec. 1548 (f. LXII) expensa esse refert »a me Antonio Manelli scudi tre d'oro, per altri tanti [che] ho spesi per dodici cassette d'ottone, quali sei si sono fatte d'orare, et per cordoni di seta per autenticare le sessioni et decreti dei concilio«. Quibus capsulis cum includerentur sigilla trium legatorum, duodecim pro quattuor exemplaribus erant necessariae; quare quae dicuntur ad diem sequentem, repetita videntur esse ex hoc die, quia oblitus erat Massarellus se iam id scripsisse.

2 Cf. adnotationem praecedentem.

3 Cf. supra ad 12. et 18. Oct.; infra ad 11. Nov.

4 Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 37. De illo fratre cf. supra p. 791, adn. 6, infra ad diem sequentem.

5 Infra ad 18. Nov. vocatur Bernardinus Camaianus, frater Petri (de quo v. supra p. 715, adn. 2).

6 Iulius Massarellus (videtur esse secretarii consanguineus), cf. supra p. 766, l. 1 s.; p. 772, l. 23 s.; infra ad 9. et 15. Nov. 1548 et ad 29. Oct. et 5. Nov. 1549.

7 Frater Ioannes Petrus Iustinopolitanus, de quo v. supra p. 794, l. 5/6 et adn. 6; p. 795, l. 10. 16 s. et adn. 2. Cervinus 10. Oct. (cf. supra ad 15. Oct.: p. 803, l. 35 et adn. 8) rogat Massarellum, ut »ad una lettera scrittami da frate Gio. Pietro Celso« respondeat: »che attenda ad esser buon religioso et a farsi honore«. Cui plenam postea Cervinum fiduciam reddidisse apparet ex eis, quae hic mandavit Massarello 9. Martii 1549, cf. infra ad 14. Martii 1549.

Recipiuntur litterae ex Parma ab Illmo D. Camillo Ursino 2. datae super militibus stipendiatfis] illius civitatis.

Scribitur ad card. Farnesium, sed litterae hodie non expediuntur.

Recipiuntur mutuo a D. Cornelio de Malvasia scuta 150 auri pro danda subventionem praelatis pauperibus concilii pro hoc mense Novembris. 5

4. Novembris, Dominica.

Rmus j} card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de pecunia pro praelatis concilii.

Item pro auditore Turjronis] et de Boviis.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod card. de Monte non scribat, cum nihil novi habeat, et quod scripserit ad card. Farnesium de pecunia pro praelatis. 10

Scripsit item ad fiscalem Urbis] de Boviis et causa episcopatus Papiensis], quae litterae hodie expediuntur per staffettam.

Fui cum D. Romfulo] Cer[vino] et episcopo Mylensi Ferrfetto] pransum apud Mirapicensem.

5. Novembris, Lunae.

Autenticantur tria volumina decretorum impressorum, a D. Claudio et me. 15

Cum Rmo de Monte lus[i] sbarfaglino] a pr[andio].

Scribuntur decreta Bononiensia in libello velljuto].

Recipiuntur litterae e Papia de causa illius episcopatus a D. episcopo Capruano, suffraganeo et vicario cardinalis de Monte.

312^

6. Novembris, Martis.

R¹¹⁸ D. card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de causa D. Ioannis Baptistae nepotis] et de tract[u] frumenti pro civitate Bononjiae], et de licentia eundi Romam. 20

Item ad archiepiscopum Sipontinum, ut veniat Bononiam].

Invit venatjum] supra Ronzanum a prandio cum astbM.

Fui supra montem virginis cum bal[ista]. 25

Imprimitur bulla transferendi concilium in actis translationis.

7. Novembris, Mercurii.

Imprimitur bulla transferendi concilium cum verbis cardinalis de Monte.

Fui supra montem virginis cum bal[ista] et archfibusio].

Vellfutum] et ras[um] em[i].

Ventfurinus] cefnavit] mfecum]. 30

8. Novembris, Iovis.

Recepi litteras a card. S. Crucis 3. Novembris datas, quibus significat se loquutum fuisse cum Smo D. N. pro oratore [regis] Chrm, D. Durfe, quem ei commenda veram, et quod mittam ad eum decreta autentica].

Scribitur in libro summ[arii] conc[ilii], et card. de Monte non scripsit ob pluviam ingentem. 35

9. Novembris, Veneris.

Autenticantur decreta in pergamenam, tria [exemplaria], et libellus parvus] manu mea scriptus B

1 Nicolaus Farfarus, cf. supra ad 20. Oct.; infra ad 28. Nov. Simul ei scribebatur de re Servadii Sforni, de qua respondit 16. Nov., *Concil.* 139, 106.

2 Cf. supra p. 805, 1. 4 s. et adn. 4.

3 Hoc loco certe intellegendus est Ioannes Andreas Mercurius, cum Ioannes Riccius in Lusitania nuntius

tunc commoraretur. Cf. supra p. 194, adn. 8; p. 748, adn. 4. Advenit 28. Maii 1549, cf. infra a. h. d.

4 Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 39.

5 Quid hic liber parvus continuerit (an decreta sicut codex archiepiscopi Aquensis, cf. supra p. 230, adn. 1) nescio.

RmTMD. card. de Monte ivit prans[um] apud S. Michaellem in Bosco, deinde hora 21. revertitur; de pecunia loquutus. Iviq[ue] ad montem virginis cum D. Cl[audi]o no-
t[ari]o etc.

Gen[avit] Ventfurinus] mfecum].

S Rms card. de Monte dedit fratri Iulio de S. Severino¹ ordinis Minorum Convent. auctoritatem absolvendi a quibuscumque censuris et penis ecclesiasticis, quas incurrerit Franciscus bibliopola² ob venditionem librorum haeticorum, et absolvendi ab opinionibus pravis, quas tenuerit, iniuncta ei pro modo culpa poenitentia salutari.

10. Novembris, Sabbati.

10 Scripsi ad card. S. Crucis, quod auctenticata] fuerint plurima exemplaria decretorum, et an velit, quod distribuam ex eis aliqua quibusdam, qui id enixe cupiunt³, et de receptione suarum 3. datarum.

Rms [j] carc) de Monte scripsit ad card. Farnesium de receptione suarum 3. datarum et de leg[atio]ne et Tur[ro]ne.

Tota die plu[it]; [fui in] d[omo] Vent[urini] \

11. Novembris [Dominica], in die s. Martini.

15 Hodie est anniversarius dies, quo Iulius papa II recuperavit Bononiam e manibus Bentivolorum⁴; propterea in memoriam est dies sollemnis: curritur braviu[m] e tela [a]urea.

Cum D. Feder[ico] et Alfonso] Fantucciis, praeposito] de Monte⁵, episcopo Sulmonensi et quibusdam nobilibus mulieribus numero sex pransus apud plateam S. Martini. In sero cum D. Cornelio de Malvasia, praep[osit]o de Monte, Astor[re] Voltfa], Vinc[enti]o
20 Herc[ula]no et aliis viris nobilibus et 23 mulieribus nobilibus cenfavi], chorfeas] d[uxi]; et in palatio apud Rm legatum fit comm[edi]a⁶.

12. Novembris, Lunae.

312v

Rms j) card. de Monte mandavit cassari processus formatos contra Franciscum bibliopolam apud Turfronem] de venditione librorum prohibitorum et opinionibus falsis.

25 Recepti litteras a Rm card. S. Crucis 6. datas⁷, quibus significat recepisse duo volumina decretorum⁸, et quod vacetur translationi imprimendae, et quod mittetur pecunia pro praelatis.

Recepit litteras a cardinali S. Crucis cardinalis de Monte, quibus significat expectari cursorem ex Germania de rebus concilii.

30 Expeditur D. Iulius secretarius⁹ ad ducem Ferrariae pro commissario illo apostata apud Argentani¹⁰.

Tot[a] die pluit]. 13. Novembris, Martis.

Emi rubinju[m] et smiraged[um] a m[agistr]o Iacobo Hebr[aeo]. Cum Rm de Monte pransus, de impressione] tractatus translationis imprimen[di], quem revidimus.

Auctenticatur libellus summarii concilii Tridentini in 40 coopfertus] velluto] rub[ro]
35 aurat[o] u.

Fit proclamaⁿ contra deferentes arma, et sumpt[us] muliebres.

a dubito, num recte sit suppletum.

b sic.

1 Cf. supra p. 807, l. 32/33 et adn. 6; infra ad 15. Nov.

2 Cf. supra ad 20. et 22. Sept.; infra ad 12. et 19. Nov. 1548.

3 Cervini responsum v. infra ad 21. (cf. 22.) Nov.

4 Cf. supra p. 718, l. 38 s. et adn. 5.

5 Cognatus ille cardinali, cf. supra p. 802, adn. 3.

6 Cf. supra ad 30. Oct. (p. 807, l. 12).

7 Extant litterae in cod. *Concil.* 139, f. 40.

8 »Ho la vostra dei primo di questo et con essa son comparsi [sic] le due copie de decreti stampati mandatimi. Io li sottoscrivero et farovvi mettere il

Concilium Tridentinum. I.

mio sigillo et vedero, se al Rm et IUfO card. Polo piacerà di fare il medesimo. Non saria stato se non bene, che di tali decreti ne haveste fatti stampare dui o tre in carta pergamena. Hora che voi dovete esser meno occupato, potreste mettere in ordine gli atti dei concilio diligentemente per far stampare ancora essi.» Cf. infra ad l. Dec. p. 813, l. 13 et adn. 3.

9 Iulius Cannanus, de quo supra p. 801, l. 29 et adn. 5.

10 Cf. supra p. 805, l. l s.; infra p. 820, l. 15 s.

11 Qui deperditus videtur esse, vel saltem tegumentum mutatum.

14. Novembris, Mercurii.

Scripti ad card. S. Crucis de receptione suarum 6. datarum;
 item quod translatio sit iam impressa, et quod tria volumina decretorum sint impressa in pergamena 1;
 quod card. de Monte absolverit Franciscum bibliopolam a censuris ecclesiasticis, et quod absolvet a pena temporali et eum totaliter liberabit 2;
 item de pecunia pro praelatis.
 Scripsit card. de Monte ad D. Franciscum [de] Aspr[a] agentem suum de argenteis/ pigmentis.
 Item ad card. Ariminensem de obsequiis praestitis abbati S. Severini 3, et quod ire cupiat Romam.
 Tota die pluit.
 Fui semper cum Rmo card. de Monte, revidimus tractatum translationis.

15. Novembris, Iovis.

Rm! card. de Monte scripsit ad card. Farnesium de partitione obtenta in magistratu hodierno, de prorogando augmento salis imposito pro liberatione Clementis papae ad 30 annos ad alios annos 20.
 Scripsit item ad card. S. Crucis de reformatione, quae non possit fieri sine consensu principum, et quod expectet cursorem e Flandria cum resolutione concilii.
 Expediuntur litterae haesternae quae propter pluviam heri sero expediri non potuerunt.
 Rmus p. card. de Monte dedit fratri Iulio de S. Severino 4 auctoritatem absolventi D. Marius Dolfum Bononiensem a censuris et penis, quas incurrerat ob auditionem lectionum librorum prohibitorum una cum Leutario illo, et iussit mihi, ut eundem Marius deleri facerem ex processu dicti Leutarii, qui est apud inquisitores Dominicanos. Qui D. Marius absolutus fuit, ut ex fide fratris Iulii constat. 5
 Inceptum fuit summarium actorum omnium concilii in libello in 40 et in folio 6 a Ioanne scriptore.

16. Novembris, Veneris.

Recipiuntur litterae ex Urbe 11. huius datae, quod forrarii principis Hispaniarum applicuerint Genuam, et quod brevi expectetur 7.
 Revidimus tractatum episcopi Minoricensis super translatione concilii cum card. de Monte. Tot[a] die pluit.

17. Novembris, Sabbati.

Ob ingentem pluviam non potuerunt expediri litterae ad Urbem.
 D. Helisabeth} Diam[antia] et Fav. b fuefrunt] prfansi] m[ecum] cum D. Hieronymo] Vent[urino] fr[at]re], et tota die ---- c

18. Novembris, Dominica.

Scripti ad card. S. Crucis rogans, ut velit, quod decreta dentur quibusdam enixe petentibus 8; item quod mittam duo exempla translationis cum primis litteris.

a sic. b valde dubium, sed cf. ex. gr. infra ad 16. Dec. c sequuntur duo verba, quae legi non possunt.

1 Quod etiam Cervinus voluerat, cf. p. 809, adn. 7.

2 Cervinus 6. Nov. (cf. p. 809. l. 24) scripserat: «Quanto a Francesco libraro, s'egli osservava con effetto quelle tre condizioni, che voi già mi scrivevate, si potrà usar con lui clementia et misericordia. Quando anco facesse altrimenti, la giustizia deve aneor lei il luogo suo.»

3 Card. Parisanus (cf. infra ad 9. April. 1549) fuerat abbas commendatarius S. Laurentii Septempedani, sed resignaverat in favorem Iulii Parisani nepotis, cf. Gentili, Eccles. Septemped. II, 40 (et infra 17. April. 1549).

4 Cf. supra ad 9. Nov. (p. 809, l. 5 ss. et adn. 1).

5 Sed v. infra ad 17. et 28. April. 1549.

6 Illud potest esse bibliothecae Barberinianae cod. XVI, 3 (apud Calenzio, Documenti inediti . . . sui concilio di Trento [Roma 1874] p. 374 numerus 2

est falsus; num. antiquus est 123), cuius pars prior a scriptore est exarata; huius fragmenta videntur esse in tomo Concil. 79, cuius primum folium habet titulum: «Summarium concilii Tridentini sub Paulo III 1545. 1546. 1547», quod sequuntur folia 20 summarium ipsum habentia, et praeterea complura alia vestigia summariorum; sed etiam in tomo Concil. 77 et in aliis fragmenta summariorum inveniuntur,

7 Philippus princeps, Caroli V filius, «imbarcatosi nel porto di Rosas a' 2 Novembre dei 1548 sulla sua capitana e seguito da 95 navi e da un numeroso stuolo di militi», 25. eiusdem mensis ad Genuam navi est egressus, cf. de Leva, Storia docum. di Carlo V, voi. V (Bologna 1894), p. 32 s.

8 Sed cf. infra ad 22. Nov. (p. 811, l. 33/34)-

Card. de Monte scripsit ad card. Farnesium seriem facti de liberando D. Apollonio, secretario quondam ducis Placentiae, ab arce Mediolan[ensi] medio am[agistr]o Gabriello Rivabene Mantuano et suo nepote, qui est cum D. Ferr[and]o¹, et quod claves carceris sint hic Bononiae ex cer[a] confectae, et quod in adventu principis Hispaniarum id executioni demandabunt².

Item ad pontificem pro liberatione D. Bernardini Camaiani, fratris D. Petri, secretarii ducis Florentiae³.

Item ad card. S. Crucis super eadem re et de iis, quae retulit secretarius Dni Durfe, qui heri venit ex Galliis, et tulit litteras ipse secretarius ad praelatos Gallos, qui sunt hic Bononiae, ne recedant, sed maneant hic usque ad resolutionem rerum concilii et agant quae noverint expedire pro beneficio sedis apostolicae.

Item ad card. Polum⁴ et Gambaram⁵ super rebus card. Cortesii defuncti pertinentibus ad D. Ioannem Baptistam nepotem⁶.

Tota die fui cum Rmo cardinali et litteras supradictas scripsimus.
Pluit semper.

19. Novembris, Lunae.

Recipiuntur litterae ex Urbe 14. huius datae, sed privat[ae] omnes.

Rmus D. card. de Monte liberavit in totum Franciscum Linguardum bibliothecarium, ita quod etiam ad suam bibliothecam redire et negocia sua peragere permisit⁷.

Tota die pluit.

Fui cum card. de Monte, cui ostendi acta translationis impressa et autentica.

20. Novembris, Martis.

Rmus jj card. de Monte recepit litteras ex Germania a D. episcopo Alyphano 4. huius Maguntiae datas, quibus significat se adhuc usum non fuisse facultatibus, nisi cum tribus presbyteris cardinalis Augustensis, et quod expectet deliberationem imperatoris.

Tota die piu[it].

21. Novembris, Mercurii.

Recipiuntur litterae ex Urbe 17. datae. Scribit card. S. Crucis, quod non distribuuntur decreta impressa sine licentia S. Stis. Quod scribit D. Romulo Cervino fratri suo⁸.

Rmus jj card. de Monte legatus ivit hora 18. ad S. Michaellem in Bosco, ubi pransus est; hora 23. rediit Bononiam.

Examinavimus litteras D. episcopi Alyphani ex Moguntia 3. huius datas de modo reducendi Lutheranos.

22. Novembris, Iovis.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod laetatus fuerim audivisse eum esse op[inio]nis, ne dentur alicui decreta impressa, cum idem ego sentiam, ut scripsi die sabbati⁹;

quod translatio non mittatur, quia card. de Monte vult, ut mittatur cum tractatu⁸; item de receptione schedae pecuniarum pro praelatis, et quod solvitur subventio episcopo Salpensi, licet sit absens⁹;

et commendavi ei Ceccum Bentium.

Scripsit card. de Monte ad card. S. Crucis de concilio, quod mora noceat secundum sensum litterarum Pighini.

a cod. med^o/ vix suppleri potest medico, quamquam ad 26. Oct. (p. 806, l. 13) dicatur de physico.

b cod. Poli.

o cod. Gambari.

a sic.

1 Cf. supra ad 5. Oct. (p. 801, l. 29 ss. et adn. 7).

2 Consilium illud non videtur ad effectum esse perductum.

3 Cf. supra ad 1. Nov. (p. 807, l. 26/27 et adn. 5).

4 Cf. supra ad 30. Sept. (p. 800, l. 6/7 et adn. 2).

5 Cf. supra ad 26. April. (p. 762, l. 6), et ad 14. Nov. (p. 810, l. 4/5 et adn. 2), et infra ad 3. Dec.

6 Ipsi Massarello non ante 23. Nov. (cf. infra ad 1. Dec.) Cervinus videtur scripsisse. In quibus litteris

dicit: »Respondendo a dui vostre ricevute questa settimana de 14 et 18, confirmo quanto alle sessioni stampate quel che per l'altra vi [vel potius Romulo?] scrissi, che a me non pare che se ne dia copia ad alcuno per hora, siccome vedo anco parere a voi« [sed v. supra ad 18. Nov.: p. 810, l. 33/34].

1 At cf. supra ad 18. Nov. (p. 810, l. 33/34).

8 Episcopi Minoricensis, cf. p. 810, l. 28.

9 Idem iussit Farnesius, cf. infra p. 815, adn. 2.

Item ad card. Farnesium cum litteris ducis Ferrariae super pseudocommissario Argentino K

23. Novembris, Veneris.

Rmus £) carcj (je Monte ivit pransum ad S. Michaellem in Bosco, hora 22. revertitur Bononiam.

Scripsi in quartae sessionis actibus² et cum Rmo cardinali de legatione Romandiolae loquutus, cum qua licet concurrat haec Bononiensis, tamen nolit se intromittere³.

24. Novembris, Sabbati.

Scripsi ad Rmum card. S. Crucis famil[iariter], cum nihil novi me habere excusassem.

Rmus card. de Monte scripsit ad card. Farnesium, mittens epigramma D. Triph[onis] pro Cecco Bent[io] i.

Item ad card. S. Crucis, commendans D. episcopum Alyphanum nuncium apostolicum in Germania.

Tota die pl[uit].

^

25. Novembris, Dominica.

In festo S. Catherinae¹ Rmus D. cardinalis propter pluviam ire (ut decreverat) non potuit ad S. Catherinam.

Expediuntur litterae heri scriptae, non missae heri sero propter ingentem pluviam.

Fui cum D. Antonio Manello ad ecclesiam S. Catherinae prope portam Siracoz[anam] et D. Ludovico Mingoz[io].

Recipiuntur litterae ex Urbe 21. datae, sed non publ[icae].

Ventjurius do[mi]ni³ cenavit³.

26. Novembris, Lunae.

Scribuntur acta inter tertiam et quartam sessionem Tridentinam, in quo tota die laboravi⁵. Et cum D. Claudio della Casa [fui] super montem virginis. Lapid[es] ign[iferos] quae[sivimus].

Signantur supp[licatio]nes commendatae a D. Rom[ulo] Cer[vino].

27. Novembris, Martis.

Scribitur in actis a quarta usque ad quintam sessionem Tridentinam.

RmuSj} carcj ^ Monte ivit pransum ad S. Michaellem in Bosco.

A cap[ellan]o Sebast[ensis] audivi successum rei D. Eugenii Lupari, et Hieronymus Ventfurinus q. d. b et cen[avit] m[ecum]; cum cardinali prans[us].

28. Novembris, Mercurii.

Scribuntur acta prima post quintam sessionem de comparitione oratorum Chrm regis.

Non scribitur Romam ob occupationes Rmi D. card. de Monte.

Ordinantur litterae ad fiscalem Urbis⁶ et D. episcopum Salutarum⁷ pro Servadio Sforzo Hebr[aeo]. Signantur quitant[iae] 500 aureorum pro subventionem praelatorum concilii a D. Cornelio Malvag[ia].

a Mass. scripsit Luciae, manus posterior correxit.

b nescio supplere has notulas.

1 Cf. supra ad 12. Nov.: p. 809, l. 29/30 (et infra ad 24. Martii 1549?).

2 Ab hac ergo sessione, cum tres primae de rebus formalibus egissent, incipiens Cervini monitis (cf. supra p. 809, l. 24/25 et adn. 7) satisfaciebat. Cf. infra ad 1. Dec. (p. 813, l. 13 et adn. 3).

3 Cf. supra p. 798, l. 2 ss.; p. 803, l. 10 s.

1 Trifo Bentius poeta erat, cf. supra p. 203, adn. 6. 5 Cf. l. 5 huius pag.

6 Nicolaus Farfarus, cf. p. 805, l. 4 et adn. 3, cuius de hac re extant litterae l. 1. citatae; cf. praeterea p. 808, l. 11 et adn. 1.

7 Philippus Archintus, qui tunc erat vicarius Urbis; cf. infra ad 12. Dec. (p. 815, l. 3/4 et adn. 1).

29. Novembris, Iovis.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod nihil novi habeam etc., famil[ariter].

Rmusj) card. de Monte scripsit ad card. Farnesium in responsionem suarum

24. datarum de vicelegato et auditfore] Turrfonis].

Tota die pluit.

5 Scribuntur acta post quintam, sessionem Tridentinam.

30. Novembris, Veneris.

In die s. Andraeaea D. Cornelius Malvagia solvit 350 scuta ex quingentis pro subventionepauperum praelatorum concilii demtis 150 praeteriti mensis, quos mutuo nobis dederat.

Cum Rm de Monte [fui] tota die; et pluit. Scribuntur acta post quintam sessionem Tridentinam mense Iulio.

1. Decembris, Sabbati, 1548, Bononiae.

314.

10 Recepi litteras a Rm D. card. S. Crucis 24. huius datas¹, quibus significat, quod sim missurus cito a Sm D. N. ad civitatem Clodiensem pro informatione capiendi doctrinae et vitae episcopi Clodiensis, et quod conferam me etiam Venetias pro recuperatione Plinii a D. Paulo Manutio²; et quod scribantur acta concilii³.

Rmus carc). de Monte recepit litteras ab eodem Rm D. card. S. Crucis 23. et 24. datas, quibus significat episcopum Fanensem nuncium apud Caesarem per litteras 10. datas bonam spem concipere de rebus concilii.

Egicum card. de Monte de D. Io[anne] Fr[ancisco] Beroaldo pro D. Perseo Volta.

2. Decembris, Dominica 1. adventus Domini.

Rmusp card. de Monte celebravit privatim in aula sua ob dominicam primam adventus.

Quare vacatur orationibus et non expediuntur litterae ad Urbem, ut consuetum erat.

20 Fui cum D. Ludovico Ming[otio] ad audienda sacra apud ecclesiam S. Iosephi] Minimorum] et concionem apud S. Petrum, et in die de mente imperatoris circa concilium cum cardinali loquutus, quod adhuc persistat in sententia reducendi concilium Tridentum, prout in principio petierat etc.

Vfenturinus] d[omi/] c[enavit/].

3. Decembris, Lunae.

25 Scripsi ad card. S. Crucis, quod faciam summarium actorum concilii cum sessionibus integris*, et quod infra mensem circiter erit perfectum, et seriem causae Francisci bibliopolae⁵, et quod si venerit commissio card. de Monte, de qua ipse scripsit⁶, eam pro posse exequi conabor.

Scripsi in actis concilii mensem b Septembris 1546.

a sic. b vel mense? cf. p. 814, l. 1.

1 Litteris ipsis (*Concil.* 139, f. 41; cf. supra p. 811, l. 26 ss. et adn. 6) dies ascriptus est 23. Cf. etiam l. 25 ss. huius pag.

2 »Si scrivara in breve a Monsr Rm de Monte, che vi mandi fino a Chioggia per pigliare informatione della vita et dottrina di quel vescovo. Andandovi potrete transferire fino a Venetia con una lettera di Romulo a Mr Paulo Manutio per rihaver da lui quel Plinio ch'io li prestai, quale in somma e quello che fu di Mr Augusto [Patavo, v. supra p. 783, l. 9 et adn. 2] e poi venne in mano a quel medico della Sanita [cf. ibid.], dal quale ho ritrovato haverlo comprato io per mezo di Mr Antonio Blado, percioche essendo stato laudato molto quel libro da Mr Romulo Amaseo a N. Sre, a S. Sli e venuto voglia di vederlo, come ho detto qui a Mr Antonio Manutio, et egli gia n'ha scritto a Mr Paulo suo fratello. Vedete adunque recuperare il libro et di portario con voi fino a Bologna con ogni diligentia oportuna, che non se bagni o guasti. (Et di questa cosa dei vescovo de Chioggia non parlate con persona, se non con Monsr Rm D.

de Monte add. *Cervinus manu propria*)». Cf. infra ad 3. (l. 27 huius pag.) et 15. Dec. De episcopo Clodiensi v, supra p. 184, adn. 10; p. 382, l. 19 ss. *Pallavicin.* 6, 14, 4.

8 »Confortovi a sollecitare di mettere insieme gl'atti dei concilio, dove si veda l'ordine che s'e tenuto et la diligentia che s'e usata a discutere et disputare le materie, mettendo al fin degi'atti, sessione per sessione, li sui canoni.« Cf. supra p. 809, adn. 7; infrap. 824, adn. 1.

4 Huiusmodi est summarium in cod. *Concil.* 44 tabularii Vaticani.

5 Cf. supra ad 14. et 19. Nov. Cervinus 23. Nov. (cf. adn. l huius pag.) scripserat: »Haro charo diintendere piu particolarmente come sien passate le cose di Francesco libraro et come habbia satisfatto alie promesse, et quanto longa era la cathena che fin qui sia scoperta, alia quale se Monsr Rm legato andara appresso (come so che fara per esser questa cosa importantissima et alia religion nostra et alio stato), non dubbito punto che si sara fatto un gran beneficio alia citta di Bologna.«

6 Cf. supra adn. 2 huius pag.; infra ad 15. Dec.

4. Decembris, Martis.

Scribuntur acta concilii mense Octobris eiusdem anni, et cum cardinali pr[ansus] et c[enatus] et litteras ad card. Farnesium scripsita de Mantuano illo et liberatione a carceribus D. Apollonij¹.

Incepit n[un]gere Bononiae.

Emi pii[eum] Hispan[um].

5

5. Decembris, Mercurii.

Expediuntur litterae ad Urbem, et R[om]a D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis mittens prognosticon Matth[aei] Gr[ati] Spoletani, qui loquitur de statu Romanae ecclesiae et concilii, de quo conqueritur card. de Monte, cum sit impressum Romae².

Item scripsit ad card. Farnesium super liberatione a carceribus D. Apollonij³.

Applicuit Bononiam Ill[ust]r[is] D. Sfortia S. Florae, qui proficiscitur ad principem Hispaniarum.

6. Decembris, Iovis.

Tota die n[un]xit Bononiae. Fui cum R[om]a card. de Monte super tractatu translationis imprimendo, et scripsi acta mensis Novembris concilii Tridentini.

15

Ve[n]turinus] d. c.

7. Decembris, Veneris.

Scribuntur acta concilii Tridentini mensis Decembris, et tota die n[un]xit.

Emi cor[nu]j et arch[ibusium] ab Ant[oni]o³, qui ivit Venetias.

8. Decembris, Sabbati.

Scripsi ad R[om]a D. card. S. Crucis, mittens libellum fratris Ioannis Antonii Delphini ord. Minorum Convent. de potestate ecclesiastica⁴, et ipsum fratrem commendavi.

20

Card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de suspensione concilii et de licentia revertendi Romam.

Fui tota die cum card. de Monte, et tota die n[un]xit.

9. Decembris, Dominica.

Expediuntur supradictae litterae ad Urbem, et scribitur ad card. Farnesium a card. de Monte de negociis legationis Bononiensis.

25

Ve[n]turinus] c[on]avit mecum].

Fui supra montem virginis cum D. Manello et Canas⁵ cum archib[usio]. Indui p[rimu]m coli.

10. Decembris, Lunae.

Fui cum D. praeposito] de Monte, Lud[ovic]o] Ming[otio] et Marco Antonio Berg[amasco] ad Virg[iliu]m Barftolinu]m et mal[vasiam] / j bibpmus.⁶], et commendavi cardinali de Monte D. Iac[obu]m Hebraeu]m et mulierem Diam[antiam] collegiis etc.

30

Card. de Monte rogavit, ut cum Hebr[aeo] agerem de permutan[do] munere nat[alicio]⁶.

11. Decembris, Martis.

Fui supra montem virginis cum D. Paul[o] Melon[cello] cum archib[usio], et cum D. card. de Monte [loquutus] de cursore, qui venit ex Flandria.

35

Scribuntur acta Tridentina mense Decembris.

¹ Cf. supra ad 18. Nov. (p. 811, l. 15).

² Non contigit mihi de hoc libro quidquam invenire.

³ Quis hic Antonius sit, cum Laurentinus Romae fuerit (cf. Cervini litteras supra ad 8. Oct. p. 802, l. 19 et adn. 4 citatas) et Manellus infra ad 9. Dec. (l. 27 huius pag.) commemoretur, non liquet.

⁴ Cf. infra ad 16. Febr. 1549-

⁵ Nomen integrum nescio, cum semper abbreviatum *Canass.* legatur (ex loco 9. Aprilis 1549 credi potest nomen ei fuisse *Franciscum Canass.*); sed hominem fuisse familiarem card. Cervini apparet ex loco cit.

⁶ Cf. infra ad 14. Dec. (p. 815, l. 12/13).

12. Decembris, Mercurii.

Expediuntur litterae ad Urbem. Scripsit card. de Monte ad card. Farnesium de legatione, et ad comitem Annibalem¹ de D. Francisco Aspra aegrotio].

Recepit litteras ab episcopo Salutiarum in responsionem eius, quam scripserat pro D. Servadeo Sforno¹;

S et a comite Annibale⁷ huius datas.
ieiunatur.

13. [Decembris, Iovis], in die s. Luciae.

Hodie est anniversarius dies, quo inchoatum fuit concilium Tridentinum anno Domini 1545.

Fui supra montem virginis cum archibfugio], Canas, et fa[lcone/].

10 Scribuntur acta Tridentina mense Ianuarii 1547.
V[enturinus] d.

14. Decembris, Veneris.

Fui tota die cum Rmo de Monte, de episcopo Salpensi², de Hebrfaeo] Sforno, de munere nat[alicio] et tabfular] loquutus.

Scripsi in actis Tridentinis mense Ianuarii.

15 Recepi litteras a Michaelae Mass[arello] et Francisco] pat[ruo] ° 6. huius datas
S. S[everi]ni.

15. Decembris, Sabbati.

10 Recipiuntur litterae a card. S. Crucis, qui scribit ad card. de Monte, quod Rrd cardd. deputati inquisitores haeresis a summo pontifice constituerint d me Angelum Massarellum de S. Severino commissarium, ut eam Clodium pro informatione vitae et doctrinae D. Iacobi Anaclanti episcopi Clodiensis³, qui de haeresi suspectus habetur.

Rms j) carc] de Monte recepit dictas commissionem et patentem⁴ a Rm⁵ deputatis, ut eam mihi consignaret et ad exequendum mitteret.

16. Decembris, Dominica.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod commissionem mihi demandatam pro viribus exequar, cum primum a card. de Monte expeditus fuero.

25 Item scripsit card. de Monte ad S. Crucis.

Prfansi] m[ecum] D. Helfisabeth], Diam[antia], Fav., Hi[eronymus?]. Indui p[rimu]m cor[allium ?].

fHabui instructionem a Rmo D. card. de Monte circa commissionem meam contra episcopum Clodiensem loqui cum m[agist]ro scholae illius civitatis⁵ et Patavii cum fratre [Hadriano Valentigo Veneto]⁶.

30 Scripsi ad card. S. Crucis, quod exequar commissionem mihi demandatam et ibo Venetias ad recuperandum Plinium apud D. Paulum Manutium⁷.

a cod. Anibalem. b cod. Anibale. c Non debet suppleri Franco patrino, cum Francus tunc temporis Rappisvili commoraretur. d cod. constituerit. e cod. potentem.

f hic incipit novus quaternio, qua de causa iterum ponitur titulus fDom. 16. Dec. 1548, Bononiae⁸) / qui quaternio separatus videtur fuisse aliquamdiu a reliquo diario; quin, cum plicaturae vestigia habeat, a Massarello in itinere Clodiensi secum gestum esse eum coniecerim.

g lacuna in cod., quam explevi ex locis infra ad 30. et 31. Dec.

1 Cf. supra ad 28. Nov. (p. 812, l. 31 s. et adn. 7).

2 Qui iam (inde a 22. Aprilis 1547) erat episcopus Lavellensis (fr. Thomas Stella ord. Praed.), cui Manellus (f. 65) ad 2. Ian. 1549 se solvisse refert »scudi 25 d'oro per sua suventione di detto mese di Gennaro, pagati per mandato delli Rmi legati . . . Co' detto mandato c'è una lettera dei Rmo et Illmo Farnese delli 24 di Dicembre dei 48: scrive che si debba dare la suventione al detto vescovo dell' Avello [sic] aneor che stia assente, trovandosi al presente a Venetia.« Cf. supra p. 811, l. 36 s., et infra p. 818, l. 32.

3 Cf. supra ad 1. et 3. Dec. Mirum sane videtur neminem aptiorem inventum esse ab inquisitoribus ad hoc munus obeundum Massarello, qui magis iuris quam theologiae peritus erat et episcopo minus favebat, cf. supra p. 382, l. 19 ss. et infra g. 818, adn. 8; p. 821, l. 22 s.

4 Cf. infra ad 19. Dec.

5 Cf. infra ad 22. Dec.

6 Cf. infra ad 30. et 31. Dec.

7 Cf. supra p. 783, l. 8 s.; p. 813, l. 12/13, a(n-2 i infra p. 818, l. 30 s. et adn. 7; p. 820, adn. 2; p. 821, adn. 3.

Scrpsit idem card. de Monte ad eardinalemmet S. Crucis, ut colloqueretur cum Rmsdeputatis super inquisitione, quorum nomine ipse card. S. Crucis iam scripserat.

17. Decembris, Lunae.

Reponuntur scripturae concilii in cassis apud D. Antonium Manellum, custodem rerum R^m1 card. S. Crucis, et alias res measa

Fui cum RmD. card. de Monte, qui instruxit me super negotio episcopi Clodiensis. 5

18. Decembris, Martis.

Rm D. card. de Monte subscripsit cedulam, qua confitetur se accepisse mutuo a D. Cornelio Malvasia scuta 215 auri in auro pro complemento^a subventionum, quae dantur praelatis pauperibus concilii pro mense Ianuarii futuro.

Indui p[rimu]m iub[bam] ras[eam] et emi necessaria pro itinere etc.

Reliqui D. Antonio Manello scuta 280. 10

19. Decembris, Mercurii.

Mane hora 19. in nomine Domini recessi ex Bononia Ferrariam versus, iturus Clodium et Venetias pro informatione vitae et doctrinae episcopi Clodiensis, D. Iacobi Naclantis, iuxta commissionem mihi demandatam a R^m18 quattuor cardd. deputatis a Smo D. N. super inquisitione et haeretica pravitate, videlicet card. Theatino, Burgensi, S. Crucis et Sfondrato, ut in eorum patentibus litteris sub data Romae 8. Idus Decembris 1548 continetur, eorum sigillis signatis, et manu D. Sani de Perellis subscriptis 1. T5

Conscendi navem apud Cortisellam, et in sero applicavimus villam Mali Hospitii, a Bononia 18 milliaribus, navigantes per flumen Rheni.

20. Decembris, Iovis.

Hora 11. conscendimus navem in villa Mali Hospitii, et Rheni flumen relinquentes paludem, quae ab ipso flumine fit, intravimus, undecimque milliaribus ab ipsa villa 20 traiecimus ex ipsa palude in quandam fossam arte factam, aggeribus hinc inde altis munitam, ubi incipit regio, quae a Ferrariensibus vocatur Sanmartina, ager fertilis et culturae aptissimus. In fine vero ipsius fossae, quae duobus milliaribus perficitur, aggerem Padi fluminis transcendimus et ipsum flumen intravimus, quo adverso tribus milliaribus navigantes civitatem Ferrariensem applicuimus, ubi in nocte quievimus. 25

3T5V

Veneris 21. Decembris, Ferrariae.

Mane hora 15. recedentes ex Ferraria vecti fuimus curru usque Francolinum, a Ferraria 5 milliaribus, ubi Padum flumen iterum intravimus, quo secundo adnavigabamus.

Pervenimus circa horam 3. noctis ad villam, quae vulgo dicitur *le Papozze*, <a Francolino 24 milliaribus>1, ubi propter aeris obscuritatem, quae navigationem prohibebat, quievimus usque ad horam 8. Qua hora lucente luna per idem flumen navigare in- 30 cepimus; illucescenteque iam die ex Pado exeuntes Athesim flumen per quendam canalem intravimus, eoque secundo per duo circiter milliaria navigantes, canalem Bebarum (ut aiunt) intravimus, per quem quinque milliaria navigavimus. Deinde villam Bebarum invenimus, a villa Papozzarum 25 milliaribus, a qua non longe paludes Clodianas aquae maritimae invenimus, per quas quinque milliaria adnavigantes Clodium applicuimus 35 hora circiter 18.

22. Decembris, Sabbati, Clodii.

Clodii ea die quievi in hospitio spatiae duosque testes, videlicet Iosephum Vianellum et Pasqualinum de Duce, presbyteros Clodienses, in causa episcopi Clodiensis examinavi,

a *sic*

b *cod* cumplemento.

c *in marg. add*

1 Cf. supra ad 15. Dec.

cum prius loquutus fuisset cum D. Iulio Herculano 1 m[agist]ro scholae, natione Romano, a quo super huiusmodi causa informationem primum accepi etc.

Quievit mecum hac die Don Benedictus Mantuanus ord. s. Benedicti Cassinensis.

23. Decembris, Dominica, Clodii.

Examinavi super eadem doctrina episcopi Clodiensis D.D. Iulium Herculanum
5 Romanum, magistrum scholae publicae grammatices, et D. Antonium Manardum 2, vicarium
Clodiensis episcopi et canonicum Clodiensem, ac D. Antonium Boscolum, etiam cano-
nicum Clodiensem.

24. Decembris, Clodii, Lunae.

Examinavi quinque testes, videlicet D. Iosephum Marangonum, Oratium de Passis,
Baptistam de Episcopis, Ioachinum Iustinianum et Petrum Villanum, canonicos Clodienses,
10 in eadem causa episcopi Clodiensis, id est super eius doctrina hic Clodii ab eo disseminata.

25. Decembris, Clodii, Martis.

In die nativitatis D. N. Iesu Christi audiui sacra Clodii apud monasterium S. Do-
minici, ubi loquutus sum cum fratre Vincentio de Argente praedicatore, qui dixit se
ivisse aliquando cum suo priore visitatum episcopum Clodiensem, sed non audivisse
eum loqui de rebus fidei; neque interfuit suis concionibus.

15 Examinavi D.D. Vincentium Thiotium, Polidorum Mannarum a3 et Franciscum Marinum
canonicos Clodienses, ac etiam fratrem Sebastianum de Crivellaris de Padua ordinis
Heremitarum, priorem S. Nicolai Clodiensis.

26. Decembris, Mercurii, Clodii.

Examinavi D.D. Ioannem Iacobum de Menghis canonicum Clodiensem, Oratium
de Felicibus Senensem, capellanum in ecclesia S. Andreae Clodiensis, Vincentium Sab-
20 batinum, parochum ecclesiae SS. Petri et Pauli Clodiensis, Gasparem Giglia[m] magistrum
abbaci Clodii, Vianellum de Vianellis clericum Clodiensem, Vincentium Ghedinum civem
Clodiensem, Ioannem Franciscum Nordium civem Clodiensem, Sylvium Boniventum ca-
nonicum Clodiensem, sorasa Dionoram Garbinam, Paulam Bazzi et Catherinam Cyriellam
ordinis Minorum societatis S. Helisabeth Clodiensis], Dominicum de Menghis mansionarium
25 Clodiensem, item super aliquibus punctis D. Pasqualinum de Duce4, Antonium Boscolum \ 36r

27. Decembris, Iovis, Clodii.

Fui visitatum ecclesiam b. Mariae extra Clodium unum milliare, ubi sacra audiui.

Examinavi D. Iulianum Vianellum civem Clodiensem, Iosephum Vianellum 0 ca-
nonicum Clodiensem de verbis prolatis a D. Pasqualino Duce in vigilia nativitatis4,
D. Catherinam Villanam, Adrianam Galimbertam, Laurentiam Bacciam, Ioannem Via-
30 nellum civem Clodiensem, Petrum Villanum canonicum Clodiensem de verbis Pasqualini;
Vincentium Sabbatinum presbyterum Clodiensem, Angelum Mannettum presbyterum
Clodiensem, Sanctem Viannellum civem Clodiensem, Boscolettum de Boscolettis notarium
Clodiensem a.

28. Decembris, Veneris, Clodii.

Examinavi D. Iulium Herculanum Romanum super quibusdam particularibus contra
35 fratrem Hieronymum de Senis ord. Convent. Minorum6, Donatum Bonaldum civem
Clodiensem, Antonium Brunum Venetum, phisicum Clodiensem, Ioannem Franciscum
Scarpam notarium Clodiensem, Berardinum a de Pretis, Antonium Vaccam magnum can-
cellarium Clodiensem, Peregrinum barbitonsorem, Bernardum Boniventum notarium Clo-

a sic. b non ponitur punctum, sed comma (virgula) in fine, ita ut auctor alios videatur voluisse ad-
iungere. c corr. pro Beniventum. a deletum Iulium Here., cf. ad diem sequentem.

1 Qui postea etiam scripsit Massarello, cf. infra
ad 10. Martii 1549 (et supra p. 815, 1- 27 ss.).

2 Nescio an sit idem cognomen, quod infra ad
25. Dec. (1. 15 huius pag.) legitur.

Concilium Tridentinum. I.

3 Cf. 1. 5 huius pag.; infra p. 818, 1. 3 clare
Mannaram legitur, sed certe est idem).

4 De quibus cf. p. 818, 1. 7 et adn. e.

5 De quo v. infra ad 18. Febr. 1549.

diensem, «(Ioannem Franciscum Manardum“.) b Pamphilum Marinum, civem Venetum et Clodiensem, (Ioannem Falconettum notarium Clodiensem, Mazzagallum Mazzagallum' Clodiensem, Gasparem Carrieram, Polidorum Mannaram a canonicum Clodiensem super verbis D. Pasqualini)d.

29. Decembris, Sabbati, Clodii.

Examinavi D. Ioannem Falconettum notarium Clodiensem, Mazzagallum Mazza- 5 gallum Clodiensem, Guasparem Carrieram, Polidorum Mannaram a canonicum Clodiensem super (uxoribus presbyterorum)6.

Hora autem 19. recessi ex Clodio intravique mare, per quod usque Venetias adnavigavimus, applicuimusque Venetias hora circiter 24., a Clodio 25 milliaribus.

Eadem hora 24. cepimus adnavigare Patavium versus, itaque iterum mare intravi- 10 mus et a 5 milliaribus in loco, qui dicitur *Lizafucina*, mare relinquentes flumen Brenthae conscendimus, traicientes ex mari in flumen navi; per quem a flumen 20 milliaribus navi gantes Patavium hora 14. applicuimus.

30. Decembris, Dominica, Patavii.

Cum applicuissem Patavium hora 14., ut dictum est, primum visitavi templum beati Antonii de Padua, ubi sacra audivi, deinde cum D. Felice Figliuccio 1 loquutus et litteras 15 D. Rom[ulii] Cer[vini]2 dedi et cum eo ad monasterium S. Iustinae ivi, ubi cum Don Clemente Perusino de Don Benedicto Mantuano3 verba feci. Postea fratrem Hadrianum4 Venetum ord. Praedicatorum, qui legit methaphisicam a Patavii, et D. Iulianum de Loreo, scholarem in collegio Sancti, quaesivimus, quos non Patavii esse intelleximus.

(Eadem die)*, cum intellexissem supradictos non esse Patavii, sed ivisse Venetias, 20 hora 24. ex Patavio recessi navemque intravi, secundoque flumine Brentae adnavigantes et deinde mare intrantes applicuimus Venetias hora 14.

3i6v

Ultima Decembris, Lunae, Venetiis.

Cum primum Venetias applicui, inveni fratrem Adrianum Valentigum Venetum 5, qui publice legit methaphisicam in gymnasio Patavino, quem examinavi super doctrina eiusdem episcopi Clodiensis. Deinde quaesivi D. Iulianum de Loreo in Piscina Frezariae 25 in domo communitatis loci de Loreo, quem ibi commorasse audivi, sed iam e Venetiis recesisse retulerunt.

Quo facto cum D. Ioanne Maria Iuntja] loquutus fui, cui litteras D. Rom[ulii] Cer[vini] et aliorum, quas ex Bononia detuleram 6, dedi.

Postea D. Paulum Manutium inveni, cui etiam litteras dedi et libros, quos in 30 memoriali D. Romfuli] habebam 7, petii; quos se daturum 8 respondit 8.

Quibus absolutis D. episcopum Lavellensem adivi 9, cum quo meam commisionem contuli, et pernoctavi apud 11^h™ D. Petrum de Porto comitem Vicentinum.

a sic. b in marg. c sic, bis idem nomen (vel potius novien et cognomen), etiam sub 29. Decembris.
d haec uncis includuntur in codice. e corr. pro verbis Pasqualini.
f corr. pro 31. Decembris, Lunae. g cod. daturos.

1 Qui interfuerat concilio Tridentino, cf. supra P. 539» 1. 34 s.

2 Qui Patavii studiis incubuerat indeque ibi amicos habebat.

3 Videtur suspectus fuisse, cf. ad 3. Maii 1549.

4 Cognomen invenitur ad 31. Decembris (1. 23 huius pag.). Cf. supra ad 16. Dec.

5 Cf. supra ad 16. et 30. Dec.

6 Cf. supra p. 188, 1. 16 et adn. 10.

7 Cf. supra p. 783, adn. 2 et p. 813, adn. 2.

8 Cervinus 19. Ian. 1549 scribit Massarello (*Concil.* 139, f. 43, cf. infra ad 26. Ian. 1549): »Che habiate rihavuto il nostro Plinio da Mr Paulo Manutio

et consignatolo poi a Romulo, mi piace.« Cf. infra ad 12. Ian. 1549.

9 Cf. supra p. 815, 1. 12 et adn. 2. Cervinus 30. Ian.

1549 scribit Massarello: »Ho ricevuto con le ultime vostra l' esamini mandatemì. Hierì fu letta in congregazione la lettera, quale fu a proposito, massime che alcuni dicano, come voi in Venetia alloggiaste con Monst di Salpi, quale il vescovo di Chioggia ha per sospetto [i. e. episcopus Clodiensis eum accusavit, cf. infra ad 1. April. 1549]* Avvisate per le prime, se cio e vero, et quando alle dette examini se occorrira cosa che bisogni esser chiarita, vi si fara intendere.« Cf. p. 821, 1. 22 ss.; p. 823, 1. 5 ss-> adn. 1. 3; p. 825, 1. 10 ss., adn. 2.

1549 -

1. Ianuarii, Martis, 1549, Venetiis.

In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Incipit annus Domini 1549. Qua die Martis prima Ianuarii una cum D. episcopo Lavellensi et D. Petro comite a Portu Vicentino ac D. Ioanne Moro nobili Veneto sacra. audivi in monasterio S. Laurentii, ubi ipse D. episcopus concionem habuit. Quo
5 in loco in quadam aula praedictus D. Petrus comes desponsavit D. Mariam Basadonnam, nobilem Venetam, in uxorem suam.

Hora autem 19. circiter cum ipso D. Ioanne Moro aulam magnam palatii Veneti intravi, ubi consilium magnum coactum fuit, cui in omnibus ego interfui modumque pro
cedendi in electionibus magistratuum (quorum novem hodie electi sunt) vidi; caeteraque
10 omnia alia, quae ibi gesta fuerunt, et vidi et audivi. Res mihi nova et profecto mirabilis, quam ordinate et sub silentio cum omni decore et gravitate omnia processerint. Cui consilio interfuerunt mille et quingenti ac quinquaginta sex senatores, prout me
praesente numerati fuerunt. Absoluto senatu hora 23. palatium totum perlustravimus. Deinde ludecam ivimus, ubi cum D. episcopo Lavellensi, D. Ioanne Moro et Donna
15 Maria sponsa, et quibusdam aliis nobilibus mulieribus cenavimus apud praedictum Illmum D. comitem Petrum de Portu Vicentin[o].

2. Ianuarii, Mercurii.

Vacavi emendis libellis pro D. Romulo Cervino et inquirendis testibus in S. Francisco de Vinea in eadem causa episcopi Clodiensis, et emendis rebus secundum memoriale. Fui cum legato Venetiarum.

3. Ianuarii, Iovis.

20 Mane fui cum D. Ioanne Moro visum locum munitionum^b, qui dicitur *Arsenale*, omniaque pervidimus nihilque remansit, quod nobis ostensum non sit. Res quippe mirabilis est et omnibus nota.

Hora vero 22. examinavi in S. Francisco de Vinea fratrem Danielem Navonem Venetum ordinis Minorum de observantia, et apud monasterium scappuccinorum fratrem
25 Ludovicum Philicarium de Florentia^c ordinis scappuccinorum. In seroque cum D. Ioanne Moro, comite Petro de Portu et episcopo Lavellensi cen[avi].

4. Ianuarii, Veneris.

Examinavi in eadem causa Clodiensis in monasterio S. Francisci de Vinea fratrem Marcum Venetum ord. Minor, de observ., sacrae theologiae magistrum.

Apud Rdm D. archiepiscopum Corcirens¹ pransus, cum quo de creatione car-
30 [dinalium] loquutus, et de familiaribus nostris.

Emi rubinum 16 scutis et turchjmm] quinque [scutis]. Cum episcopo Lavellensi, Illmo comite Petro et Ioanne Moro Venetias perlustravi.

5. Ianuarii, Sabbati.

Cum IUmo D. comite Petro ivi ad expedienda negocia, quae restabant, cum ma-
gistro] Marco auri[face] et D. Ioanne Moro de pann[is] emen[dis] et cedul[a] vectig[alium].
35 Emi can. mor.d et alia necessaria pro navigatione.

Hora autem 3. noctis recessi ex Venetiis intravique navem, qua itur Ferrariam, totaque nocte navigavimus, et hora 14. pervenimus ad civitatem Clodiensem, ubi descendimus apud hospitium spatiae, et cum sora Paula Titulana et sora Benedicta

a cod. in querendi.

b cod. monitionum.

c cod. Florentia.

d nescio supplere has notulas.

1 De quo v. supra p. 184, l. 15 et adn. 6; p. 206, l. 14 ss.; p. 246, l. 5 s.; p. 570, l. 10.

Bonacatta et sora Maria Titulana loquutus suma, quas examinare volebam in causa episcopi, sed eas parum vel nihil scire inveni; loquutusque sum cum quadam Angela, filia bcampjanarii] ecclesiae cathedralis, super imagine quadam deleta ab episcopo ex sua camera; sed retulit se audivisse a Catherina serva episcopi (quam Catherinam invenire non potui) cum dealbasset episcopus parietem suae camerae. 5

Navique iterum ingresso0 navigavimus per paludes aquae maritimae per 5 milliaria3. Deinde quendam canalem aquae dulcis ex flumine Athesis intravimus; deinde ipsam Athesim, qua adversa 3 milliaria navigavimus. Deinde per quendam canalem, qui quin que milliaria durat, Padum flumen6 intravimus, eoque adverso navigavimus, horaque 4. noctis applicuimus villam, quae dicitur *le Papozze*, ubi pernoctavimus. 10

7. Ianuarii, Lunae.

Mane hora 12. ex villa *le Papozze* recessimus eodemque Pado flumine adnavigavimus, et hora 21. pervenimus ad villam Francolini, ubi ex flumine exivimus, et per currum vecti ivimus Ferrariam hora 23., descendique apud hospitium duorum ens[ium] cum D. Sigismundo Mutinensi.

8. Ianuarii, Martis.

Mane pransus sum cum D. Ioanne Baptista Cannano chirurgico1 doctissimo et viro 15 integerrimo, fratre D. Iulii1 secretarii Rmi D. card. de Monte, a quo honorifice receptus sum et muner[ibus] affectus.

Hora autem 19. recessimus ex Ferrara secundoque Pado navigantes pervenimus ad locum, qui dicitur *la Torre della fossa*, ubi Padum exivimus et quendam canalem paludis intravimus, per quem tria milliaria navigavimus. Deinde paludes Rheni intravi- 20 mus horaque 3. noctis pervenimus ad villam Malihospitii, ubi pernoctavimus, nominaque etiam consequentia rebus experti sumus.

9. Ianuarii, Mercurii.

Hora 13. recessimus ex Malohospitio et flumen Rheni intravimus, quo adverso navigavimus usque ad locum qui dicitur Cortisella, a Bononia 3 milliariibus, sed prius apud locum qui dicitur *Bentivoglio* pransi sumus. 25

Descendentes ex navi vecti sumus curru usque Bononiam, quam intravimus hora 24.

Cum primum Bononiam applicui, statim ivi ad Rram card. de Monte legatum, cui retuli ea, quae egeram circa meam commissionem, licet summatim ob temporis brevitatem.

10. Ianuarii, Iovis.

Retuli ad longum Rm D. cardinali de Monte ea, quae egeram in causa episcopi 30 Clodiensis, et summarium eorum, quae testes contra eum deposuerant. In quo totam diem fere consumpsi.

11. Ianuarii, Veneris.

Ab hac die usque ad 22. Ianuarii vacavi aptando et transcribendo processui8 supradicto.

12. Ianuarii, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis reditum meum, et qualiter processus transcribatur2. 35

16. Ianuarii, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis, quod non mittitur processus, quia non sit perfectus.

a in margine legitur Dominica, Clodii.

b praecedit vox quaedam velut Ovi (nomen proprium ?).

c d cod. milliariibus.

e cod. fluminis.

f cod. chirusico.

g cod. processu.

1 De Iulio Cannano v. supra ad 5. Oct. 1548 (p. 801, l. 29 ss. et adn. 5) i cf* p. 809, l. 29.

Epistula est in illo codice tabularii Florentini Carte Cervin. t. 18. Inter alia ibi dicit Massarellus:

»L'altra sera arrivai a Bologna al tardi. Ho portato il Plinio che Mr Paulo Mannutio [sic] mi ha dato, et consegnatolo al Sor Romulo.« Cf. supra ad 31. Dec. 1548 (p. 818, l. 30 s. et adn. 6).

21. Ianuarii, Lunae*.

Scripsi ad card. S. Crucis ordinem, quem tenui in examinandis testibus Clodii et Venetiis, et qualiter etiam fuerim Patavii etc., latine.

Item scripsi lingua vernacula ad eundem cardinalem, quod mittatur processus, qui ob adversam valetudinem Rm cardinalis de Monte non potuit citius expediri¹.

Misi processum episcopi Clodiensis expeditum², subscriptum et scriptum mea propria manu, clausum et obsignatum, directum cardinalibus inquisitoribus cum hac inscriptione:

Rm̃s m̃ Christo patribus et Illm̃s Dominis, DD. 5. R. E. cardinalibus contra haeticam pravitatem generalibus inquisitoribus a Sm̃o D. N. per universam rempublicam christianam specialiter deputatis, Dominis meis colendissimis

et subscriptum his verbis:

Ego idem Angelus Massarellus, qui supra, depositiones supradictorum 33 testium per me examinatorum propria manu scripsi, prout quilibet ipsorum testium coram me constitutus ore proprio et suo medio iuramento deposuit, et in testimonium et fidem veritatis me subscripsi.

23. Ianuarii, Mercurii.

Rm̃s D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de scripturis pro defensione iurium ecclesiae in civitatibus Parmae et Placentiae³, sed non expediuntur hodie litterae; et quod ego mittam processum.

24. Ianuarii, Iovis.

Expediuntur litterae omnes supradictae, et mittitur processus supradictus.

Fui visitatum virg[inem] de Monte, et spatiatum cum bal. et Io[anne].

25. Ianuarii, Veneris.

Fui supra montem Virginis a prandio cum bal. et Hieronymo] et Io[anne]b.

26. Ianuarii, Sabbati.

Recepi litteras Rmicard. S. Crucis 19. huius datas⁴, quibus significat se intellexisse meum reditum, et quod expectat processum expeditum, in quo aliqui amici episcopi me inculpant de infid[elitate]⁵.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 19. datarum, et quod displicet intellexisse, quod amici episcopi me calumniant; sed veritas poterit facile haberi, si illi amici dixerint, qua in re etc.

27. Ianuarii, Dominica.

Rm̃s D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis, mittens computum pecuniae concilii ab Ottobrem⁶ usque ad hunc mensem Ianuarii de 1500⁷ aureis.

Fit iusta apud S. Mamfulum].

Cum cardinali pransus et [cum] D. Ludovico 6 Mingozi iustam vidie.

^a cod. Martis.
^d vel 1800?

^b sequitur alia vox abbreviata quae au. vel an legi potest.
⁶ in marg. legitur V3.

^c sic.

¹ Cervini responsum v. supra p. 818, adn. 8; cf. infra ad 5. Febr. (et 26. Ian.)

² Sed missus est 24. Ian.; cf. infra a. h. d.

³ Videtur agi de eadem re atque ad 23. Maii 1549.

⁴ Extant in cod. *Concil.* 139, f. 43. De Plinii codice v. supra p. 818, l. 30 s. et adn. 7. Praeterea Cervinus scribit: »Quanto alia domanda fattavi da Mr Gio. da Pescia [cf. p. 237, adn. 4; p. 364, adn. 3;

p. 369, adn. 9] di non so che nomi di cardinali [ergo et hic talibus rebus studebat, cf. p. 248, adn. 4] risolvetevene in quel modo che vi parera, perche a me non importa piu che tanto.

⁵ Similia scripsit cardinalis 30. Ian., cf. supra p. 818, adn. 8; infra p. 823, l. 24 ss. et adn. 3.

⁶ Ludovicus Mingozius, magister domus cardinalis de Monte; cf. supra p. 639, adn. 4.

28. Ianuarii, Lunae.

Fui pransus cum D. Fed[erico] Fant[uzzo] l Claudio] de la Cas[a], Lud[ovico], Iulio Cann[ano], poeta Arnol[do]², et visitavi R^m card. de Monte, qui adhuc podagra et chiragra laborat.

29. Ianuarii, Martis.

Recipiuntur litterae ex Urbe 23. datae, sed non publicae, a cardinali S. Crucis — cardinalis de Monte [eas recepit].

Tota die fui cum R^m D. card. de Monte, qui chiragra et podagra laborat. Hier[onymus] Vent[urinus] recessit[ur] irat[us].

30. Ianuarii, Mercurii.

Scipsi ad card. S. Crucis nomine cardinalis de Monte³, quod receperit litteras suas 23. huius datas.

Fui cum R^m D. cardinali de Monte, qui chiragra et podagra lab[or]at].

10

31. Ianuarii, Iovis.

Fui supra montem virginis cum archibusio et [cum] scop., Clafudior], Cannfano] et Hier[onymo] ad aedem observantium, et mane cum cardinali.

I. Februarii, Veneris, 1549, Bononiae.

Fui etiam supra montem virginis cum scop. et praenomfinatis] et [apud] card. de Monteb.

2. Februarii, Sabbati.

Celebratur missa solemnis in palatio in aede consueta. R^m B D. legatus 15 benedixit candelas et eas distribuit magistratibus et nobilibus.

Scribitur Romam, sed R^m S D. card. de Monte non scripsit ob supervenientem dolorem podagrae et chiragrae.

Fui supra montem virginis cum scop. et bal. et Cannfano] et Claudio] Geben.

3. Februarii, Dominica.

Fit iusta in platea publica civitatis.

20

4. Februarii, Lunae.

R^m S carc[de Monte] ivit pransum apud monasterium S. Michaelis in Bosco, et hora 20. reversus fuit Bononiam.

Fui supra montem virginis cum scop. et Claudio], et ad D. Bernardum] Bergon[tium]⁴ auditorem] Turrfonis] pro citatfione] D. Hieronymi] Venturini]⁵ etc., quae retuli presbytero de Benincasa].

25

5. Februarii, Martis.

Fuit facta visitatio publica carcerum per R^m D. legatum in loco solito.

Fit iusta in platea publica.

Recepi litteras a card. S. Crucis 30. Ianuarii datas, quod receperit examen in causa Clodiensis⁶.

a haec relatio scripta est ductu diverso ab eo, qui in praecedentibus et sequentibus observatur.
b in margine Voa 3 me. let. et vis. lei[P les/3 ven. Mar. ab. pis.

1 De quo v. supra p. 733> adn. 9.

2 Infra ad 14. Martii 1549 dicitur Mantuanus.

3 Quas litteras se accepisse scribit Cervinus (*Concil.* 139, f. 45; cf. infra ad II. Febr.) 6. Februarii.

4 Cf. supra p. 796, adn. 4.

5 Cf. supra p. 764, adn. 4; infra ad 17. April.

6 Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 44, et leguntur supra p. 818, l. 32 s. et adn. 9.

6. Februarii, Mercurii.

38V

In nocte praecedente adveniente die obiit Bononiae RdB D. Augustinus Zannettus, episcopus Sebastensis, suffraganeus Bononiensis, patria etiam Bononiensis, cum magno piorum dolore. Hic fuit in concilio hoc Bononiensi per biennium et actus conciliares celebravit.

- 5 Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 30. alterius datarum, et quid Venetiis egerim et modum examinationis quattuor testium in ea civitate, et a quibus eos acceperim, et quando cum episcopo Lavellensi immoratus fuerim 1.

(Expediuntur litterae pro episcopo Noviomensi, quod sit in concilio, vide infra.)a

- 10 Scribitur Romam mane cum litteris episcopi Fanensis ex Germania ad card. Farnesium de rebus legationis, et ad archiepiscopum Sipontinum.

Illms D. Hieronymus de Corigio applicuit Bononiam proficiscens Romam ex Corrigio. Fui supra montem virginis cum scop. et fab.

8. Februarii, Veneris.

D. Rom[ulus] Cerfvinus] recepit litteras a D. Octavio Brig[ido], quod R^m D. card. S. Crucis receperit litteras card. de Monte et meas 27. datas.

- 15 Fui supra montem virginis et ad S. Vincentium] de Ronz[an]o cum D. Ordone et guaixUarobbar] et scop.

9. Februarii, Sabbati.

Rmus card. de Monte ivit pransum apud monasterium S. Michaelis in Bosco, et hora 21. reversus Bononiam.

Fui supra montem virginis cum scop. et Cl[audio] et Io[anne] Tur[o]b2.

10. Februarii, Dominica.

- 20 Fui supra montem virginis cum D. Fr[ancisco/] Mont[e], Claudio, Ioanne et Hier[onymo] cum scop., bal. et van.

11. Februarii, Lunae.

Rmus j) card. de Monte ivit pransum apud monasterium S. Michaelis in Bosco. Piastrellis] lusum].

- 25 Recepi litteras a card. S. Crucis 6. huius datas, quod receperit meas 26. et 30. datas, et quod Rm^o DD. deputati viderint0 meas litteras, quibus excusabar a calumnia episcopi Clodiensis, et quod sit eis satisf[actu]m3.

Fit iusta in platea publica.

12. Februarii, Martis.

Fui cum D. Ro[mulo] Cer[vino], Gent[iano], Mane[llo?]d et aliis ad flumen Rheni spatium cum scop. equit[atus]e et ad card. de Monte cum D. Iac[obo] Heb[raeo].

a haec alio manus ductu sunt scripta.

b sequitur inter, quod quomodo supplendum sit nescio.

c cod. viderit.

d cod. potius videtur habere Mana.

e vel supplendum equite P

1 Cf. supra p. 818, l. 32 (cum adn. 9); infra l. 25 s. et adn. 3 huius pag.; p. 825, l. 10 s. et adn. 2. Quibus in litteris mentitus est Massarellus; cf. ad 19. Febr.

2 Ioannes Thorus, qui infra ad 11. Martii nominatur? — De Cervini litteris, quibus falso dies 9. Febr. ascriptus est, v. infra ad 14. Martii.

3 Concil. 139, f. 45: »Alla vostra lettera di 26, scritta sopra la fedelta de gli examini fatti da voi in Venetia, non m'occorre rispondere altro se non che havete fatto bene a dar tal conto, et che havendo veduta detta lettera li Rmi deputati par che sieno restati satisfatti. Hora io aspetto d'intendere quel che per l'altra v'ho scritto [cf. ad 31. Dec. 1548, supra

p. 818, l. 32 et adn. 8], cioe si in Venetia alloggiaste insieme con il vescovo de l'Avello o no [cui quaestioni iam responsum erat a Massarello 6. Februarii, quam epistolam Cervinus postea accepit cuique respondit 13. Febr., cf. infra ad 19. Febr.]. Dipoi e comparsa l'altra vostra di 30 [nomine cardinalis de Monte scripta, cf. supra p. 822, l. 8], alia quale rispondendo haro charo che baciato in mio nome le mani al Rmo legato humilmente, et quanto al <mettere in ordine Cervin. add. supra lin.> le cose dei concilio [cf. supra p. 813, adn. 3], mi sara similmente charo d'intendere quel che liora voi lavorate in particolare.« Responsum Massarelli de hac re v. infra ad 13. Febr.

13. **Februarii**, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 6. datarum, et quod sequar summarium concilii et sim prope ultimam sessionem Tridentinam x.

Cum cardinali pransus et gia. 3 A ves.a

3 r 9 r

14. **Februarii**, Iovis.

Recepi litteras a D. Claud[i]o Aleand[ro] de canon[ica]tu Oritano danda pensione².

5

Item a Don Sever[in]o et Mar[i]no super beneficio de Massacc[i]o danda pensione.

Roma j) card. de Monte fuit ad S. Michaellem in Bosco pransus et hora 20. reversus est Bononiam.

Fit iusta in platea publica, et fui supra montem virginis cum Perug[ino]³, D. Francisco et Manello.

10

Card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de litteris episcopi Fanensis, quod imperator sit missurus praelatos qui sunt Tridenti Romam pro reformatione⁴.

N

15. **Februarii**, Veneris.

Roma j) card. de Monte fuit visum canalem, qui fit ad conducendas naves ad menia Bononiae.

Cum card. de Monte pransus] et de litteris patentibus episcopi Noviomensis egimus. 15

16. **Februarii**, Sabbati.

Roma d) card. de Monte fuit supra montem S. Michaelis in Bosco, ubi pransus est, et hora 20. reversus Bononiam.

Scripsi ad card. S. Crucis de libello de potestate ecclesiastica edito a fratre Ioanne Antonio Delp[hin]o, quem ei misi diebus elapsis⁵, quod det responsionem gratulatoriam].

20

Fui cum D. Antjonio] Manelflo] supra montem virginis cum bal[ista].

17. **Februarii**, Dominica.

Fit iusta in platea publica civitatis.

Pransi sunt mecum DD. Helis[abeth] Barth. et Fav. fil., D. Diam[antia] Venturfin] et Hier[onymus], Iofanna] M[aria] Ugulinf]a] cug[in]a in domo Campegiorum.

Signantur litterae patentes pro R^o DD. Ioanne ab Hangesto episcopo Novio-⁶ mensi Gallo, quod venerit ad concilium Bononiense de mense Decembris 1547, et quod continuo permanserit ab illo tempore usque ad hanc diem in hac civitate Bononiensi, actus conciliares celebrando cum aliis praelatis suo tempore; propterea debere frui omnibus privilegiis tam a iure communi, quam a S^o D. N. Paulo III concessis praelatis concilio generali interessentibus. Signantur manu R^o DD. card. de Monte et mea, et sigillo consueto. ^{3°} Expediuntur duae, una in pergamena, altera in papiro sub dat. Bononiae die 6. Februarii 1549.

a nescio solvere has notas (A = scuta).

1 *Carte Cervin*. t. 18: «Quanto alie cose dei concilio, io ho ripreso quel ordine che principiai avanti che andasse a Chiozzo [*sic*], cioe de finir un summario di tutto il progresso [cf. supra ad 3. Dec. 1548, p. 813, l. 25 s. et adn. 4], il quale ponero fra sessioni et sessioni autenticate [eiusmodi sunt illa excerpta ex Severoli commentariis in tomo *Concil.* 62, f. 171—174. 293—317; breviora illa summaria in *Concil.* 44], et hora so presso ali'ultima session di Trento et spero di finirla in breve. Poi piacendo a Dio mi metterò a poner' insieme tutti gli atti compitamente. Questo modo mi e parso meglio per poter haver' in mano tanto piu presto insieme questi atti in qualche forma.» De alia epistula eodem die missa a Io. Bapt. Scoto v. infra ad 26. Febr. (p. 826, l. 22 et adn. 3).

2 i. e. de pensione danda super canonicatu Oritano, quem habebat Massarellus: cf. infra ad 21. Febr. De Claudio Aleandro v. supra p. 725, l. 3 et adn. 1.

3 Simon Perusinus videtur esse, de quo v. supra p. 732, adn. 3 (et hic idem esse ac Simon Bartholini a Manello f. XLII. XLVII. XLVIII nominatus).

4 Cf. ad 24 Martii, infra p. 831, l. 11 ss. et adn. 3.

5 Cf. p. 814, l. 19 s.; eodem anno liber imprimebatur, v. infra ad 5. 8. 14. April.; *Hurter*, *Nomencl.* IV, 1284.

6 Cf. de eo Gallia christ. IX, 1023. Ioannes episcopus electus erat a. 1525 per cessionem patris, consecratus paulo ante huius mortem 1532. Henrici regis orator erat apud Paulum III a. 1547 litteratorumque protector. Quo die Decembris 1547 advenerit nescimus, cum Massarellus in diario hoc non referat.

18. Februarii, Lunae.

Recepi litteras a D. Benedicto de Mantua ordinis s. Benedicti ex Patavio 22. Ianuarii datas. Rogat, ut scribam ad eius generalem.

Cum D. episcopo Bellicastrensi pransus una cum D. Romfulo] Cer[vino] et episcopo Sulmonensi et Hieronymo Ferrfeo].

Ducitur captivus Bononiam frater Hieronymus de Senis ordinis Minorum Convent. ex commissione card. S. Crucis propter informationes, quae habentur contra eum ex civitate Clodiensi, ubi praedicavit anno 1547 1-

19. Februarii, Martis.

Rms D. card. de Monte ivit pr[ansum] ad S. Michaellem in Bosco, horaque 20. reversus est Bononiam.

Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 13. datas, quod receperit meas super mansione Venetiis2, et de receptione litterarum episcopi Mylensis Ferretti.

¹ Scribitur ex Urbe de obitu Rm D. card. Gambari, qui obiit die [14.]^a praesentis mensis Februarii in Urbe. Hic cardinalis vocabatur Uberrus de Gambari, ex civitate Brixienti, presbyter tituli S. Chrisogoni, creatus cardinalis a Paulo III.

20. Februarii, Mercurii.

Scripsi ad Rm D. card. S. Crucis, quod receperim suas 13. datas; quod dixerim episcopo Ferretto de receptione suarum litterarum; quod frater Hieronymus de Senis sit captivus hic in monasterio S. Francisci4; quod frater Iulianus de Colle ord. s. Augustini, qui fuit anno praeterito inquisitus de haeresi, iturus sit ad praedicandum Vicentiam, quod bonum esset prohibere5; quod dederim D. Antonio Manello 40 volumina decretorum concilii mea opera impressorum, item 50 volumina translationis, item 6 decretorum et 6 translationis autenticata, item 50 responsionis datae Don Didaco, oratori Caesareo, a pontifice, item 50 responsionis datae statibus ecclesiasticis Germaniae.

Fit iusta in platea publica.

21. Februarii, Iovis.

Rmus card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de receptione suarum 13. datarum; gratias agit de archiepiscopatu Montispolitani, et de eundo Romam.

Fit iusta in platea publica; proponitur praemium ensis Turcica deaurata et ornata, quam habuit D. Hector Ghislierius eques Bononiensis.

Recepi litteras a Rm Cl[audi]o Aleandro et Fed[erico] Ferrfeo], quibus respondi super

a lacuna in cod.

1 De hoc fratre cf. supra ad 28. Dec. 1548, infra ad 7., 9., 10., 11., 12., 16. Martii et 1. Aprilis 1549.

2 Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 47. »Ho inteso per la vostra di 6, quanto havete scritto in vostra defensione circa gli examini fatti da voi in Venetia etc., et come fuste in casa di Monsr dei Avello casualmente, senza parlar mai de le cose dei vescovo di Chioggia [quod erat mendacium, v. supra p. 818, l. 32: »cum quo meam commissionem contuli«]. Ho havuto chara tale informatione. Staremo hora a vedere che vorra dire esso Monsr di Chioggia, et bisognando che voi chiariate piu una cosa che un'altra, vi si fara intendere.«

3 De morbo huius cardinalis v. supra ad 10. Sept. 1548. Gambari a Leone X protonotarius factus et nuntius ab eodem missus erat ad Lusitanorum, deinde a Clemente VII a. 1527 bis ad Angliae Galliaeque reges, a. 1531 ad imperatorem (de concilio convocando). *Garampus* Saggi di osservaz. etc., append. p. 252, adn. 9 haec de eo collegit: »Per la morte di Gio. Domenico de Tassis vescovo di Tortona apud sedem apostolicam defuncti fu proveduto di essa chiesa

a di 8 di Maggio dei 1528. Nel medesimo anno fu anche destinato governatore a Bologna (*Brev. an. V. tom. VII, num. 387*), la qual citta ei resse per alcuni anni A di 8 Dicembre dei 1530 fu gli surrogato nell' ufficio Bernardino Castellari, finche egli, destinato nunzio all' imperatore, fosse per ritornare al suo governo (*Brev. an. 1530 tom. V, num. 613; tom. VII, num. 589*). Nel 1531 a di 2 di Ottobre ottenne un chiericato di camera vacato per la promozione di Antonio Pucci al cardinalato (*Instr. camer. tom. XXV, p. gg*). Fu poi creato cardinale nell' anno 1539 [12. Dec.]. Rassegno la sua chiesa di Tortona ai 22 di Marzo dei 1548 (*ex act. consist. Jk. Ciaconius* (III, 666) praeterea fuisse eum dicit papae in Urbe vicarium, Policastrensis ecclesiae administratorem, Parmae ac Placentiae et Galliae Cispadanae legatum. De eius legationibus cf. *A. Piepert* Zur Entstehungsgesch. der stand. Nuntiatoren (Freiburg 1894) p. 76 s. 84.

4 Cf. l. 5 ss. et adn. 1 huius pag.

5 Cf. infra p. 829, l. 3 ss. et adn. 3; p. 832, adn. 1.

can[onica]tu Oritan[o], quod sim contentus illam dare pensionem ¹, sed dicat qualem et in quo sit assig[nan]da.

22. **Februarii**, Veneris.

Fui supra montem virginis cum D. Antonio Manello et arc[hibusio], et ad ecclesiam fratrum Minorum observ.

Fit iusta apud S. Mammulum.

5

23. **Februarii**, Sabbati.

Fit iusta in platea publica.

Fui cum R^{mo} de Monte in sero, et archiamj deaur[atam] vidi. Indui primum calig[as] et iup[am] ras[eamj].

24. **Februarii**, Dominica.

Fit iusta in platea publica; proponitur praemium ensis deaurata cum pugione et calcaribus⁸ deauratis, et praemium habuit D. ----b della Cavallina eques Bononiensis.

10

Fui supra montem virginis cum D. Antonio Manello. Audivi vespertas apud fratres Minores de observantia et ad ecclesiam b. virginis de monte.

3201

25. **Februarii**, Lunae.

Fui in palatio civitatis cum D. Petro Camai[an]o et D. Antonio Manello a prandio usque ad 24 horas.

Non fit hodie iusta ob pluviam.

15

Cum D. Per[seo] pransus et cenatus, cum D. Rom[ulo] et Perus[ino] et Mere.

26. **Februarii**, Martis.

Expediuntur litterae patentes de breve decimarum pro D. Lelio Garufio de Piis² episcopo Sarsinatensi, pro suo episcopatu et parochialid ecclesia de Bagnolo, Britonoriensis diocesis, et aliis beneficiis suis.

Fit iusta in platea civitatis, ⁸ cur[sores].

20

Recepi litteras a card. S. Crucis 20. datas, quod receperit meas 13. datas, et de D. Ioanne Baptista Scot[o], et D. Benedicto suspecto de haeresi³.

Recipitur scheda 500 aureorum pro concilio, et quod 100 remittantur Romam pro archiepiscopo Armacano.

27. **Februarii**, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum, et quod non sim adhuc loquutus cum D. Ioanne Baptista, sed quod hodie loquar et referam quod iniunctum mihi est.

25

Scripsit card. de Monte ad card. S. Crucis de receptione suarum 20. datarum, et quod expectet exitum verborum imperatoris super concilio. Expediuntur per staffettam.

Fit iusta in platea publica, et curritur anser.

30

Cum cardinali pr[ansus].

Recipiuntur a D. Cornelio Malvasia scuta 500 auri in auro pro subventionem concilii, de quibus 100 mittuntur Romam ad D. archiepiscopum Armacanum virtute litterarum card. S. Crucis.

a cod. carcaribus. b nomen deest in cod. c in his partibus diarii, maxime ad 25. et 26. Februarii, atravientum valde palluit et folia hwniditate corrupta sunt. d cod. parochali. e atramentum paulo obscurius et alius ductus manus.

1 Cf. supra p. 824, l. 4/5 et adn. 2; infra ad 12. Martii 1549 (pag. 828, l. 38 et adn. 8).

2 Calenzio, Saggio p. 430 falso dicitur Baruffo.

3 »Mr Gio. Battista Scotto me ha scritto una lettera di 13, alia quale non occorrendo risponder' altro, potrete voi accusargline il ricevuto, et inoltre li direte, come saria bene ch' egli mandasse una piena informazione

di quel che sa di Mr Benedetto Accolti circa le cose della fede, senza che da lui sia sottoscritta tale informazione. Quanto alie cose dei concilio [i. e. de scribendis actis, cf. supra p. 824, l. 1/2 et adn. 1], mi pare che voi non perdiat tempo, et cosi devete continuare con quel ordine che sara meglio.» Cf. infra ad 27. Febr., 2., 6., 14., 16 Martii etc.

28. Februarii, Iovis.

Fit iusta in platea publica, proponitur praemium galea deaurata, quod assequitur D. Lelius de Manzolis Bononiensis.

Cum D. Trif[one] et Petr[o] Ord[ogna] apud D. Perseum Volt[am] et cen[at]um].

1. Martii 1549, Bononiae, Veneris.

Tota die pluit.

- 5 Recepi litteras a R^m D. card. S. Crucis 23. Februarii datas¹ super receptione libelli de potestate ecclesiastica aediti a fratre Ioanne Antonio Delphino², ministro Bononiensi ordinis Minorum Convent.

Scribitur in summario concilii mense Martio 1547.

2. Martii, Bononiae, Sabbati.

- 10 Scripsi ad card. S. Crucis, quod loquutus fuerim cum D. Ioanne Baptista Scotto, quod faciet informationem³;

et quod receperim suas 23. datas super ministro etc.;

quod die Iovis applicuerit Bononiam D. episcopus Lavellensis.

Fui cum episcopo Lavellensi, et cum comite Petro de Portu Vicentino ad card. de Monte, et domum com[itatus].

3. Martii, Dominica carnisprivii.

320v

- 15 Acta fuit Bononiae commedia^a Intronatorum accademiae⁰ Senensis, vocata *L' ingannati*.

Fui cum D. Petro comite a Portu spatiatum, et D. Galaviob Bononiensi per civitatem].

Curritur anser propter pluviam⁰.

4. Martii, Lunae.

- 20 Fuit facta iusta generalis in platea publica civitatis, proposito pro [primo] praemio catena aurea 60 scutorum; et ense, pugione et calcaribus auratis pro secundo praemio. Fuerunt 12 equites ius[tato]res, qui pulcherrime et sumptuosissime equos, famulos et se ipsos ornarunt, adeo ut aliquis ultra 700 aureos expendiderit\ et ad minus 300. Primum praemium consequutus fuit D. ----a de Herculaniis, secundum Bonifacius Cathaneus, nobiles equites Bononienses.

- 25 Fuit acta quaedam egloga in palatio civitatis a D. Innocentio, nepote adoptivo R^m D. card. de Monte, cum quo cenfavi] et comfmediae] interfui.

Cum Hierfonymo] Vent[urino], Isabfetha], Diamfantia] Ventfurinis] per. int[erfui/] et iustam vidi.

5. Martii, Martis carnisprivii.

- 30 Expugnatur quoddam castrum in platea publica civitatis ex lignis confectum a scholaribus legistis Bononiensibus.

Cum D. Gent[iano] Hervett[o] pugnam vidi pers. et cum D. Pers[eo] Volt[a] et Ant[oni]o Man[ello] cenfavi] et in dom[o] Flor, vicin. pers. d. ch.

6. Martii, prima quadragesimae, Mercurii.

Scripsi ad R^m S. Crucis, cui misi informationem, quam mihi dedit D. Ioannes Baptista Scotus de doctrina D. Benedicti Accoliti circa fidem³.

^a sic. ^b nescio supplere nomen. ^c dimidia pars lineae est deleta, ut legi vix iam possit; sed videtur continuisse illam de ecloga relationem, quia legitur ad 4. Martii. (Quod indicium est non eadem die, quo Jebant, res esse scriptas.) ¹ lacuna in cod.

¹ Haec epistula non est in cod. Concil. 139.

³ Cf. supra ad 26. Februarii (p. 826, l. 22 et adn. 3); infra ad 18. Martii (p. 829, l. 23 et adn. 7).

² Liber saepius commemoratus, v. supra p. 824, l. 18 ss. et adn. 5.

R^{ms} D. card. de Monte ivit ad monasterium S. Michaelis in Bosco pransum, et hora 20. Bononiam reversus.

Fit iusta apud S. Mammulum a 7 nobilibus equitibus.

Cinerem apud S. Petronium accepi, ubi sacra audiui.

7. Martii, Iovis.

R^{ms} D. card. de Monte ivit ad ecclesiam S. Petronii, ubi concionatus est R^{ds} D. - Thomas Stella, episcopus Lavellensis 1.

Recepi litteras a card. S. Crucis 2. huius datas² de receptione meorum 20. Februarii datarum super missione decretorum impressorum, et quod examinem fratrem Hieronymum de Senis ord. Conv. Min., qui detinetur in carceribus in monasterio S. Francisci Bononfiensis] super doctrina episcopi Clodiensis et suaa, cum uterque de haeresi 10 accusetur³, et de litteris archiepiscopi Upsalensis.

Scribitur congregatio prima ante translationem 8. Martii 1547 Tridenfti].

8. Martii, Veneris.

Fui supra montem virginis cum D. Paul[o] Mut[io] Melon[cello] visitatum aedes b. virginis et monasterium observantium.

R^{ms} D. card. de Monte ivit ad concionem in ecclesiam S. Petr[onii] et pransus est 15 ad S. Michaellem in Bosco.

3217

9. Martii, Sabbati.

Scripsi ad R^{mm} card. S. Crucis de receptione suarum 2. datarum, quodque loquutus fuim cum D. archiepiscopo Upsalensi et fratre Hieronymo de Senis, quem cras examinabo.

D. Matthias m[agiste]r cursorum Smi D. N. et Matthiolus nepos cum Placentino 20 cursore applicuerunt Bononiam venientes ex Urbe.

Fui ad monasterium S. Francisci et loquutus cum fratre Hieronymo Senensi, qui ibi detinetur in carceribus, de doctrina episcopi Clodiensis, monendo eum ut diceret veritatem i.

10. Martii, Dominica.

Examinavi fratrem Hieronymum de Senis ordinis Minor. Convent., qui 25 detinetur in carceribus in monasterio S. Francisci, de doctrina episcopi Clodiensis, secundum articulos litterarum D. Iulii Herculani⁵ et alios contentos in processu per me facto contra ipsum episcopum in dicta civitate Clodiensi et Venetiarum, et hoc feci vir tute litterarum R^{mi} card. S. Crucis datarum Romae 2. huius⁶.

Fui visitatum episcopum Lavellensem et comitem Petrum a Portu Vicentinum cum 30 Manel[lo] et Ordo[gna] et Per[usino], Canfnano].

11. Martii, Lunae.

Examinavi eundem fratrem Hieronymum super doctrina, quam ipse praedicavit Clodii in quadragesima praeterita anni 1548.

(Fit novum pactum cum Iofanne] de Toro scriptore)b7.

12. Martii, Martis.

Examinavi eundem fratrem Hieronymum super doctrina, quam praedicavit 35 Clodii, secundum articulos, qui habentur contra eum a testibus examinatis per me in dicta civitate Clodiensi.

Recepi litteras D. Claudii Aleandri Romae 2. huius datas de can[onica]tu Oritano 8.

a cod. suam. b postea add.

1 De hac contione v. infra p. 832, 1. 27 ss. et adn. 5.

2 Etiam hae litterae desiderantur in cod. *Concil.* 139.

3 Cf. supra ad 28. Dec. 1548 (p. 817, 1. 34/35)

et 18. Febr. 1549 (p* 825, ^ 5 ss* adn. 1).

4 Cf. supra ad 18. Febr. et ad 7. Martii 1549, infra ad diem sequentem.

5 De quo v. supra ad 22., 23., 28. Dec. 154⁸ (p. 817, 1. 1. 4. 34 et adn. 1).

6 Cf. supra ad 7. Martii* (1. 8 ss. huius pag.).

7 Prius factum erat 4. Iulii 1547, cf. supra p. 670, 1. 4 ss. et adn. 1.

8 supra ad 14. et 21. Febr. 1549.

13. Martii, Mercurii.

Fui supra montem virginis ad ecclesiam devot[ionis causa] cum Claudio] Geben. et scop. Scribuntur depositiones supradictae.

14. Martii, Iovis.

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 9. datas¹, quod loquar cum fratre Ioanne Petro Iustinopolitano 2 de fratre Iuliano ordinis s. Augustini, quomodo fuerit anno praeterito inquisitus³; item quod accusem receptionem litterarum episcopi Sarsinatensis/.

Fui ad ecclesiam b. virginis supra montem cum D. poeta Arnoldo Mantuano et D. Claudio Geben.

Scribuntur depositiones fratris Hieronymi de Senis.

15. Martii, Veneris.

Perficiuntur depositiones fratris Hieronymi, et fui ad ecclesiam b. virginis supra montem cum Claudio] Geben.; et cum D. Triflone Bentio] ad auditorem] Turronis pro D. Rom[ulo] Cer[vino].

16. Martii, Sabbati.

Scipsi ad Rmum D. card. S. Crucis, cui misi examen a me factum de fratre Hieronymo de Senis ord. Min. Conv. super doctrina episcopi Clodiensis et doctrina, quam ipsemet frater Hieronymus praedicavit Clodii in quadragesima praeterita; item quod scripserim ad fratrem Ioannem Petrum Iustinopolitanum de fratre Iuliano de Colle 8; et de litteris episcopi Sarsinatensis; obsignatum processum mea manu, ut fuit illud factum Clodii, et directum Rmo D. card. S. Crucis.

17. Martii, Dominica.

321V

Fui cum Rmo D. legato, cui dedi litteras Rm D. card. S. Crucis cum salvo conducto commendato a D. Pers[e]o 6 super duce" D. Ferrariensi], quem noverita.

Fui supra montem virginis cum D. Claudio] Geben.

18. Martii, Lunae.

Fui ad ecclesiam b. Mariae virginis cum D. Claudio] Geben. et Hier[onymo] cum scop.

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 13. huius datas, quibus significat se recepisse informationem D. Io[annis] Baptistae Scotti super Accolito⁷.

a lectio incerta.

¹ Sunt in cod. *Concil.* 139, f. 46 (sed falso dies ascriptus est *g. Febr.* pro *g. Martii*, cum Massarellus in tergo recte 9. et 14. Martii scribat).

² De quo cf. supra ad 12. Sept. (p. 795, l. 10 ss. et adn. 2), et ad 2. Nov. 1548 (p. 807, l. 33 et adn. 7).

³ «Havendo io avvertito il generale di s. Agostino [qui erat Hieronymus Seripandus] di quanto voi scrivete circa frate Giuliano da Colle, S. m'ha risposto che fara le debite ammonitioni, scrivendoli sopra cio opportunamente. Ancora che m'ha detto, come lei non ha saputo piu, che quel frate sia stato inquisito [quod scripserat Massarellus, v. supra p. 825, l. 18 s.], onde sara bene che voi v'informiate da fra Gio. Pier da Capodistria, dove et quando fo fatta tale inquisitione, et poi avisate il tutto, accioche se ne possa dar conto ad esso generale. Cf. infra ad 19. Martii (p. 830, l. 1 ss. et adn. 1).

⁴ «Potrete dire al vescovo di Sarsina, come io ncevei alii di passati una sua lettera et che li rispondero quando li mandaro la speditione, che S. Sria R53 desidera, il che spero che sark presto.» — Initium

epistulae hoc est: «Havendo voi pariato a Mr Gio. Battista Scotto [quod se fecisse nuntiarat Massarellus 2. Martii, cf. supra p. 827, l. 9/10], staro aspettando l'informazione sua sopra quel che voi sapete». Massarellus et ipse hoc die videtur scripsisse Cervino, cf. adn. sequentem.

⁵ Respondit Cervinus his litteris 19. et 20. Martii, v. intra p. 831, l. 22 ss. et adn. 8. De fratre Hieronymo scribit: «Scritta et serrata questa son comparse le due vostre di 14 et 16 insieme con il processo di quel fra Hier[onymo] da Siena, qual processo si vedera, et s'occorra piu una cosa che un'altra, vi si fara intendere.» De Iuliano de Colle v. infra ad 19. Martii.

⁶ Videtur intellegi Persius Volta, cf. p. 813, l. 17; p. 826, l. 16; p. 827, l. 31.

⁷ Cf. supra ad 6. Martii (p. 827, l. 33 s.). Litterae sunt in cod. *Concil.* 139, f. 49. «Con la vostra di 6 ricevevi l'informazione di Mr Gio. Battista Scotto mandatami. Essi letta in congregatione et e stato udito il tutto volentieri. Si verra a proposito di saper altre particolarita, vi si fara intendere, persuadendomi che esso Mr Gio. Battista dira sempre la verita fedelmente.»

19. Martii, Martis.

Scripti ad fratrem Ioannem Petrum Iustinopolitanum ord. Minor. Convent., quod scribat quid sciat de fratre Iuliano de Colle ordinis Heremitarum, quod fuerit inquisitus, ut mihi alias dixerat, cum hoc petat R^{mus} S. Crucis¹.

Fui cum D. comite Petro a Portu Vicentino et poeta Arnoldo spatium ad ecclesiam b. Iosephi et al[ib]ir].

5

Ostendi litteras scribendas ad Ill^{um} D. Camillum Ursinum.

Commodavi D. Triffoni] Bentio unum aureum.

20. Martii, Mercurii.

Scripti ad R^{um} D. card. S. Crucis de receptione suarum litterarum 13. datarum, et de discessu episcopi Minoriensis, qui heri mane recessit ex Bononia Senas versus ob capturam D. Thomae sui fratris et cuiusdam sui nepotis de Politis².

10

Fui ad ecclesiam b. virginis supra montem cum D. Claudio] Geben.

21. Martii, Iovis.

R^{mus}] card. de Monte scripsit ad Ill^{um} D. Camillum Ursinum in commendationem D. Petri comitis a Portu Vicentini³.

Scripti ad R^{um} D. episcopum Camerinensem de monachis S. Clarae Pyren[sis], quod male gubernentur a fratribus s. Francisci illius loci, rogans ut provideat.

15

Fui cum D. Petro comite a Portu ad ecclesiam S. Benedicti in Galer[ia].

22. Martii, Veneris.

Recessit ex Bononia IH^{ms} D. Petrus a Portu Parmam versus ad Ill^{um} D. Camillum.

Fui ad concionem D. episcopi Lavellensis et ad ecclesiam b. Mariae supra montem cum Claudio] Gebfen.] et ad aud[itorem] Torfronis⁴ pro Hebr[aeo] incarcer[ato]⁵ et cum cardinali de eo loquutus.

20

{Recepi litteras cardinalis S. Crucis 16. datas cum commissione pro fratre Sancto}a⁸.

23. Martii, Sabbati.

Exeditur fides brevis decimarum pro R^o D. Braccio Martello episcopo Fesulano, et quod fuerit in concilio a mense Maii 1545 usque ad praesentem diem tam Tridenti quam hic, et quod propterea debeat frui brevis privilegio et aliis privilegiis a iure communi concessis praelatis concilio generali interessentibus. Signantur litterae patentes a R^{mo} card. de Monte praesidente et a me Angelo Massarello, sacri concilii secretario⁷.

Scripti ad R^{um} D. card. S. Crucis, quod receperim suas 16. datas heri cum commissione quattuor R^{um} cardinalium generalium inquisitorum deputatorum a S^{mo} D. N. pro fratre Sancto ord. Praed., quam cras ad eum mittam, ut ipse D. cardinalis ad me scribit.

30

Misi scripturas D. Octaviani de Peregrinis⁸ ad D. Federicum Ferreum.

Loquutus de Hebraeo incarcerato] cum R^{mo} cardinali et audit[ore] Turr[onis].

24. Martii, Dominica.

Scripti ad fratrem Sanctum, priorem S. Mariae Angelorum de Ferraria ord. Praed., mittens commissionem R^{um} quattuor cardinalium generalium inquisitorum

35

a postea add.

1 Cf. supra p. 829, l. 3 ss. et adn. 2, et infra p. 831, l. 25 ss.; p. 833, l. 11 ss. 38 s.

2 «Havendo havuta nuova che Don Diego ha fatto metter prigione Mr Thomasso Politi suo fratello per conto di stato, et un suo nipote per causa d'un homicidio» (litterae in cod. *Carte Ceru.* 18).

3 Cf. infra ad 26. Apr. 1549-

4 Sine dubio Bernardus Bergontius, cf. ad 23.

(l. 33 huius pag.) et 24. (p. 831, l. 5 et aⁿ. 2) et 26. Martii (p. 831, l. 19).

5 Servadeus Sforus, cf. 28. Nov. et 12. Dec. 1548;

liberatum eum esse nuntiatur infra ad 28. Martii,

6 Desunt in cod. *Concil.* 139. Cf. l. 29 ss. 34 h. pag.

7 Cf. infra ad 30. Martii.

8 Ergo hic (de quo cf. supra p. 769, l. 8, adn. 2) non iam erat Bononiae, sed videtur fuisse Romae.

deputatorum a Smo D. N. super haeresibus, procedendi contra quendam pseudocommissarium apostolicum¹, hortando eum nomine ipsorum Rm^{mm} Dominorum, ut diligenter conetur ipsam commissionem exequi, prout in exemplo. Mittuntur litterae per D. Iulium Cannanum secretarium.

5 Fui ad S. Michaellem in Bosco cum Bern[ar]do aud[itore] Turr[onis]² et D. Bald[ui]no medico et D. Dominico de Monte.

Fui ad villam D. Hieronymi Ferri³ ad viam Agolae cum D. Virgilio Marsilio et Constantino Cinjo].

Applicuit Bononiam Ill^m D. Iulius Ursinus veniens ex Germania a curia
10 Caesarea, ad quem Caesarem missus fuit a pontifice diebus elapsis pro rebus concilii et Placentiae. Retulit Caesarem annuere votis pontificis de restitutione Placentiae, et ut praelati, qui sunt Tridenti, Romam eant pro reformatione facienda una cum praelatis qui sunt Bononiae⁴.

25. Martii, Lunae.

Reversi sumus Bononiam ex villa viae Agolae mane hora 14.

15 Fui cum D. Ludjovico Mingotio ad ecclesiam Barafcanam⁵ et D. Hieronymo Ferrfo] et Constantino Cinjo] et Trifone] ad ecclesiam Annuntiatae extra portam S. Mammuli.

26. Martii, Martis.

R^f D. card. de Monte fuit pransus apud villam D. Carliant[onii] Alefantii⁶ extra portam Seracozanam] cum D. comite Alex[andr]o de Pepulis.

[Fui] ad cardinalem de Hebrfaeo loquutus et D. Bernardinum audit[orem].

20 Recepi litteras a Mich[ae]le Angelo Massarello] et Paul[o] Sarracen[o] cug[na]to⁷ et Ioanne Bap[tis]ta Tegn[a]e⁸ 7. huius datas.

Recepi litteras a Rm^o D. card. S. Crucis 20. datas de processu D. Basilii mittendo a fratre Ioanne Antonio Delphino ministro S. Francisci Convent., et de fratre Iuliano de Colle ordinis s. Augustini⁹.

25 Scripsi ad fratrem Ioannem Petrum de Iustinopoli ordinis Minor. Convent. duplicatum mearum 19. huius datarum, quod scribat, quid sciat de fratre Iuliano de Colle, quod fuerit inquisitus alias de fide 9.

27. Martii, Mercurii.

Scripsi ad Rm^{um} D. card. S. Crucis de receptione suarum 20. datarum; quod frater Ioannes Antonius Delphinus sit in Romandiola, quod revertetur die

30 dominica 10;

quod denuo scripserim ad fratrem Ioannem Petrum Iustinopolitanum;

a cod. Bernd^o (non Bernnd^o). b sic; modo Ferrei, modo Ferri. c sic.
a sic (comptixtio vocum cugino et cognato¹⁰). e lectio incerta.

1 Videtur de eodem agi, qui commemoratur supra ad 22. Nov. 1548 (p. 812, l. 1/2 et adn. 1). Cf. infra p. 832, l. 3 s. et adn. 1, et ad 5. April.

2 Bernardinus Bergontius dicitur (supra p. 796, adn. 4; p. 822, l. 23/24 et adn. 4).

3 De Placentia promiserat imperator »che havendo la chiesa ragioni in Piacenza subito si restituerebbe*, »e cio condito con tante significazioni di prontezza e di affetto che Giulio Orsino, mandato a lui espressamente per tal negozio, torno a Roma rappresentandolo per accordato® (de Leva V, 28). Sed cum iterum idem venisset in aulam Caesaream (cf. infra ad 29. April.), »fu notificato ali' Orsino, che dall' esame de' titoli esposti e de' documenti mostrati in Roma al Mendoza risultava non aver la chiesa ragione autentica ne sopra Piacenza, ne sopra Parma» (ibid. p. 29 s.; infra ad 3. Iulii). Similiter de praelatis Tridento Romam mittendis ad reformationem conficiendam hanc constituebat Carolus V condicionem: »non dover la riformazione da costituirsi a Roma ripugnare alie ordinanze dell' Interim, ne i prelati di Trento che vi andassero esser considerati come rapprentanti de' loro compagni» (ibid.

p. 39). Cf. Pallavicin. 11, 3; 11, 2, 16 s. Infra ad 8. et 26. Junii.

4 Cf. supra p. 730, l. 2.

5 Est sine dubio eiusdem gentis atque illi Elefantini p. 785, l. 23. vel Elefantutii p. 788, l. 9 et 4. Oct. 1549.

6 Supra p. 583, l. 34 falso supplervi Petro pro Paulo.

7 Etiam hic iam occurrebat supra p. 771, l. 15 s. et denuo occurret infra ad 18. Maii 1549.

8 Litterae sunt in cod. Concil. 139, f. 50 s. (particulam exhibuimus supra p. 829, adn. 5). »Sarete insieme con frate Gio. Antonio Delphino, inquisitore di Romagna, et vi farete dar di lui la copia autentica dei processo che fece in Forli di quel Don Basilio canonico regolare, che predico in quella citta l'anno passato [p. 834, l. 2], et mandatelo qua con il primo spaccio, per cioche i Rm^o deputati m'hanno imposto ch'io usi questa diligentia. . . . Come sara venuta la risposta sopra i casi di quel frate [Giuliano, cf. supra p. 829, l. 4. 15 et adn. 3] da Colle, la mandarete, accioche si possi mostrar qui al generale di S. Agostino.» Cf. l. 25 ss. h. pag. et adn. seq.

9 Cf. supra p. 830, l. 1 ss. et adn. 1 locosque ibi citatos.
10 Infra ad 3. April. eum reversum esse legitur.

quod dederim unum volumen decretorum impressorum concilii Tridentini auctenticatum D. episcopo Armacano, qui nudius tertius applicuit Bononiam;

et quod miserim die dominico praeterito a commissionem ad fratrem Sanctum, priorem S. Mariae Angelorum Ferrariensis;

Fui ad Rm D. card. de Monte, de litteris ad card. Farnesium pro D. Ioanne Francisco de Tolent[in]o, sed nol[uit].

322V

28. Martii, Iovis.

Hebr[aeus] liber[atur] a carceribus 40 scutis solut[is]; qui cum muliere christiana rem habuit.

Cum Rmo cardinali de fideiussione pro D. Hier[onymo] Ferr[ar]2 [locutus]. Et concionem aud[ivi].

10

29. Martii, Veneris.

Fui supra montem virginis cum Canas, et scop.

Cum Rmo cardinali de fideiussione D. Hier[onymi] [egi], et conc[ionem] aud[ivi].

IUTM D. comes Petrus de Portu Vicentino reversus ex Parma; alloquutus [sum eum].

Datur volumen decretorum concilii impressorum D. Roberto Vauchop, archiepiscopo Armacano, subscriptorum manu mei Angeli Massarelli secretarii concilii et D. Claudii della Casa notarii cum legalitate Rm D. card. de Monte praesidentis.

15

30. Martii, Sabbati.

Concluditur fideiussio danda D. Hieronymo Ferro a D. Antonio Magnano 3 Bononiensi cum cardinali legato.

Fui supra montem virginis cum scop⁰ et Canas.

RTM18 card. de Monte ivit mane pransum ad monasterium S. Michaelis in Bosco, hora 21. revertitur Bononiam.

20

{Expediuntur litterae fidei brevis decimarum pro episcopo Fesulano.)M

31. Martii, Dominica.

Fui ad ecclesiam b. Mariae virginis supra montem cum Canas, et fabr. cum scop. Et cum D. Romf[ul]o Cerv[ino] ad card. de Monte post concionem, de fideiussione D. Hier[onymi] loq[ui].

25

Habui a D. Iacobo Heb[raeo] cat[enam] a[ut] ream cum D. Antonio Manello.

I. Aprilis 1549, Bononiae, Lunae.

Recepi litteras a RTM D. card. S. Crucis 27. Martii datas, quod denuo examinem fratrem Hieronymum de Senis ord. Minor. Convent. et Rm D. episcopum Lavellensem super effectibus peccati originalis, an mors, fames etc. sint poenae dicti peccati originalis, cum de iis ipse episcopus accusetur, cum dixerit non esse penam.

30

a sic. b postea insertum.

¹ Cf ad 24. Martii, supra p. 830, l. 34 s. Cervinus 3. April. (Concil. 139, f. 53; cf. infra ad 9. April.) respondit se recepisse illas litteras Massarelli, quem respondere m[er]et, »quel che harete fatto tanto con fra Gio. Antonio Delphino inquisitore di Romagna, quanto con il Capodistria per conto di quel fra Iuliano da Colle [p. 831, l. 22 ss. et adn. 8]. Piacendomi nel resto, che Monsr Armacano habbia havuti li decreti dei concilio stampati, et che a Ferrara si sia mandato per via ndata la commissione diretta al priore di S. Maria degli

112 i/.'l' due^a c'tta-«

Videtur eiusdem gentis ac Federicus et Ioannes supra p. 774, adn. 3 commemorati; quae coniectura maxime eo probatur, quod card. Cervinus pro eo intercessit, cf. infra ad 9. Apr.

L. infra p. 834, l. 37 s. et adn. 10; p. 835, l. 5 s.

* Cf. supra ad 23. Martii (pag. 830, l. 23 ss).

⁵ Litterae leguntur in cod. Concil. 139, f. 51 bis. »Ho visto l'esame di quel fra Hieronymo da Siena, et in effetto trovo ch'ei non confessa il vero. E bene, per usar con lui ogni urbanita, che voi li torniate a parire et l'eshortate a confessarlo, perche altrimenti sara condotto in Roma, dove per li molti inditii che habbiamo contra di lui sara convinto con maggior suo danno et vergogna. Et quel che dovete particolarmente domandarli, e, che cose sono quelle, ch'egli ha dette in certe prediche, quando il vescovo di Chioggia lo laudava et diceva: Voi havete fatto una bella predica questa mattina, avvisando poi dei ritratto [cf. infra p. 834, adn. 3]. — Ho inteso che Monsr dei Avello in S. Petronio predicando [cf. supra ad 7. Martii] ha detto che la morte, fame et simili

Interrogavi dictum episcopum Lavellensem de supradictis articulis; confessus est se praedicasse, quod mors, fames et aliae passiones in non renatis sunt poenae peccati originalis, in renatis autem non sunt poenae, sed exercitium virtutis. Allegavit s. Augustinum de civitate Dei 1. 13. cap. 4 et Thomam [Summae theol.] p. III quaest. 69. art. 1. cum multis
5 similibus, quia Christus liberavit nos ab omni peccato in baptismo, et fomes, mors, fames et similia relictæ sunt ad exercitium Christianorum, non autem ad poenam peccati originalis.

Scripsi ad fratrem Ioannem Antonium Delphinum ord. Minor. Convent., quod card. S. Crucis et alii cardinales deputati inquisitores cupiant habere processum, quem ipse fecit Forolivii contra D. Basilium canonicum regularem, qui anno praeterito
10 praedicavit in illa civitate¹.

Item scripsi ad fratrem Ioannem Petrum Iustinopolitanum eiusdem ordinis, quod scribat id, quod scit de fratre Iuliano de Colle ordinis s. Augustini de eo, quod fuerit alias inquisitus etc., quod bis ad eum scripseram².

Fui ad Rmum cardinalem pro litteris patentibus pro episcopo Fesulano³ etc., et ad
15 concionem.

Commodavi D. Romulo Cervino scuta centum auri in auro, quae numeravi D. Antonio Manello.

2. Aprilis, Martis.

Fui ad monasterium S. Francisci et loquutus fui cum fratre Hieronymo de Senis eumque monui, hortatus fui et minatus fui, ut diceret mihi veritatem super articulis, super
20 quibus alias eum examinavi. Rogavit, ut darem ei articulos, super quibus eum volebam interrogare, petiitque, ut concederem ei tempus usque ad diem crastinam, ut cogitaret. Quod ei concessi.

Fui cum D. episcopo Sulmonensi, priore et equite de Caccialupfis].

3. Aprilis, Mercurii.

Scripsi ad Rmum D. card. S. Crucis, quod heri loquutus fuero cum fratre
25 Hieronymo de Senis, ut eum examinarem, sed petiit tempus usque ad hodiernum diem ad respondendum, et quod hac nocte praeterita fregit carceres et aufugit;

item quod loquutus fuero cum episcopo Lavellensi, qui dixit se praedicasse, quod mors, fomes et fames in non renatis sunt poenae peccati originalis, in renatis autem quod non sint amplius poenae, sed exercitia virtutum, <mittens schedam manu ipsius episcopi,
30 ubi idem continebatur>";

item quod scripserim ad ministrum ordinis Conventualium Minorum de processu Don Basilii.

Scripsi deinde ad eundem Rmum D. card. S. Crucis, quod redierit minister⁴ et quod transcribi mandavit processum Don Basilii, qui deinde ad eum mittetur;

35 et quod fuerit incarceratus quidam frater Benedictus, qui habebat custodiam fratris Hieronymi de Senis, qui hac nocte aufugit, et quod scribet⁵ ad conventus suae provinciae, ut eum retineant, si ad eos ire contigerit;

item quod receperim litteras fratris Ioannis Petri Iustinopolitani super fratre Iuliano de Colle ordinis s. Augustini, quas litteras misi ad S. D^{em} Rmm⁶.

4. Aprilis, Iovis.

40 Rma card. de Monte ivit pra[nsu]m ad monasterium S. Michaelis in Bosco, et hora 21. reversus est Bononiam.

a add. in marg.

passioni non sono pena del peccato originale. Il che quando sia vero mi duole tanto piu, quanto S. Sria ha havuto fin qui buon nome, et in tal caso bisognerà che ne renda conto alii Rmi deputati qui. Fateli intendere il tutto da mia parte, exhortandola a predicare prudentemente et a non seguir l'opinioni nuove d'altri, ma solo la verita catholica, et datemi avviso della risposta.»

1 Cf. supra p. 831, 1. 22 ss. et adn. 8; infra ad 3. 4. 6. 9. Aprilis.

Concilium Tridentinum. I.

2 Cf. supra p. 830, 1. 1 ss.; p. 831, 1. 25 ss.; infra 1. 38 s. huius pag.; p. 834, 1. 2 ss.

3 Videntur fuisse pro eius discessu.

4 Frater Ioannes Antonius Delphinus, v. supra ad 27. Martii.

5 sc. minister provincialis, Delphinus.

6 Cf. de Iuliano supra 1. 11 ss. et adn. 2 huius pag. De responso Cervini v. infra ad 20. April. (p. 836, 1. 33 s. et adn. 6).

Fui ad ecclesiam S. Mariae supra montem cum D. Antonio Manello et Fab[a/j], scop.
Fui visitatum fratrem Ioannem Antonium Delphinum, ministrum Bononiensem ord.
Minor. Conventualium, qui ostendit processum, quem ipse fecit anno praeterito contra Don
Basilium Cremonensem canonicum regularem. Ostendi ei litteras card. S. Crucis de suo libro

Ostendi Rmo D. legato litteras card. S. Crucis 27. datas de episcopo Lavellensi de 5
imputatione sibi data 2.

5. Aprilis, Veneris.

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 30. Martii datas de fratre Hieronymo de Senis et de commissione missa ad fratrem Sanctum Ferrariam etc., quod significem quid actum fuerit 3.

Ostendi 4 breve indulgentiarum concessarum a Smo D. N. religioni Minorum Convent. 10
in dominica palmarum a primis vesperis usque ad occasum solis visitantibus ecclesiam
S. Francisci pro subsidio sui capituli generalis, quod fiet in festo penthecostes, omnium
peccatorum remissionis; fuit contentus ut publicaretur.

Item ostendi ei libellum, quem composuit fr. Ioannes Antonius Delphinus, minister
provincialis Bononiensis dicti ordinis, de cultu Dei et invocatione sanctorum 5, an esset 15
contentus ut imprimeretur. Annuit, dummodo ostendatur D. Nicolae, qui ad haec pro
positus est.

6. Aprilis, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis, mittens litteras fratris Sancti Mantuani e Ferr[ari]a,
quod receperit suam commissionem cum litteris card. Burgensis. Item misi processum
Don Basilii canonici regularis, formatum a fratre Ioanne Antonio Delphino ordinis Minorum 20
Conventualium 6.

323v Scripsit Rm⁹ D. card. de Monte ad Rmum S. Crucis de doctrina catholica, quam
praedicat nunc in ecclesia S. Petronii Bononiensis D. episcopus Lavellensis 2, frater Thomas
Stella ord. Praed.

Applicuit hora 23. Bononiam cursor, qui venit a curia Caesarea cum 25
litteris episcopi Fanensis; qui cursor proficiscitur Romam, cum conclusione (ut speratur)
concilii et restitutione Placentiae 7.

7. Aprilis, Dominica.

Fui ad concionem Lavellensis, et cum cardinali pransus.

Tota die pluit.

Cum D. Ant[oni]o Manfello et poeta Arnaldo ad ecclesiam b. virg[inis] Gal[erie]ae. 30
Ind[ui] p[rimu]m calc[eos] vel [lutos].

8. Aprilis, Lunae.

Fui ad concionem regentis S. Francisci cum D. equ[ite] Volt[a], et dedi revidendum
libellum de cultu Dei et veneratione sanctorum, quem composuit frater Ioannes
Antonius Delphinus, fratri Hieronymo Mussarello ord. Praed. inquisit[ori], ut praelo detur 8.

Fui ad ecclesiam S. Victoris supra montem, et ad villam Guastavill[anorum] 9
cum D. Antonio Manello, Franc[isco], Canas, et scop.

9. Aprilis, Martis.

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 3. huius datas de fideiusione
pro D. Hieronymo Ferrjeo et processu mittendo Don Basilii, et de fratre Hieronymo
de Senis 10 etc.

a *alius ductus manus.*

b *sic.*

1 De quo v. supra p. 814, l. 19/20; p. 824, l. 18 ss.;
cf. infra l. 14 ss. 32 ss. huius pag.; p. 836, l. 1 ss.;
de Basilio infra l. 19 s. 38 huius pag.; p. 836, adn. 6.

2 Cf. supra ad l. April. (p. 832, l. 28 ss. et adn. 5).

3 Litterae sunt *Concil.* 139, f. 52. «Quanto a fra
Hieronymo . . . staro aspettando il ritratto (cf. p. 832,
adn. 5) che harete potuto fare.»

4 sc. cardinali de Monte legato. De indulgentiis
v. infra ad 13. April. (p. 835, l. 22/23).

5 Cf. l. 4 et adn. 1 huius pag. locosque ibi citatos.

6 Cervini responsum v. infra p. 836, adn. 6.

7 Cf. supra p. 831, l. 9 ss. et adn. 3; infra ad
29. April. (p. 838, l. 17 s. et adn. 5).

8 Cf. l. 4. 14 ss. huius pag. cum adn. 1.

9 Guastavillanorum gens affinis erat Voltis, cf.
Fantuzzi, *Notizie degli scrittori Bol.* IV, 318.

10 Litterae sunt *Concil.* 139, f. 53 (cf. supra p. 932,
adn. 1). «Un de Magnani par che mostri mai animo
contra Mr Hieronymo Ferro et che n' habbia fatto
qualche segno per conto di quel che potrete intendere

Fui ad Melfam] cum Hieronymo, Fab[a.] et scop., et ad concionem D. Lavellensis de praedestinatione].

Rmus]) Ascanius tituli S. Potentianae" presbyter card. Ariminensis, patria Tolentinus, obiit Romae 3. huius mensis Aprilis 1, ut ex litteris hodiernis habetur.

10. Aprilis, Mercurii.

S Scripsi ad Rmum D. card. S. Crucis de receptione suarum 3. datarum, et quod res D. Hieronymi Ferrei sit expedita ad vota, id est, datae hinc inde fideiussiones², et de aliis quod iam scripserim diebus Mercurii et sabbati.

Paulus III pontifex maximus die 5. praesentis mensis Aprilis creavit quattuor cardinales³, videlicet

10 D. Philibertum b Ferrerium, episcopum Hipporigiensem Pedemontanum 4, Bernardinum Maffeu episcopum Massetanum Romanum, secretarium Rm D. Alexandri card. Farnesii⁵,

Hieronymum Verallum, archiepiscopum Rossanensem Romanum⁶, et

15 Ioannem Angelum de Medicis, archiepiscopum Ragusinum Mediolanensem, qui in praesentiarum est gubernator Perusinae civitatis⁷.

11. Aprilis, Iovis.

Tota die pluit.

Revidi acta concilii Tridentini cum D. Bart[holomae]o Brixinensi.

Ad concionem Lavellen[sis], et cum D. Iac[ob]o Hebrjaeo de anuljo egi].

12. Aprilis, Veneris.

Tota die pluit.

20 Fui cum Rmo D. cardinali, cum quo loquutus de aul[a] aptan[da] 8.

13. Aprilis, Sabbati.

Fui ad conc[ionem] Lavell[ensis].

Imponitur et publicatur indulgentia in ecclesia S. Francisci Minorum Conventualium plenaria⁹.

Scribitur Romam, sed non publice.

25 Pluit tota die.

14. Aprilis, Dominica palmarum.

Rmus & card. de Monte ivit ad accipiendas palmas in ecclesia S. Petronii una cum D.D. antianis.

Itur post prandium ad vespas et fit processio pro helemostynis] pupill[orum] Barac[anorum] 10 et S. Bart[holomaei].

a sic.

b cod. Phibertum.

c alius ductus manus.

da lui. Haro charo che ne parliate in mio nome con Monsr Rmo legato, pregando S. Sria Rma che le piaccia provvedere in quel modo che le parera meglio. Di qua mi vien detto che il piu sicuro saria, che l'una et l'altra parte desse una buona sicurtà de non offendendo [cf. supra ad 30. Martii]. — P. S. Aspetto d'intendere il seguito di fra Hieronymo da Siena [cf. p. 836, adn. 6].« — De Basilio v. p. 834, l. 1 ss.

1 Ascanius Parisanus, 12. Dec. 1539 cardinalis creatus, a Clemente VII Ariminensi ecclesiae cessione card. Antonii de Monte vacanti praefectus erat, unde Ariminensis vulgariter est nuncupatus. Cf. supra p. 810, l. 9.

2 Cf. supra ad 30. Martii (p. 832, l. 17/18); p. 834, l. 37 ss. et adn. 10; infra ad 22. April. (p. 837, l. 11/12 et adn. 2).

3 Quibus causis motus sit pontifex ad illos cardinales creandos v. in litteris Bellayi cardinalis 24. Maii 1549 Henrico II regi scriptis, apud Druffel, Briefe u. Akten I (Munchen 1873), n. 298 (cum Druffelii notis).

4 De quo v. supra p. 203, l. 21 et adn. 3; p. 271, l. 6 ss. et adn. 1 (ubi pro 1550 corrigendum est 1549); p. 287, l. 21 ss. Sed iam 13. Aug. 1549 est mortuus (Ciacon. III, 737 ait 14. Aug. 1549; Gams, Series p. 816, vult 24. Aug. 1550 Ferrerium obiisse; non dubium quin fallantur ambo, cum Massarelli relatio sit tam accurata).

5 Saepissime occurrit et occurrit in Massarelli diariis (cf. supra p. 657, adn. 6). Obiit 16. Iulii 1553 (Ciacon. III, 737).

6 Etiam hic, cum annis 1545—1547 nuntius ageret apud imperatorem, saepissime commemoratur a Massarello, cf. supra p. 698, adn. 4; Ciacon. III, 735.

7 Cf. de eo supra p. 670, l. 24 et adn. 3; p. 799, l. 7 et adn. 1. Postea (26. Dec. 1559) pontifex factus sub nomine Pii IV diem clausit supremum 9. Dec. 1565.

8 Pro tempore aestivo.

9 Vide supra p. 834, l. 10 ss. et adn. 4.

10 Cf. supra p. 730, l. 2; p. 831, l. 15.

Fui cum D. Antonio Manello ad S. Franciscum, accepimus indulgentiam. Reddidi
 324' fratri Ioanni Antonio Delphino suum libellum, quem composuit de cultu Dei et invoca-
 tione sanctorum, quem revidit frater Hieronymus Mus[s]arellus inquisitor ord. Praed. ex
 commissione Rmi legati, et librum approbav[i]t ut imprimatur¹.

Fui ad villam D. LudjoviciJ de Rubeis extra portam S. Steph[ani] cum D. Manello 5
 et Canas, et ser.

15. Aprilis, Lunae sancta.

Fui ad conc[ionem] Lavelljensis et ad ecclesiam Annunciatae et Grat[iarum] et
 Celest[inos] cum D. Arnolfo po[eta], et ad priorem S. Iacobi Heremit[arum], cui com-
 mendavi fratrem Constant[inum] Picen[tem], et eum restitui feci in officium.

Alljoquutus V.

10

16. Aprilis, Martis sancta.

Apud ecclesiam S. Mariae Gratiarum fratri Vinc[enti]o confessus sum; vir probus
 et pius est.

Concionem audiui apud S. Dominicum.

Camera et corp[us] expurg[atur].

17. Aprilis, Mercurii sancta.

Concionem Lavell[ensis] et mattutinum in ecclesia S. Proculi [audiui] una cum 15
 D. Romulo Cerv[in]o et equit[e] Voltja.

Recepi litteras a Don Benedicto de Mantua ordinis Mont[is] Cass[inensis] 2 e Patavio
 2. huius datas.

Fui visitatum D. abbatem S. Laurentii Septempedanfi, nepotem card. Ariminensis
 defuncti³, et dedi D. auditfori Turro[nis] cedul[am] pro annullan[da] accusat[i]one Hier- 20
 [onymi] Vent[urini] 4 et sociorum etc., et cum equite Volta ad inquisitorem S. Dominici
 pro D. Mario Dulpho 5, ut rem suam componeremus.

18. Aprilis, Iovis sancta.

Interfui sacris in ecclesia S. Proculi cum Rds DD. archiepiscopo Naxiensi et epi-
 scopo Noviomensi, Grossetano, Maioricensi et coadiutore Feltrensi, et Rom[ulo] Cer[vin]o
 mane et sero. J 25

Rnms[us] legatus ivit ad ecclesiam S. Petronii una cum magistratu civitatis, et pedes
 lavit 12 pauperibus.

19. Aprilis, Veneris sancta.

Interfui conc[ionem] Lavellensis, qui concionatus fuit mane hora 9. usque ad 14.
 Interfuit R[om]ulo D. legatus et praelati concilii. Deinde audiui sacra apud S. Proculum cum
 D. Romulo Cer[vin]o et equite Volta tam mane quam in sero. 30

20. Aprilis, Sabbati sancta.

Interfui sacris apud S. Proculum cum supradictis. Impos[ui] p[ri]mu[m] pannum
 bavel[linum] in camera m[ea].

<Recepi litteras a R[om]ulo D. card. S. Crucis 13. datas⁶, quod receperit meas 3.
 Cui respondi, vide in exemplo.)c

a codex potilis videtur habere canullam. vel camullam.

b alius ductus manus.

Opotea add.

1 Cf. supra p. 834, l. 4. 14 ss. 32 ss.

2 Cf. supra ad 22. et 30. Dec. 1548 et 18. Febr. 1549.

3 De abbate v. supra ad 14. Nov. 1548 (p. 810,
 1. 9 et adn. 3); de morte cardinalis ad 9. April. 1549.

4 Cf. supra p. 764, adn. 4; p. 822, l. 24.

5 Cf. supra p. 810, l. 19 ss.; infra p. 838, l. 16.

6 In litteris ipsis (Concil. 139, f. 54) a tergo dies
 praesentationis ascriptus est 19. Aprilis. »Ho ricevute
 tre vostre di 3 et insieme con l'ultima di 6 il processo

di quel Don Basilio [v. supra p. 834, l. 2 ss. 19]
 canonico regolare mandatom. . . Monsr de Lavello
 me ha scritto una lettera sopra l'imbasciata fattali da
 voi in mio nome [cf. supra ad 1. April. p. 832, l. 28 ss.],
 et perche quanto alia cosa in se e da pariare piu
 presto a bocca che con lettere, rispondendoli gli ri-
 cordo solo, che poiche Dio gli ha dato talento da
 spenderlo in beneficio et salute dell'anime et far frutto
 in la sua chiesa, voglia tanto piu adoperarlo per se,

21. Aprilis, Dominica paschatis resurrectionis Domini.

Sacram eucharistiam accepi cum D. Trifone Bencio in ecclesia S. Proculi, ubi alia sacra audivi. Cum D. Rom[ulo] pfransus].

Rms D. legatus ivit ad ecclesiam cathedralem S. Petri una cum magistratibus civitatis ad audiendam missam.

- 5 Plora autem 21. post vespertas episcopus Lavellensis concionatus fuit in ecclesia S. Petronii, ubi interfuit Rms D. legatus.

22. Aprilis, Lunae paschatis resurrectionis.

Sacra audivi apud S. Petronium, ubi episcopus Lavellensis concionatus est]; inter fuit magistratus Bononiensis et praelati, laborante podagra Rmo D. cardinali legato.

Cum legato cenfavi] et cum D. Lavellensi de monac[his] loquutus, ut commendaret] 10 in concionfe].

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 17. huius datas¹, quod receperit meas super negocio D. Hieronymi] Ferrfei]².

23. Aprilis, Martis paschatis resurrectionis.

Interfui concioni Rd D. Thomae Stellae episcopi Lavellensis, qui tota hac quadragesima concionatus est in ecclesia S. Petronii. Cepit licentiam repilogando 15 omnes conciones, quas fecerat per totam quadragesimam. Sacra ibi audivi. Apud R^{um} D. card. de Monte in die, qui examinavit) D. Calcin. pro negocio status civitatis³.

Recessit mane D. Petrus Camaianus Aretinus, qui interfuerat concilio tam Tridenti quam hic Bononiae nomine 11^o D. Cosimi ducis Florentiae, cuius est secretarius⁴.

24. Aprilis, Mercurii.

324v

20 Scripsi ad Rmum D. card. S. Crucis de receptione suarum 17. datarum, et quod potest credi, quod frater Hieronymus de Senis sit Venetiis, ut ex exploratore habui. Item quod episcopus Lavellensis petatur suffraganeus Bononiensis et quod nolit acceptare sine scitua dominorum ----b6.

Scripsit R^{um} D. card. de Monte ad card. S. Crucis de pecunia pro praelatis concilii.

Fui tota die cum Rmo cardinali et Lavellensi apud domum l[egati] et Cam- 25 pegfiorum].

25. Aprilis, in festo s. Marci, Iovis.

Expediuntur litterae hesternae et depositiones quorundam testium in causa status Bononiensis⁶.

In quo multum laboravi, pra[nsus]que cum D. Iacobo Hebjraeo] extra portam S. Mam[muli], de invocatione sanctorum loquutus apud Hebreos.

a cod. sciatur.

b lacuna in cod.

dando bono exemplo a gli altri in modo che si conosca che sit vere discipulus Domini co 'l vivere in pace, in charita et unione. — La fuga di fra Hieronymo da Siena m e dispiaciuta, et perche dubito che alcuno de gli altri frati dei convento non v'habbia tenuto mano [cf. p. 833, l. 35], e offitio dei ministro d'investigarne diligentemente per trovar la verita della cosa] et se intratanto voi saprete in che luogo detto ra Hieronymo sia andato, me ne darete avviso. — S. Potrete dire a fra Gio. Antonio Delphino, provmciale de la provincia di Bologna, come ho ricevuta la lettera sua di 6 [quas ille videtur scripsisse visis lttens ipsius cardinalis, cf. p. 834, l. 4] et che per essa m e piaciuto intendere le buone opere che fa, exhortandolo a continuare et ad usare ogni diligentia, perche fra Hieronymo da Siena soprascritto si ritrovi.»

V 98' huius pag.; P' 84^o adn- ?
2 erae desiderantur in cod. *Concil.* 139.
Cf. supra p. 832, l. 17 locosque ibi adn. 3 citatos.

3 Cf. infra l. 26 s. Quomodo supplendum sit nomen *Calcin.* quisve eo significetur, nescio,

4 De quo v. supra p. 715, adn. 2. Massarellus 24. Aprilis (cf. diem sequentem) scribit Cervino: »Hier- mattina parti di qui Mr Pietro Camaiano, chiamato dal suo duca, con animo (com' egli mostrava di credere) di haver a ritornare«; sed contrarium cogitari, cum etiam *Nicolo da Colle* oratoris munera obire possit, Nihilominus videtur reversus esse Camaianus, cum eius discessus definitivus infra ad 4. Iunii referatur,

5 In litteris dicit maxime Campeggios id agere, »che Monsr di Lavello entri suffraganeo qui di Bologna«, hunc autem nolle sine licentia pontificis et Farnesii. A quibus postea translatus est ad episcopatum Iustino- politanum, cf. infra ad 30. Aug. 1549. — Quid responderit Cervinus, v. infra ad 8. Maii.

6 Cf* ad 23^o April- Nescio an hae inquisitiones cohaereant cum rebus supra p. 740, l. 29 et p. 783, l. 23 ss. narratis.

26. Aprilis, Veneris.

Expediuntur litterae patentes pro duabus cassis rerum D. episcopi Senogalliensis, ut retulit D. Urbanus eius nepos, quae transportantur ex Bononia Pisaurum.

Scrpsit card. legatus ad Illm D. Camillum Ursinum in commendationem D. Petri comitis a Portu 1.

Item ad legatum Romandiolae card. Capitefer[r]eum vel S. Georgii in commendationem praepos[iti] Ariminensis. 5

Fui tota die cum D^e S. Rm^a pransus et cenatus, laborante chiragra.

27. Aprilis, Sabbati.

Recipiuntur litterae ab Illmo D. Camillo Ursino ex Parma cum litteris card. Ferrariae ex Galliis² ad Rm^m card. Farnesium, quae mittuntur Romam per staffettam.

Tota die pluit.

Fui cum Rm^o cardinali laborante podagra; cum eo cen[avi] sol[us]. io

Seminantur fasfolij et cucurb[itae]a.

28. Aprilis, Dominica.

Ostenditur in ecclesia S. Dominici Bonon[iensis] una ex spinis coronae D. N. Iesu Christi.

Tota die pluit.

Fui cum Rm^o cardinali laborante chiragra cenatum], et [cum] po[eta]³ et Trifone et 15 ad inquisit[orem] pro re D. Mar[ii] Dol[phi] i.

29. Aprilis, Lunae.

W 11^{ra} D. Iulius Ursinus applicuit Bononiam hora 17. et recessit hora 18., iturus ad imperatorem, missus a Sm^o D. N. pro restitutione Placentiae et concilii⁶.

Fui ad ecclesiam b. Mariae de monte et obser[vantium] cum D. Franc[isco] Mont[e] et Canas, et scop. et cum car[dinali] etc. b 20

30. Aprilis, Martis.

Recepi litteras Rm^o D. card. S. Crucis 24. huius datas⁶ super episcopo Lavellensi et episcopo Bellicastrensi de compr[omisso] fac[iendo] 7.

Item litteras a D. Ioanne Amb[rosio] Vignali cum mun. calcar.

Ostendi litteras card. S. Crucis D. Bellicastrensi, qui negavit se compromissurum.

Recepi litteras episcopi Mylensis ex Venetiis 23. huius datas⁸, quod ap- 25 plicuerit illam civitatem ex Graecia illa die⁹.

Cum Rm^o D. card. de Monte pr[ansus] et ce[natus].

Recipiuntur litterae nuncii Helvetiorum 10.

I. Maii, Mercurii 1549, Bononiae.

Scrpsi ad Rm^m D. card. S. Crucis de receptione suarum 24. datarum;

et quod loquutus fuerim cum D. episcopo Bellicastrensi de concordia cum Canobio, 30 qui episcopus recuset compromittere 11;

a in margine est flos pictus.

b cod. potius et (vel a?).

1 Cf. supra ad 21. Martii 1549.

2 De card. Ferrariensi cf. supra p. 762, l. 12 et adn. 4. Qui mox Romam mittebatur a rege, cf. de Leva V. 46 ss.

3 Arnoldus dicitur, cf. supra ad 14. Martii.

4 Cf. supra ad 17. April., infra ad 11. et 12. Iunii.

5 Reversus ab imperatore transierat Bononiam 24. Martii, cf. supra p. 831, l. 9 et adn. 3; de altero reditu v. infra ad 3. Iulii.

6 Hae litterae desiderantur in cod. *Concil.* 139.

7 Cf. infra ad I. 4. 18. 25. Maii.

8 Sunt in cod. *Concil.* 139, f. 110.

9 Cf. infra p. 839, l. 22 ss.

10 Apud *Wirz*, Akten etc. p. 450, sunt litterae a Franco ad Farnesium 5. Ian. 1549 datae, deinde sequuntur ex anno 1549 quattuor epistulae Rosini, a secretis Franci, ad hunc datae, nec quidquam aliud ibi invenitur.

11 Cf. ad diem hesternum (l. 24 et adn. 7 huius pag.)- Huius Bartholomaei Canobii extant litterae 10. Iunii 1551 Bononiae ad Massarellum datae in cod. *Concil.* 139» f. 149.

item quod episcopus Lavellensis sit Imolae;
quod reversus sit minister s. Francisci Convent. *, quod referat quaedam indigesta
de Romandiola;

quod episcopus Mylensis sit Venetiis etc.

5 Fui cum D. abbate Agnar. apud ecclesiam SS. Philippi et Iacobi, et [cum] poe[ta]
Arnoldo in sua camera.

Misi ad D. Federicum Ferreum damascum] D. Octavii] Peregrini2.

2. Maii, Iovis.

325r

Tota die pluit et tota hac die fui cum Rmo card. legato et cum D. Dominico
de Monte.

10 Examinavi fratrem Marcum Antonium de Briscichella ordinis Minor.
Convent. contra fratrem Petrum de Lucignano, qui praedicavit Lugi anno praeterito 15483,
et habui informationes contra eundem a fratre Ioanne Petro Iustinopolitano 4 eiusdem ordinis.

3. Maii, Veneris.

Scripti ad D. Benedictum de Mantua congregationis Montis CassinensisB,
qui detinetur Patavii.

15 Item card. de Monte scripsit ad abbatem congregationis Cassinensis in favorem
eiusdem Don Benedicti, et dantur litterae Don Venturino de Placentia in S. Proculo.

Fui tota die cum Rmo cardinali laborante podagra.

4. Maii, Sabbati.

Scripti ad Rnam D. card. S. Crucis, quod D. Barth[olomaeus] Canobius loquutus
fuerit mecum de compromissio] facien[do] in causa, quam habet cum episcopo Belli-
20 castrensi6, et quod remittat omnia in Suam D. Rnam, prout heri mihi retulit ipse Bar-
th[olomaeus].

U Roms D. Gregorius Castagnola episcopus Mylensis Graecus applicuit
Bononiam revertens ex Graecia7, quo iverat anno praeterito, et iterum incorporatus est
sacro huic concilio.

25 Accipiuntur mutuo a D. Cornelio Malvasia scuta 220 auri in auro pro subventionem
praelatorum concilii praesentis Maii, quia dantur D. Antonio Manello.

Cum Rmo cardinali tota die fui.

5. Maii, Dominica.

Fui tota die cum Rmo cardinali pr[ansus] et cefnatus] et primfiera] ludfens] et de
episcopo Mylensi loquutus, cum quo fui. Tur. d.

6. Maii, Lunae.

30 Fui cum Rmo D. legato tota die, prim[iera] lus[imus].

7. Maii, Martis.

Commodavi D. Dominico Galletto auditori Rmi legati8 scuta tria in auro, dedit ei
famulus meus Hieronymus9.

a sic. b corr. ex Aprilis.

1 Cf. supra ad 3. April., p. 833, 133. Vix iterum
Delphinus post illud tempus in Romandiolam profectus
et iam 1. Maii reversus esse poterat, cum 14. April.
ultimum commemoretur. Quare de ministro conventus
Bononiensis, non de ministro provinciali cogitandum
videtur (cf. infra ad 7. Maii).

Cf. supra ad 23. Martii et infra ad 16. Maii.

3 Cf. infra p. 840, 128 ss. et adn. 6.

4 Frater Io. Petrus Celsus, cf. p. 795, 110 et
adn. 2 et 7; p. 807, l. 33 et adn. 7; p. 829, l. 4. 15.

5 Cf. supra ad 30. Dec. 1548 et ad 17. April. 1549.

6 Cf. supra ad 1. Maii (p. 838, 130).

7 Cf. supra p. 838, 125 s. Manellus (f. XLV)
eum profectum esse dicit 8. Martii 1548.

8 Cf. infra ad 28. Iunii (p. 849, 137 et adn. 9.

9 Hieronymus Venturinus? cf. supra p. 764, adn. 4.

Fui ad ministrum Bononiensem ordinis Minorum Conventualium, qui do[no] defditi crame[sinum]*.

Recipiuntur litterae card. Farnesii 3. huius [datae] de militibus, qui conscribuntur in comitatu Tirolensi et Mant[uae] 2.

Scripsit ad card. Mantuanum cardinalis de Monte de eadem re, et misit exploratorem Tridentum.

8. Maii% Mercurii.

Recepi litteras cardinalis S. Crucis 4. huius datas de fratre Hieronymo de Senis et de litteris D. Ioannis Baptistae Scotti 3.

Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum et commendavi fratrem Ioannem Antonium Delphinum pro futuro generali 4.

W Rmus jj episcopus Mylensis visitavit Rmum legatum, qui excepit eum libenter et iterum incorporavit se concilio.

Scripsit ad card. S. Crucis Rmus legatus de receptione suarum 4. datarum, et quod conscriptio militum intelligatur van[a] 5.

°g. Maii% Iovis.

RmSj) card. de Monte scripsit ad card. Farnesium per staffettam, mit tens litteras card. Mantuani super conscriptione militum Germanorum, quod vana sit. Idem de iis, qui ferebantur Mantuae [esse conscripti].

Cum Rm card. cardinali pr[ansus] et cen[atus], et de orationibus per eum factis in minoribus loquutus.

Recessit Canass. 6 cum rebus card. S. Crucis, videlicet sex cassis, quas portare iussit Romam cardinalis.

10. Maii, Veneris.

Hora 18. applicuit Bononiam Rm's D. card. de Lenoncourt, alias Scialon, Gallus, qui venit ex Urbe 7, iturus in Galliam. Cenatus est cum Rm card. de Monte legato et pernoctavit apud episcopum Noviomensem, opera mea in palatium adduct[us].

Tota die pluit.

Cum Romfulo] pr[ansus], cum cardinali cen[atus]. Fui ad card. Scialon bis pro card. de Monte.

11. Maii, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis de fratre Petro de Lucignano et misi informationes, quas mihi dedit frater Ioannes Petrus Iustinopolitanus eiusdem ordinis Minor. Convent. super eius praedicatione in castro Lugi et haeresibus disseminatis 8; et de cardinali Lenoncourt, qui heri applicuit Bononiam.

Rm's D. card. de Monte scripsit ad card. S. Crucis de pecunia pro praelatis concilii.

Recessit hora 13. card. de Lenoncourt Galliam versus.

Cum cardinali cen[atus], [cum] Romfulo] pr[ansus].

Recesserunt Hieronymus Sansedonius 9 et Franciscus, familiares card. S. Crucis, Romam versus.

a corr. ex Aprilis.

b sic.

c alius dictus manus.

d vel Sanseverinas? (cf. adn. 5).

* Manus manum lavat? cf. 1⁹ s.

2 Sed cf. ad dies sequentes, 1¹⁴ et 16.

3 Litterae sunt *Concil.* 139, f. 35. »Ho la vostra di 24, et quanto a fra Hieronymo da Siena, farò diligentia, che si scriva a Monsr nuntio di Venetia, perche veda d'intendere s'egli si trova in quel monasterio [cf. supra ad 24. April. quae scripserit hac de re Massarellus]. — Potrete accusare il ricevuto d'una lettera che m'ha scritta Mr Gio. Battista Scotti di 24 dei passato, et dirli come a quel prete, quale m'ha raccomandato per essa lettera, farò dove possa ogni piacere et aiuto, il che ho detto medesimamente qui a Giordano libraro.« — Litterarum Cervini ad card. de Monte datarum particulam exhibet *de Leva* V, 39, adn. 2.

4 Re vera factus est vicarius generalis sui ordinis, cf. *Hurter*, *Nomencl. theol.* IV, 1284.

6 De illa conscriptione falso nuntiata v. ad 7. (13^{ss}-huius pag.) et 9 Maii (1¹⁵ ss.).

6 Cf. supra p. 814, 1²⁷ et adn. 5.

7 Proficiscens Romam transierat Bononiam 17. Iunii 1547, cf. supra p. 665, 1¹⁸ ss. et adn. I; p. 711, adn. 4.

8 Cf. supra ad 2. Maii 1549 (p. 839, 1¹⁰ ss.) et infra quae adnotantur ad 23. Maii (p. 842, adn. n.)-

9 Sansedonii cognati erant Mignanellis (supra p. 186, adn. 9), Fabius Mignanellus carissimus Farnesiis; unde facillime ei cognatus familiaris poterat esse Cervini.

12. M aii, Dominica.

Cum cardinali tota die fui: prfansus], primfiera] lus[um], et de infirmitfate] pont[ificis] loquut[us]. Tota die pluit.

13. M aii, Lunae.

Quidam natione Florentinus, qui longo tempore fuit apud Tureas, ivit supra funem ductum ab angulo schalae S. Petronii ad palatium praetoris, supra quam multos ludos 5 fecit, inter quos appensus fune, solis dentibus se sustentans, arcu sagittam traxit; res pulchra et mirabilis visu.

Cum R¹⁰ D. episcopo Noviomensi et D. Baldjuino] medfico] pransus et [cum] cardinali lusi primfiera] [et] cenfavi].

14. M aii, Martis.

R¹¹ D. card. de Monte scripsit ad R¹¹ card. Maffeu[m] in commendationem 10 D. episcopi Mylensis Graeci; cui episcopo ex mandato R¹¹ legati dati sunt 25 scuta auri in auro. Dedit Manellfus]

Cum R¹¹ D. cardinali tota die, primfiera] lus[um], cenfatum], cum Romfulo] et Scatab¹¹. pr[ansus].

15. M aii, Mercurii.

Mane recessit ex Bononia episcopus Mylensis Graecus, D. Gregorius 15 Castagnola, ituras Romam.

Ijmus carc] de Monte signavit litteras patentes pro fratre Ioanne Antonio Delphino de Casale Maiori, ord. Minor. Convent., sacrae theologiae magistro et ad praesens Bononiensis provinciae ministro b, quod praesens fuerit in concilio Tridenti et Bononiae, et habuerit disputationes et conciones publicas ad patres ipsius concilii etc. 20 Datum Bononiae etc. in palatio etc2.

Scripsi ad R¹¹ D. card. S. Crucis, mittens ei litteras comitis a Panico super futuro pontifice, et de recessu episcopi Mylensis, et quod dati ei sint 25 scuti3, et quod advertatur ne sit error a Milopotamensi ad Mylensem4 etc.

Recepi litteras a Mich[aelangelo] Massfarello] 5. huius S. S[everi]ni datas, et alias 25 accepi nudius tertius 8. datas.

16. M aii, Iovis.

Recepi litteras a R¹¹ D. card. S. Crucis 11. huius datas de receptione mearum 1. et 14. huius dataram, de lite Bellicastrensis et Canobfii] et haeresibus Bononfiensibus missis ab inquisitore 5.

Item a D. Federico Ferro de receptione damascfi] Peregrfini] 6 et D. Virgilioj. 30 Fui ad Melam et cum cardinali prfansus] et Orat[i]o Ferr[o].

17. M aii, Veneris.

326*

Accepi a fratre Iulio de S. Sev[erino] salo et far. sger.f.'3 donfum].

Fui cum R¹¹ cardinali cen[atus] et de pecunia pro praelatis loquutus. Cum oratore ducis Ferrariensis [fui].

a vel Sentab. ?

Il cod. mister.

c alius ductus manus.

^t In litteris 15. Maii ad Cervinum datis (cf. infra 1 21 ss. huius pag. *Carte Cerv.* 18) dicit de 30 vel 40 scutis; Manellus (f. LXIX) adnotat ad 14. Maii expensa esse 25 scuta episcopo Milensi, »quali se li danno per le sue necessita in questo suo ritorno di Grecia et per 1 andata sua a Roma, che parti alii 15 dei detto.« Sed paulo post (f. 70) ad 24. Maii refert data esse »al vescovo Chironense, alias Monsr Grechetto, scudi vinti d oro, quali dinari sono delli 40, che N. Sre ha ordinato se li diano, secondo che scrive Mons' R¹¹ et rn card. di Farnese; et detti denari si remessero a Roma per lettera di cambio dei banco della Malvasia alii Kucelai et compagm di Roma a di 25 di detto». Kehqua 20 scuta mittebantur 6. Iulii: infra a. h. d. (Manell. f. LXXI). Cf. infra 1 22 et adn. 4 huius pag.

Concilium Tridentinum. I.

2 Mittebantur ei 23. Maii, cf. p. 843, 1 1 ss. et adn. 3. 3 Cf. adnot. 1 huius pag.

4 Quod re vera acciderat (cf. adn. 1). Nam respondens Cervinus huic epistulae scribit (*Concil.* 139 f. 58, cf. infra ad 31. Maii): »S'e preso errore da Monsr di Milo a Milopotamense, perche la lettera che se mandata dei R¹¹ et Illm^o card. Farnese e per conto di Monsr Grechetto et non per conto di Milo, et pur in questa materia de denari bisogna andarci advertitamente et non essere punto prodigo, per la molta difficulti che s'ha da cavarli dalle mani di questi ministri ■

5 Hae litterae non inveniuntur in cod. *Concil.* 139 Eodem die Cervinus scripsit Romulo fratri, cf. infra p. 844, adn. 2.

e Cf. ad i. Maii (supra p. 839, 1 7 et adn. 2).

"18. Maii, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis de nova instantia quam fecit Canobius remittendi litem, quam habet cum episcopo Bellicastrensi¹, in S. D^{nm} R^{TMTM}, et quod inquisitor S. Dominici non sit adhuc reversus.

Loquutus sum cum Don Ioanne Baptista Tegna de S. Sfeverino] 2 de fratre Peregrin]o Fantagutio 3, in cuius favorem recepi litteras a D. Iulio Gentili 4 Arimini datas. 5

Cum Rom[ulo] pr[ansus] et [cum] cardinali cen[atus]. De pistorib[us] et abundan[tia] loquuti.

19. Maii, Dominica.

Cum Rm^o D. card. de Monte pr[ansus] et] cen[atus], cum D. Ioanne Baptista Sustegna⁵ de rebus S. Sevferini] loquutus, quem duxit ad monasterium S. Michaelis in Bosco Hieronymus ser[vit]or; et cum praep[osit]o 6 ad domum D. Octavii] 7. 10

20. Maii, Lunae.

Rm^s D. legatus ivit ad monasterium S. Michaelis in Bosco, ubi tota die permansit; cum quo pr[ansus] et] cenfatus sum].

Cum D. Flor[iano] Malvetfio] et Alph[ons]o Fantuz[i]o] et Pompfeio] Spirfito] et Alv[isio] Gall. h pr[im]iera] lusum], et commed[iam] eg[er]u]nt.

21. Maii, Martis.

Scripsi ad fratrem Peregrinum Fantagutium 8 de Faventia, quod nihil 15 habeam contra eum, nisi id, quod mihi scripsit card. S. Crucis. Vide in minutfa]. Propter quam causam fui ad Illm^m D. comitissam de Balneo, quae eum mihi commendaverat⁹, una cum Don Baptista Sustegna de S. S[everin]o⁶, qui recessit ex Bononia, fuitque mecum D. electus Ariminensis.

Commodavi dictae Hlm^{ae} comitissae scuta quattuor, quae dedi Don Ioanni Baptistae 20 supradicto, qui eius nomine ea a me petiit; dedi ea coram Hieronymo meo famulo, habita a D. Antonio Manello.

Scripsi ad Michel[angelum] Massfarellum] per Caesarem Buttafocum, mittens ei quattuor scuta et dimidium, quod dicto Caesari commodavi.

Recepi litteras a card. S. Crucis 15. huius datas, quod episcopus Bononiensis 25 loquutus cum eo fuerit de haeresibus 10.

22. Maii, Mercurii.

Scripsi ad Michfaelangelum] Massfarellum] per fratrem Iulium de S. S[everi]no.

Item ad fratrem Ioannem Antonium Delphinum, ei commendans ipsum fratrem Iulium pro m[agist]ratu studii Bononiensis.

Fui cenat[um] cum D. equite Volta ad Melam cum poetja] Arn[oldo] et quibusdam 30 nobilibus Bon[oniensibus].

23. Maii, Tavis.

Recepi litteras a card. S. Crucis 17. datas, qui scribit, ut conficiam libellum de rebus per ipsos Rm^s legatos gestis in defensionem civitatis Parmensis per obitum 11^{to} 1 ducis Placentiae u.

^a alius ductus manus. ^b potest suppleri Gallo vel Gallesio vel Galluccio vel Gallusso (quae omnia sunt cognomi? a Bononiensium).

1 Cf. supra ad 4. Maii (p. 839, 1 18 ss. et adn. 6).

2 Cf. supra p. 771, 1 15. 19 s.; p. 772, 1 4 s.; p. 831, 1 21; infra 1 18.

3 Cf. de eo supra p. 788, 1 17 ss. et adn. 3; infra ad 21. Maii (1 15 ss. huius pag.) et 5. Aug.

4 Cf. supra p. 573, 1 16; p. 574, 1 4; infra ad 1. Iunii (p. 844, 1 19).

5 Clarum est hoc esse aliam formam nominis Tegna (l. 4 huius pag.).

6 Cum praeposito de Monte, Aretino (p. 802, 1 7 et adn. 3); vix cogitandum est de Ariminensi (p. 838, 1 6).

7 Credo intellegi Octavium Peregrinum, cf. p. 769» 1 8 et adn. 2.

8 Cf. ad 18. Maii (1 4/5 huius pag.).

9 Cf. supra p. 783, 1 26; p. 788, 1 17.

10 Litterae, quibus indicat Cervinus se recepisse Massarelli 8. Maii datas, sunt *Concil.* 139, f. 56. » Monsr il vescovo di Bologna havendomi pariato per conto delle heresie fattegli intendere dal patre inquisitor di quella citta« . . .

11 Litterae sunt *Concil.* 139, f. 56- » S' e fatto intendere alii Rmi inquisitori quanto scrivete sopra 1 he-

Scripsi ad fratrem Ioannem Antonium Delphinum ministrum provinc[iae] Bononiensis, mittens ei litteras patentes, quod fuerit in concilio Tridenti et Bononiae in disputationibus theologorum, de quibus supra.

Rms D. cardinalis legatus ivit ad monasterium Cruciferorum] pransum], prim[iera] lus[um].

24. M aii, Veneris.

Rd D. episcopus Minoriensis reversus est Bononiam nudius tertius ex Urbe.

Loquutus sum cum Rmo legato de gentibus conscribendis in defensionem Parmae; et cum mercat[ore] de mutuandis] pec[uniis].

W Incepi prohemium super registro actionum legatorum post obitum ducis Placentiae in defensione Parmae.

25. M aii, Sabbati.

326v

Scripsi ad Rm D. card. S. Crucis, quod fiet registrum rerum gestarum per ipsos Rms legatos in casu Placentiae, et quod omnia describentur suo ordine; et de concordia episcopi Bellicastrensis cum Canobio 1.

Scripsit etiam card. de Monte ad eundem super eadem re, remittens se ad ea, quae ego scripseram.

Fui cum Rmo legato pr[ansus] et ce[natus], et litteras scripsi.

Applicuit Bononiam D. Vincentius Boncanbuis, qui revertitur ex Germania ab imperatore, ubi fuerat nomine ducis Octavii 2.

26. M aii, Dominica.

Rmu» p legatus scripsit ad Illm ducem Florentiae in commendationem D. Balduini sui medici ob retentionem D. Antonii sui patris Florentiae.

Datur licentia recedendi ex Bononia et eundi ad capitulum generale fratri Lucio Placentino ordinis Minor. Convent. 3 et revertendi Bononiam per totum mensem Iunii futuri, cum fidei iussione Magd equitis Bolognetti 200 aureorum. Quod fit mandante Rmo D. legato.

Cum Rmo D. legato pr[ansus] et ce[natus], de rebus Placentiae et conc[iliis] loquuti. Cenfavit] D. Marcus Pis[anellus] a [cum] car[dinali].

27. M aii, Lunae.

Incepi prohemium pro registro faciendo eorum, quae acta sunt a Rms legatis in casu Placentiae.

Fui pr[ansum] et cenfatum] cum Rmo legato et de privilegiis Caroc[cii.] 3 4 loquutus.

28. M aii, Martis.

Applicuerunt Bononiam archiepiscopus Sipontinus 5 et DD. Balduinus 6 et eques de Monte 7 ac D. Lud[ovicus] Mingot[ius] 8, qui veniunt ex Urbe vocati a Rmo legato.

Incepi registrum actorum in casu Placentino.

Cum Rmo legato cenatum.

a vel Pisanus ? (Pisanelli erant gens Bononiensis).

resie predicate l'anno passato in Lugo da quel fra Pier da Lucignano. A che si fara opportuna provisione. — Hora, che havete poco che lavorare, saria bene che faceste un libro in (quarto o in *dei. Cerv.*) tutto foglio, (come fusse meglio, *dei. Cerv.*) dove notaste li denari che noi accattammo da gli Amorini, dal Malvagia et da altri, quando occorre il caso di Piacenza, le spese che si ferno etc., ad defendenda ea quae fecissent legati.

1 Cf. supra ad 1. Maii locosque ibi citatos.

2 Cf. supra p. 702, 142 et adn. 5; *de Leva* IV, 366.

3 Lucius de Anguiscioliis, cf. supra p. 758, 127 ss.; p. 785, 117 s. locosque ibi citatos. Etiam Delphinus (11 ss.) capituli causa videtur abfuisse (Assisii, p. 8459).

4 Cf. supra p. 246, 124 et adn. 4; infra ad 3. (p. 845, 11) et 14. Iunii (p. 847, 11).

5 Ioannes Andreas Mercurius, cf. supra ad 6. Nov. 1548 (p. 808, 122 et adn. 3) et infra ad 7. Iunii (p. 845, l. 29).

6 Balduinus seu Ubaldinus (p. 219, 16; p. 711, 134 et adn. 8) de Monte, cf. p. 795, 11 s.; p. 796, 114. 24; infra ad 19. Iunii.

7 Petrus eques de Monte (cf. infra ad 14. Aug. 1549), qui iam in diario I non semel occurrit, consanguineus legati, a cardinali ad pontificatum evecto archi S. Angeli est praefectus mense Februario 155: Massarelli diar. VI, f. 341r.

8 Cf. supra p. 639, 118 et adn. 4; p. 822, 11.

29- Maii, Mercurii.

Scripti ad R^{ura}D. card. S. Crucis, quod inceptum registrum ab eo ordinatum. In registro scripsi.

Fiunt processiones b. Virginis S. Lucae, ut hic mos est¹, per civitatem.

Loquutus fui cum R^m legato de privilegiis beccafic² et cenfavi³.

30. Maii, Iovis, in die ascensionis Domini.

In die ascensionis Domini audivi sacra apud Celestinos et cum D. Rofmulo⁵ pr[ansus] et [cum] Manello ad ecclesiam S. Antonii, ubi solitum est dari vinum cuicque accedenti benedictum.

Scripti in registro Parmensi.

31. Maii, Veneris.

Recepi litteras a card. S. Crucis de magistro Ioanne de Castro Bononiensi, quod ei scribam litteras nomine suo de cath[oli]ce vivendo; et de pecunia episcopi Chironensis et fratre Leonardo Ravennate², 23. datas.

Item alias litteras eiusdem cardinalis 24. datas super eadem re³.

Scripti vitam Francisci Landi card. Venetiarum sub titulo S. Crucis, creati a Ioanne XXIII 1411, et obiit Romae 1428 sub Martino V anno xi, ut quaerebat pater Cenomanus⁴.

15

1. Iunii, Sabbati, Bononiae 1549.

Scripti ad R^m card. S. Crucis, mittens ei vitam supradicti card. Venetiarum. Item [scripsi], quod Iustinopolitanus Celsus sit in capitulo generali, et quod scribam ad magistrum Ioannem de Castro Bononiensi.

Item ad D. Iulium Gentilem de fratre Peregrino de Fantagutiis⁵.

Item ad D. Federicum Ferrum⁶, mittens ei dictas litteras D. Iulii Gentilis⁶. 20

R^ms D. card. legatus commisit mihi, ut curarem dari D. Ordognob cantori scuta in auro 15, partim pro provisione sua praesentis mensis, partim dono pro servitiis factis in concilio 7.

W Notandum est, quod mense praeterito daturb⁸ licentia cantoribus concilii revertendi Romam ad servitia Sⁿi D. N., cum Bononiae nunc nihil agatur et iam diu 25 nihil actum fuerit.

2. Iunii, Dominica.

Fui tota die cum R^m legato, et de rebus concilii loquuti, quod nihil boni sperandum sit.

Cum D. Iulio⁸ et abbfate⁹ Pyn¹⁰ ad Ren. Ium¹¹.

a dubium. b sic. c vel Pyr? d vel Cum. Quomodo notae sint supplendae nescio.

1 Cf. supra p. 764, l. 25 et adn. 6.

2 Cf. supra ad 15. Maii, p. 841, l. 21 ss. et adn. 4. Post particulam ibi exhibitam legitur in litteris: »Scrissi a Romulo [fratri cardinalis] circa quelli denari che s'hanno da rimettere in qua, che sono cinquanta scudi per un Candioto, et (30 o supra lin.) quaranta per il Grechetto.« De illo Cretensi legitur apud Manellum ad 18. Maii (f. LXIX): »A Mr Gio. Vergilio [sic] Candioto scudi cinquanta d'oro, quali denari N. Se li fa dare a buon conto d'un semestre, secondo che avvisa Monsr R^m di S. Croce per una lettera sua di 11 dei presente«, quae pecunia missa sit sicut alia, de qua p. 841, adn. 1. — Fratrem »Leonardo da Ravenna dei ordine di s. Domenico conventuale, quale nel 47 predico in Capodistria«, esse captum et dicere se inquisitum esse a fratre Ioanne Petro Celso inquisitore, qui scripturam sibi dederit; quare de hac re Massarellus iubetur Petrum interrogare.

3 His litteris (Concll. 139, f. 59) Cervinus indicat se recepisse Massarelli 18. Maii datas et perguit: »Perche intendo che in Faenza tra gli altri m[astr]o Giovanni da Castel Bolognese s'e lassato gabbare dal diavolo

et infettare da la peste di queste nuove opinioni, haro charo che gli scriviate una lettera in mio nome, dicendoli come io ho inteso con molto mio dispiacere quanto di sopra, et che pero come suo amico lo prego et ammonisco a voler tornar in se et a seguir la via buona et catholica et per salute dell'anima sua et anco per ben dei corpo. Dico dei corpo, perche, essendo questa cosa venuta all'orecchia dell'inquisitori, ne sentireia quella pena et danno che meritasse, quando non s'emendasse da dovero, et che di cio aspettate da lui risposta, quale poi mandarete in mie mani.« Cf. p. 848, l. 10 ss. 20 ss.

4 Massarellus hanc vitam sine dubio excerpsit ex opere suo historico de pontificibus et cardinalibus, de quo in prolegomenis agitur.

5 Cf. supra ad 18. Maii (p. 842, l. 5 et adn. 4).

6 Vel quas Gentilis scripserat Massarello (cf. ad 18. Maii), vel quas hic scripsit Gentili?

7 Manellus hoc adnotat ad 1. Iunii («parte se li donano per le molte fatiche et fideli servitii ch'egli ha fatto nel concilio gia quattr'anni sono continuamente»).

8 Iulius Cannanus an Parisanus (p. 810 s; 842, 19)?

3. Iunii, Lunae.

Scrpsi in registro act[orum] Parmensium]. Cum Rm[ilegato de privi[legiis] Caroc[cii];
[cum eodem] cen[atun], pr[ansum] etc.

4. Iunii, Martis.

^A D. Petrus Camaianus Aretinus, qui pro duce Florentiae in concilio
secretarius iam triennio egit, recessit ex Bononia vocatus a suo domino, ad con-
5 cilium pro nunc amplius non rediturus

Scrpsi ad magistrum Ioannem de Castro Bononiensi Faventinum
nomine Rm[ilegato] S. Crucis², significans ei, quod ipse cardinalis audiverat eum lapsum
in haeresim, et quod rediret ad cor, nisi voluerit expectare provisionem inquisitorum
generalium etc., ut in exemplo.

10 Cum Rm[ilegato] cenatus, prans[us cum] Ro[mulo].

5. Iunii, Mercurii.

Scrpsi ad card. S. Crucis, mittens copiam earum, quas scrpsi magistro Ioanni
de Castro Bononiensi, et quod heri recesserit Camaianus, et usque ad quod tempus
extendi debeat registrum Parmense.

Scrpsi ad D. Claudium Aleandrum³, quod per Claudium della Casa, qui
15 est iturus Romam, mittam procuram.

Cum Rm[ilegato] D. cardinali cen[atun] et pran[sus cum] Ro[mulo].

6. Iunii, Iovis.

Applicuit Bononiam D. episcopus Bituntinus, vemens ex Urbe et pro-
ficiscens Patavium recuperandae valetudinis gratia, cum iam diu aegrotus fuerit in suo epi-
scopatu⁴. Cum quo ad longum loquutus de rebus concilii].

20 Cum Rm[ilegato] pr[ansus] et cen[atun], et de litteris scribendis ad card. S. Crucis
loquutus; et cum Bituntino apud monasterium S. Salvatoris, ubi hospitabatur.

Solvi pro chartis] scutum unum.

7. Iunii, Veneris.

327V

Scrpsi in registro Parmensi, et cum Rm[ilegato] D. cardinali Gerfvinio] fui ad D. Ta-
rus[ium]⁵, cui commendavi D. Petrum Org.⁶, et ad generalem Servorum, qui noviter
25 applicuit Bononiam. Tota die pluit.

W His diebus, nempe mense praeterito, creatur protector religionis S. Mariae
Servorum Rm[ilegato] dominus meus Marcellus card. S. Crucis in Hierusalem de Monte-
politiano, familia de Cervinis.

Recessit ex Bononia D. Andreas Mercurius, archiepiscopus Sipuntinus, Romam versus⁷.

8. Iunii, Sabbati.

30 Scrpsi in registro Parmensi, et cum Rm[ilegato] D. cardinali cen[avi], et litteras
scripsimus ad card. S. Crucis super sententia danda secrete de validitate translationis
concilii cum forma, secundum quam fieri deberet dicta sententia, et [de] periculis, quae evi-
tarentur, et quae sequerentur, si non fiat⁸. In quo immorati fuimus usque ad horam 3. noctis.

Recepit ipse cardinalis litteras a cardinali S. Crucis 1. huius datas,
35 quibus sollicitat registrum Parmense, et de religione Minorum observantiae, quos com-
mendat pro capitulo generali futuri anni Bononiae faciendo 9.

1 Cf. supra ad 23. April. (p. 837, l. 17 et adn. 4).
Camaianus a. 1551 ecclesiae Faesulanae, 1566 Ascu-
lanae episcopus est datus.

2 Cf. supra ad 31. Maii (p. 844, l. 9 ss. et adn. 3).

3 Cf. supra ad 12. Martii (p. 828, l. 38).

4 Cf. ad 3. Dec. 1547 (supra p. 724, l. 25 et adn. 4).

5 De quo v. supra p. 785, l. 7 et adn. *.

6 Supra p. 767, l. 16 commemoratur Alfonsus
Org.; Petrus videtur ei esse cognatus. An legendum

Petrum Ordognes (Ordogna), qui erat cantor concilii
(cf. supra ad 1. Iunii: p. 844, l. 21)?

7 Venerat Bononiam 28. Maii, cf. supra p. 843, l. 29.

8 Litterae citantur a Pallavicino 11, 3, 1; 11, 6, 1;
excerpuntur a Leva V, p. 31, adn. 2; p. 38 (cum
adn. 2. 3); p. 47^A adn. 4. Raynaldus ad a. 1549,
n. 19, et ex eo Le Plat IV, 147 habent praeterea
litteras legati eodem die ad card. Farnesium datas.

8 Litterae extant Concil. 139, f. 60: »Staro aspet-

Item recepit litteras ab Illmo Camillo Ursino ex Parma, de citatione facta a praetore Placentino contra quosdam Parmenses, in quos non habet iurisdictionem.

9. Iunii, Dominica pentecostes.

Ob festum b. Bartholomei curritur bravium per viam maiorem, et est unus equus mediocris aestimationis cum uno ancipite ac cane uno et aliis necessariis ad venationem pro nobili[bus].

25. Augusti, Dominica.

30 Fui cum Rmo de Monte pr[ansum], et de sponsalibus loquutus D. Philip[pi] Ghisil[erij].

Fit sponsalitium inter D. Philippum Ghisilerium Bononiensem et — b, filiam naturalem Rmi D. Marcelli Crescentii cardinalis, patria Romani, coram Rmo D. Ioanne Maria card.

a nescio quo7modo sit supplendum.

b lacuna in cod.

1 Responsum Cervini v. infra ad 6. Sept. (p. 862, l. 7).

2 Litterae extant in cod. *Concil.* 139, f. 67. »Ho mostrata la lettera vostra di 10 sopra il modo che si terra nel addottorar quei tre preti riformati, che devono andare in Germania, a Mr Ignatio. Di che restando egli satisfatto non accade dir altro per questo conto. — Accusate a Monsr Ferretto il ricevuto de la lettera sua di 9, dicendoli, come io non mancaro con la prima occasione di raccomandare la cosa sua al Rmo card. Maffeo et di fargli tutto quel bene ch'io possa. In absentia di Monsr Rmo Polo li monachi negri ri-

corrano a me per ordine di S. Sria Rma nele loro occorrenze, et perche il monasterio di S. Proculo di Bologna si sente gravato per quel che voi vedrete nell' incluso memoriale, haro charo che voi lo raccomandiate caldam[en]te al Rmo legato a fin che non li sia fatto torto.« Cf. infra p. 860, l. 17 s.; p. 862, adn. 2.

3 Cf. supra p. 856, adn. 6.

4 Infra ad 6. Sept. Cervini responsum legitur (p. 862, l. 6 ss. et adn. 2.)

5 Cf. supra ad 9. Iulii (p. 851, l. 3° ss-) x7- Aug. (p. 858, l. 22 s. et adn. 6); infra ad 1. Sept. (p. 861, l. 4 ss.).

de Monte, civitatis Bononiensis et concilii legato, in aula palatii publici, praesentibus magistratibus et nobilibus Bononiensibus. Et quia mulier erat absens, spoondit pro ea D. Iohannes Baptista Blanchinus, nobilis Bononiensis. Rms legatus dedit ientaculum omnibus splendidissime.

Ex antiquissimo more hic Bononiae observato proicitur ex finestra0 maiori publici 5 palatii Bononiensis unus sus assatus ad plebem.

26. Augusti, Lunae.

Rms D. card. ivit pransum ad monasterium S. Michaelis in Bosco et hora 21. re vertitur civitatem. Cum eo cenavi.

Revidenturb acta concilii Tridentini et vacatur indici aptando.

27. Augusti, Martis.

D. Philippus Ghislerius pransus est cum Rm legato, cum quo et episcopus Minoriensis 10 et ego etc. et solit[i].

Recipiuntur litterae ex Urbe 21. datae, quibus significatur, quod episcopus Lavellensis sit translatus ad episcopatum Iustinopolitanum x.

Vacatur aptando indici concilii Tridentini.

28. Augusti, Mercurii.

Scripsi ad Rm D. card. S. Crucis, mittens litteram H. I. reimpressam de- 15 cretjorum] concilii], et quod heri sero applicuerit Bononiam Don Alphonsus Salmeron 2, et de episcopatu Iustinopolitano et de expeditione bullfarum], et de memoriali monachorum] S. Proculi3, quod non curent, ut super eo aliquid fiat.

Scripsi item ad D. Iohannem de Piscia4 in responsionem suarum 28. Iulii datarum, quod nesciam, an promotiones cardinalium sint. 20

Rms D. legatus ivit ad monasterium S. Michaelis in Bosco prfansum].

Surrexi pr[imu]m mane hora 8. cum lumine candfela] et vacavi aptationi indicis actorum concilii.

29. Augusti, Iovis.

Vacatur aptando indici actorum concilii. Fui ad Rm D. cardinalem cum D. Manelfo] 2. cen[atus]c et serfo] cum serfo?].

Fit vexillifer civitatis D. Ioannes Iacobus Gratus5.

Revidentur cum Manello acta concilii.

Surrexi mane hora 8]-. D. Alphonsus Salmeron nobfiscum] pr[ansus].

30. Augusti, Veneris.

Ivit Rms D. card. ad S. Michaellem in Bosco prfansum], hora 21. reversus Bononiam; cum eo cenfavi] et [cum] episcopo Minoriensi et Lavellensi.

Surrexi mane 8.

ts» Die 24. huius consistorio secreto Smus D. N. transtulit Rdm D. Thomam Stellam episcopum Lavellensem ad episcopatum Iustinopolitanum6; et D. Claudius Tholomeus Senensis creatur eadem die episcopus Corsulanus.

Recepi litteras a card. S. Crucis 24. datas {super frumento D. Barth[olomaei] 35 Bolognetti)d.

Ultima Augusti, Sabbati.

Scripsi ad Rm D. card. S. Crucis in responsionem suarum 24. datarum, et quod loquutus fuerim cum episcopis Bellicastrensi, Lavellensi et Minoriensi de frumento D. Bartholfomaei] Bolognetti etc., et quod cras abiurabunt haeretici.

a sic.

b cod. reviduntur.

» lectio dubia.

J postea add.

Cf. supra p. 836, adn. 6; p. 837» 21 adn. 5; infra 1. 32 s. huius pag. et p. 863, adn. 3. Quo episcopatu Vergerius (cf. supra p. 266, adn. 1; p. 382, 1. 2 et adn. 2) privatus erat 3. Iulii 1549; cf. Raynaldum ad a. 1549, n. 23.

2 Qui congregationibus concilii suspensis videtur abisse. 3 cf. infra p. 62» g et adn. 2.

4 Cf. supra p. 237, adn. 4; p. 364, adn. 3; p. 369, adn. 9.

5 Alius occurrebat p. 700, adn. 3 (sub finem),

6 Cf. a(j 27. Aug., supra 1. 12 s. et adn. 1 huius pag.

Cum Rmo D. card. de salv[o] conductfu] pro commendat[o] a D. Romfulol loquutus, et obtinuij; cum eo pransus; et vacatur aptat[ioni] indic[is] actorum concilii.

Misi" folium C. II cardinali S. Crucis de foliis reimpress[is] decretorum] conc[ilii].

1. Septembris, Dominica 1549. Bononiae.

Abiurarunt in ecclesia S. Petronii publice quinque haeretici, vide-
5 licet D. Ulisses de Aldrovandis, D. Hieronimus Pinus, canonicus S. Petronii, D. Al-
mannus, magister scholae, D. Ioannes Baptista et quidam sutor calceamentorum] His
duobus ultimis data est poenitentia permanendi domi, Ioanni Baptistae perpetuo, sutori
per annum, et ut utrique ieiunent in pane et aqua diebus omnibus Veneris illius anni,
et qualibet die dominica eant ad ecclesiam S. Dominici et audiant totam missam
10 maiorem, stantes genuflexi cum candela in manibus et cruce rubra in pectore. Alii tres
iussi sunt ire Romam, accepturi ibi poenitentiam a Rm DD. quattuor cardinalibus in
quisitoribus generalibus haereticae pravitatis, qui sunt Rm DD. cardd. Theatinus, Bur-
gensis, S. Crucis et Sfondratusa.

Aptatur modus procedendi in congregationibus generalibus et minorum theologorum 3.
15 Cum Rmo D. card. de discessu S. Crucis et de rebus concilii loquutus; censatus].

Applicuit Bononiam D. Petrus Camaianus Aretinus iturus Venetias, ut ibi resideat
secretarius et agens 111^{ma} D. Cosimi ducis Florentiae.

h2. Septembris, Lunae.

Vacatur in aptandis modis servatis in sessionibus, congregationibus et deputationi-
bus concilii.

20 Cum R^{ma} cardinali de discessu suo crastino, et scripsi litteras ad nuntium Venetiarum
pro D. Petro Cam[ai]ano secretario ducis Florentiae, qui proficiscitur Venetias, ut resideat
nomine S. Extiae apud illam Illman Dominationem.

3. Septembris, Martis.

R^{ma} D- card. de Monte legatus recessit ex Bononia iturus ad videndos locos et
differentias aquarum, quae sunt inter Bononifenses] propter eruptionem fluminum Savoniae
25 et Flicis.

Recepi litteras a D. Petro Ordenez' 2. Venetiis datas. In aptan[do] mod[o] sess[ionum]
et cong[regatio]n[um].

4. Septembris, Mercurii.

Scripsi ad Rm D. card. S. Crucis de abiuratione facta die dominico a supra-
dictis haeticis et discessu cardinalis de Monte, et pecunia pro praelatis, quod accipiam
30 mutuo a Malvasia, et de transitu D. Petri Camaiani.

Vacavi formandis ordinib[us] congregationum diversarum concilii.

b5. Septembris, Iovis.

Incipit-indicem] concilii Ioannes 5, et perfeci eg[o] ordinem congregationum et ses-
sionum ac deputationum concilii Tridentini. Aptantur folia rescripta a Ioanne super
act[is] concilii]6.

a cod. missi.

b manus ductus prorsus diversus.

c sic.

1 Haec nomina neque quoad rem neque quoad
numerus prorsus conveniunt cum eis, quae ex *Fantuzzio*
dedimus supra p. 851, adn. 9. At non est nostrum,
quid sit verum, hic inquirere.

2 *Fantuzzi*, Scrittori Bolognesi I, 167, narrat, quo
modo ad monumenta antiquitatis cognoscenda Ulysses
de Aldrovandis illud tempus, quo Romae degebat,
adhibuerit.

3 Complures formae extant in variis tabularii Vati-

cani voluminibus, sed etiam alibi, ex. gr. in bibliothecae
regiae Monacensis cod. lat. 813. Una earum typis
expressa est in fronte actorum editionis Theinerianae.

4 Cf. supra ad 23. Aprilis (p. 837, l. 17 et adn. 4)
et 4. Iunii (p. 845, l. 3 ss. et adn. 1) 1549.

5 Massarelli scriptor, cf. supra p. 670, l. 4 et adn. 1
et ad 11. Martii 1549 (p. 828, l. 34).

6 Hoc dici videtur de editionis decretorum foliis,
quae ob mendositatem iterum erant impressa.

6. Septembris, Veneris.

Accepi mutuo 200 scuta auri in auro a D. Cornelio Malvasia argent[ari]o Bono niensi, quos dedi D. Antonio Manello¹, ut de his solveret solitam provisionem, quam S^{ms} D. N. dat ordinarie pauperibus praelatis concilii, pro praesenti mense Septembris, et hoc feci propter absentiam R^{mi} D. card. de Monte legati. Habet ipse D. Cornelius cedulam manu mea scriptam et subscriptam.

5

Recepi litteras a R^{mo} D. card. S. Crucis, qui laudat impressionem foliorum, in quibus errata erant, de decretis concilii antea impressis, et quod brevi mittetur pecunia pro praelatis, et de monachis] S. Proculi, laudat².

Fui ad audienda] sacra] apud Annfuntiatam].

7. Septembris, Sabbati.

Scripsi ad card. S. Crucis mittens litteram E. II, in qua erat erratum *eis* 10 *commu[nicatur]*: *eius commu[nicatur]* in tertio capite decreti de iustificatione], et in quinto *coopera?*³ dicebatur *cooperante*; quod acceperim mutuo pecuniam pro praelatis absente R^{mo} legato, et quod pecunia card. Morono debita sit soluta; et de fratre Lucio³, ne ei mutetur iudex; et de receptione suarum litterarum ultima Augusti datarum⁴.

Incepi acta Bononiensis concilii.

15

8. Septembris, Dominica.

R^{mus}] carc] de Monte reversus est Bononiam hora 21.

Fui cum R^{mo} legato, cui retuli ea, quae gesta per me sunt post eius discessum, et cum eo cenfavi], atque etiam ad R^{mm} inquisitorem pro Barth[olomae]o⁵ novit[er] incar- c[erat]o⁶.

9. Septembris, Lunae.

Cum R^{mo} cardinali pr[ansus], cui dedi acta translationis impressa. Vacatur iudicio 20 aptando, quid agendum de concilio in praesenti rerum statu, quod petit card. Farnesius nomine S. Stis, cum episcopi qui Tridenti sunt noluerint obedire pontifici, qui eos vocavit ut Romam eant, sed excusarunt se litteris missivis⁶.

10. Septembris, Martis.

Scripsi in actis Bononiensibus. Vacatur in formanda sententia pro validi- date translationis, ut Romam mittatur⁷, et de iudicio supradicto.

25

Recepi litteras a card. S. Crucis cum patent[ibus] et litteris pro D. Cl[audi]o Zaio ad Ferrar[iam]⁸ et generalem Servorum, cui de hac re loquutus sum, et cum D. Alphonso Salmerone.

XI. Septembris, Mercurii.

Scripsi ad card. S. Crucis de causa remittend[a] fratris Pellegrini Fantag[utii] nomine cardinalis de Monte, et de litteris scriptis ad Farnesium pro pecunia prae- 30

a vel incarcerando ?

ti vel Ferrariensem ?

¹ De hac pecunia silet Manellus, qui ad 14. Sept. (f. LXXII) refert de 250 scutis a Massarello sibi traditis, cf. infra p. 863, l. 25.

² Litterae (Concil. 139, f. 68) datae sunt 31. Aug.: «Ho ricevute due vostre, l'una di 21 insieme con li conti dei concilio, et l'altra di 24 insieme con li fogli che si sono ristampati deli decreti dei concilio, il che e stato ben fatto, et haro charo che di mano in mano mi mandati gli altri. Quanto alia cosa de danari per il concilio, da canto mio si usara ogni diligentia, perche vi si rimettino quanto prima hora che sono venuti li detti conti, senza i quali li ministri non vogliano sborsare un quatrino. — Quanto a monaci di S. Proculo ho inteso quel che havete fatto circa la materia ch'io vi scrissi, et tutto sta bene.»

³ Cf. supra ad 26. Maii (p. 843, l. 21 ss.) et 3. Iulii (p. 851, l. 3).

⁴ Cervini responsum v. infra ad 24. Sept. (p. 865, l. 16 ss.).

⁵ Quis intellegatur nescio (ille Francisci bibliopolae famulus, de quo supra p. 766, l. 17). Sed cf. infra ad 26. Oct. et 2. Nov.

⁶ Pacecci cardinalis Romam venire recusantis litteras v. apud Raynaldum ad a. 1549 l. n. 16; Le Piat IV, 151; cf. Pallavidin. 11, 4, 2; de Leva V, 51 ss. supra ad 13. Aug. 1549 (p. 857, l. 11 ss.). Nec repetita pontificis monitione (Raynald. l. c. n. 18; Le Piat IV, 151) plus efficiebatur. De cardinalis de Monte iudicio v. infra ad 11. Sept. (p. 863, l. 4 s.).

⁷ Declaratio validitatis translationis inter modos a cardinale de Monte propositos erat secundus, cf. p. 863, adn. 2.

⁸ Ubi debebat Claudius, v. infra ad 18. Sept. (p. 864, l. 34). Cf. supra p. 352, adn. 6. — Litterae Cervini (4. Sept. datae) extant in cod. Condi. 139, f. 69.

latorum et de patent[ibus] cum litteris D. Cl[audii] receptis 4. datis, et recessu fratris Gaspari a Regibus Portug[allensis] 1.

Fui cum cardinali prfatus] et ce[natus].

5 Scripsit card. de Monte ad card. S. Crucis de iud[ici]o agenfdorum] Farnesio misso, et de discessu Portugall[ensis], et de quattuor praelatis vocatis ex Bononia.

Item ad card. Farnesium, quid videatur agendum de concilio, videlicet ferenda sententia pro validitate translationis, vel procedend[um] contra contumaces praelatos Tridentinos, vel ad reformationem faciendam 2.

12. Septembris, Iovis.

10 Frater Gaspar a Regibus Portugallensis, qui est unus ex missis ad concilium a rege Portugallensi, cum iam permanserit in concilio per biennium, recessit ex Bononia reversurus in patriam, cum necessitatem revertendi ostenderit. Datae sunt ei litterae patentes commendatitiae ad principes, ad quas declinare contigerit, et testimoniales, quod fuerit in concilio per biennium et publicas disputationes tam Tridenti quam in hac civitate Bononiensi habuerit.

15 Recepi litteras a card. S. Crucis 7. datas super brevi possess[ionis] episcopatus Iustinopolitani³.

Fui cum Rmo cardinali de litteris ad Urbem scribendis; [cum eo] prfatus] et cenjatus].

13. Septembris, Veneris.

20 Recessit ex Bononia Rlts P. Augustinus Bonucius, generalis Seruorum, iturus Romam.

Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 11. datas super provisionibus concil[ii] delendis et missione 250 scutorum, et quid mihi faciundum videatur⁴.

14. [Septembris,] Sabbati.

25 Scripsi ad card. S. Crucis de receptione suarum 7. et 11. datarum, et quod loquutus fuerim cum episcopo Iustinopolitano, qui hoc mane recessit ex Bononia versus suum episcopatum, et de receptione 250 scudorum, laudans deletionem provisionum, et quod ego agam, quod ipse praecipiet. Item quod hoc mane recesserunt Upsalensis et Vigorniensis, et quod Noviodumensis non recedet sine licentia sui regis, Naxiensis autem recedet cras cum fratre Portugall[ensi] 5.

30 6RduSp Olaus Magnus archiepiscopus Upsalensis et Ricardus Patus episcopus Vigorniensis recesserunt ex Bononia ituri Romam iuxta vocationem S. Sts ad conventum Romae habendum pro controversiis concilii et reformatione.

Scripsi ad Michel[angelum] et Franciscum Massarell[um], quod D. Romulus Cervinus ibit hospitatum] apud eos ex reversione a visitan[da] virg[ine] Laurfetana]. Misi ei 2 scuta.

35 Habui a cardinali de Monte memoriale pro D. Rom[ulo] Cer[vin]o cum card. S. Crucis, ad quem etiam scripsit.

15. Septembris, Dominica.

D. Romulus Cervinus, frater Rmi D. cardinalis S. Crucis, recessit ex Bononia iturus ad cardinalem, qui Eugubium ex Urbe brevi iturus est⁷.

40 Dedi ei litteras ad Mich[elangelum] fratrem et rogavi, ut iret hosp[itatum] S. Severinum].

Revidentur cum D. Trifone acta concilii Tridentini.

Incepit podagra.

¹ Cf. ad diem sequentem.

² Modos a cardinale propositos accuratius describit (litteras excerpto) *de Leva* V, 54 s. Cf. p. 862, l. 20.

³ Litterae sunt *Concil.* 139, f. 70. » Monsr di Capodistria me ha scritto una lettera di 28 dei passato. Accusategli il ricevuto et ditegli, come Monsr di Pola ha preso cura di far spedire un breve per pigliare il possesso, et che quanto a la speditione dele bolle gratis, non so si potra [corr. pro: credo che non si potranno]

ottenere, essendo questa chiesa di assai buona entrata, et havendo S. SnaRdaricevuto altre volte simii gratia. Se gli fara bene, aspetto di tempo.» Cf. p. 860, l. 12 s. 32 s.

⁴ Cf. supra ad 6. Sept. — Cervini litterae non sunt in cod. *Concil.* 139.

⁵ Cervini responsum v. infra ad 24. Sept. (p. 865, l. 16 ss. et adn. 3).

⁶ Cf. *Raynaldum* ad a. 1549, n. 18.

⁷ Cf. infra p. 865, adn. 3 sub finem.

16. [Septem bris.] Lunae.

^ R^{us} D. Sebastianus Lecavella archiepiscopus Naxiensis recessit ex Bononia iturus Romam ad pontificem iuxta vocationem S. Stis una cum fratre Georgio a S. Iacobo Portugallensi (ord. Praed., qui proficiscitur Romam eadem de causa, quia vocatus a S. St^o) a

R^{mus} j) carci de Monte ivit pran[sum] ad S. Michaellem in Bosco, pod[agra] la- 5
b[orans].

335r

bM^{artis}, 17. Septem bris.

Card. de Monte iubetur praelatos dimittere. Finis concilii Bononiensis.

^ iR^{mus} p^o i^oannes Maria episcopus Praenestinus S. R. E. cardinalis de Monte vulgariter nuncupatus, sacri concilii praesidens et legatus ac etiam civitatis Bononiensis de latere legatus, recepit litteras a R^m et Ill^m D. Alexandro S. Laurentii in Damaso diacono¹ card, Farnesio, pontificis nepote³, S. R. E. vicecancellario, sub 10
data Romae 13. praesentis mensis Septembris, in quibus scribit nomine S. Stis:

ut ipse card. de Monte det licentiam omnibus praelatis hic Bononiae in concilio existentibus, ut redeant ad propria, cum pontifex hoc tempore celebrare concilium non intendat, sed in conventu Romae habendo agatur de prae- 15
sentibus controversiis;

et quod S. S^{us} mandaverit revocari omnes provisiones, quae dabantur tam ipsis legatis, qui erant quingentorum aureorum, quam praelatis pauperibus, quibus dabantur 25 aurei quolibet mense, quam etiam officialibus ipsius concilii, cum in praesentiarum eis non indigeat.

Et ita notandum est, quod ab hac die cessat concilium Bono- 20
niense, cum omnes praelati iam discessum parent et recessuri sint, et aliqui etiam hodie hoc audito recesserint. Concilium autem non est neque suspensum (nisi eius processus, quod factum fuit dum pontifex avocavit ad se causam super validitate translationis die 1. Februarii 1548) neque clausum. Quo igitur consilio hoc a pontifice factum sit, ignoratur, cum adhuc praelati, qui Tridenti post translationem remanserunt 25
et ipsi translationi contradixerunt, in ea civitate (nemine dempto) permaneant per severanter, asserentes concilium non fuisse legitime translatum (quod tamen falsum est, ut ex actis ipsius translationis apparet), et ita sunt in quasi possessione concilii et Bononienses praelati relicto loco vero concilii abeant. Deus omnipotens dirigat hoc 30
negocium in bonum et pacem et unionem christianae reipublicae, quae iam tot annis undique labefactata et pene divulsa ab haereticis et christiani nominis hostibus, nunc novissime [labefactatur] ab iis, qui eius praecipui defensores et protectores esse debebant. Sapienti pauca; non enim licet omnia loqui².

'Mercurii, 18. Septem bris.

Scripsi ad card. S. Crucis, mittens litteras D. Claudii Zai ex Ferraria³, et commendans D. Michaellem Regiensem olim capp[ellanu]m, et quod expectem quid 35
actus sim⁴.

Vacatur eidem aptationi actorum concilii Tridentini volum[inis] magni.

Iovis, 19. Septem bris.

R^{mus} legatus ivit ad castrum Medicinae ob rebellionem, quam his diebus oppidani cogitaverant seg dare duci Ferrariensi, ut eius res componat et confirmet.

Vacavi aptat[ioni] volum[inis] actorum Tridentini concilii. 40

a postea, partim in marg., add.

b alius ductus manus.

c cod. diaconus.

d cod. nepotis.

e cod. vicecancellarii.

f 18. Sept. in cod. ponitur post 20. Sept. et additur post titulum ordine postposito.

s sic.

¹ Raynaldus ad a. 1549> n- 18 totam hanc relationem transumpsit. tasset (ut ostendit supra p. 849, l. 28 s. et saepius), Cf. infra ad 3. Oct. iudicium legati.

² Sed satis clare significavit pontificem, cum Massarelli iudicio imperator iam diu protector ecclesiae esse desiisset, nec secretarius hunc aperte nominare dubi-

³ Cf. supra ad 10. Sept. (p. 862, l. 26 s.).

⁴ Cervinus respondit 20. Sept., cf. infra ad 24. huius mensis (p. 865, l. 16 ss.).

Veneris, 20. Septembris.

Reversus est Bononiam Rms legatus a Medicina et pransus apud monasterium S. Michaelis in Bosco, et hora 20. ingressus est civitatem.

Vacavi eidem aptat[ioni] et pr[imu]m exi[vi] a die dominico ob dolorem pedum retentus, et cardinalem visitavi et Cl[audium] della Ca[sa].

Sabbati, 21. Septembris.

Scripti ad card. S. Crucis de litteris card. Farnesii, de quibus supra, et discessu praelatorum, et misi memoriale D. Nicolai inquisit[oris] librofrum].

Vacatur aptationi actorum concilii Tridentini.

22. Septembris, Dominica.

Applicuit Bononiam cursor ex Florentia, qui retulit obiisse heri in ea civitate hora circiter 22. Rm bo. me. D. Benedictum tituli S. Eusebii S. R. E. card. Ravennatensem (cuius erat episcopus) nuncupatum, patria Aretinum. Qui creatus fuerat cardinalis a Clemente VII die 3. Maii anno Domini 1527 2.

Fui cum Rm card. de Monte de praesentibus rebus concilii et Parmae loquutus, quod pontifex concordaverit cum Caesare.

Incepi reponere in caps[is] res meas.

23. Septembris, Lunae.

Vacavi conficiendo summario actorum pro Rm card. de Monte et aptandis rebus.

24. Septembris, Martis.

Recepi litteras Rm card. S. Crucis 19. datas, quibus [scribit], quod D. Antonius guard[arobba] cum rebus S. Dnis Rmæ recedat hinc ex Bononia Eugubium versus, et quod relinquat libros in domo equitis Voltae, et quod ego recedam post alios ad libitum 3.

Scripti in summario pro Rm de Monte et [vacavi] aptandis rebus.

25. Septembris, Mercurii.

Scripti ad Rm D. card. S. Crucis de receptione suarum, et quod D. Antonius praeparet se ad iter cum rebus, et quod ego expectabo responsiones ad has litteras, ut sciam quid faciendum de libris 4.

Vacatur rebus aptandis et emp[tis] pan[nis] pro tab[arro] sago.

1 Iam commemorabatur supra p. 834, l. 16; cf. infra ad 1. Oct.

2 Benedictus de Accoltis Aretinus, Florentiae natus 29. Oct. 1497, primo Gaditanus, deinde Cremonensis et Ravennatensis episcopus creatus, legationibus Piceni et marchiae Anconitanae functus erat variasque ecclesias administraverat, sed anno 1535 Paulus III in arce S. Angeli eum per sex menses detinuerat (*Ciacon.* III, 477) - Idem pontifex teste cardinali Bellayo (*D ruffel*, Briefe und Akten I [München 1873], n- 298, p. 223) eum adnumerabat eis, »qui alloient faisants estat et marchandise du papat comme s'il feust deja en leurs mains, usants en cela d'une telle presumption et si manifeste ambition, que c'estoit ung trop grand vitupere...«; at cum cardinalis a Florentinorum ducis partibus staret, ex hoc ea verba interpretanda sunt.

3 Litterae (*Concil.* 139, f. 71) datae sunt 20. Sept. Inguvii. »Poiche so [*sic*] qui in Agobbio, ho ricevute tre vostre, le due prime de 7 et 14, et l'altra com parsa hoggi de 18. — Quanto alii denari dei concilio, fate che il guardarobba, prima che parta di costa, ne renda buon conto o al Rmo legato o in sua absentia a voi, consignado, se resto alcuno habbia in mano.

Concilium Tridentinum. I.

Per l'avenire io non so che resolutione s'habbia, cum sigillo avulsum\ a fare a Roma; credo bene o che licentiaranno li prelati et il patre Grandis, o li continueranno la provisione. Et nondimeno non sara se non a proposito, che il Rmo legato ne scriva il parer suo chiaramente, massime poich'io mi trovo absente. — Se frate Lutio mi fara instantia, che se li muti il iudice, spero di risponderli beve a proposito. — Fo ordinare al guardarobba che se ne venga qua con il resto della casa, lassando pero li libri et conducendo tutte l'altre cose per acqua fino a Pesaro. Voi potrete essere l'ultimo et venirvene poi a vostra posta, pigliando licentia dal Rmo legato et basandoli la mano in mio nome. — Romulo non e ancora comparso [cf. supra ad 15. Sept.], sebene hora mai non dovara tardare. Alia lettera di Don Claudio [laio] non accade per hora altra risposta, et di Mr Michele da Reggio haremo tempo di parlarcene a bocca, piacciendo a Dio.

4 In fine epistulae (*Carte Cervin.* 18) dicit: »Ho pensato di menar con me quel che scrivea le cose dei concilio», qui sit 24 annorum. Verisimile est intellegi Ioannem Torum, cf. p. 670, l. 4, adn. 1 et p. 861, l. 32 ss.

26. Septembris, Iovis.

Scribitur in summario supradicto, vacatur rebus aptandis et emendis necessariis ad iter.

^A Rmus j) card. de Monte recepit litteras a Rmo D. card. Farnesio, qui mittit plures litteras directas ad diversos praelatos, qui sunt Bononiae et qui recesserunt, ut sint parati pro secunda iussione ad eundem Romam, vocati a Smo D. N. Inter quos praelatos erant Rd DD. Fesulanus, Ferrettus, Aquinas, Mirapicensis, Minorienensis.

27. Septembris, Veneris.

Aptantur res in cap[sis] et reponuntur libri concilii in duabus capsis] apud D. Barth[olomaeum] Voltfam] equit[em].

Scribitur in summario Bononiensi pro card. de Monte¹.

28. Septembris, Sabbati.

Recepi litteras a Rmo D. card. S. Crucis 23. datas, de fideiussione se repraesentandi] danda a D. Ioanne Fer[reo] 2, et de discessu [repetit] ea, quae in praeteritis scripsit³.

Scripsi ad Rmum D. card. S. Crucis de receptione suarum, et quod dabitur die lunae fideiussio a D. Ioanne Fer[reo], et de discessu D. Antonii cum rebus per iter Ravennam versus, et quod Ferrariae sit pestis, Mutinae et Venetiis.

Rmus carci Parisiensis vel de Bellay Gallus applicuit Bononiam per equos dispositos veniens ex Urbe et proficiscens in patriam *. Hospitatus et] pransus cum Rmo card. de Monte legato, et hora 19. recessit.

Emi ens[em] aur[eo] un[o].

29. Septembris, Dominica.

Rmus -p card. de Monte fuit pr[ansus] ad S. Michaellem in Bosco ob festivitatem S. Michaelis angeli, et hora 21. reversus est Bononiam. Componuntur res referendae a D. Antonio in curr[u].

30. Septembris, Lunae.

Recessit D. Antonius Manellus cum rebus Rmi cardinalis S. Crucis et reliqua familia, quae Bononiae remanserat post discessum ipsius Rmi D. cardinalis die 14. Maii anni 1548, iturus Eugubium | ad ipsum cardinalem. Ante eius recessum ostendit libellum comput[i] pecuniae concilii per eum expensae, videlicet viginti millia aureorum et 2005, et fiunt duo mandata de pecunia residua, videlicet 33 scutis⁶.

Fiunt litterae patentes, quod sint res ipsius cardinalis S. Crucis, quae [sunt] invol[ti] 42, et de sanitate Bonon[iae].

Recepi litteras a Rmo card. S. Crucis 25. datas⁷, quibus significat, quod me expectet et quod hinc recedam.

Dedi D. Antonio Manello in depositum] aureos in auro tercentos et duodecim, prout patet in cedula, quam ipse reliquit mihi sua manu scriptam et subscriptam, ac etiam subscripta[m] a D. Triphone Bentio*.

* Inter 30. Sept. et 1. Oct. additur: Restituit Romae sub Iulio III mense Aprilis 1550.

a cod. expendi.

¹ Hoc summarium non debet quaeri in tabulario vel in bibliotheca Vaticanis neque in ulla bibliotheca Romana, sed sine dubio inter scripturas cardinalis, quae videntur interiisse.

² Cf. supra p. 857, l. 5 et adn. 15 infra ad 2. Oct. De litteris valet idem, quod dicitur de aliis infra adn. 7.

³ Cf. supra ad 24. Sept. (p. 865, l. 16 ss. et adn. 3.)

⁴ Romam profectus erat mense Septembri 1547 (supra p. 696, l. 41 s. et adn. 3). Cf. p. 755, adn. 4, et *Druffel*, Briefe und Akten I (München 1873), n. 298 et adn. 3 ibidem; *de Leva* V, p. 46 (cum adn. 5 et 6), ex quibus locis apparet nec Paulum III nec Henricum regem cardinali tunc contentos fuisse.

⁵ Quo computo minime omnia erant comprehensa; nam in Manelli libro pecuniae pro officialibus et in usum concilii expensae sunt 12 fere milia; praeterea inde a mense Martio 1545 pro duobus et per aliquod tempus pro tribus legatis ducena quinquagena scuta singulis numerabantur (cf. supra ad 17. Sept., p. 864, l. 16 s.).

⁶ Manellus ad hunc diem (f. 75) dicit de 23 scutis, »de quali ventitre si ne son dati diece a Mr Trifon Benti per le necessita de la sua partita da Bologna, et tredecia a Mr Angelo Massarello secretario per alcune spese che li occorre fare per conto dei concilio.«

⁷ Nescio an hae litterae sint *Concil.* 139, f. 72 vel 73-

I. Octobris, Martis, Bononiae 1549.

Recepi litteras a card. S. Crucis 25. Eugubii datas, quod expectet me, et de libello apud D. Nic[olau]mai.

Scribitur in libello pro card. de Monte, cum quo prfatus].

2. Octobris, Mercurii.

- Scripsi ad card. S. Crucis, quod die lunae D. Antonius recesserit;
 5 et quod hodie D. Ioannes Ferreus dederit securitates se repraesentandi toties quoties requisitus fuerit vel a Rmo legato Bononiensi, vel a Rm[in]s inquisitoribus Romae existentibus causa religionis, et fideiussio fuit 2 milium aureorum 2;
 et quod receperim suas litteras 25. datas;
 et quod die Veneris³ ego cum D. Triphone recedam ex Bononia;
 10 item quod hodie factum fuerit examen D. Claudii Zaii, Alphonsi Salmeronis et Petri Canisii societatis Iesu in sacra theologia doctoran[dorum] 4;
 et quod D. Andreas Albius phisicus citatus fuerit Romam ob causam religionis.
 Fui praesens in examine supradicto, et cum Rmo card. de Monte, de gestis retuli.

3. Octobris, Iovis.

- Fui cum Rmo card. de Monte, cum quo de rebus praesentibus concilii loquutus, et
 15 quod aegre tulerit quod nullus praelatus remanserit Bononiae, Cum Tridentini firmiter in eorum opinione perseverent.
 Emi lig[amina], pii[eum] et alia pro itinere.
 D. Tripho, D. Nic[olaus]b et Petrus] mecum cenfati] apud Campegios.

4. Octobris, Veneris.

- Visitavi amicos ob recessum, videlicet comites Alex[andrum] Peptulum], Ludovicum]
 20 Alam[anum] et Vincen[tium] Urseum, Astorfrem] Volt[am], An[dream]0Casal[um], Ioannem Iacobum Gratum, vexilliferum civitatis, Eugenium Luparum], Cornelium Malvasiam, Petrum Bonfili[um], Mattheum Amorum, Barthol[omaeum] Volt[am], Herculem Malvetium, Florianum Malvet[ium], Alphonsum et Federicum Elefantuc[ios], Laurentium Gambarum], doctorem Marianum Sozinum, Antonium Ghisilar[ium] @ Octavium Peregr[inum], Francis-
 25 cum Arm. 6, Ranaldum Marsil[ium], Virgilium Marsili[um], Hieronimum Ferr[eum], Vincen[tium] Herculanum], Iacobum Sfornum] Heb[raeum], Hieronimum Ventur[inum], fratrem Hier[onymum] Mussarjellum], fratrem Lean[drum].

5. Octobris, Sabbati.

33^v

- Habui informationem a card. de Monte ob recessum cum card. S. Crucis, et com-
 posui res meas, quas reliqui apud D. equitem Volt[am] in tribus cass[is] signatis A. B.,
 30 et tertia quae dirigitur cardinali S. Crucis; res autem notantur in indice.

6. Octobris, Dominica.

Recessi ex Bononia una cum D. Triphone Bentio hora 20., cum prius acceperissem licentiam a Rmo D. cardinali de Monte legato, et pransus fuisset cum D. Ioanne Ambrosio de Vignanis magistro cursorum 7.

Applicuimus in sero villam S. Nicolai a Bononia decem miliaribus.

a vel Hie[ronymu]m ? 1 b vel Hiefronymus] ?
 c quae uncis includuntur avulsa sunt (cum parte marginis).

1 Nescio an intellegatur ille supra p. 834, l. 16 et p. 865, l. 6 commemoratus. Litterae videntur deesse.

2 Cf. supra p. 866, l. 9 ss. et adn. 2.

3 Re vera profectus est 6. Oct., v. l. 31 huius pag.

4 Cf. supra p. 856, l. 16 et adn. 5*

5 Vel de Ghisileriiis vel de Ghisilardis potest cogitari.

6 Videtur unus e gente *Dall' Arm i* intellegi.

7 Cf. infra ad 19. Oct. (p. 869, l. 15 s. et adn. 3).

7. **O c t o b r i s**, Lunae.

Recedentes mane a S. Nicolao ivimus ad civitatem Imolensem io mill[iaribus] distantem, et exinde ad Castrum Bononiense 5 milliaribus], ac post alia 5 milliaria pervenimus Faventiam, ubi cum magistro Ioanne de Castro Bononiensi¹ loquuti fuimus. Illincque recedentes ivimus Forumlivium 10 mill[aria], ubi pransi fuimus; ac a prandio discedentes pertransivimus per Forum Pompilii 5 milliaria horaque 23. applicuimus Cesenam, ubi in nocte hospitati fuimus. Visitavimus ibi D. Carolum de Malatesta, nobilem Ariminensem; decem milliariibus a Foroliviob.

8. **O c t o b r i s**, Martis.

Hora 13. recessimus e Cesena pertranseuntesque castrum Savignoni, 10 milliariibus distans], pervenimus Ariminum, a Cesena 20 milliariibus, ubi pransi fuimus apud Ram D. praepositum civitatis una cum D. archipresbytero Foroliviensi. Illincque recedentes pertransivimus Villam Curiani 10 mill., et in sero applicuimus Castrum Montisfloris, ubi in nocte quievimus, 10 milliariibus a Curiano distans.

9. **O c t o b r i s**, Mercurii.

Discessimus a Monteflore hora 12. cum dimidia et ad sex milliaria invenimus locum Foliae, et per alia 6 milliaria Urbinum applicuimus. Illincque recedentes ad decem milliaria pervenimus ad Aquam Lagnem, ubi ienct[acul]o facto parum quievimus, deinde recedentes pertransivimus civitatem Calliensem ad quinque milliaria, indeque ad alia quinque Cantianum, ubi hospitati fuimus.

10. **O c t o b r i s**, Iovis.

E Cantiano recedentes (relicta via Romana) ad decem milliaria applicuimus Eugubium, cuius civitatis episcopus est Rm D. Marcellus Cervinus card. S. Crucis, dominus et patronus meus; ubi D. Antonium Laurentinum² et Philippum Zobolum³ invenimus, cum eisque in abbatia extra civitatem ad tertium milliarium usque ad diem lunae inclusive permansimus.

15. **O c t o b r i s**, Martis.

Recessimus hac die (addito consocio D. Antonio Manello *) ex abbatia Eugubii, et ad 15 milliaria pertransivimus per Castrum Vallis Fabricae, horaque 22. pervenimus Asisium, 5 milliariibus a dicto castro et ab Eugubio 20. Quae civitas cum esset patria D. Triphonis⁵, ibi in nocte hospitati fuimus gratissimo ac laeto animo excepti a pluribus amicis.

16. **O c t o b r i s**, Mercurii.

Mane postquam visitavimus aedem S. Francisci, ubi nonnullas reliquias sanctorum vidimus, recedentes ex civitate ivimus ad ecclesiam b. Mariae de Angelis, qua visitata sequuti sumus iter nostrum et ad quinque milliaria invenimus Speculi castrum, adque duo alia Fulginensem. Illincque recedentes pervenimus hora 23. ad civitatem Spoletanam, ibique in nocte quievimus, 20 milliariibus ab Asisio et 12 a Fulginfeol. Visitavimus ibi fratres D. Ioannis Baptistae Palmerii⁶, familiaris Rm D. card. de Monte, amici dilectissimi.

" 17. [**O c t o b r i s**], Iovis.

Recessimus a Spoleto et ivimus Interamnemb 12 milliariibus distantem, ubi pransi fuimus. Deinde sequentes iter nostrum ad sex milliaria pertransivimus Narniam et in sero hora 13. cum dimidia applicuimus Utriculum, 8 milliariibus, ubi invenimus D. ----a

a cod. Malatesta.

ff sic.

c alius ductus manus.

a lacuna in cod.

De quo cf. supra ad 31. Mai, 4. 21. 26. Iunii,

3 De quo v. supra p. 184, adn. 8; p. 802, adn. 4.

** s t

4 Bononia profectus erat 30. Sept., supra p. 866, l. 21.

lam 26. Sept. 1548 Bononiam reliquerat, cf.

5 Cf. supra p. 203, l. 29 et adn. 6.

P- 799> l. 10 s.

6 cf. Supra p. 6⁹, l. 10 ss. et adn. b et 1.

18. **Octobris**, Veneris.

Ex Utriculo ad duo millia pertransimus navi flumen Tiberis. Deinde ad 8 millia Civitatem Castellanam pervenimus, et exinde Rignanum ad sex, et ad alia sex millia Castellum Novum, ubi pransi fuimus. Et illinc recedentes per sex millia invenimus Primam Portam, et postea ad alia sex millia cum Dei gratia hora 23. applicuimus
5 Romam, descendimusque apud domum Rm D. card. S. Crucis, domini nostri, quae in praesentiarum est in civitate Leonina prope hospitale S. Spiritus.

Statim ivimus ad palatium apostolicum et manus Suae Dñi Rmæ (quae nunc ibi hospitatur) osculati fuimus, et cum D. Ioanne Baptista Cervino¹ et Thofma] Fall[etto] 2 cenavimus].

19. **Octobris**, Sabbati.

10 Rm D. card. S. Crucis dedit mihi litteras responden[da] et scripsimus ad IU¹™¹ ducem Urbini circa haereses diocesis Eugubinae et ceremoniose].

Item ad card. de Monte in responsionem suarum 6. et 15. Octobris datarum circa adventum suum Romam, et relationem, quam ego eius nomine cardinali ipsi S. Crucis feceram, gratias ei agens\

15 Item ad D. Ioannem Antonium magistrum cursorum Bononiensem de receptione librorum concilii a me ei Bononiae datorum³.

Item ad D. Petrum Victorem, cui mittitur Craecia impressa⁴.

Item ad vicarium Eugub[inum] de bona cura habenda et de constitutionibus mittendis ad Urbem.

20 Ivi Rm S D. card. S. Crucis ad palatium Araecoeli⁵, cum labore febre quartana. Ibi in nocte quievi. Retuli Dm S. Rmæ, quae referenda erant de legatione Bononiensi.

20. **Octobris**, Dominica.

Post prandium, cum locus Araecoeli⁵ esset nimis frigidus, Dñi S. Rmæ venit habitatum ad palatium Rd episcopi Tropiensis, thesaurarii apostolici⁶, quod est prope ecclesiam S. Rocchi in via populi, ubi nunc hospitatur, laborante adhuc quartana febris.

21. **Octobris**, Lunae.

25 Ivi visitatum RmTM D. card. Maffeu, D. Bernardinum, et D. Marcum Antonium eius fratrem, cum antea numquam eum vidissem post promotionem suam, quae fuit de mense Aprilis praeteriti, et episcopum Sulmonensem ac Feltrensem et Bellicastrensem.

22. **Octobris**, Martis.

30 Fui ad Rm DD. card. Moronum et Polum, quos primum post adventum ad Urbem visitavi et res ad domum populi transportare¹ feci. Item visitavi D. archiepiscopum Materanum.

23. **Octobris**, Mercurii.

Recipiuntur litterae a nuntio apostolico apud Venetos 19. datae in commendationem D. episcopi Iustinopolitani.

Ivi visitatum Rm D. card. de Medicis; primum post eius promotionem 6 eum vidi, gratanter receptus.

a sic.

b cod. datis.

o cod. Areceli.

d cod. transportavi.

¹ Cf. supra p. 152, l. 7 et adn. 4.

² Cf. supra p. 151, l. 4 et adn. 2.

³ Qui supra ad 19. Iunii (p. 847, l. 18) et 6. Oct. (p. 867, l. 32) 1549 vocatur Ioannes Ambrosius, ad 16. Aprilis 1548 (p. 760, l. 4) Ioannes Antonius.

⁴ Qui sit liber quisve eius auctor nescio, neque inveni litteras inter illas clarorum Italorum et Germanorum epistulas ad Petrum Victorium senatorem Florentinum (1499—1585) missas et ab A. M. Bandinio Florentiae 1758/60 tribus tomis editas.

⁶ Ioannes Poggius Bononiensis, a. 1529 a Cie-

mente VII collector in Hispaniam missus, a Paulo III a. 1535 in hoc officio confirmatus, 15. Iulii 1537 Ioanni Guidiccione nuntio successerat ibique usque ad 22. Iulii 1548 permanserat. Praeterea 1. Maii 1541 thesaurarius generalis camerae apostolicae et 4. Oct. episcopus Tropiensis factus erat, quod munus, cum ipso absente a Bernardino Helvino administratum esset, reversus ipse gessit, donec 10. Ian. 1551 illud dimisit. Cardinalis creatus 20. Nov. 1551 obiit Bononiae 1556. Cf. *Garampi*, Saggi etc., append. p. 286, adn. 2; *Ciacon*. III, 778. 6 De quo v. supra ad 10. April. 1549 (p. 835, l. 14).

24. **Octobris**, Iovis.

R¹18 D. card. S. Crucis ivit ad pontificem in arcem S. Angeli, ab eo vocatus ob discessum ducis Octavii¹.

Fui ad R¹um D. card. Sfondratum, eum nomine R¹mi de Monte visitando. Item ad episcopos Vigornensem, Iserniensem, Bononiensem et Vasionensem.

25. **Octobris**, Veneris.

R¹ms S. Crucis cepit laborare duabus quartanis.

5

Reversus fui ad card. Moronum et de priorfatu] S. Severini² loquutus. Item ad card. Polum, ut cum cardinali S. Georgii loquantur.

26. **Octobris**, Sabbati.

Scripsit R¹ms D. card. S. Crucis ad card. de Monte super 10 scudis sol vendis pro ultimato] comput[i] Parmensis].

Item ad episcopum Bergomensem, qui constituitur visitator monialium 10 S. Iacobi illius civitatis ab ipso card. S. Crucis ut protectore ordinis Servorum³, cuius est illud monasterium.

Item ad vicarium Eugubinum de haeresibus Pergulae et fratre Bartholomaeo i et constitutionibus mittendis.

Item ad archiepiscopum Cypriensem de libro eius cura scripto.

15

Item ad nuncium Venetum J de brevi episcopi Iustinopolitani expediendo.

27. **Octobris**, Dominica.

Recipiuntur litterae a D. Alex[andr]o Battil[or]o⁵ de invol[to] per eum misso, quod recepimus.

Fui ad card. Maffeu[m], cum quo loquutus sum de priorfatu] S. Severini², et ad Materanum super eadem re.

2°

R¹ms j] card. S. Crucis incipit laborare tribus quartanis.

28. **Octobris**, Lunae.

R¹ils D. card. Farnesius venit visitatum R¹um D. card. S. Crucis febri laborantem. Fui cum D. Manello ad fabricam S. Spiritus et ad episcopum Corsulanum⁶.

29. **Octobris**, Martis.

Scripsit R¹ms D. card. S. Crucis ad D. Alexfandrum] Battilforum], ut daret fratribus S. Hieronymi Eugubini] minas quinque frumenti causa^{*} eleemosinae.

25

Et ego scripsi ad guardianum illius loci, mittens ipsas litteras inclusas.

Recepi litteras a fratre Iulio Massarello]7 ex Bononia; petit litteras commendatitias ad generalem ordinis Minorum Conventualium.

30. **Octobris**, Mercurii.

Vacatur infirmitati card. S. Crucis.

a *cod.* causae.

¹ Qui Parmam petebat recuperaturus sibi eam civitatem a pontifice demptam. Cf. *Pallavicin.* II, 6, l. 2; *Maurenbrecher*, Karl V (Diüsseldorf 1865) p. 214 s.; *Reumont*, Geschichte der Stadt Rom III, 2 (Berlin 1870), 502; *de Leva* V, 56 ss.; Didaci Lassi epist. ad Ferdinandum regem missam ap. *D ruffel*, Briefe und Akten I, n. 343, p. 293.

² Cf. supra p. 771, l. 3 s. et adn. 1; infra ad 27., 31. Oct., 5. et 6. Nov. In diario VI tandem (ad 13. Nov. 1550) se prioratum adeptum esse nuntiat.

³ Cf. supra ad 7. Iunii 1549 (p. 845, l. 26 ss.).

⁴ Cf. infra ad 2. Nov. (p. 871, l. 19 et adn. 3). Plura de eo nescio. (An idem est atque qui comme moratur supra ad 8. Sept.?)

⁵ De quo v. supra p. 184, adn. 7.

⁶ Cf. ad 30. Aug. 1549 (p. 860, l. 33/34)- Nescio an Massarellus eum cognoverit ex eo tempore, quo ipse Senis commoratus erat (supra p. 153 > r 25 ss0*

⁷ Cf. supra 9. et 15. Nov. 1548, l. Iulii 1549 et saepius.

"31. Octobris, Iovis.

Ob vigiliam festivitatis omnium sanctorum fuerunt vesperae papales, quibus interfuit ipse pontifex et cardinales omnes et oratores etc., more solito.

Recipiuntur litterae a vicario Eugubino 30. datae super haeresibus Pergulae et monialibus illius loci.

5 Fui ad Rmum D. Maffeu[m] super litteris scribendis ad nuncios apostolicos in Germaniam et breve episcopi Iustinopolitani1.

Item ad episcopum Vasionensem et card. Polum de re mea pr[ioratus]2 loquutus.

Item cum D. Severino de Massac[cio] 3, et habui res meas a D. Caesare Mariano4 exceptis lentin[o], coopert[ori]o lect[i], uno linct[eamin]e et gabb[ia].

1. Novembris, Veneris, Roma 1549.

338*

10 In festo omnium sanctorum celebravit in ecclesia S. Petri missam papalem Rm's D. Ioannes card. Moronus, cui interfuit pontifex cum cetu cardinalium, oratorum etc.

Celebratur haec festivitas in ecclesiae b. Mariae in Rotunda sive Pantheon.

Fui cum D. Fall[etto] ad audienda sacra apud ecclesiam divi Rocchi, et Rm's D. card. S. Crucis accepit sacram communionem.

15 Eadem die fiunt vesperae papales pro defunctis, quibus similiter interfuit pontifex et cardinales omnes.

2. Novembris, Sabbati.

Scribitur ad nuncium apostolicum apud Venetos in responsionem suarum quoad episcopum Iustinopolitanum.

Item ad vicarium Eugubinum de haeresibus Pergulae et fratre Barth[olomae]o5 et 20 confess[ore] monialium illius loci et constitutionibus Eugubinae ecclesiae Romam mittendis.

Fiunt ignes et festivitates ob creationem pontificis, cuius annuus dies cras celebrabitur.

Celebratur missa papalis in sacello Iulii in commemorationem omnium defunctorum.

3. Novembris, Dominica.

Hodie est dies anniversarius coronationis moderni pontificis Pauli III. Propterea celebratur missa papalis in sacello pontificio, cui interfuit ipse pontifex cum omnibus 25 cardinalibus, quibus S. Stos dedit prandium una cum oratoribus principum et rerumpublicarum, et fiunt ignes in arce S. Angeli et aliae festivitates per Urbem.

Fui ad Rmum D. card. de Medicis et Maffeu[m] pro litteris in Germaniam scribendis et commendatione D. Cretensis6.

4. Novembris, Lunae.

Nocte praeterita hora circiter 12. obiit Romae in palatio apostolico Rm's D. card. 30 Guidiccionus nomine Bartholomaeus, patria Lucensis7.

Fui ad videndum fabricam divi Petri, cum iam per quinquennium eam non vidissem. Mirabilia constructa hoc medio tempore vidi, una cum D. Antonio Manell[o]. Et loquutus cum D. Petro Ioanne custode rerum pont[ificis]8 de bulla autentica Eugenii IV in concilio Florentino super unione Graecorum et Armenorum reddenda, sed non reddita 35 ob non inventum memoriale Rm'i D. Maffei de receptione9.

a *alius ductus manus.*

b *sic?*

c *cod. Lucensi.*

1 De quo v. supra p. 863, l. 15 ss. et adn. 3.

2 Cf. p. 870, l. 6. 19 et adn. 2.

3 Cf. supra ad 14. Febr. 1549 (p. 824, l. 6), infra ad 8. Nov. (p. 872, l. 24 et adn. 9).

4 Res, quas apud eum deposuerat, priusquam Roma discederet, v. supra p. 152, l. 4 ss. (cf. p. 151, adn. 7).

5 Cf. supra ad 26. Oct. (p. 870, l. 13 et adn. 4).

6 Dici non potest, intellegaturne episcopus Cretensis (vel Candiensis, Petrus Landus, 1535—1583), an ille *Candiotto* supra p. 844, adn. 2 commemoratus.

7 Bartholomaeus Guidiccionus, natus Lucae a. 1469, cardinalis creatus erat 12. Dec. 1539 simul cum Marcello Cervino, et ex numero illorum quinque cardinalium deputatorum ad deliberandum de rebus concilii. De die mortis dubitatur (utrum sit 28. Aug. an 4. Nov.); sed nos non dubitamus, quin Massarelli in Urbe praesentis relatio aliis sit praeferenda. Cf. *Ciacon.* III, 670.

8 Cognomen eius non novi.

9 De bulla illa celeberrima v. supra p. 480, l. 39; p. 495, l. 15 ss. et adn. 4; p. 526, l. 3 ss.

5. Novembris, Martis.

Cum D. Thom[a] Fallfetto] ivi ad ripam Tyberisa et regionem Transtybferinam] spatium, ac loquutus cum Rmo card. Polo de pfioratu] S. Severini*, qui se excusavit, cum non viderit cardinalem S. Georgii.

Recepi litteras a fratre Iulio Mass[arello] 2 e Bononia 2. huius datas super litteris commendatitiis ad generalem suum.

5

6. Novembris, Mercurii.

Scripsi ad D. Rugerium Nuccium de pecunia beneficiorum meorum Brundusin[orum] 3.

Loquutus cum card. Morono de prioratu, qui se loquutum cum card. S. Georgii retulit et difficilem rem invenisse, cum magni faciet ultra vires ipsum beneficium de aere, loco, expensis, honore, commoditate, redditibus

Pontifex coepit hora 17. aegrotare febri.

10

7. Novembris, Iovis.

Pontifex nocte praeterita aliquantulum male se habuit, cum etiam heri febricitaverit usque ad horam primam noctis. Propterea in Urbe fiunt aliqui rumores et timetur de ipsius pontificis morte. Claudunturque portae civitatis, et nemo intrare vel exire permittitur⁵. Augetur item numerus militum in arce S. Angeli et ad custodiam palatii apostolici.

15

Rms D. card. S. Crucis fuit visitatum S. Sten, quae nunc est in palatio in monte {Quirinali}^{b6} et hodie non febricitavit.

338 v

Recepi litteras a D. Rugerio Nuccio⁷ e Neapoli 2. Novembris datas, quibus scribit se habere 16 ducatos] meos, quos mittet ad nutum meum.

8. Novembris, Veneris.

Incipitur mensis Septembris in actis concilii Bononiensis transcribendis⁸.

20

'Pontifex aliquantulum melius se habuit, et nocte praeterita laboravit tantum catarro. Aperiantur hodie aliquae portae Urbis.

Recepi litteras a D. Antonio Laurentino 3. huius datas et a Michfaele Angelo] Massfarello] per Don Marinum Massacfcium⁹.

10 RdMD. archiepiscopus Materanus dixit de sententia validitatis translationis danda ad S. Sten et quod ego referrem cardinali S. Crucis animum suum etc., ut unusa ex deputatis a concilio.

25

Retuli; significavit animum cardinalium deputatorum super religione esse, ut pro nunc nihil agatur, tanquam eligen[do] minus malum, contradicente adhuc imperatore.

Commisit litteras scribendas ad IHmu ducem Octavium de re sua cum pontifice n. 30 A Cerv[in]o quattuor quinterniones cart[arum] comm[odavi].

9. Novembris, Sabbati.

Pontifex nocte praeterita male se habuit et laboravit semper febri et catharro^f, ita ut mane medici ceperint de eius morte timere. Quare mane hora 15. fuit congregatio omnium cardinalium coram S. Ste, quae eis commendavit ecclesiam et

a sic.

b pro *deleto* caballino.c *alius ductus manus*.d *cod. quit*.

1 Cf. supra p. 870, l. 6 et adn. 2 locosque ibi citatos, et l. 7 huius pag.

2 Cf. supra ad 29. Oct. (p. 870, l. 26).

3 Rugerii Nuccii nomen non semel occurrit in hoc diario: supra p. 733, l. 17; p. 736, l. 15; infra ad diem sequentem.

4 Cf. supra ad 23. Sept. 1548 (p. 698, l. 32 ss.), et ad diem praecedentem.

5 De his rebus extat relatio a Didaco Lasso oratore Ferdinando regi Romanorum missa apud *Druffel*, Briefe und Akten I, n. 344, p. 294. Ibidem et in aliis litteris a *de Leva* V, 58 s. partim excerptis narratur causa morbi pontificis. Cf. *Raynaldus* ad a. 1549, n. 47.

6 Cf. quae infra p. 873, adn. 6 afferuntur ex Massarelli diario V et aliis fontibus.

7 Cf. ad diem praecedentem (l. 6 et adn. 3 huius pag.).

8 Minime hic cogitandum est de summario pro cardinali de Monte scripto (p. 866, l. 8), sed de propriis actis (p. 862, l. 15. 24), nec de horum volumine originali *Concil.* 63, cum hoc contineat primam formam in ipsis congregationibus scriptam, sed de nova forma, forsitan de ea quae est in *Concil.* t. 17. Plura dicentur in actorum Bononiensium editione.

9 Cf. supra ad 8. Sept. 1548 (p. 794, ¶ n)»

14. Febr. 1549 (p. 824, l. 6).

10 *Raynaldus* ad a. 1549, n. 23.

11 Cf. supra p. 870, l. 2 et adn. 1.

impartita est illis omnem auctoritatem se congregandi separatim a S. Bⁿe et omnia ea faciendi, quae iudicassent expedire pro republica christiana¹. Deinde card. Farnesius retulit provisiones quasdam ab eo factas post aegritudinem pontificis, videlicet de conscriptione aliquorum militum pro defensione Urbis et de quibusdam auctis in arce S. Angeli, petens veniam si male egerit tanquam hoc ex se ipso faciens, si bene, laudetur Deus. Commendarunt cardinales pietatem et zelum pontificis in rebus ecclesiae atque etiam dicti card. Farnesii diligentiam, et omnes recesserunt².

Conservatores Urbis supplicarunt pontifici pro exceptione et liberatione a gabellis macene et contractuum, quas St^s S. imposuerat pro quibusdam civitatis necessitatibus, et S. Bⁿi eis gratiam fecit³.

Mittitur D. episcopus Polensis⁴ cum brevi ad IH^m D. Camillum Ursinum, ut reddat civitatem Parmensem in potestatem bⁿ ducis Octavii Farnesii, nepotis pontificis⁵.

R^m D. card. S. Crucis recessit ex domo R^a D. thesaurarii et venit habitatum in palatium apostolicum, et nos in domum noviter emptam a Sua Dⁿe R^m in civitate Leonina.

10. Novembris, Dominica.

Mane hora 14. obiit Paulus papa III. in dicto monte {Quirinali}³ in aedibus haeredum cardinalis Neapolitani⁶. Cuius corpus hora 15. deferretur in Vaticanum lectica, sociantibus equitibus et peditibus custodiae Stis Suae.

cod. potestate.

c alius ductus manus.

corr. alio manus ductu pro Caballino.

¹ Huc usque transumptum a *Raynaldo* ad a. 1549, n. 47.

